



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.



## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>



7° V. St. Gall  
28 / 2

*Caietanus*



<36635677480016

S

<36635677480016

Bayer. Staatsbibliothek

W.

VITAE  
SANCTORVM SICVLORVM  
OPVS POSTHVM VYM  
R. P. OCTAVII  
CAIETANI  
SOCIETATIS IESV.  
TOMVS SECUNDVS.



# VITAE SANCTORVM SICVLORVM

EX ANTIQVIS GRAECIS LATINISQUE

Monumentis, & vt plurimum ex M. S. S. Codicibus nondum editis collectæ, aut scriptæ, digestæ iuxta seriem annorum Christianæ Epochæ, & Animaduerſionibus illustratæ

A R. P. OCTAVIO CAIETANO

SYRACVSANO SOCIETATIS IBSV.

Opus Posthumum, & diu expetitum,

CVI PERFICIENDO OPERAM CONTVLIT R. P. PETRVS SALERNVS  
Eiusdem Societas in Sacro Tribunalis SS. Inquisitionis  
Qualificator, & Consultor.

NVN C PRIMVM PRODIT.

Cum triplici Indice.

ACCESSIT AVCTORIS OPVSCVLVM,

vbi Origines Illustrium Aedium SS. Deiparae

Mariæ in Sicilia, ad promouendum

illius cultum, & pietatem,

explicantur.



PANORMI, Apud Cirillos. M.DCLVII.

Imp. Abbas Gelosius V.G.C.S.V. Imp. R. Gregorius. P.

Bayerische  
Staatsbibliothek  
München

# ANIMADVERSIONES IN VITAM S. AGATHONIS PAPÆ.



GATHO NATIONE SICVLVS] vitam hanc ex Agatbone S. R. B. Bibliotecario excepimus sed hic pugnandum mibi est pro vero contra duos. alior est Alfonsus Ciaconius, alter Archangelus Marafotus. Alfonsus Ciaconus, vir doctus, aque ac pius de perpet. scribit Agatbonem, Leonem II. & Stephanum IV. Romanos Pontifices, quos natione Siculos fuisse scriptoribus antiquis, recentibusque traditum est, in Samnitum provinciam natos. Agatbonem Aquilani, Leonem in Cedella, Stephanum Tossina eastris, & territorio Vallis Siciliana. miramur hominem sane eruditum, opinionem nouam in vulgo inuicisse, nullo veterum scriptorum testimonio, nullis verbis libratis, nullo argumento firmatam. sed multa sunt, que Ciaconianum dictum collellant. Primum usus, & ipsa significatio vocis, vulgo usurpata. Etenim is scriptoribus omnibus vocabuli usus, ut dum taxat in Insula Sicilia natus, Siculus diceretur: quis vero scriptorum veterum, recentiumve Siculos significat in parum nota Valle Siciliana ortos, apud Samnites? Secundum, nomen vallis, nam tradit Pontanus, priscorum Siculorum reliquias, post Marforium & Aquilanorum fines, litera S. in C. matata, Cicatos vocatos. Vallis igitur nominis Ciaconi, haud quidem Siciliana, ut barbari, corrupteque nominas, sed à Ciculis incolis, Ciculana est, qua Praetutinorum, alijs & Fratutianorum in Vestinis, qui sunt Aternum inter, & Truentum amnes. Tertium, Testimonia scriptorum, qui Agatbonem, Leonem, Stephanum non modo Siculos nuncupant, sed patriam in insula Sicilia tradunt. nam Agatbonem Panormi in Sicilia natum, memorant Onupbrius Panuinus, Petrus Opmeerius, Arnoldus Belga, aliquique. mirto scriptores indigenas, quibus eam externi omnes consentiant, potius fidet, quam unius Ciaconio. Quod si in Graco Menologio dicitur in Italia natus, id inde factum existimandum est, quod Sicilia vita Trithem. lib. pars & Italia appendix consetur. nec alio q.e.s. ser bacchanus res inclinata est.

Pont. lib. 6.  
hist. Neap.

Onuph. Pau-  
uin. in Fastis  
Opmeer. in  
opere Chro.  
Arnold. l. 2.  
c. 1. ligni  
vita.

Trithem. lib. pars & Italia appendix consetur. nec alio q.e.s. ser bacchanus res inclinata est.

Galesin. in  
martyrol.  
Genebr. l. 2. chron.  
vidz etiam  
S. Ant. Plat.  
Hildegard. Nau  
clerum, Sa  
bellitum, Fa  
sciculum  
temp. Berg  
omensis &  
alios RR.  
In Calabria  
Chron. l. 1.  
cap. 26.

Venio nunc ad Archangelum Marafotum, quidam patro affectu, viros omnes illustres ad Calabriam pertrahere fudet, Agatbonem, Leonem II. Stephanum IV. homines Siculos, Reginos esse contendit, neque proficit bilium. rem tamen ita confere conatur. Agatbo PP. literis suis Abundantium Paternensem, & Ioannem Reginum Episcopos, qui vice sui Concilio VI. Constantinopolitano presidere, conterraneos appellat suos. sed Abundantius, Episcopus Paternensis, & Ioannes Episcopus Reginus in Urbe Regino nati erant, igitur Agatbo PP. si illorum conterraneus, erat item Reginus, mox subiicit Marafotus: quemadmodum in Agatbone erratum à Siculus scriptoribus, ita facile est: ut in Leone II. & Stephano IV. errarent. certe quidem Leo, & Stephanus Regini extiterent. hoc est Archangeli Marafotis rationatio, sed contra est. Primum, scriptoribus auctoritas, ex quibus circa constat, Agatbonem natione Siculum fuisse, atque Patorni natum. ex eo potius deducendum Marafotus fuerat, Abundantium, & Ioannem, Episcopos Paternensem, & Reginum si conterraneos appellaret Agatbo, Siculos fuisse. Secundum, Qua vis est argameta. sianis Marafotianus erratum à scriptoribus Siculis in Agatbone, igitur facile est, eos in Leone, & Stephano errasse. Pontifex Agatbo Reginus est, Leo igitur, & Stephanus Regini sunt, hoc est agere historie, implere nugis chartas? Tertium, si lo re, mi Marafotes, ad tribunal Historie, id est veritatis. bis te conuenio: adeo ne bona fide scriptores citas, & scriptores in vulgo editos, quoru lectione, medacij coniunctus erubescat, quia in epistola Agatbo Papa Abundantium, & Ioannem conterraneos vocat edita, an ineditas scripta, an inscriptae, quenam Agatbo Abundantium, & Ioannem in epistola conterraneos, ut ipse falso sis, sed confamulos de more appellat. is. n. Pontificum mos in appellandis Episcopis. ea veræ epistola in Concilis edita est, adeo est, legant, qui vel meas, vel fidem tuam in citandis scriptoribus experiri cupiunt: sed de patria Leonis II. & Stephani IV. in eorum Vitis dicam.

ARCARIVM PER SE IPSE PRÆSTITIT] sacrum Ecclesiarium ipse procurauit. Arcarius autem area prepositus.

## 2 Animaduersi in Vitam S. Agathonis Papæ.

1. d. N. s. sicut arca theatralis, apud Julianum: arca quædama, apud Symmacum: arca Prefecti Praetorio, in Codice Theodosiano: Arcarius Prætorum, apud Cassiodorum. Alfonius iconus, ex Arnaldus Belgæ tradidit primum Agathonem ararij S R: E. officium instituisse, haud crediderim. nam Anastasius Bibliothecarius, Agathonus ait prater mortem Arcarium R. E. egisse, morbo deinceps implicitum, arcium de more creasse. multo igitur antiquius in Ecclesia Arearij munus. Et hinc item usurpatum. Symmacus, ait Rufus, Pontificis Arcarius. vetus inscriptio si quis hoc armarium vendere voluerit, tunc inferet Arcæ Pontificum HS.L.MI.N.

3 AD ECCLESIAS ALIQVANDO CONSOCIANDAS] disciderat eas heresis Monothelitarum.

4 EPISCOPI CL. variant scriptores in numero Episcoporum, qui sexta Synodo Constantinopolitana interfuerunt. Paulus VV arnefridus consentit Anastasio. Photius habet 170. Theodoreus Balsamon 171. Theophanes, & Cedrenus CCCXCIX In ultima Synodi actione, subscripti Episcopi cum legatis, presbyteris, & diaconis numerantur CLXIII.

5 NEC AD SYNODICAM AGATHONIS] duas Agatbo scriptit epistolas ad Imperatorem Constantinum, Heraclium, et Tiberium, alteram nomine suo, alteram suo, ac Synodi Romana. veramque editam habes initio VI. Concilij C.I.

6 CVISVBSCRIPSERUNT OCCIDENTIS EPISCOPI CX. J non modo Episcopi, qui Romana Synoda interfuerent, sed qui in prouincijs suis, coatta Synodo Provinciali subscripserent. ubique enim prouinciarum, in tuto occidente, habita Synodi contra Monothelitas, vide Baronium ad annum Christi I. GLXXIX.

7 ROMAMQUE CVM SVIS EIICIVNT IN EXSILIVM] damnatos Romanos in exsilium missos Anastasius opinatur. ex causa id factum, quod ad Romanum Pontificem appellassent. docemur ex Imp. Constantini epistola ad Leonem Agatbonis successorem.

8 NOMINA, FIGVRASQVE] scripta nomina ex Dipictis, pictas imagines ex parietibus, foribusque Ecclesiaram, Anastasius.

9 IN LOCVM M'CARII THEOPHIVMS VFFF. CIVNT] virtus librarij, pro Theophane; Stephanus apud Anastasium habetur; nam in Concilio Attis constanter legitur Theophanius. Albo Floriacensis, Theophanius, Abbas Monasterij Pagas, (corrupte, pro Baias) insulæ Siciliensis hoc eum extra urbem Panormum IV. P. M. ad Occidentem, cœnobium est S. Ioannis Baptiste, quod Baias dicunt. eodem loco, vetus Monasterium existit, crediderim; sed enim facile est, ut Agatbo Pontifex, Panormitanus, Theophanum, Abbatem Panormitanum, sibi quemnotum, ac doctri-

na, sibiisque moribus, & Bantem, ad Consilium miserit. sed ex monasterium Baias non longe a Syracusis distare docet Gregorius Papa in epistola 36 lib. 6. indicit 15. ad Joannem Episcopum Syracusarum transmissa: quare batus potius monasterij Abbatem ali, volunt Theophanum.

DE EA PEGVNIAESVMMA] quam Gotthorw Reges, Ariani. Rom. pontificibus recens creatis per soluendam indixerat; quaque, post illos extintos, ab Imperatoribus Orientis exigis solita erat. igitur ius preterfas usurpatum, pius Imperator Constantinus, Agatbone postulante, remisit.

ITA TAMEN VT PONTIFEX, QVI DE INDE ELIGERETVR] legem hanc contra Ecclesiæ libertatem, & auctoritatem Romani Pontificis, tyrannice, tulerat Bassilius Pr. Pr. Odoacris Regis vices agens, anno Christi CCCXXCIII. cum vacua esset Ecclesia Romana Simplicij Pontificis morte, lego Baroniam abrogavit impiam legem idem Imp. Constantinus sacris eius litteris ad Benedictum PP. II. Anastasius Bibliothecarius, Luitprandus, Albo floriacensis, in Benedicto II.

ROGAM VNAM CLERO VNIVERSO DIVISIT] Rogazomara, Cedreno, Suidae, denatium, ac largitio Imperatorum populo, seu militibus, dari etiam solita Clerico a Pontifice Romano, a Patriarcha constantinopolitano, ab Episcopis. Gregorius Magnus epist. 32. lib. 2. Theodosiani, qui hic remanserunt, rogam non accipientes, vix ad murorum quidem custodiam se accommodant. bine verbum derogare velint de rega detrabero.

SEPVLTVS AD B. PETRVM. IV. IDVS IANVAR. J hoc item die S. Agatbonis obitus in Rom. Martyrologio babetur. obiit autem anno Christi I. DCXXCII. quod autem Agatbonis PP. epistola legitur post legatorum a Concilio Constantinopolit. redditæ scripta ad S. Edictum Viennensem Archiepiscopum, prædicti Cul. Martias, reditæ censet Baronius Agatboneum, minime quidem IV. Idus Ianuarii vita fundatum, sed vitam longius protractissima, ac fortasse errore librariorum pro Iusii, postquam Ianuarij. S. Agatbonis PP. sepulcro hoc epigrapha incisum legebatur.

Pontificatus apex, virtutum pondere fultus,

Vt inbar irradiat, personat ut tonitru. Quæcummodo hoc peragit doctrina fomes, & auditor;

Format enim gestis, quod docet eloqujs. Dum simul æquiparat virtus, & culmen honoris,

Officium decorat moribus arte gerit.

Præditus his meritis, antikes sumus Agatho,

Sed: A postolice foedera firma tenet.

En pietate, in præsca fides, insignia patrum.

Intemerata manent nisibus, alme, tuis.

Quis vero enumeret inorum documenta,

tuum

Formula virtutum dum tua vita foret?

Baron. an. 483.  
Anasta filius  
Luitprand  
Albo  
in Benedic.  
to II.

12

13.

Ex antiquis  
in script. Ap  
pendice

ANI.

# ANIMADVERSIONES

## IN VITAM

# S. LEONIS PAPAE



EQ NATIONE SI-  
CVLVS ] Alphonsi  
Ciaconicommensum  
& Archangeli Mara-  
fioti de patria S. Leonis  
supra reieccimus Notis  
ad S. Agathonem. nam  
in Sicilia natus. satis  
constat ex Anastasio Bibliothecario. apud  
quem natione Siculus in Sicilia ortus. ut  
vocis est usus. & usuratio significatur.  
itaque idem Anastasius. qui Stephanum  
IV. natione item Siculum nuncupat. ex  
insula Sicilia Romanam venisse. mox aut. id est  
egitur Anastasio (qui unus nobis instar  
omnium. quippe auctor antiquus ac fidus)  
natione Siculus. & in insula Sicilia natus.  
quin idem Alphonsus Ciaconus Siculum  
& Cataniensem fuisse tradit in MS. libros.  
quem Sixto V. P. M. Breuiarij Romani re-  
formationem motienti dedicat. exbat in Bi-  
blioteca Collegij nostri Romani. Pro Leo-  
ne II. plures in Sicilia contendunt urbes.  
scriptoresque Iosepho Bonifilio. Messanen-  
sis babetur. à quo nobilis Mamertinos  
interfamiliam Papæ Leonis deducuntur ait:  
Alphonso Ciacono. Cataniensi. Onupbrio  
Panuino. Aidonensis: at nullo veterum  
testimonio firmant. putarim ab eis tradi-  
sum. quod aliorum relatu acceptum. sanc  
tum Aidonensem magna in D. Leonem prece-  
teris Religio plures ante annos constructa  
ebe. inscripto ad parietem lapide.

D. Leoni PP. II. Citi. & Patrono.  
Ordo. Populusque Aidonensis  
Basilicam hanc erexit.  
prolapsus dein pariete. refectaque. inftau-  
rata est inscriptio. in qua pro erexit reposi-  
tum. restituit.  
Quis vero in animum inducerit suum.  
D. Leonem in Aidone natum. quod opidum  
ano Nortmannorum. profigatisiam Sar-  
racenis. conditum à Lambardis. qui cum  
Rogerio Comite in Siciliam traiecerant  
quod sub Christi annum 1090. forte con-  
sigit: sed Leo Papa II. CCC. ante annos  
vixerat.  
Ceterum scire te velim. mi lector. Aido-  
ne procul CI. & 15. paffibus. in coll.  
edito. diruta urbis iacere cadaver ingens.  
ambitus ferme 4. P. M. manent abduc vetus

theatrum gradusque semiruti. templorum  
adiumque. & maxorum ruina spectantur.  
officis vero circum sepulchris. ossa gigan-  
tae magnitudinis reperiuntur. que moni-  
menta quidem certes sunt urbis antiquissi-  
ma. splendidissimaque. & maxima. Her-  
bitam suspicatur Thomas Fazellus. quam  
à Saracenis eversam. tradit Petrus Dia-  
conus Catiniensis. post annum Christi 800.  
dixerim ne. D. Leonem domo Herbitemsem  
suisse. sed Aidonensem fama. recentibusq;  
scriptoribus creditum. quod aidonum ex  
subiacentis Herbita ruinis adificatum  
nihil statuo.

PONTIFEX MAXIMVS ORDINA-  
TVS ] die 15. Mensis Augusti.

REGIO IN PALATIO. CVI TRL-  
LVS NOMEN ] ab adificij forma. nome  
inditum: legge Baronium ad annum Chris-  
ti 680. num. 41.

GRÆCEQVE CONSCRIPTAM Jean  
Synodus Leo Pontifex è Græco in latinum  
translublit.

CYRVS. SERGIVS. ET HONORIVS ]  
Honorius falso in Acta intrusus. & frau-  
de Theodori P. C. qui cum ē numero dam-  
natorum nomen subduxit et suum. Hono-  
rij. Pontificis substituit. legge Baronium ad  
Annū Christi 683. num. 11.

ANASTASIVM PRESBYTERVM. ET  
LEONTIVM ] vetus ecclesiæ mos fuit. ut  
qui in heresim lapsi celebriores fuissent.  
palinodiam reeantatur ad Romanam Be-  
cœfiam mitterentur.

HIVS CONSTITVTVM EST ] id  
constitutū fecerat S. Gregorius PP. I. Luit-  
prandus in Gregorio post Gregorium. &  
Leonom consequentibꝫ temporibus. alij  
Pontifices denuo legem tulere.

SED NE MAVRI QVONDAM EPI-  
SCOPI ] Rauennatis. quod in schismate  
vita functus effet.

SEPVLTVS AD B. PETRVM APO-  
STOLVM in ade Vaticana. corpora SS.  
Pontificum Leonis I. Leonis II. Leonis III  
Leonis IV. sub eadem ara à Paschali P.  
II. posita sunt obij. S. Leo II. anno Christi  
684. In ebulo Picentinorum urbe. in Cœ-  
nobio Fratrum Minorum S. Francisci se-  
natur mandibula S. Leonis PP. Siculic.

Petr. Dia-  
append. in-  
vitam S. Pla-  
cidi.

2

3

4

5

6

7

8

9

# ANIMADVERSIONES IN VITAM SANCTI CONONIS



CONON ORIVNDVS EX PATRE TRACESIO ] ita Anastasius. Baronius corrigit, Patria Thrax. alij, Conon Thrax, Benedicti filius, patria Tomitanus; at MS Codd. Vaticanus, Lusitprandus, & Albo Floriacensis habent, Cononem oriundum Patrem Tracefio, sed in Sicilia educatum. an quemadmodum idem Anastasius, ijdemque MSS. Codd. Vaticanani de Sergio Papa I. scribunt, natione Syrum regionis Antiochia. sed Panormi in Sicilia natum: ita etiam de Conone accipiunt, oriundum ex Thracia, sed in Sicilia ortum, educatumque igitur ambiguis rebus, obscurisque, Sicilia ius aliquod est sibi Cononem vindicandi. quin Ordericus Vicensis Monachus Cononem Siculum dicit.

APVD SICILIAM EDVCATVS] Virgo interpretor, in Monasterijs Sicilia.

PONTIFEX CREATVS] die vigesimo Octobris.

PROBATVR ELECTIO] Imp. Con-

Order. hist.  
Eccl. l.2.

2

3

4

Bantinus Pogonatus saeris literis ad Benedictum Papam abrogarat hunc morem, ut diximus Notis ad S. Agatbonem Papam Romanamque Ecclesiam in libertatem vindicarat suam, ut Romanus Pontifex electus, Imperatori confirmatione non egeret. sed Imp. Iustinianus, qui Constantino patri in imperium successit, in Romani Pontificis electionem se immiscerit, usurpauitque, ne Pontifex crearetur, absque Exarchi consensu. malis artibus factum ut permilitares copias, Pontifex, quem ipse vellet, crearetur, Romanamque Ecclesiam captinam baberet; sic eo duo precipue mala suborec. alterum ambitus, ambientesque pontificatum, primum omium siue officiis demererit Exarchum, siue auro corvumpere aggrediebantur. alterum scisimata, qua Clero contra Exarchum adintence, sepe conflabantur. obiit Sanctissimus Pontifex Conon Christi anno 687. 3. idus Octobris, sed depositus est 12. Kalendas Noembris.

# ANIMADVERSIONES IN VITAM SANCTI SERGII



Anast. Serg.  
Baron. ad  
ann. 687.  
Alb. Ciacon.  
vitis Pontif.  
Spond. epit.  
Anhal. Bar.  
Fecit. Ca.  
talo. de SS.  
Italia Guit.  
in tab. chro.  
nolog. Ita.  
nus Ecclesia  
Cathol.

ERGIVS] Anastasius ita habet: Sergius, natione Syrus, Antiochia regionis, ortus ex patre Tiberio, in Panormo Sicilia. at Baronius in Annalibus ex Anastasio legit: Sergius, natione Syrus, Antiochiae ortus ex patre Tiberio, Panormi in Sicilia vixit. Alfonius item Ciaconus, eiusque emuli, & imitatores, Henricus Spondanus, Philippus Ferrarius, Jacobus Gualterus reportant. Panormi in Sicilia educatus. sed ex suo quisque arbitrio Anastasium corrigit, nullo antiquo auctore nixus, nulla ratione. nos nibil immutandum censemus, neque emendandum Anastasij textum, ita enim habent MSS. Codd. Vaticanus: Sergius, natione Syrum fuisse, oriundum ex Antiochia Syria regione, sed ortum ex patre Tiberio Panormi in Sicilia. sic etiam habet Anastasius ex Bibliotheca M. Velseri, Au.

gustana Republicae viri, descriptus ex Codice Vaticano, & cum binis MSS. Codd. collatus. quid igitur causa est, ut tot MSS. Codd. ut a consientientes, arbitratu nostro corrigeremus? fauent antiqui scriptores, maxime fisi, & viri docti nam Albo Floriacensis Abbas, & Martyr, qui anno Christi 970. floruit, Sergium tradit Panormi, in Sicilia natum, idemque affirmat Ordericus Vicensis Monachus, qui flouruit anno Christi 1140. Petrus Opmeerius, alijque Tiberium Sergij patrem Ciaconus, & Opmeerius mercatorum Panormi faciunt. facile est, ut ille, dum Panormi mercaturam cum familia exercet, Sergium suscepit. Panormitana Ecclesia anniversarii diem S. Sergij Papa ac ciuii in Fastis suis recenset, & colit 5. idus Septembris.

IN ORACVLVM PRIMO B. CESARII] Oratorium S. Cesarij intra palatium. de quo vide Baronium, ad annuam Ebr.

Albo epic.  
Rom. Pont.  
Order. hist.  
Eccl. l.2.  
Opmeer.  
oper. Chro.  
nolog.

# Animaduersi. in vitam S. Sergij.

5

**Christi 603. num. 11. & ad annum 687.  
numero 3.**

**CANTHAROS, ET CORONAS]** *J. & paullo post, pharos argenteos: lampades diuersi generis, sane Leo Ostiensis Episcopus, Chron. Ca- fin. cap. 31. pbarum interpretatur coronam in ecclesia suspensam, multas lampades in circuitu habentem, ita enim scribit de Desiderio Ab- bate: fecit & pharum, coronam scilicet na- ximam argenteam librarum circiter centu per gyrum XX. cubitorum, cum 12. extrin secus prominentibus turribus, sex & XXX. lampadibus ex ea pendentibus; eamque extra chorum, ante maiorem crucem, ca- tena ferrea satis firma. VII. deauratis malis distincta suspendit.*

**ANTE B. PETRI CONFESS(IONEM)]** *de ea vide Quiparium Panuinum libro de interpretatione vocum Ecclesiasticarum, qua obscura, vel barbara videntur.*

**IMPERATOR CONCILIVM HABE- RI IVSSIT]** *Theodorus Balsamon quini- sextam Synodum vocat, & supplementum Quinta, & Sexta. sed conciliabulum ha- reticorum, & pseudo Synodus fuit, archi- ceticō sceleris Callinico P.C. haretico. Beda Synodum erraticam appellat. de ea Bare- nnius ad annum 692.*

**A TRIBVS PATRIARCHIS]** *tres Pa- triarchas interfuisse buis Synodo, ac subscriptissse, falsa ab ijs Episcopis iactati, qui interfuerer. nam duobor idem ipse Ana- stasis, in 7. Synodis latina interpretatione, p̄fatione ad Ioannem 8. Rom Pontificem tradid Patriarchas Orientis, nec Sexta Sy- nodo interfuisse, neque editis ab ea Cano- nibus consensisse: adeoque canones illos, an- tiquis patrum decrevis, bonisque moribus aduersantes, detestatos fuisse, ut ex sediū Patriarchalib⁹ Archivis procuraruerint.*

**ATQVE APOSTOLICA& SEDIS LEGATIS]** *at nulli legati ad quinisextā, & erraticam Synodum a Romana sede misi. igitur legatos intellige, Graeci Epis- copos, quos Rom. Pontifex Vicarius in Oriente constituere solens, qui Sedis Apo- stolica vices gererent audirentque, ac tue- rentur, qui illius opere gerent. de quibus le- ge Baronium, ad annum 692. à num. 9.*

**VT ET IPSE SVBSCRIBERET]** *inuiaida enim Concilia, nisi Rom Pontifice & probasset, iisque subscriptisset. abnuit confirmare Sergius Conciliabuli canones, quod multa haberent Apostolicis institutis, ac moribus aduersantia. lege Baronium.*

**PONTIFICEMQ; FORTITER DE- FENDERENT]** *idem testatur Faustus Diaconus de gestis Langobardorum, & Be- da de sex statibus in Iustiniano Iuniore.*

**QVATTOR LAMINIS]** *Petalis in Anastasio.*

**QVÆ EST IN PARTE MVLIERVM]** *mulleres seorsim à viris in Ecclesia orabantur.*

**TRVLLVM EIVSDEM ECCLESIAE]** *fassigium concameratum. Ecclesia existat abhuc, apud vetustum plumpacis.*

**AC S. SIMEONIS, QVEM HYPA- PANTEM GRÆCI DICVNT]** *Albinus*

**Flaccus ad bune Anastafij locum spectans** Albinus de in gestis, ait, Pontificalibus legitur quod diu. officiū Sergius Papa præcepit, litanias fieri in die Præsentationis Domini in templo, &c.

**BCCLESIAM AQVILEI NSEM** *Ieius* 14  
*Ecclesia uetus plures intumuit, erupitq; & à Romanis Pontificibus procuratum, ope S. Sergij penitus savatum est. vide Ba- ronium, ad annum 693.*

**FRISONIBVS CLEMENTEM]** *Qui primum Villebordus dictus ordinatus est a S. Sergio, Christi anno 696. S. Sergius de eius ordinatione angelica visione admoni- tas fuerat. Albinus.* 15

Albin. in vr-  
te S. Vilbrio  
d: apud Ca-  
nismum tom.  
6.antiq. lec.

**Vir bonus, & prudens, nulli pietate se- cundus,**

**Ante diē quartam facta est cui visio nocte,** 16  
Quam vir venisse Romā præclarus ad illū, Angelus ē celo veniens predixerat illi. lege Bedam, Albinum Flaccum apud Su- rium, & Marcellinum in vita S. Suiberti

**BRITANNIS BERECHY ALDVUM]** alij Berecualdum, sive esset S. Theodoro. idem S. Sergius Papaino monitu pre- cedente ordinatus Hubertum, Bertrandi Aquitania Ducis filium, in Leodiensem Episcopum, Molanus traditur in Actis S. Altbelmi; Sergium Pontificem stupri per calumniam infundulatum, disiunitus ab ea vindicatum fuisse; sed enīm Altbelmus puer, nouem dies nato, cum imperasset in virtute Christi, ut ediceret, esset ne- Sergius Pontifex eoscelere obsecratus, res- pondit infans: Pontificem criminis immu- nem. Crinnocentem esse. sepulchro S. Sergij Pontificis hoc olim epitaphium legebatur, quod Petrus Malcus ex vetustis monu- mentis Vaticana Basilica descripsit.

Acta S. Al-  
thelini ap.  
Surium 25.  
Maj.

Io. Molan.  
Ind. culoss.  
Belgij.

**Limina quisquis adis Petri metuenda beati**  
Cerne piis Sergij, excubiasque Petri.

**Culmen Apostalice Sedis is iure paterno**  
Electus tenuit, ut Theodorus obiit.

**Pellitur urbe Pater, peruidit sacra Ioannes,**  
Romuleosque greges dissipat ipse lupus.

**Exul erat patr' a septem voluentibus annis:**  
Post populi multis Urbē redit precibus.

**Suscipitur Papa, sacratur, Sede recepta**  
Gaudet, amat pastor agmina, cuncta simul.

**Hic innasores Sandorum falce subegit**  
Romane Ecclesie; iudicisque Patrum.

**Hac inscritione permotus Illustrissimus**  
Baronius, obseruat, multa de Sergio deside- rari, quæ in descripto epitaphio significan- tur. atque illum multa perpetuum pulsum que urbe à Ioanne Sedi Apostolica inua- sole, & septennium exilio vexatum, prate- rea in schismate Theodori, & Paschalis, te- gitimum Pontificem habitum fuisse Theo- dorum, nec nisi eo demortuo, Sergium præsedisse.

ANI-

3  
Leo Ostien.  
Chron. Ca-  
fin. cap. 31.

5  
Beda de sex  
statibus.

7

8

Paul: Diac.  
de gest. Ion  
gob. l.6.ca.  
11.

Beda de sex  
statib. in lu-  
stina Iuniore

10

11

12

13

12

13

14

15

16

# ANIMADVERSIONES IN S. LEONEM EPISCOPVM

Ex Græcorum Menæis.

**L**EONEM] ex Græcorum Menæis ex scripsimus. inclusa lineis addidimus ex Martyrologio Imp. Basili.

QVÆ TVM ECCLESIA ERAT METROPOLITA NA] Apostolorum resserentia datum, ut sedes ab Apostolis in Sicilia constituta, quas inter Catana est, Metropoles dicerentur.

3 IDOLI SIMVLACRVM] quodnam fuit incertum mibi est, plura enim à D. Leone disturbata simulacula, in eius vita & Graca, tum latina memorantur. ubi etiā leges, quæ abie de Heliodoro breviter lib. & tur PEDESQ; IPSIVS PREHENDENTES] hunc cultum Episcopis, insigni religionis exemplo ab Imperatoribus tributum, multis veterum exemplis docemur. Imp. Theodosius S. Ambrosij pedibus prouolutus, de parta victoria, quam Sacerdoti Sanctissimo ferebat acceptam gratias egit. S. Pauli-

S. Paulini in  
via S. Am-  
brosij.

nus. idem Princeps ad Ampibiliobij Episcopi pedes stratus, veniam ab eo deprecatur est. Nicephorus. de Imp. Valentiniano ad S. Martini Episcopi pedes procumbente, Fortunatus:

Hinc celer exsiliit rapiens se Cæsar, & ardēs Martini genua amplectens, pedibusq; voluntas Sicque superbū hominem se agnoscere, pœna coegit.

Vilia regna probans, & celsa cacumina, curuans, Imperiale caput sancti ad vestigia subdens & de uxore Imp. Maximi Nec Regina pedes cessat lacrymosa rigare, Sternens membra sole.

EXINDE PERHONORIFICE DISMISSVM] quoniam incertus nobis est annus, quo S. Leo Imperatores adiit, queue Catanan rediit, incertum est quo anno extreum vita diem obiuerit, quem eodem anno à reditu suo Deus enocauit in cœlum

Nicephor. l.  
12. c. 9.  
Fortun. l. 3.

# ANIMADVERSIONES IN VITAM, ET GESTA SANCTI LEONIS EPISCOPI

Ex Græco verfa.

**L**ATRES, FILII, AC FRA-  
TRES] is sermo Encomiastis Anonymi Siculi in S. Leonem extat Grace scriptus in Codice Vaticano, in Bibliotheca Cryptæ Ferrata, & S. Salvatoris Messana translatulit in latinum P. Iacobus Sirmundus è nostra societate.

2 IN HIS ENIM] hic quadam erant in exemplari Cryptæ Ferratae, quæ omisimus, quod consentientia non essent, & ab aliquo potius adiecta viderentur.

3 IVXTA SACRAS SEX SYNODOS] haec verba non erant in exemplari Bibliotheca Vaticana. adieciimus ex Cod. Cri-  
pse Ferrata, ad Chronologiam temporis in-  
dicandam, nisi tam b̄c verba cum super-  
rioribus, quibus annexa sunt, quaque omis-  
sa à me dixi, adiecta etiam putes.

4 E RAVENNATVM METROPOLI ORTVM] & in Reginæ ecclesia Calabria. Ecclesiastica disciplina institutum ut in consequente vita babes. sedenim ex urbe Regino ubi Archidiaconus B. Cy-  
rillo Episcopo ministrabat, Catane orbis Episcopus petitus est.

5 S. BERYLLI ARCHIEPISCOPI NO-  
STRI] qui primus à B. Petro Apostolo or-  
dinatus Episcopus ecclesiam Cataniensem  
fundauit, & inde projectum opinor Archiepisco-  
pici nomen honoris ergo. in exemplari  
erat, S. Cyalli, mendose, ac corrupte. sed  
erro ex hoc loco, scriptorem Encomi Ca-  
taniensem fuisse.

6 BAREARÆ PATRICIAE] Patricia-  
tus dignitatem f minis etiam collatam di-  
xi in Nota ad S. Zosimum. at Anony-  
mous Monachus Heliodorum fuisse, ait, na-  
tione

# Animaduersi in Vitam, & gesta S. Leonis Epif.

7

## sione Iudicium.

**AD HEROV M SEPVLCHRA**] extra portam Steleboream, ad septentrionem, ingens olim sepulchrorum multisudo fuit: inter hinc Steleborei, a quo porta nomen, aliorumque virtute praestantiam virorum, qua dicta crediderim sepulchra Herorum. aduentis hic magos sepulchretis, locisque feralibus residere solitos. Canidia ab Horatio in sepulchris ubiq; deferribitur, Erichio apud Lucanum inter radacera magiam exercet. Quidius de Medas magna:

Horat Epo. ode. 3. & 8. & L. 1. sat. 8. & L. 1. sat. 8. feralibus residere solitos. Canidia ab Horatio in sepulchris ubiq; deferribitur, Erichio apud Lucanum inter radacera magiam exercet. Quidius de Medas magna:

Apulei. de Aino auroe

**CVM CIRCHNSIA, VT MOS EST, CATANÆ CELEBR RENTVR]** quibus ludi equestris in circa cebantur. Catana, Hippodromus suis prope portam, cuius nomine hoc auro, a Decimo, satis quam pro orbis fore manibus, illius reliquia visuntur. exstantem adhuc areum, bodie murum rupsum appellant. ex reliquis cognoscitar, Hippodromus ab Oriente ad Occidentem, latum fuisse pedes CCCXXCIV. a Meridie ad Septentrionem, longum pedes CI CCCCLXXII. Hippodromo adhuc sit Nasmacchia, cuius latitudo a meridie ad Septentrionem pedum CCCCXXCVIII longitudo ab Oriente ad Occidente, pedum I CCXCVI.

**PRÆSENS ENIM STATVA ELEMEN-**  
**TVM AERIS EST**] obscurus locus, cuius bac videtur esse mens: Helioderi fraudibus, multos ad simulacrum addutbos, Demoni cultum exhibuisse.

**NE QVANDO PRORVMPENS AET-**  
**NÆ FLAMMA VRBEM INCENDAT**] simulacrum igitur, aduersum Actea ignes, per Magiam collocatum est. hunc loco lucem aliquam Phoebus afficeret, qui ex Olympiadori Thebais, hominis ethnici Historia, quam scripsit et Brodofium iuniorum, bac memorat: Khegium Metropolim esse Bruttiorum èqua narrat Historicus, Alarium, in Siciliam traiecte voletein, prohibitum fuisse. Statua enim, inquit, inibi inau- gurata traiectum inhibebat. consecrata vero fuerat, vt fabulatur, ab antiquis, tum ad auertendum Aetna ignem, tū ad Barbarorum per mare transictum amolieadum. in altero enim pede ignis erat peruigil, in altero aqua incorrupta. sed ea statua tandem diiecta, & dissoluta, multis & ab Acteo igne & a Barbaris Sicilia damnis affecta est. euerit autem illam Asclepius cum Constantijs, & Placidia rerum in Sicilia procurator constitutus esset. *Hac Phoebus, que surum Olympiadoras scribit, confacta tandem statua, Siciliam ab Acteo igne, & a Barbaris detrimentum cepisse.* Ut homo ethnicus, ex evana, falsaque Gentium superstitione tradit: ceterum Asclepius procurator in Sicilia fuit anno Christi CCCXVII. eo enim anno Placidia Constantio data est.

**QVIA INGENS MONS EST, AVRIS**  
**QUE VULCANI**] Aetna alijs olla Vul- cani.

IMPERATORES NOSTRI LEO, ET

CONSTANTINVS] quinam Imp. Leo, & Constantinus, sub quibus vixit. D. Leo Episcopus Cataniæ caligo in ipsa luce. nam Imperatorum huius nominis parva tria. Primum Leo I sauridus, salutatus a suis milibus Imperator, anno I CCXVII. cui anno Imperij III. natu est Constantinus, cognomento Copronymus. & conse- quente anno coronatus. Secundum Leo, datus Porphyrogenitus anno I CCCLXXII qui renuntiatus Imperator filium Constantium dicit Argustum: tertium Leo phis- tophorus, Imper. anno I CCCLXXXVII. qui anno I CCCLXXXI. Constantinus filius coronavit Imperatorem. id certum est. S. Leo Episcopus ad Leonis philosophi. & Co- stantini filii tempora peruenire non potuit; nam plures ante horum imperium annos, urbs atana excisa iam fuerat a Sarra- niss: ac pretore S. Iosephus Hyronographus, qui troparium composuit in D. Leonem; ita vita excesserat quae igitur solum potest, vixeritne S. Leo Episcopus, imperantibus Leone I saurico, filioque Constantino Co- pronymo, an Leone, & Constantino Por- phyrogenitis, parro ex D. Leonis Vita cum Grace soluta oratione; Iambisque, turn la- tine scripta, nihil certius potest. igitur consenseris agendum est. equidem creditur D. Leonem sub Imp. Leone i saurido, & Constantino Copronymo fluisse. mouitor ex antiquitate viri. nam D. Leo Archidia- conus fuit S. Cyrilli Regini Episcopi. que scriptores patrij, natus subnixi Actis, sed ex arbitratu, a Pelagio PP. ad Pelagium. & Gregorium Magnum peruenisse dicunt, id est ad annum I CC sed falluntur. etenim multo post vixit, atque ad annum firmi, I CC. peruenit. quod ex glate S. Leonis Episcopi Cataniensis constat, quæ sub Imperato- ribus Leone & Constantino huius no- minis primis floruisse summum potuit. bi- autem impersum inierunt post anni Chri- sti. I CC. sed D. Leonem Episcopum sub bis Imperatoribus Leone I saurico, & Con- stantino Copronymo vixisse, suadent reli- quis ethnicismo, que dubia viueret. D. Leo Episcopus, ut natus ex eius dilecta adhuc Cataniæ perducebant. ex vero quamquam ad Imp. Leonem, & Constantinum Porphy- rogenitos durare etiam potuerint, multo probabilitus est. sub his omnino de letas fuisse. exinde D. Leonem, in ea tempora refici- mus, que Ethnicismo propria. cum igitur sub Imp. Leone, & Constantino clariisse, dicatur ab hoc Etymologie, sub Leone I saurico, & Constantino Copronymo, qui Leo- ne, & Constantino Porphyrogenitis, glate superiores fuere, clariisse censemus.

At inquit, Imp. Leo I sauricus, & Co- stantinus Copronymus heretici fuere, & Ecclesiæ, virisque orthodoxos atrociter vexarunt, nec videntur eos bonores D. Leo- ni exhibere potuisse, quibus illum a Virg. scriptoribus prosecutos fuisse traditur. cer- te guidem non ignoror Leonem I sauricum, hereticum Leonoclasten multos pro cultu

San-

## 8 Animaduers. in Vitam, & gesta S. Leonis Epis.

**S**anctorum imaginum martyrio coronasse. Sed D. Leonem, ingenium miraculorum efficiorem reverenter timore perterritus, postulat. quoniam admodum supplicij vexare abstinuit Ioannem Episcopum Polybotum. Tamen naturam, miraculorum claritudine distinxit. Et in toto Oriente celebrem. qui cum ad redargendum Imp. Leonem Cibauensem veniisset, vobis tenterque reprehendisset, nullam vim passus, ad suam redire ecclesiam permisus est. ubi gregem suum ab barefiliis sum sermons, in pace quisuit, ut Graeci in Menologio tradunt. Addit. Leonem Isauricum septimo post instantem imperium anno, in barefiliis sum. igitur a Christi anno I. CCXV. ad 723. euenire potuerunt, qua de D. Leone Episcopo Catana memorantur, cum Leo Isauricus Orthodoxum se preferret, qualis ab hoc Encomiaste describitur.

Grac. Menol. die 5. Decemb.

33

**H**ERACLIDEM PROTOCVRSOREM] Cursorum Praefictum. Cataniensis poeta Graecus stratiotam appellat, unum e milibus Cataniensis ad aulam Imperatoris, forte ex his ab Imperatore miscebantur, qui sones prebenderent. Laudibus Sagax in Phoca, cum enim misisset protocursorem, & interrogaret eos, quo praeponente, hos fecerint. Et.

34

**INGR DIAMVR IN BALNEA] que Magia Daemonum officina.**

35

**I**N REGIAE VRBIS THYRASTRANS LATOS ESSE] esse Demonem visu transferre corpora de loco ad locum. Deo permisit sensu, multa sunt in faecis monumentis exempla, que suadent: ipse Christus Dominus transportari se passus est a Demone, quem apud SS. Lucam, & Matthaeum interpretantur Origenes, brycstromus, Ambrosius Augustinus, Gregorius. præterea transuerbi ab Angelis Philippus Diaconus ex deserto in Azotum, ab aene capillo ex India in Babylonem, ad Danieliem.

16

Martin del Riodisq[ue].  
Mag. lib. 5.  
sec. 6.

**HOMINEM CAPITALI STATIM SENTENTIA DAMNARENT] Necromanticos, & Magos, pœna capitale esse puniendos, vii docti probant.**

17

Saxo h. 3. Da  
nia

**ARREPTA IGITVR VIRGA LAVRÆ] Lauri usus olim in Magia frequens. b[ea]tissimile quod de Ollero Mago tradit. Saxo, osseincantato, tamquam nauigio valitissima maria superasse.**

18

Ioan. Curo-  
pal. in Mi-  
chæle Ran  
gabe

**BUCOLEONT. M PORTVM] Ioannes Europalates; ubi bos, & Leo lapidei Rabat, ijs ab ijs Bucoleo nomen impossum.**

19

Calaub. No  
tis ad Aure-  
lianum Fl.  
vopisai.

**SUPERVACANE. M DVCO COMMEMORARE] quod Encomiastes in ecclesia verbas faciens ad populum suggestu, tum præmodestia tacet, tum quod nota res populo, quem alloquebatur, habes explicatio[n]is in longiore vita S. Leonis.**

20

Calaub. No  
tis ad Aure-  
lianum Fl.  
vopisai.

**BIQVE ORARIVM SVVM IN COL-  
LVM INNECTIT] Orarium infita fuit fuis oblonga fascia e collo demissa quam genitacere Episcopi sanctissime dignitatis insigne. auctor vitæ S. Fulgentij, Orario quidem, sicut omnes Episcopi, nunquam vobis datur. Anabasis in vita Stephani Popæ**

de Constantino Antipapa in Episcopum consecrato, sed e gradu deicito, Accdens Maurianus Diaconus orarium de eius callo absulit. Blesensis serm. 41. Orarium quod ex statua dicitur. Fortunatus Pittavienensis in vita S. Marcelli Episcopi Parisiensis, Misso in collum serpentis ororio triumphum suum anter cunctis cinium extrahebat. de orario Isaacus Caſaubonus Notis ad Historiam Augustanam.

DEDUXIT AD LOCVM, CVI NOMEN ACHILLEB[us] scibet quedam Constantini Lescaris habent. Achilium tradunt Menga, D. Leonem in urbe media ingentem pyram adornari iussisse, quia Heliodorus exodus est. Membrana MSS. Syracusane, b[ea]tissimorum ecclesia foribus, fieri soſſim præcipisse, lignorumque strucere in eam cingestam, successusque; joſſam autem, qua de facie nomine accepere, suo suo perlitisse. quo tamen quo scriptor Actorum vicerit, exploratum non habeo: addit ille, ecclesiæ B. Mariae Virginis sacrae fuisse: sed temporibus suis iacuisse, exstantibus ruinis, que magnitudinem, eisque pulchritudinem contestarentur. unde suspicio mihi est, adem a Sarracenis Siciliæ vexantibus eversum.

Ex his famam corrigas, Catani in vulgo iactant, que Heliodorum, ait, in area Virginis Annuntiatæ extra urbem crematum: arguas ut minime veram; nam contra scriptorum fidem. sed enim Menga in urbe media (et loco nomen Achilleb[us] etiam Cataniensi) Heliodorum combustum affirmat: sed Syracusanus, b[ea]tissimul ab Ecclesiæ foribus, igitur ea Basilica D. Mariæ, S. Leonis quo, in orbis medio sita erat, neque h[oc]c]a tempestate ad aream illam protendebatur. probandæ res præmissæ duo præcipua argumenta alterum est, quod Heroam sepulchræ a extra urbem erant, & monumenta sepulchri Siccioris adhuc existant ad h[oc]q[ue], quam vident Bethleem; que non precul ab area Virginis Annuntiatæ alterum est, intra Cœnobium B. Virginis Annuntiatæ, vetus est ecclesia S. Leonis, quod Oratorium ab eodem S. Leone constructum, fama est apud Catanienses, & conjecturæ, neque illæ spernende, ut mox dicam, at Membrana Syracusane habent, D. Leonem Oratorium extra urbem, non longe a mari construxisse. igitur si locus is extra urbem erat, quo D. Leonis, et Heliodorus in medio orbis ccrematus est, cremari in hac area non posuit, in qua S. Leo Oratorium struxit.

FLAMMIS EXVRENDOVM DEDIT] ignem precibus suis e celo D. Leonem deuocasse, tradit Menologium Imperatoris Basiliij. sane vero Magorum impoenitentium pœna legitima, ignis: a temporibus D. Gregorij Magni PP. I. in Italia usitata; quibus Basilius Senator Magus igni crematus est, auctor idem Gregorius. antiquis etiam legibus, Magorum pœna visucomburium. Paulus I. C. Magicæ artis conscius summo supplicio affici placuit, id est bestijs, obiecti

21

22

D. Gregor.  
l. 1. dial. cap  
4.  
Paulus I. C. Magicæ artis conscius  
tent. tit. 23.

ebijci, aut Crucis suffici: ipsi autem Magi  
viri exaruntur.

**IN SYRACVSARVM METROPOLI]**  
datam hoc nomen ecclesijs, qua Episcopos  
ab Apostolis habuerer, quia scribent, ut Ter-  
tianus loquitur, erant matrices ac ori-  
ginales fidei, a quibus traducem fides & se-  
mina doctrina eajus exinde Ecclesia ma-  
nata sunt.

**AD PORTAM MARIANAM**] incertum,  
qua urbis parte sit: certe si via Syracusana  
fuit, ad Meridiem stetit.

**DETESTANDVM IDOLVM, ETC.]**  
monendum etate D. Leonis idolatria fundi-  
tus conciderat. extabant adhuc Bibni-  
smi reliquias, multis in locis.

**OBDORMIVIT ADMIRABILI S**  
**LE O]** baud exploratum mibi est, quo Obri-  
stianos, sed imperantibus Leone, & Con-  
stantino, ut memorauimus. monumenta  
Syracusana testantur D. Leonem sepul-  
sum in Oratorio, quod ipse idem, extra ur-  
bem Catanae, adificarat.

25

26

# ANIMADVERSIONES IN VITAM SANCTI LEONIS EPISCOPI Ex M. S. Cod. Syracusano.



**M**ETIRI SE I] buius vita  
fragmentum, in lectio-  
nes digestum, exstat in  
M. S. Cod. Ecclesia Ca-  
tanensis, attamen integ-  
ram Vitam damus ex  
Syracusana Ecclesia  
MSS. membranis, sed ea in nonnullis locis  
corrupta erata, & folio abscessis, manca. ex  
quibusdam vero scelidis Reginis errores  
correcimus, lacunas suppleimus. sane  
hoc Vita ab antiquo scriptore, bono illo  
quidem, quamquam verbo, floridoque, ut  
serabant tempora, ex Graeco desumpta est.  
sed auctiorem reddidit. ut ipsem testatur  
prologo ad Vitam, ex quo latinum hunc  
scriptorem, sive interpretem, Monachum  
existisset, scis constat. Vita Graeca, qua  
in latinum se vertisse, ait, non exstat. nam  
diuersa est a Superiore Graeca, quam dedi-  
catus, cum plura in hac continentur, que  
in illa desiderantur. In eodem prologo, qui  
brevitati studens edere valui, video trium  
linguarum fieri montem; Graeca, ex qua  
Vita translata; Latina, in quam traslata;  
& Hulgoris, que scriptoris aeo in gysu, cor-  
rupta Latina in latio, & Graeca in Sicilia.  
ex eo, scriptoris huius tempora cognoscas,  
quem posse ciecas e Sicilia Saracenos a  
Principibus Normannis vixisse credido-  
remus.

**ERAT EQ TEMPORE CALABRICIS**  
**IN PARTIBVS V. E. M. CYRILLVS NO-**  
**MINE]** Archiepiscopus Reginus, quem ob-  
id mox, ait, principalis, cathedra sublimi-  
tatem fortissimum fuisse; & paulo post, Pa-  
triarcham appellat. Metropolitanum in-  
solige de eius temporibus dictum quoq[ue] q[ui]  
superioribus Nasu.

**ERAT AVTEM NATIONE IVDA-**  
**VS]** Encomiastes Cataniensis, ex Barbara

Patricia, ortum ait, et qui Prefecturam  
orbis ambiret;

**LEO NOMINE, CATANENSIVM**  
**CIVITATEM REGERE DICEBATVR]**  
mutat hoc. Praefectus orbis C. P. Catanae  
regat, quam mox a Lazio administrari de-  
cidi crediderim, Latinam Interpretem per  
peram Graecis scripta perceperisse, ac pro Leo  
ne Imperatore, cui Sicilia tunc parebat,  
Leonem Praefectum orbis exhibuisse: nam  
Grecis scriptores ad Leonem Imperatorem  
transmissa tradunt litteras; ut videre  
est in ea quam ex Graeco versam Vitam edi-  
dit; & in iambico item carmine a me prola-  
to, nec existimo a Grecis erratum, ac Im-  
peratoris nomine Praefectum Urbis signis-  
casse: sed illud subit, cum litera, quas lati-  
nus Interpres datas ait ad Leonem Pra-  
fectum urbis, diversę, sive a literis, quas  
Greci scriptores ad Imper. Leonem scri-  
pserant, an a Lucio verique scri-  
pserunt, & Leonis Imperatoris, & Leoni Pra-  
fecto urbis, cuius fortasse favore Helio-  
dorus protegebatur; meminerint vero Gre-  
ci scriptores literarum ad Imperatorem,  
latinus vero Interpres literarum ad Pra-  
fectum.

**VREIS A DEVNT PROCONSULEM]**  
max Consule. At Grecus Encomiastes Cata-  
nensis. & Gracus Iambographus Eparchus  
sive Praefectum appellant. sicutur latinus In-  
terpres Grecas voces perperam accepit, ver-  
sitque male etiam Proconsulem, consulem  
que inuicem confudit, qui diuersi apudbo-  
nes scriptores. & si vero Proconsulari im-  
perio provinciam obtinerent, itemque Con-  
sulares, qui in provinciam Consularem ex  
Augusti instituto mitterentur, attamen  
possessoris qui scriptores, consularium ap-  
pellarunt Consulem, & id manus confu-  
latum. Apuleius Apologia: acceptis literis, Apuleius A.  
polog. Cap.

# 40. Animaduersi in Vitam S. Leonis Episcopinam.

Carthaginem pergit, ubi iam prope extollit  
consulat et sui manere, Lillianus. Autem  
te ad axime apperibatur magistratus quo  
que municipales, Consules dicti. Et vix  
nius Burdigata consul, ut apud Philospha-  
rum, & Agathiam exempla plurima.

QUEM DAM E LATER SVO HERA  
CLIVI] ita constantes voca, interpres da-  
mus, ac Greci Heraclidem, quibus potius  
fides,

IN PORTV CATANÆ] ne ea ore imo  
portuosa. Greci scriptores lita.

IPSA MOX HORA] paullo post de co-  
dem Mago: Catani in momento rediit.  
& rursum; intra tres horas, & xx. Con-  
stantinopolis regnatur, p[ro]p[ter]e Omo-  
num & sua ergas placet, immo no[n] que-  
re, nemo dubitat.

ERAT AVTEM IN VRBE . . . SYM-  
MÆ VENERATIONIS DELVORVM]

crediderim Cereris templum fuisse, de quo  
de Cifro Sacharii, & cuius Catania se-  
cat Cereris ex omni religione, qua templo  
qua in ceteris locis, qua prope in toto orbe  
terrarum, in eo sacrariaq[ue] in templo, signo  
erat Cereris per antiquum, quod viri non  
modo quid esset, sed ne esse quidem sciebant.  
ad hunc inquit tempore eorum circa  
quoniam sacra per mulieres, & Virgines  
confitit folianti. & Dindat ad distinctor ad  
buctu[m] moloq[ue] admodum, extra  
orbem, ad portam Regiatis, in edicula vero  
et, ac monumentis antiquis adicula Spiritu  
sui Sancto superstruita, hor vero: Cereris  
templum esse, namque a S. Leone subuenia  
fuit, multe stident. Primum fama apud  
Catanienses, per manus u[er]o majoribus tradit  
ta, eo ex loco Daemones a S. Leone expulsi.  
Secundum monumentum res, prope tem-  
plum, turris ostenditur, cui ab Episcopo  
nomen inditum, id est a D. Leone, quo loco  
is constitit, templumque oratione sua demon-  
itus est. Tertium exstant adhuc ingentis,  
et onidi nigra saxa (detabrum enim ex  
gro, quadratoque lapide ex diffaratu) ab  
inscriptione Graecæ, et ceterarum: An  
templi Cereris Hiero, & templum Cereris  
fruxerit, dicarique Hiero Rex Syracus  
faram cum Cataniensibus patria cibis,  
necdi Cataniensibus deducit, maxatoq[ue]  
nomine Metum dixit, & Diomedus, &  
Scribo tradidit, qui lapis ex templis re-  
mota in aream iuniperenam maximam, depositus  
tatis, paucos ante annos demonstrabatur.

SIMVLACKA . . . IN PARTES AM-  
BO CONTRITA] simulacra h[ab]eant, & vix  
reverentis, & libere, matris ac filie quin  
ut dictum delubrum, at Menae simulacrum  
etiam enire a S. Leone usque ad, memori  
rant. Parage istes Catanienses, similitudines  
quod Decimus colebat, at D. Leo, hora prima  
terra distinxerat, ne populus fracti esset,  
i[us]que scriptores d[icit]u[m] quidem in se illorum  
scilicet iureorum similitudinum mantineret.

P[AR]T P[RO]C[ED]AB[US] BOC[HL]GNE  
V[IR]LVIS] ipso lotu[m] Hermonis in exsuffratis  
diximus. Notis ad Cataniensem Petrum  
scilicet obituum quicquid. Oratulam quoniam

littera idonea ad dogmatum, & sic. in 14  
NEC HOMINEM PVTBATIS HUNC  
BISSE. SED DIABOLVM] minima quis-  
cata mortua, sed rotunda, ad quindecim.  
Et in bonitate virginis ad Equitum. Mo-  
nachorum patrum, & ab Episcopo rogata,  
et recipere in familiam suam. Pro filium  
Magorumque ipsorum effugerunt. Mono-  
chum per dolum induerat, hominem inca-  
tu[m], respondens bunc quem nobis comen-  
das fratres, ego non video Monachum esse,  
sed Diabolum, Gregorius.

RBI GESTÆ PRÆFERVNT INDIC-  
CIVM FOSSA] exstabant monumenta,

Scriptoris buius aro, nunc iam intiere.

I[PSI] VIR[US] VIT[US] VIVIT[US], VBI CV-  
BAT H[AB]V[IT] CARO MORTUAT[US] virtu-  
te corporum Sanctorum, has daber[et] Gre-  
gorius Nazianzenus: quorum vel sola cor-  
pora identi possint, quod anima Sancte, si-  
ue manibus contrebentur, sive bonoren-  
tur.

**DE Q[UA]STIV[US] D[OC]T[RI]NA[RE]**

NAM X. K[AL] L[AT] MART.] eodem die, S. Leo-

nigremen in Martyrologio latini, Gra-

ci vero in trenta. & Ioseph Hymnogra-

pus ait: Sancti Spiritus, tempium corpus

cau[m]ent, & pacem exinde am-  
biti exple, quod in Luce firmans

marthoroneque creverat. Apollinaris in

Perinidam Monasterium, & baptis-

ticu[m] sufficeret, quodque p[ro]p[ter]e se  
supercedere venas, & racione a S.

fratrem, S. Marcius, Lutetiam.

Quicquid templorum S. Lucia Monasterio

ad iuratum cedebat, & in quicunque curia  
monachis Comitis devenientibus, ut quis

sanctissimos oivos, & Eboracum Episcoporum  
seruasse competit, id Galliar[us] S. Marcius

in Italia, & Ambrosius, Africæ, & Siciliæ  
**HIS ITAQVE PATRATIS]** Ioannes Diaconus cum Translationem cororis sancti Severini à Castello Lucullano Neapolim. enarrasset, itum dixerat à Pontifice. & Clero ad illud inquirendum q. id est Octobris: ut in eius Basilicam decentur n. est, post Missarum sollemnia, deturbato altari, e. f. fessaque burno. integrum adhuc corpus est inuentum; cumque per noctem in psalmis, & canticis vigilatum esset, postero die, celebri cum pompa in urbem Napolim deportatum est facta igitur bgo translatio 3. idus, an pridie idus Octobris sex fere post dies à translatione corporis sancti Severini, id est sub 13. Kal. Novembris, portenta qua hic narrantur, euenero. multasque post preces, & supplicationes, existitum esse Regem nuntiatum est. igitur, ut ex hac narratione erui pot. t. extremo Ottobre sane ille extinctus, sumnum insunte Nouembris certum eodem anno 903. quo Tauromenium expugnauerat. & sanctum Procopium Episcopum interficerat.

**QVIN EGIAM FILIVM SVVM** Is fuisse videtur, quem annulo Pater in regnum inaugurauerat, ut superius dictum est, eamque prolem uniram Regi Barbaro fuisse. quam o. caussam, cum sine liberis moreretur, nepotem regni heredem instituit.

**Extremis Notis facturum me opergreditum reor, si offusas historia nostrę tenebras à plerisque scriptorum, dispulerim.** Sed enim Petrus Diaconus Casinensis de Sicilię clavisbus hec scribit, tempore, quo Ludouicus Caroli filius, in seniore Roma Augustale sumpxit imperium, Ioanne VIII. pp. in sede Apostolica presidente, in Casinensi vero ecclesia, Leone bbathe cathedram gubernante, primo anno ordinatio eius, Dominicę Incarnationis anno 900. indict. 3. mensis Augusti die primo, Saraceni à Babylonie, & frica, ad instar examinis apū, cum Abraymo, impissimo Rege suo, venientes, Sicilię intrant. inuenientes itaque pacata insulam, quaqua versus impietas agmina tendebant, deuastabant, depopulabantur, incendio, & homicidijs, cuncta tradentes---- Panormū & Syracusas ceperunt ---- deuicta, ac subiugata Sicilia destrutis ciuitatibus Saraceni Liparitanā Insulā adeuntes, ad solum usque prosterunt. in Siciliā reuersi die Kalendarū uguli, vrbē Tauromenium ad solum usque prosterunt, anno Domini 903.

**Ignatius in vita S. Bertharij.** hoc Petrus Diaconus. Ignatius autem Pragensis, cœnobij casinensis prior, quis floruit Extat M.S. se videtur circa annum Domini 1200. post in Biblioth. enarratam sanctissimi Abbatis. & Martyris Berbarij cadem, qua 11. Kalendas No

uembbris anno Christi 884 à Saracenis facta est, bac subiicit: non autē in longū vindicta cælestis detuit. Rex enim Saracenorum Abraymo, cognomento Caffala innumerabilem congregans exercitum, tā istarum Italiz partium, quā aliarum, intravit Siciliam, eamque post transitum. Martyris Bertharij, Monachis Casinensis auferens, quotquot ibi reperit monachos, pro fide Christi, capite truncavit, alio vero anno Tauromenium Sicilię ciuitas, que sola de possessionibus sacri Cœnobij Casinensis supererat, capta fuit. sed Dei iudicio, ac Beatissimi Patris nostri Benedicti, ac gloriosi Martyris Christi Bertharij mentis, idem Rex eodem anno, quo rebus suis sacrum Casinense Cœnobium spoliauerat, super Consentiam Calabrię ciuitatem, amara interiit morte. *buc usq; Ignatius.*

Sed ab his scriptoribus in multis, ac precipue in ratione temporum peccatum est. Primum Saracenos, aiunt, Siciliam ingressos esse. Ignatius quidem anno Christi 884. Petrus autem Diaconus anno 900. quod falso dictum. nam Saraceni ante annos 60. & amplius Siciliam ingressi furant. quin tradit Leo Ostiensis, Saracenos Siciliam ingressos, Panormum cepisse anno 820. Syracusa vero capta, eversaque sunt anno 880. ut superius probauimus. Secundum tradit Ignatius, Abraymum eodem anno Tauromenium cepisse, maleque perisse, quo sanctum Berbarium sustulerat. at is casus fuerat 11. kalendas Novembris, anno Christi 884. ut auctor est Leo Ostiensis, idemque Iguatius firmat. sed Abraymus eodem anno perire, quo Tauromenium expugnauit, qui fuit annus Christi 903. ut recte ait Petrus Diaconus certumque est ex Ioanne, Diacono Neapolitano, qui Tauromenium captum ait anno 24. Imp. Leonis ab eius coronatione, qui annus est Christi 903. igitur Abraymus male perire ad Consentiam, IX. post annos à sede sanctissimi Abbatis Berbarij. Tertium memorat Petrus Diaconus, Saracenos ex Insula Lipara in Siciliam reuersos, Kalendas Augusti urbem Tauromenium solo aquasse. certe quidem errat in die. nam excisum erat Tauromenium per plures dies ante mortem Sancti

*Elie Monachi Banensis, ut dicatur in eius vita. is vero 16. Kalendas Augusti ad Domum migravit. pfecto alia, quae eile quiuis anti-maduertat.*



AN.

# ANIMADVERSIONES IN VITAM SANCTI ELIAE MONACHI



PERÆ PRETIVM EST  
Scriptor vita sancti  
Elias Ennenfis, quam  
hic datus, Monachus  
videtur fuisse in Salinis  
aut Aulintis, in Calabria,  
cum tantopere monastre  
viam trium illud extollat; ip-  
saque scriptio, yatis aperte Monachum  
se arguit, fuisse vero non multo post tem-  
pora visiones S. Elias, aut iisdem fere tem-  
poribus, illud ostendit, quod sub initium  
Auditores alloquatur, qui sanctissimum  
virum probe nouissine, ac vidissent. Vita  
Sylus negligens, ac satis simplex: sed Histo-  
riam existim magna cum fide conscripta,  
quod mensendi locus non esset, recentis ho-  
minum memoria, atque apud eos qui San-  
ctum Eliam, viisque res gestas, si non om-  
nem, at aliqua ex parte ex cognovissent, &  
audivissent: quin crediderim bonam rerum  
partem ex Daniele sancti Elias discipulo,  
ut scriptor innuit, acceptam fuisse. prae-  
rea is plurimum nomina personarum, lo-  
corumque, at tempora satis candidate, ut  
videatur reconstit. id quod permagni referunt  
ad fidem faciendam. bac adnotasse placuit  
quia tam admiranda prodigia bie scriptor  
passim memorat, ut non nihil quis de eorū  
veritate possit ambigere. sed meminerimus  
mirabilem esse Deum in sanctis suis. cut-  
rum Vitam Grace habuimus ex M. S. Membranis Monasterij S. Salvatoris, & fa-  
milia sancti Basili Magni, iuxta Messa-  
nam, quam latitudini redditis Pater Au-  
gustinus floritus è nostra societate.

**ELIAE IVNIORIS]** Elias Iunior dictus  
comparatione magni Prophetæ Elias, tum  
in propheticō spiritu, tum in zelo, rerumq;  
admirabilium effectione, paullo post hic  
scriptor Eliam nostratem ait iisdem pas-  
fibus, quibus Elias, ingressus, eadem à Deo  
gratia donatum fuisse. sed quia, ut in fine  
dicam, alius etiam S. Elias fuit ipso poste-  
rior, & in plerisque similis, nofer illius co-  
parisone senior appellatur, & ille Iunior.

**IN VRBE QVÆ ENNA** ea à Syra-  
cusianis condita ex Stephano. postremam  
à Saracenis diruta, mox ab iisdem restau-  
rata. Castru Iohannis, Gaufredo Monacho  
dicta: Aretio Castru Enna, idem Castru Ian-  
ni, corrupto in vulgo nomine: idem fere  
tradit Fazellus. Ex hoc scriptore, satis fa-  
do, erroris plane omnino conuincitur Ber-  
nardinus Reginus, qui S. Eliam, viisque  
discipulatu Danieli, cuius in hac vita  
mentio, Regino, fuisse tradit: cum Elias  
Ennenfis, Daniel, vero Tauromenitanus

ex Sicilia extiterint, ut hic scriptor prodit.  
erroris caussa extremis Notis memorabo.

**CARTHAGINENSES**] in vita Graeca  
Carthaginenses. paullo post Saraceni ij-  
dem, nam Saraceni ex Africa, atq; Car-  
thaginem in Siciliam se se effuderant, at quo  
nam illi anno Ennam depopulati, conser-  
rim, anno C bristi 831. quod ex hoc scrip-  
tore ita constat. Saraceni Ennam deprava-  
dati sunt, cum Elias VIII. annum ageret.  
is vero natus est anno C bristi 823. ut ex-  
tremis Notis probabitur: igitur Elias Octa-  
vus, annus est C bristi 831.

**S. MARIAE CASTRVM**] Graecæ S. Ma-  
rie caltrum. paullo post Urbe, scriptor  
appellat. incerta eius passio, certe quidem  
in Mediterraneis fuisse: videtur ex hoc loco  
erroris plane arguas eos, qui scripsere. Sar-  
acenos anno C bristi 828. tota Sicilia po-  
titos fuisse. id enim omnino falsum. illi. n.  
paulatim progressi in urbibus occupandis.  
Panormum cepisse anno C bristi 820. tra-  
dit Leo Officenfis jēd alij anno 826. agrum  
Ennenfis depopulatos anno 831; Castrum  
vero S. Maria 835. ex hoc scriptore satis  
constat, & rursim predabundos excurrif-  
fe in agros earundem urbium, anno 838.  
quo ramen anno urbes Enna, & S. Maria  
nondum à Saracenis capta fuerant, ut hic  
idem scriptor significat. Syracuse capta  
excisaque, ut superius dicimus, anno 880.  
Ioannes Europalates auctores, capitis Sy-  
racusis ab Africe Saracenis, etiam totam  
Insulam occupatam fuisse. sed id etiam  
mutat, nam Tauromenum anno 903. ex-  
pugnatum est.

**IN MANVS GRÆCORVM MILI-  
TVM**] qui in Sicilia prestatio erant, adver-  
sum Saracenos.

**AC AMERAM SISTVN**T] hic ad Am-  
iram, paullo post ad Prefectum dicit. di-  
gnitatis nomen fuit. quo Princeps Mabo-  
metes appellari se iussit. Sigebertus de Ma-  
bometo: in Regno Saracenorum quattuor  
Prætores statuit, qui Ameri vocantur:  
ipse vero Ameras dicebatur. postea vero  
nomen ad Saracenorum Imperatores, Re-  
gesque, & Prefectos traductum.

**APVD AMERAM NEM IN IVS VO-  
CANT**] Grace Ameramni. emendandum  
conserem Ameras. apud Ameram paullo  
post dicitur, qui ei prouincia præter. nomē  
igitur hoc loco est pro summa apud Sar-  
acenos in Africa potestate, tradit vero Io-  
annes Europalates, Imperatores Sarra-  
cenorum Africa, Ameram dictum. sed in  
Hispania, Amermumnam, itemque in  
Persida, igitur nissit hoc loco Ameramnes  
nomen

Ioan. Curo-  
pal. in Ni-  
cephoro.

Curopal. in  
Michaële  
Rangabe.

& in Basillo  
Perfida. igitur nissit hoc loco Ameramnes  
nomen

3  
Steph. de vr  
bibus.  
Gaufred. hi  
stor. de ac-  
quisit. Reg.  
Sicil. l. 2.  
Arétius de  
si u. Sicilia.  
Faze l. dec.  
z, l. 10.

## 24 Animaduers. in Vitam S. Eliæ Monachi.

<sup>9</sup> <sup>10</sup> nomen viri proprium, vel legatum Amie-  
ras, vel Amermumnes.

PROPHETAM; Mahometem intelligit.

IN SANCTAM INDE CIVITA-  
TEM PROFICISCIT VRJ antiqua bac-  
penes Siculos religio, peregre: undi Hiero-  
solyma; ad loca, Domini vestris, & san-  
guine consecrata; & Romam ad sepulchra  
Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli.  
sed enim Hierosolymitanam peregrinatio-  
nem & Sicilia suscepere S. Gregorius Episcop.  
Agrigentinus, S. Elias Ennenfis, S. Simeon  
Syracusanus Monachus S. Benedicti, S.  
Marina Virgo Sicula ex OidoScanio, S.  
Conon Neftianus, & familia Magni Basili.  
Ruoram adiungere, ut Sanctos Apostolos vene-  
rarentur S. Gregorius Episcopus Agrigen-  
tinus Imp. Decio, S. Mamilianus Episco-  
pus Banormitanus, S. Nymphe Virgo, &  
S. Golbodus Martyres Panormitani sub  
tempora Maxentij Tyranni; S. Elias En-  
nenfis, S. Vitalis Abbas ex opido Castrono-  
vo, S. Leo Lucas Corilonensis Sarracenis  
Siciliam tenentibus, S. Silvester Trainensis,  
Monachus S. Basilij, aliquae.

<sup>11</sup> HIEROSOLYMITANAM ECCL-  
SIAM TENEBAIT ELIAS] obscurus tem-  
porum character, ex quo haud faciliteratio-  
nem in eas annorum Elias Siculi. neque  
enim restire possumus, quo anno sicue Chri-  
sti, sis etatis sua, Hierosolymitanam pe-  
regrinationem obiavit. sed enim Hierosolym-  
itis anno Christi 636. occupatis a Sarrac-  
enis, factum est, ut Patriarcharum eius  
orbis successio (nam continuare eos Graci  
conatis sunt) incognita nobis fuerit; quam  
ob causam Nicophori catalogus Episcopo-  
rum Hierosolymitanorum desinat in Sophro-  
nio, sub quo Hierosolyma a Sarracenis cap-  
ta, obseruat Genebrardus Hierosolymis Pa-  
triarcham sedisse Theodorum Anno 759.  
Eliam anno 787. Ioannem anno 795. Thomam  
anno 802. longe post Thomam praesedit  
Elias, cuius mentio est in hac Vita.

<sup>12</sup> TVM MONTEM OSTENDENS, VBI  
ASCETICAM PALÆSTRAM PONE-  
RET] inferius locum, ad quem S. Elias na-  
wigauit in Calabriam, quiique ei demon-  
stratus fuerat ubi Asceticam palæstram  
institueret, Salita is scriptor appellat,  
alias Aulinas, in ea Calabria parte videtur  
fuisse, qua mari Occiduo aliuitur, aduersu-  
Insulas Aeolias supra vetus opidum Tau-  
rianum. quod idem scriptor extrema Vita  
demonstrat, cum iter describit, quo S. Elias  
corpus in Salinas, aut Aulinas deportatum  
est: cui excipiendo, Monachos ait ad Tau-  
rianum obuiam processisse, exstinxerunt  
locum hunc, Asceticam S. Elias palæstram,  
Salinas dictum, aut Aulinas montem esse  
Parma opido Calabria imminetem. exstat  
ad hoc in eospelunca, que hodie S. Elias sa-  
cra. sed enim balucmantur, qui hoc loco S.  
Eliam Rbegnum vitam egisse, eidemque  
cryptam dicatam patant. is enim in mon-  
tibus, supra Seminarum vixit, vitaque  
excessit.

<sup>13</sup> IMPERATOR ERAT IS LEO] Im-

perator Orientis Leo VI. cognomento Phi-  
losophus, qui cepit imperium, anno Chri-  
sti 888.

<sup>14</sup> BASILIVM QVENDAM COGNO-  
MENTO NASAR] eius res praelare ge-  
stas, partaque e Saracenis victorias me-  
morat Ioannes uropalates sub Imp. Basili-  
lio: sed hic scriptor sub Imp. Leone, Basilio  
filio. ille igitur, sub utriusque imperio, Sar-  
acenis tropae claruit.

<sup>15</sup> IN LOCVM ---- VENIENTES CO-  
GNOMENTO SALINAS] sed inferius  
idem scriptor Aulinas nominat iam dixi,  
locum hunc in monte, qui Parme opido ad  
mare Tyrrrenum incumbit, existitiss.

<sup>16</sup> QVIN SICILIAE OPIDA] ex hoc etiæ  
loco cognoscimus, Imp. Leone Philosopher  
pleraque Sicilia opida a Saracenis non  
dum occupata fuisse, de quo supra retuli.

<sup>17</sup> AD PENTADACTYLI AGRVM  
IRE] Pentadactylum, castellum olim in  
agro Regino, iuxta promontorium Leu-  
copetram.

<sup>18</sup> ERAT VERO IS STEPHANVS] Ste-  
phanus Papa VI. qui cum Romanam Ec-  
clesiam annos 6. administrasset, vita fun-  
bus est anno Christi 891 12. Kal. Iulij.

<sup>19</sup> CLADEM AB AGARENIS RHE-  
GIVM INFERENDAM] memorat hanc  
cladem Ioannes, Diaconus Neapolitanus.  
adi Vitam S. Procopii Episcopi Taurome-  
nitani, & Martyris.

<sup>20</sup> RHEGIVM TENENT, INDE SVVM  
IN SALINIS MONAST. REVISVNT ]  
sed enim Monasterium S. Elias in Salinis,  
an Aulinis, eis Rbegum, ad Occidentem  
supra Parmam, Brutiorum opidum.

<sup>21</sup> D. PANCRATII RELIQVIAS] ad-  
buc igitur D. Pancratij corpus Taurome-  
nitij colebatur, susceptisque piorum virorū  
peregrinationibus adibatur. hoc vero S.  
Elias peregrinatio ad sepulchrum S. Pan-  
cratij eodem anno obita est, quo Taurome-  
nitum a Saracenis excisum est, ut ex hac  
bisteria plane constat. Tauromenum au-  
tem solo equatum est, anno Christi 903.  
ut diximus Notis ad martyrium S. Proco-  
pij Episcopi.

<sup>22</sup> BRACHIMI ---- EX AFRICA AD-  
VENTVM] Abraben dicitur in Menais,  
qui tum in tota Africa rerum potiebatur.  
Africanorum Rex a Ioanne, Diacono Nea-  
politano.

<sup>23</sup> AFER ENIM MVLTIS NAVIBVS  
INSTRVCTVS] de clade, excidioque Tau-  
romenij, atque eius tempore, bge Europala-  
tes: honore autem prolequens pristinam  
suam coniugem imperator (Leo) Theopha-  
nem, in eius nomine templum pulcherrimum  
proximum SS. Apostolis, condidit: templū  
que aliud construxit ad loca S. Lazaro de-  
dicatum, in quo Sancti ailatum corpus re-  
posuit, atque sororis ipsius Mariæ Magda-  
lenæ, cumque classis in huiuscmodi adifi-  
cijs occuparetur, Agarenorum classis Tau-  
romenium in Sicilia expugnauit, multa fa-  
cta Romanorum cæde; Ioannes Diaconus  
Neapolitanus, copiosius banc cladem nar-  
rat

<sup>24</sup> Menæ Gr.  
die 23. Sep-  
tembris.  
Ioan. Neap.  
martyrio S.  
Procopij

Ioa. Cypop.  
in Imperat.  
Leone

rat in martyrio S. Procopij, Episcopi Tar-

renenij.

34

**ARROGANTIA DEBACCHANS RHEGIVM TRANSMITTIT**] de Bra-

ebimi Regis Africanorum elatione, expe-

ditioneque Reginum, & Consentiam in Ca-

lebriam post T auromenij excidium, mire

consentiam Anonymus is scriptor, & Ioan-

nus Diaconus Neapolitanus, quem adi-

25

**ATQVE ILLINC CONSENTIAM**] in M.S. exemplari Graco perperam babi-

tur Constantiam, sed enim Straboni, & Pe-

trio, Mela, Linus, Plinio, Antonino, Con-

sentia, Brutiorum in Italia urbs.

26

**CONSENTIÆ IN ITALIA MISERE,**  
MORITVR] impij Tyrannicorem fuisse  
murmurat Ioannes, Diaconus Neapolitanus.  
at quem scriptor Anonymus oratione Sancti  
Eliæ percutsum tradit, Ioannes Diaconus  
telo transuerteratum à S. Petro Apostolo  
memorat. utrumque fuisse, ut S. Elias preci-  
bus à Deo obstinuerit, quod Sanctissimus  
Apostolus agerit.

27

**ELIAS SVM MONACHVS. QVEM**  
SOCRVS TVA. IVSSIT IN AVLINIS,  
ETC.] & paullo post: Elias in Aulinis cum  
estet, at superius, bac mulier dicitur Eliam  
in Moabiterio suo conuenisse, quod is scrip-  
tor initio tradiderat in Salinis fuisse, nunc  
vero in Aulinis. & inferius, Aulinas ter-  
tium nominat, certe quidem, nisi duplex lo-  
go men fuerit, in altero nominum error  
est. aut igitur semper in Salinis legendum  
aut in Axlinis, quo inclinat animus. nam  
scriptor vita S. Philaretii Panormitani Mo-  
naci Aulinas nominat. an loco nomen ex  
Auliss, id est antris, in eo monte incisis, atq;  
ex ijs Aulina dicta?

**FLVVIUM QVEM SECVRM AP-**  
**PELLANT**] in exemplari Graco Secrum:  
an censuerimus fluvium, quem Strabo vo-  
cat Sagram. Plinius sagram Locros inter,  
& urbem Cauloniam; qui Gabrieli Barrio  
& Mazzella, Alaro dicitur. Leandro au-  
tem, Sagriano.

28

Strabo l. 6.  
Plin. l. 3. c.  
10.

**CVM OCTOGENARIVS SIM** cum S.  
Elias 80. annos natus obiisse ab hoc scrip-  
tore dicatur; obierit autem anno Christi  
903. necesse est, illum anno 823. natum  
fuisse.

29

**POSITVS EST CVM PATRIBVS**  
SVIS XVI. kAL. AVGUSTI] anno Christi  
88, ut mdo diximus, 903. eo enim anno  
T auromenium à Sarracenis expugnatum  
est, et Notis ad martyrium Sancti Proco-  
pji, T auromeniorum Episcopi, probatum  
à me est. eodemque anno contigit expeditio  
Himerij aduersum Sarracenos, & clades  
T bessalonicensis, quo Sanctus Elias ex-  
trellum diem clausit, ut ex hac historia  
satis constat. Porro Baronius expeditionem  
Himerij, primi à secretis Imperat. Leonis,  
anno 902. locat, baud recte. nam Ioannes  
Europalates simul cum T bessalonicensi  
clade memorat; Sarracenosque, post ex-  
cissum T auromenium, T bessalonicam  
expugnasse: igitur uno, eodemque anno,  
id est Christi 903. bac omnia euenero:

Tom. 2.

Baron. Ann.  
ad ann. 902.

Ioa. Curop.  
in Imperat.  
Leone.

T auromenij excidium, Himerij expedi-  
tio, clades T bessalonica, & mors San-  
cti Elias.

Bernardinus Reginas, Eliam nostra-  
tem Reginum in Calabria obiisse significat,  
animamque suam Deo reddidisse in ma-  
nibus alterius. Elias Iunioris; indubita-  
to errat. nam Elias Ennensis obiit T bessaloni-  
ca & urbe Macedonia, animam  
Deo commendans in manibus discipuli  
Danielis; ut ex hac historia certum est.  
eadem do re paullo post fusius dicam.

**IPSE DVX CVM SVO EXERCITV]**  
Ero Praetor, cognomento T barilacius,  
qui expugnata T bessalonica, à Sarra-  
cenis captus est, Joanne Europalate Au-  
tore.

Bern. Rhe-  
ginus in vi-  
ta S. Eliz.

**IS BARDAS EST**] ambiguis animi  
sumus, quis fuerit n Bardas. nam plures  
per huc tempora eadem nomine, quorum  
meminit Ioannes Europalate.

**THESPROTVM**] T bessprotis, & The-  
sprotia, Epiri regio, Plinius, Strabo, Pe-  
lerius.

Strabol. 7.

**VSQVE BUTHROTVM**] Straboni;  
Vrbs in Epiro. Coloniam vocat Plinius;  
Buthrotorum sinus, Epiri regionis, apud  
Ptolemaium est, & Butrotus in magnâ  
Gracia amnis, non procul ab urbe Locris,  
Liuius, sed hic de Butroto Epiri ser-  
mo est.

34

**AD RVSIANORVM OPIDVUM**] T bess-  
renoram castellum. Antonino, Roscianum,  
Procopio, Rutcia, Leonardo Aretino, Ru-  
scianum. Procopius, Ruscia est promonto-  
rium Thurinorum: iuxta id, ad miliaria pa-  
uum septem cum dimidio, praesidium vali-  
dissimum construxere Romani. Aretinuse:  
Rusciae est Tharinorum castellum (corrigi-  
Promontorium) supraq; illud, Opidum  
remotius à mari arduo loco situm, quod  
Ruscanum vocant.

Liuius l. 29.

**IN BESIANVM CASTRVUM VENIT**  
quod Stephano Belsia, Ausoniorum vrbis.  
apud Liuium, Belidæ Brutiorum Opidū.  
idem etiam putat in sua Calabria Gab-  
riel Baerius. sedenim certum est. Oc-  
cidentalem Calabria oram antiquitus  
Ausoniam dictam, ut Diuynsus Alicar-  
nassus tradit. Strabo item ait, mare Auso-  
niæ esse, quod deinde Siculum prodit Lico-  
pron, Philetetrum, Herculis comitem,  
ab Ausonibus occisam, qui oram flami-  
nis Crathis habitant. Crathis autem  
Theocrito, seu Cratbeis Plinio, Bratis-  
rum amnis, prope Scyllam. atque bac  
Apollonio Rhodio Scyllæ Ausoniz.

Steph. de  
vrbibus.

Liu. lib. 30.

G. br. Bar.

in Calabriæ

descript.

D. on. Aliæ.

Strabo li. 2.

**AD SALINAS PROFICISCITVR**]  
superius dixi, pro Salinis, Aulinas lo-  
gendum.

Apollon. de

Agronautis

lib. 4.

37

**IN TAVRINAM -----ILLI**  
OBVIAM PROCESSE RE Tauri-  
num rectius dicserimus. apud Me-  
lam, Taurinum; apud Plinium Tauri-  
norum legebatur. sed Taurianum,  
utrobique legendum, ut Hermolaus Bar-  
barus, & Nonius Pintianus cabigant:  
quemadmodum apud Stephanum Taura-  
nia

Mela l. 2.

c. 4.

Plinius l. 3.

c. 5.

Stephan. de

vrbibus.

38

nia legitur, pro Tauriana. Urbs est in agro  
Bratio Metaurum inter, & Scyllam.

EIVS MONASTERII FRATRES E-  
LIÆ — CORPORE DONATI I fasis  
ex hoc loco constat S. Elias corpus ex Gr-  
ecia in Calabriam deportatum, in Monaste-  
rio suo in Salinis, an Au linis fuisse deposi-  
tum. quid eo factum sit, incomptum mihi est. P hilippus Ferrarius eruditus hoc quo  
in opido Galatris, in Calabria servari, in  
Eccl esia S. Eliæ caput vero inclusum or-  
gento, alijs memorant, coli in gde Monasterii  
S. Philareti, iuxta Seminaram. sed iij  
Eliam Bennensem cum Regino confun-  
dunt, & qd alterius proprii sunt, alteri  
tribuit. igitur ut & multis te tricis, milie-  
tor, expediam scias velim, duis fuisse Elias,  
sanctitate prestantes, alterum Siculum  
in urbe Bonu, alterum Regini, in Calabria  
natum: quos perpram plurimes confundisti;  
causa autem terroris multa; quod eodem  
tempore existens, clarissima sancti-  
tatis, & miraculorum: quod tuncque Mo-  
nachus fuerit ex ordine S. Basili; & Elias  
Reginus in Sicilia aliquadiu fuerit. Elias

Ennenfis dicitur in Calabria sit versatus:  
quod tuncque, sive sim tamen, tuncque  
temporibus, Romam adiuerit, ad visendas  
Sanctorum Apostolorum reliquias: quod  
tuncque Reginus moratus, eius cladem pra-  
dixerit; deuersos tamen fuisse, certissimum  
est, nam alter, Elias senior, Bonu in Sicilia  
natus; alter, Elias junior, Regini, sive  
et alij, Bonu, in Calabria. ille obiit T be-  
salonica, in Macedonia anno Christi 903.  
16. Kal. Augusti. hic in monasterio suo in  
montibus supra Seminaram in Calabria  
anno Christi 1050. 3. Idus Septembris, agit  
tur superlites Elias Senioris annos 57.  
porro S. Elias Regini est corpus, quod in  
opido Galatris traditur; & caput, quod  
in monasterio S. Philareti, iuxta Seminara-  
ram colitur. Namquam alijs corporis esse  
die non in specu, prope Eccl esiam, eide  
S. Elias dicuntur, non longe opido Melicucca.  
Ceterum ut ex comparatis vtriasq. Elias  
vitis, sic vero fidei, Bonitatem vita Diuina  
Elias Regini, in eius ciuiam graciem do-  
mus reacceptum ex ea, quam Bernardinus  
Reginus ex ordine Cappuccinorum, com-  
posuit.

## BREVARIUM VITAE S. ELIAE ABBAT.

### ORDINIS S. BASILII.

Ex ea, quam scripsit Bernardinus Reginus Ord. Cappuccinorum  
EX ANTIQVA GRAECORVM BIBLIOTHECA



Alijs Boue  
orrus, sed  
Rhegio pri-  
undus cre-  
ditur, ex an-  
equa Boz-  
zettarum fa-  
gilia?

ANCTVS Elias Regini in  
Calabria ex Petro, & Leon-  
tia natus est. puer magistro  
traditus, in literis apprime  
profecit. duodecimimum  
annum agenti, cum sumeret  
Eucharistiam, quidam Monachus apparuit,  
dixitque: tu, fili, à Deo prædestinatus es:  
ex te saceruli vestibus, induoque Mono-  
chi habitu, Christum sequere. quibus audi-  
tis, mundo nuntium remisi, vnoque cū co-  
mite, in Siciliam profectus, in montibus  
terræ S. Auxentij, diuinis commentationi-  
bus vacans, aliquandi solitariam vrtā egit.  
sed eius comes ad seculum reuersus, à Bar-  
baris captus est. è Sicilia Elias Romanum  
nauigauit, vt Sanctorum Apostolorum re-  
liquias veneraretur, quo tempore cum igna-  
ri parentes, vbi locorum esset, lugerent, ap-  
paruere illis Sancti Apostoli monentes: ti-  
hium saluum esse, & in Dei famulatu viuere.  
Romam, cum de reditu in patriam cogita-  
ret, obtulit se Elias Ignatius Monachus, à  
quo in disciplina Monastica instructus, Reginum  
ad iuandos Monachos missus est. po-  
stequam illuc peruenit. S. Arsenio adhæsit,  
qui iuxta Reginum habitabat, à quo Mo-  
nachu habitum sumpsit: cum vero sanctissi-  
mis viris, Arsenio, & Elias à Deo revelatum  
esset, Sarracenos in Calabriam breui vētu-  
ros, in Insulā Liparā secessere, vbi per octo  
annos versati inde Reginum reuersi, in Ec-  
clesia S. Eustacij Mattyris habituere. ea tē-

pestate erat in regione Reginorum, magnaq;  
vitæ fama, & sanctitatis celebrabantur viri  
Sicili, Elias senior eiusq; discipulus Daniel,  
Monachi de familia S. Basili. Asceticam vi-  
tam agétes in quadam spelunca, prope Ec-  
clesiam S. Donati Martyris; multaque inibi  
miracula patrantes. porro Elias junior ad  
seniore hunc Eliam accessit, qui prophetæ  
spiritu clarus, multarū vrbium excidia prædi-  
xit, obitumq; etiā suum Elias junior, cui disci-  
pulos commendauit suis. exinde Elias Reginus  
missus est a S. Arsenio ad Castellū Cap-  
pense, & erat in territorio Regino, bono  
ciuiū illius loci mox accersitus, vt ei morieti  
adesset. S. Arsenio demortuo Elias omnium  
Monachorum Abbas creatus est, in Mono-  
sterio S. Lucia, & hodie Calanizzi. ex eo in  
monte, supra Seminaram, contulit, vt Deo  
quietius vacaret. ad quorū radices, Monasteriū  
in spelunca quadam cōstruxit, vbi mul-  
tis miraculis, & spiritu propheticō clarus vi-  
xit. discipulos habuit Lucam, Vitalē, Cosmā  
& S. Philaretum Siculum, cui virtutē ejiciē-  
dorum spirituum Deus dedit. obiit S. Elias  
anno etatis 96. Christi autē 50 supra 1000.  
corpus eius in duplice spelunca huius est, in  
Monasterio, & ipse dū viueret extrixit. ex-  
inde in opidi Galatru à Monachis suis trās-  
latū est, caput eius, inclusum argento, colitur  
in Monasterio S. Philareti, iuxta Seminaram  
Anniversarius ac festus dies S. Elias Regini  
3. Idus Septembris agitur, quo die ad celum  
migravit.

ANI.

Alij effe-  
ciunt in spe  
cum prope  
Eccl. S. Eliæ  
non longe  
ab Opido  
Melicucca.

# ANIMADVERSIONES

## INVITAM

### S. LEONIS LVCAE ABBATIS

**B**EATVS, ATQVE EGREGIVS I.C. CONFESSOR] Vitam S. Leonis Lucae colatam damus cum tribus M.S.S. Codd. Panormitano (in quo multa desunt) Mazarense, & Coritionense, style paululum antiquiore.

QVO TEMPORE IN SVLAM DE VASTARE SARRACENI COEPE RANT] in M. SS. Codicibus babebatur, Leonem Lucam in Sicilia natum, quo tempore Insula à Vandalis deuastari cepta est. nos eratis Vandalis, Sarracenos repulsimus, error enim manifestus: incertum, num ab incurioso vita scriptore, an ex scriptore profectas. nam idem scriptor, qui visita initio, Barbaros, quibus Siciliam vabantibus, Leo Lucas natus est, Vandalo dicit, deinde abscessisse illum in Calabriam memorat, Agarenis Siciliam praedantibus. et Vandalarum inter, Sarracenorunque incursionses, clades quæ nedium multi intercidere anni, sed secula. in alterutro locorum error; sed uter corrigendus inclinat animus, ut Leo Lucas sub Sarracenis potius, quam sub Vandallis vixerit. neque enim Sicilia aque inquietus sub Vandalis, atque sub Sarracenis fuit. nec Vandalicus turbo Mediterranea Sicilia afflixit, in quibus S. Leonis Lucae patria, sed oram maritimam, & præcipue Occidentalem. Sarracenia vero tempestas totam Insulam prostrauit, deuastauit. quam ob causam, plerique, resicca Sicilia, in Orientem profugere; ut S. Iosephus Hymnographus, S. Athanasius Catanensis, Petrus Sæculus, qui de Manichæorum heresi scriptis, & fortasse alius Petrus Argivorum Episcopus, multi in Calabriam proximam, ad portum vita Monastica, se contulere, ut S. Elias, S. Lucas, germana soror Beata Catharina, cuius B. filii Antonius, & Theodore, omnes Eumeni, B. Daniel Tauromenitanus, SS. Vitalis & Elias ex Castronovo, S. Philaretus, & S. Ioannes Panormitani: bös inter S. Leonem Lucam commemorauerim, quem et iam in familiam Monachorum Magni Basilij ad scripsimus.

IN S. PHILIPPI QVOD EST AGYRI MONASTERIVM] id factum operatus enim nondum Sarraceni Mediterranea Sicilia occupassent, sed litorales urbes oppugnabant. Agyrium vero Diodori Siculi patria est, viri clarissimi, qui celeberrimam illam Bibliothecam conscripsit.

ERIPAT TE DE INIQVISSIMI PERSECUTORIS PERICVLIS] Saraceni hostis, an Demonis?

IN MONTIBVS QVIBVS MVLAS NOMEN] Nineam, Depotria urbem mediterraneam; Suida, & Stephano. Gabriel Barrius scribit, Ninetum Latinis vulgo autem S. Donato dicit. sed Archangelus Magistri montes, quibus Multa nomen, esset, prope Castellum S. Donati in agroveteris Thuriorum Reipublica.

Steph. de vr  
bibus.  
Bart. in Ca  
labria.  
Mat. f. Chr.  
Calabria l.  
4.C. 23.

IVXTA MONASTICVM INSTITUTVM, LVCAE NOMEN IMPOSUIT] institutum verè fuit, ut qui Monasticum habitus indueret, eo censeretur nomine, & eadem litera inciperet, qua nomine quod mutant. ita pro Leone, quod nomen à parente Leone tulerat, Lucas dictus est: sed progressu temporis inualuit, ut utroque nomine Leo Lucas appellaretur: fortasse ut ab aliquo alio S. Luca Monacho, & Abbe distinguueretur. Leo Lucas vero cù Monasticum habiti sumpsi, onnum vigesimum agebat.

AD TERRITORIVM MERCURIENSE] paulo post, is scriptor ciuitatem Mercuriam nominat.

IN ALGORE MONTIVM MIROMANORVM] in quibusdam Monumētis Monasterij S. Luce de carbono, in Lucania, nominatur Trotta, Attrudafilia, domina opidi Myromana, anno Domini 1529 & in altero piaieglia, anno 1595. Castrum Myromana. Paulus Aemilius Sanctarius putat, fortasse Normannum dici debere, a Normannis conditam. sed is vocabulū rōquet, & contra est Opidi vetustas, & non montium, ante Normanorum in Apulia, & Calabria dominatam. ut ex aucto S. Leonis Luca, satis constat. crediderim potius, montes Myromanorū à Castro Miromana

Paulus Ae  
mil. Sæctor.  
Histor.  
Monast.  
Carboñensis

VRBIS CASSIANÆ CIVIS] Paulus Vernefridus in Lucania, & Brutis, octaua Italia prouincia, inter præciplias ciuitates Cassianum numerat. Leander Albertus Cassianum opidum in magna Grecia, non longe ab urbe Rusciano, locat.

Paulus Ver  
nefr. de ge  
stis Longo  
bard. l. 2.c.  
17.  
Leand. de  
script. Ca  
labriæ.

VENERANDVM CORPVS PROCVRANTES] quod bodie in eae maxima Montis Leonis, Ciuitatis Calabriæ, summa cum veneratione colitur.

10



# ANIMADVERSIONES IN VITAM S. OLIVÆ VIRG. ET MART.

**B**EATA OLIVÆ] hystoriam S. Oliuæ exscripsimus ex Lectionario libro Membranaceo M. S. Ecclesiæ Panormitanae, in quo vita per lociones 9. distributa, quibus Panormitana Ecclesia antiquis temporibus ut bazar id verò Lectionarium ad verbum exscribere solle antiqua Sanctorum Acta; nimium rudem & humilem hystoriam stylum perponere, necessitas fuit. utinam rebus afferre lucem potuissimus. nam obscurum, incomptumque his Actis sub quibus Tyrannis Oliua, queus aeo pro Christiana fide easq; quo loco Panormi condita; que tria locis suis mox explicabimus.

IN SICILIA EXORTA EST] in antiquis Actis, unde cum fide presumpsit exemplar M. S. Panormitanum, ita habetur: B. Oliua de nobilissimis parentibus nata, in terra Siciliæ quidam liber chartaceus, boudicens, Thermitis Himerorum forte inuenitus, quæ vista S. Oliua descripta est vulgari idiomate Siculo, habetur in verbo Panormino, in Insula Siciliæ, natam. idem dixerunt P. Marellus Grassus in vita S. Oliua, quam sermone Italico edidit. Bernardus Riera, Drepanitanus in suo M. S. libro de Regione Sicilia, qui in Bibliotheca Collegij Panormitani seruat, aliquique scriptores, constat utiam traditio tum Panormi, tum in universa Sicilia vicens, nec ullis aduersis debilitata opinionibus fama Panormitanam prædicat.

QVORVM NOBILITATIS RATIONEM CVM PAGANI HABERENT] M. S. liber Panormitanus habet, Oliuam à pagani, vel infidelibus Christianam deprehensam, Tunetum in exilium e Sicilia pulsam, ob reverentiam parentum suorum. incertum, an scriptor barbare parentes Oliua Patrem, ac Matrem dicat, an cognatos, affinesque. liber Thermitanus multa incepit neclit. Oliuam cum claudum hominem, agerum dein eacum sanasset, instructosque in fide baptizasset, mox Christi aduentum populis prædicare cœpisse. Vicarius autem Romani Imperatoris, qui Insulam, pro Imperatore dominabatur, ubi rumor ad eum peruenit, sibi Oliuam sibi iussit, sed cum à Christiana fide reuecare non posset, obscuro carcere clausisse, ne ferro occideret mentis prohibuit. itaque Tunetum in exilium eiecit, scripsitque ad Tuneti Regem, ut Virginem adjectam Mahometis pertrahoret,

aut diuersis tortam cruciatibus interficeret. nauigantem vero Oliuam Nauarchis, nautasque ad christianam fidem traduxisse, omnesque ubi in Africam ascendere, in auncenam vallem secessisse, in qua aliquando cum S. Oliua versari, instructique dimisi sunt. exin Tunetum petentes, cum Christianum prædicassent, capiti à Saracenis martyriam abscessis capitisbus expreuere. at Oliuam, septem post annos, non modo venatores, à quibus in latribus illis reperta fuerat, sed magnum urbii Tuneti partem ad brustum traxisse.

Sed iste scriptor, aut vita interpres, à vestitis M. S. S. longe recedit, multaque ineptissime confundit. Principio Acta Panormitana. nubum memorant miraculum à S. Oliua in Sicilia patratum: sed claudum hominem, alkerumque eacum Tuneti in Africa ab eis sanatos, ubi pro Christiana fide extorris agebat. adhuc S. Oliuam de Christiana fide ad populum in Sicilia verbum palli fecisset, ac baptismate ad se accedentes abluisse, eadem Acta non habent, sed tātum christianam aiunt deprehensam; & in exiliis eiectam, quamquam creditu facile est, aliquam paganos occasionem nactos expellent de Virginiis, quod haec in Christiana fide ordinatus fortasse se aperget, fulfisque Deo, siue impium Mahometem, si sub Saracenis Tragedia peracta est, iniurias liberius proscienderet. Denum liber Thermitanus prius grantia habet, Imperatori Romani Vicarius Oliuam misit in Africam, ad Tuneti Regem, qui ad Mahometem perducere, is scriptor Iudeos facere videtur. Romanis enim Principibus Ecclesiastis testibus, Mahometes pondum fasus, qui a Magno Constantino, Principe christiano, 300. ferme post annos, dogmas suū inchoauit, sed enim Saraceni Africam, multa post præstia integrum possedere, sub Christi annum 698 Imperatore Orientis Leonio, ut auctor est Cedrenus, aliquæ. tum vero Sicilia 650, ante annos fidem Christianam sumperat, & constantier etinuerat. unde igitur habet, mihi scriptur, ut Vicarium Imperatoris Romani constitutas, qui Siciliam vice sacra dominetur, & christianos in ea persequatur; qua tempestate, universa Insula Christiana ab antiquissimis temporibus, percalpata est nulli Romæ Imperatores essent, nec Sicilia Romanis, sed Gracis Imperatoribus obtinerarent. denique in ceteris etiam, qua memorauius, Thermitanus liber à Panormitanis Actis dissentit.

Iam vero exquiris à me, quo quo S. Oliua

Bern Riera  
de Religio-  
ne Sicilie.

of martyrium obtigit utrum sub Eibnicis Imperatoribus, an sub Saracenis, ingenuus factus quod certo affirmant me non haberes cum nulla mibi lux ex Actis Panormitanis, neque aliunde affulget, demonstranda res. Bernardus Riera I.C.Dre panitanus sub Vandali constituit. sit enim Vandalus in Siciliam applicantes Panorum excusisse. indeque Oliuam Virgine in Africam abduxisse; ac propter Christi fidem martyrio coronasse. sed Riera aduersatur Acta Panormitana, qua Oliuam à Paganis casam tradunt. at Vandali minime quidem Pagani, sed Ariani. neque Oliuam ex Actis captiva abductam est, sed Panormi comprehensa, atque in Africam in exilium dacta est, fuisse. Tamen Riera posse quod Isidorus narrat istipsum etiam Vandali historia, sit enim de Gesericu Carthaginem peruidit. Sicilium depredatur. Panormum obsidet. Ariananam pestilentiam per totam Africam introgreditur. Sacerdotes ecclesia expellunt. Martyres plurimi efficiuntur.

Mirabilem effe si vita scriptor paganus ocepolasset eum, qui Aricanum impetravit, obvadebat, confundunt enī saepe spinus dicitur hereticos cum Eibnicio. Et pugnauerunt monachos extensus ad opes ecclesie ecclesia hostes. sed bac omnia non adiutare persuaderent omnino. Riera opinione, oculum Tbermitanus liber Saracenorum in Africa meminit, ad quos Oliua transmissa est; ne baus scriptori omnino aduersa videbatur, eius martyrium sub Saracenis collocaui, donec veritas est, prius emergeret. scitis supplicij, ac ludibrii genus, quo Saraceni in Africā aduersum Christianos exercitū memoraverant. Acta Oliue tota undecum ignoscere decumere iussa, flagrisque casam idem traditur. in certamine Sanctorum Ioannis, Antonii, & Petri martyrum Syracusanorum, qui in Africa martyrium passi sunt, sub Abracben, Rege Saracenorum, etenim asello impositi, vincti per meidam urbem circumacti, magna populi turba comitate, sed hęc leuis est conjectura.

T. VNETVM AFRICÆ VRBEM per-  
peram in M. S. scedis, Tunisiū, &  
Tunisim.

IN IPSA VRBE PANORMI, VEL PROPE MVROS CONDIDERUNT] diu quiritur, quis fuerit is locus intra, extra urbem, in quo S. Oliua corpus depositum. saepe Panortitanorum cibum in Oliuam affectus. plerisque intra urbem locis indecidit corporis defodit, sed irito conatus paucos ante abhors defusso ades S. Michaelis. En ergo nō quodam ruelante, atque illic reperatum caput nescio cuius Rosana, & annulum S. Oliue, eaque offensa ut vera, sed vana, nullaque fide, ut ab eo profecta, qui mendax ab initio fuit, nec multo post, factum in exilium; S. Oliua corpus invenitum, camelio corio consutum, & clam in Hispanas deportata. purum putum mendacium fuit. Antiquarum opinionem, nam de con-

ditorio S. Oliua exponam, monitum, milētor, te velim, in Ecclesia S. Oliua, quam hodie habent Patres ē familia S. Francisci de Paula, à quo etiam recens adi nomen. Sacellum esse, quod illam intrecepitibus, laudentur, est. illic propter gram, & scorpius epistola putes obendetur, in quo am est, corpus S. Oliue conditum esse, neque abhorre a vero, multa suadent. I. ades ipsa, putes, historia S. Oliue. II. prodigia III. loci veneratio, & miracula. IV. ejus V. quetus opinio, ac traditio.

Suadet primum ades, quam verisimile est, & maioriibus nostris extrahit, quo loco conditum corpus. Et putes ipse probabilem rem factam in quo tuto, potuit conditum corpus, nego; historia locis hinc adversatur, nam prope urbis mœnia, ex iuxta dictis, ac fere pasibus ab aliis dicitur.

Secundum prodigiarum narrat, cum in ore nullus ventus, flatusque sensiatur, ubi tam in quietum descendit, & sex fere dorantes, supra aquam, cava, in his pro tendit, in qua S. Oliua corpus esse credetur, atque ad eius caverne oris ingressum, is terrae ambuletus, ventusque redditur, & lumen quamquam magnum. Et hinc etiam quibus laterna occulsum, refinguntur, quin & loco numen, nam ingressum mediantes, perterrit, & ingredi ausos exanimauit, sed eorum guri duo ē familia S. Francisci de Paula, de hunc incensu inuenienti corporis. S. Oliue dies aliquot pane, & aqua, corporisque macerationibus, ac precibus transfigerit, dum alter ubi in puteum descendit, & ad caverna fores deuenit, proclamare cepit, premor se, prout extiterent, neque alter ab incepto destitit, sed rem periclitari maluit. ubi ad cavernam descendit, in maiore periculo fuit pene exanimatus, exinde extractus, credendum est, nondum quatuor tempus, quo Deus thesaurem hunc nobis reueleret.

Tertium, idem persuadent loci veneratio ac miracula. nam plerique bausta ē puto aqua, potaque, prospice quareana labores, conualescunt, energumenis potanda traditum quamquam vix, ut bibant, adducunt possunt, & cum metu fibunt, vociferantur, timere se illam, Oliue nomen formidantes, ac nonnullis aqua potu, Demoribus crepti.

Quartum addo visa, nostra fere memoria, intra annos 100. ac primum sub anno Christi 15. 8. quo S. Oliue ades familia S. Francisci de Paula à Collegio Saracenus tradita est; quodam die, Pater Antoninus ē Panormo ex eadem familia, cum colligen- dis ex boro proximo pisis intenderet, profanus vir quidam feminam vidit eum consecutantem, unaque cum illo pisa colligen- tem, quia visa offensus, accenfusque noscen- di cupidine, eam consecutus. at femina pedentem recipere se sub proximas arbores bortorum, ubi evanuit, basit horro attac- tus, confususque concepta opinionis de religiosis illis paenitens, petita venia abscessit. proxima nocte, dormienti Virgo se ob- talit,

tulit, professa Oliuam esse se, quæam vidis-  
ses pauperes illos fratres iuuante n. locisque  
Olius tutelarem esse, in quo corpus suum  
conderetur. mox i mappulam, n eaque pa-  
nem prabuit. quam ad religiosam illam fa-  
miliam perferrat. probat diuisce res veri-  
tatem antiqua traditio, cum apud eius Co-  
nobij Patres, tum apud Panormitanos se-  
nes: ac preterea facultatis quid adfiscatib;  
quo loco D Oliuæ euaniuit. & abduc manet.

Sed verius, quod de pane, nippaque di-  
ui, separatum ac ferme sub anno Christi  
1556. euensis. tradunt enim Cenobij Se-  
niores, quibus fides, cum die quædam panis  
Religiose familie decesserat, signumq; ad pran-  
dium protraheretur, pueram gregia for-  
ma decoraque ueste, ad Cenobij fores affi-  
tisse, que mappam recenti cum pane per-  
ferret. Lanitorem vero Virginem rogasse,  
quananam esset: atque illam; Oliuam respon-  
dississe. sed Lanitor alia omnia e gitans. dona  
intro tulit, mox reuersus, ut mappam red-  
deret, neminem inuenit. exinde Virginem  
illam D Oliuam rati Patres, mappam in  
bonore habuere, qua diutius in eo Cenobio  
afferuata, & ad integratos d ferrifositos  
guid illa factum, ignoro. sed audio, periisse,  
dum buc illic circumfertur. quin ipsa fa-  
minoris memora intercideret, nisi scriptis  
de me traxeret.

In iisdem Cenobij portis, oodemque in  
loco, quo adicula D. Oliua dicata, cuiam  
Aethiopi, Tertij Ordinis S. Francisci de  
Paula, viro singulari religione, sape illi lo-  
ranti, D. Oliua visa est. que ab eo rogata  
cur nollet, corpus detegi suum, respondero  
solita erat, nondum tempus aduenisse; quod  
cum visi fama approba: tum viri probitas.  
Iam vero brixi anno 1586. quidam Un-  
garis a nostris tritemibus capti sunt, quos  
Iacri Quesidores Ecclesie reconciliati,  
per religiosas familias distribuere, ut fideli  
nostra mysteria instruerentur; ex ijs duo

commisso sunt Canobitis S. Francisci de  
Paula, qui prouox alter, cui Raduanus nomen  
p in D. Oliuam affecta, etiam adiculam in  
secretis Cenobij portis, adhuc hanc Mar-  
tyrem sponas adibat. in eosdem portis  
Pater Pacificus de Panormo ingredi soli-  
tus, & plantas serere delectabatur. is igit  
sur die quodam, cum portos excoleret pal-  
lium sub arbore reliquerat cum forte Ra-  
duanus, dum adediculum sacrum pergit.  
intectam Virginem insigni venustate su-  
per pallio confidentem videt, quo visus offens-  
sus, malisque suspitione in animum intulit  
ad P. Pacificum, iter intendit. inter cunctis  
retro conuersus Virginem non vidit, faci-  
tus ad eisdem Patrum, cum decessisset, Vir-  
ginem existisse D. Oliuam consueva. Alio  
die, cum ait eisdem portis Raduanus per-  
geret, eodem in loco Virginem ore, cibis q  
corporis pulcherrimo coniuetur. exquirit  
ab eis quæ foret, quaque via in portis in-  
troisset. Virgo respondit: Oliua sum. Ra-  
duanus viso, verbisque letus, rarsum  
interrogat. Sancta Oliua est ita vero, illa  
respondit. quo audito, cum Raduanus ac-  
cessum ad Virginem aggredieretur, has ab  
eo recedens evanuit. & rei memoria adhuc  
reversus. Hac litoris consignasse collubitum,  
ne S. Oliua beneficiorum monumenta abole-  
rentur; utque ex hisc vissi intelligamus  
non nisi ex aliqua magna caufa, sive illam  
loci tutelarem praeferre, & inibi videre  
dam sapienter solitam, certos fore ar-  
gumento, D. Oliua corpus illic cōservare.

Quintam idem etiam firmat uestis opis-  
tio, nobis à maioribus per manus tradita:  
corpus sanctissime Virginis. & Martyris  
Oliuæ, in eisdem dieatq; sacello conditum  
esset, in eaque caverna, ad quam aditus pro-  
pe aram patet. hęc omnia non ita rem eius  
eunt, quin possit forte deinceps certioribus  
indicijs alia confirmari opinio.

## ANIMADVERSIONES IN MARTYRIVM S. VENERÆ VIRGINIS

**S**ANTISSIMA VIRGO! Mo-  
numentum hoc S. Veneræ exi-  
cepimus ex eius historia car-  
mino Siculo descripta, atque  
ex veteri traditione Ecclesi-  
rum Castriragalit, & Gale, quod opidulum  
est in agro Mylaistarum. quo nam euo mar-  
tyrium S. Veneræ acciderit, nondum explo-  
ratum habeo. crediderim dominantibus in  
Sicilia Saracenis, à quibus exstata for-  
tasse Gale.

EVISSE TRADITVR, EX GALLO  
OPIDVO satis hinc constat, Veneram  
Siculam à Locrensi diversam esse, que di-  
citur Locris nata. & sub Antonino Imper.  
passa in Gallia: seu potius Galatia (nam  
similitudo nominum errorem sape induxit  
ex Baronio in notis ad martyrologium pri-  
mo Maij, & 27. Iunij) de ea videris potest  
martyrologium Romanum die 14. Nove-  
mbris ubi Veneranda appellatur. Vbi Baro-  
nium ad Equisinum se refert lib. 10. c. 61.;

item

item cum eodem die, sum 20. Iulij nominius Macrolycus in suo martyrologio, & Hieronymus Marafioti in Calabria chro-nico lib. 2. cap. 13. Nostra etiam Venera-differt ab Alesina de qua Beatus Noster atq; ab ea etia diversa est de qua Baronius in notis ad martyrologium 13 kal. Aprilis. in Acta monte, Actis epidemis est, supra promontorium Xiphodionum, distans 1000 ferme passibus. haud longe ab hoc opido, a plerisque circumfertur. S. Veneram martyrio coronatam, corpore impetuosa deinde, quæ iuncta putrum, ades est S. Veneræ dictata; ac putei aqua loci multis sanantur morbis. Anniversarius etiam festas dies, maximeque sollemnis agitur, sequentibus cum

ludis, & celebri mercatis. Opidi religionis laudauerim; sed opinionem de loco martyri infirmam reor. quoad miracula, diligenter perpendenda esse moneo, nam eo in loco veteres balneæ sunt, quarum ruineæ adhuc manent; & aquæ est sulphureæ putredinis, cuius nomen dedit S. Venera; ab eius gde proxima. equis vero putei, antiquorumque balneariorum ex Aetna, cæurnis prorumpentibus à natura vis inest aduersum morbos.

SANGVINEÆ AQVÆ FONS] incertum, utrum aquæ sanguineæ fons à egde Virginis profluxerit, an eius sanguine, colore dumtaxat imbibetur. porro fons miraculis in dies inclytas.

3

## ANIMADVERSIONES IN VITAM S. VITALIS ABBATIS



VM VARIIS Jex huinc vita initij planum, certumque est, res gestas S. Vitalis Græcæ primuno descriptas fuisse. quis autem scriptor is fuerit, omnino Monachus eius alius natus, incomptum habebus. neque exemplar Græcum in hunc usque diem nati sumus. igitur in interpretationem Græcæ vite damus exscriptam ex M. S. Membranis Ecclesiæ Armentis, opidi in Lucania, ubi corpus B. Vitalis seruat. qui Officio proprio inibi colitur, hac vita in lectiones per totam octauam distributa. quod vero Interpres Græcam vitam S. Vitalis in latinum rudi style træstulit, paululum perpolitam dare oportuit.

PRÆSVL ERUDITISSIMÆ ROBERTÆ] fuit is Episcopus Tricarinensis, ut extrema Translatione dicatur, cuius iussu Græcam vitam, & Translationem S. Vitalis interpres latinitate donauit; pannis, que initio prefatur, adiecit.

DEDVCTVM FVERIT ARMEN-TVM] in Lucania opidum, de quo in Vita S. Luca Abbatis Carbonensis.

VITALIS SICVLVS A B VRBE, QVÆ CASTRVMNOVV M DICITVR ORIVNDVS] verba Interpretis haud placet hic mutare. sed minime ambigimus oriundum, pro ortum ab eo acceptum. atq; hanc eius effeminentem, S. Vitalem in ciuitate Castronous natum esse. Quamquam contra est scriptor, an interpres Græca vita S. Luca Abbatis Carbonensis, synecchroni S. Vitalis porro ille, S. Vitalis de Mennita fuisse, ait; qui locus sanc obscureus, corruptusq; atque adeo nos nihil monet. Quod

vero idem scriptor, aut interpres vita S. Abbatis Luca, hunc è patria Demenna existisse memorat, quod vocabulum aque vitiosum est; subibat animum suspicere, utroque loco reponendum, de Enna celebri Sicilia urbe à qua Interpres, parum gravarus, Enniam gentile nomen deduxit. vlg. Ennam ad Demennam, ita Ennaeum ad Demennitam barbare torfit: placuisse emendatio, nisi diuinatio mea fuisset. sed ad tam firmam robur accedebat ex ipso Castronoui vocabulo. nam ex hisa à Sarracenis Enna, rursum ab eisdem munista, atque antiquo Enna nomine exolescente, Castrum nouum fortasse dictum, quod deinde Castrum lobannis, quon nomine nostro etiæ hoc quo, nuncupatur. sed id quo vetere scriptore firmaremi certe nullum habeo. arbitratu dumtaxat meo firmo, qui non satis firmus; cuiusque inniti, lubricum, nec tutum est. sed urgetur importuna illa mea cogitatio. S. Vitalis ait Castrum nouum in Mazarense regione nondum conditum. conditum vero, instaurata Enna, castrum, quod sum novum, nunc vero lobannis dicitur, ac proinde S. Vitalem fuisse ex urbe Enna. sed apage commentum menem.

Castrum nouum opidum nouum? nomine quidem, sed antiquo conditu, quia multiss ante S. Vitalem seculis, quod & qualiter solo, (numne à Sarracenis. ) sed denuo restauratum, dictumque Castrum nouum; vestuba ciuitatis nomine inexplorabile mibi est, sed vetustam fuisse suadent. Primum ruinæ, ac rudera antique urbis evenerunt, que in monte, supra Castrum nouum spectantur. Secundum ossa giganteæ magnitudinis, que in plerisque urbis locis reperiuntur. Tertiū pictæ imagines, Græco more, quo ve-

sus

## 32 Animaduersi in vitam S. Vitalis Abbatis.

**12** omnia Sicilia uebatur; in adiuvum antiquarum parietinist, ut in Ecclesijs S. Georgij in möte, S. Basili in Media. spectatur etiam baptisterium, antiquo Gracorum more, in imo perforatum, unde aqua, peracto baptismate fistula emittebatur. Quartum lapides, inscriptionesque cum Graeca, tum Latina. Ebenim in audio Graciam inscriptionem esse in Ecclesia S. Petri, prope fluuen. sed in ade maxima Castronoue hoc marmor legitur.

**HIC REQVIESCIT IN PACE  
PLACIDIA VNIVERA QVÆ VIX  
ANNVM PL. M. XXV. PC.  
BASILI VC. PER INDICTIÖNEM  
QVARTAM ANNO XX. GHI**

**13** *Annos XXXV. post Consulatum Basilij,  
Indictione IV. erat annus Christi I  
LXXII. Imp. Iustini Iun. VII.*

**14** Ex his satis constat ciuitatem, cui non  
men bac tempestate, Castronouum, an  
tiquis temporibus conditam, Christianis  
que institutio imbutam fuisse, ut nibil ve  
set; quin S. Vitalis in Castronouo oriri po  
tuit. voluimus de adeo antiqua ciuitate  
bene mereri, esque virum sanctissimum  
Vitalem ciuem adscribere, ac patronum  
bene precari.

**15** AGYRIVM A D MONASTERIVM  
S. PHILIPPI CONFVGIT] male inter  
pres intellexit hunc locum: ita enim ver  
tit: à teneris annis Christo cupiens militare,  
dimissa patria, parentibus derelictis, ad  
venerabilem Patrem Philippum Agyrium,  
virum vtique sanctum, ac malignorum spiritu  
tum expugnatorem, confugit. plane om  
nino error est, ac metacbronismus. nam  
S. Philippus pluribus seculis ante S. Vita  
lem obserat. proin haud posuit ea esse mens  
Graci scriptoris, ut Vitalis ad ipsum San  
ctum Philippum confugerit, ab eoque mo  
naisticum habitum sumpergit; sed Agyrili,  
ut nos emendauimas ad eius monasterium  
contenderit, & a Monasterij, qui tunc erat,  
Prefecto, Angelicum habet: um suscepit.

**16** IVXTA S. SEVERINI CIVITATEM] ita interpres: incertum, an etiam Gracus  
scriptor ita haberet. hoc aeo S. Seuerina,  
urbs Calabria, qua vetas Siberena Plinij,  
& Stephanis, auctore Gabriele Barrio. Io  
anni Europalati, & Cedreno, S. Severina.  
at S. Seuerinus, antiqua Septempeda, Pi  
cenorum urbs Mediterranea.

**17** HABITAVIT APVD ÄTNAM] pa  
lastram a plerisque Ascetarum celebrata.  
sed enim in ea se exercuit Lucas Taurome  
nitanus, Elias Reginus, Laurentius Fra  
zianensis, Nicolaus Aderdionensis.

**18** FINIBVS SE CASSANICIVITATIS  
Cassantë in magna Gracia, que Calabria  
vltior, prope urbem Rusticanum, Alber  
thom. Co  
tus Leander describit: in Brutis, que ci  
stus catal. terior Calabria. Thomas Cottus, & auctor  
vrbii Cala  
Catalogi orbium, qui Pandulpho Collensu  
tio prefixus est.

**19** VIDET ANTONIVM ABBATEM]  
exissimo esse S. Antonium, patria Locren  
-

sem è familia S. Basili, Abbatem Conobij,  
prope Locros, ubi miraculis clarus obdo  
misuit in Domino, 10. kal. Septembri, quo  
die colitur.

**20** QVI NVNC PETRA ROSETI DI  
CITVR] incertum, an locus iste ad eas bel  
lum Rosatum in Calabria spectet, parum  
à mari distans; apud quem Acalander fluit  
qui fluunt Calabria, & Lucania termini  
nus est.

**21** CONTRA S. QVIRIGI CASTEL  
LVM] quod in Lucania situm, Thomae Co  
sto; in Bariano resolu, Anchore catalogi,  
apud Collenatus.

**22** VYLO DICITVR MI SANELLI]  
Thomas Costus Missarum opidum, in  
Lucania recentes; in Bariano tractus, Auc  
tor Catalogi apud Collenatum.

**23** INTER DVOS MONTES TVRRIS,  
ET ARMENTE] Tarris, & Armentum,  
opida Lucaniae.

**24** CVI NOM N. LVCAS] cuius vitam  
etia describimus, quod ad Chronologiam spe  
cialis, incompertum mibi est. Vitalis ne at  
te superior, an Lucas fuerit; & uter alteri  
superficies existit, crediderim, ex S. Luca  
in B. Vitalem reverentia, b. illo natu  
maiores fuisse, ac premortuum. quod ve  
ro Armentum à S. Luca munatum est, sub  
annum Christi 970 atque illic ab eodem  
Luca conditum Monasterium, cuius hoc  
loco mentio, plane addiscimus, obitum Sancti  
Vitalis post hunc annum rei ciendum esse.

**25** SVB HORAM NONAM] vetus olim  
mos, & institutum sanctissimis Ascetis, ob  
bora nona ieiunium soluerent, viresque  
corporis, sumptuoso, recrearent.

**26** LEONTIVS DE PETRA, ET HI  
LARIVS DE GALASO] Petra opidum  
Lucania, iuxta Armentum fuit. nam in  
Translatione S. Vitalis, Tuscanus memo  
ratur, Tarris, Armenti, Petra, aliorumq;  
Opidorum Dominus Galasum in eadem  
provincia Lucania.

**27** BARII VRBIS PRINCIPATVM  
EXERCENS inferius, sive Catapanum  
appellat. Sigonius Apuliam, & Calabriam  
receptas (Imp. Octone vito, fugatoque)  
Graci seuio post imperio, nouo Catapa  
ni magistratu imposito, habuerunt. verum  
Catapanus idem atque Profectus, & Dux;  
Guillelmus Apulensis:

Cui Capatan factio cognomen erat Ba  
gianus.

Quod Capatan Graci, nos iuxta dicimus  
omne:

Quisquis apud Danaos vice fungitur hu  
ius honoris,

Dispositor populi, parat omne, quod ex  
pedit illi,

Et iuxta quod cuique dari decet, omne  
ministrat.

**28** HABITATIONEM INVENIT, QVÆ  
IAM PRIDEM S. ADRIANI S. Nilus  
cum solitarius in rupe præcessa degeret, nō  
procul à Monasterio S. Mercurij, spiritu  
præcognoscens Sarracenica clausa appul  
sum, cladesque, & vallationes Calabria  
enem-

Thom. Co  
sto catal. vr  
biuum Luca  
mix.

13

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

Sigonius de  
regno Ital  
lib. 7. an  
982.

Guillel  
rum in Ital  
Normanni  
carum l. 1.

centuras, & proximis urbibus, iude profectos, in oratorium S. Adriani deuenit, in agro Besidiano positum. Besidia autem Brutiorum opidum, de quo Notis ad San-  
bum Eliam diximus, an idem Cœnobium, quod se recipit S. Nilus, quodque S. Vitalis refecit? an Nilus in Monasterium, quod Vitalis restauraverat, contendetur? an post discubuit S. Nilus ex eo oratorio, diruerint Saraceni, rufusunque Vitalis restituuerit? nulla tibi ex hac vita lux cognoscenda rei. Illud ex eo colligeremus, etate mesuperior Nilo Vitalis existerit, an secus, sed illud crediderim.

**FORTE CARTA EST LONGOBARDI** 29. **DIAJ** improprio ut videtur, Longobardis vocabula appellat (quod interdum Ioannes Europates facit) extremam Italiae partem qua ab Occidente, mari Tyrrreno, & Sicilio; ab Oriente, mari Adriatico alluitur, in qua provincia Calabria, Lucania, Apulia Campania, qua sapissime persona temporum a Saracenis collacerata sunt. Quo autem anno, bac Saracenica excursio obtigerit, quis diviserit paullo post, alteram Saracenam excursionem commemorat.

**SECVS FLVMEN AD RAPOLLÆ** 30.  
VRBEM] Rapolla, urbi Lucanis, Thoma Costo; sed in Bariano tractu locatur ab Auctore Catalogi ad Collenutium.

**OBDORMIVIT IN DOMINO** 21. ] incertum, quo anno obierit cum etatis tum Christi confessus senio, ex Actis Translationis. Saracenis Calabriam, & Lucaniam vexantibus, ut ex vita claret, certe quidem vita exceſſit, post conditum a Sancto Luca monasterium; quod anno Christi 970. in Armento exstructum est. ex quo monasterio, scriptor būius vite memorat, Beatum Lucam prefectum, ad S. Vitalalem venisse. Ad bac, post annum 982. si fides Carolo Sigonio, qui hoc anno tradit, nono Catapani magistratu, cuius bic mentio, Apuliam, & Calabriam admistrari ceptas, censuerim,

**DVi-**  
**talem demortuum**  
**sub annum**  
**Christi 990**

## ANIMADVERSIONES IN TRANSLATIONEM SANCTI VITALIS



IS DE VITA] Transla-  
tio ab eodem Interpretate,  
a quo vita, latinitati reddita, ut eius exordium  
doceat. quonā anno Træs-  
latio facta est? non satis  
liquet. ex historia cer-  
tum est, corpus Sancti  
Vitaliss 30. post annos ab eius excessu, a  
Rapolla ad vicum Guardia deportatum  
fuisse. bine, Saracenis regionem infestan-  
sibus, ad ciuitatem Turrin delatum, plu-  
res post annos: è Turrin in Armentum.

**CVI NOMEN PETRA PARTIATA**  
Vita huius exemplaria duo habuimus: in  
altero est, Petra pretiata: in altero, Petra  
parciata. vox Italica videtur, pro Petra  
pertusa sed istud leus est. Thomas Costus  
Opidum Lucania, Petram pertusam dicit,  
sed Auctor Catalogi ad Collenutium in  
tractu Bariano collocat.

**PROPE GUARDIÆ VICVM]** Rapol-  
lam inter, & Turrin, ut itineris ratio emin-  
cit: Thomas Costus Guardiam numerat  
inter Opida Lucania: Auctor Catalogi ad  
Collenutium in Bariano tractu ponit.

A COMANA IN CONSTANTINI  
CIVITATE M] Comanis, ad pontum  
Euxinum Sanctus Ioannes Chrysostomus  
ex hac vita migravit, anno Christi CC-  
CCVII. die decimoquarto Septembri:  
Constantinopolim translatus est, anno 438  
die 27. Ianuarij. ad Baronium, bis annis.  
vides igitur idem Vitalis, atq; Ioanni Chry-  
sostomo accidisse, ut eterque 30. post an-  
nos ab excessu, translatus sit.

**TUSCANIVS QVIDAM RABDI FI-** 4  
**LIVS]** quis hoc loco, borum opidorum Do-  
minus; paullo post, Tuscanius comes dici-  
tur: hominem è gente Normana censuerim,  
qua Apuliam, Lucaniam, & Calabriam  
Gracis eripuit; quorum urbes Normanni  
Duces inter se diuisere, Carolus Siginus.  
id factum, Saracenis adhuc Siciliam re-  
tinentibus, a quibus diuexata Lucania,  
corpus S. Vitalis in urbem Turrensim  
delatum; nec multis post annos, in Armen-  
tum, auctore Tuscanio (omite).

**CVM FRATRE MEO LVCA]** Ab-  
bate Carbonensi, Enne in Sicilia nato, cu-  
ius vitam etiam edidimus.

Baron. An-  
nal. tom. 4.

Carol. Sigo-  
nius de re-  
gno Italiæ  
A. 1043.

5

6

# ANIMÁDVERSIONES

I N V I T A M

## S. LVCAE ABBATIS

**I**TA S. LVCAE ABB. ]  
  
 vitam S. Luci Abbatis  
 habuimus ex M. S. Mo-  
 branis, qua in Armen-  
 to, Lucania Opido, in  
 Ecclesia S. Luca ser-  
 vantur, in qua eiusdē  
 corpus sicutum est, sum-  
 maque veneratione colitur, peculiari officio  
 horisque canonicis, & historiæ fusa scripta  
 in lectiones per octo dies distributa. Quia  
 sane historia ex Greco in latinum versa,  
 sed rudi stilo; quamobrem ea nos usi, & φ  
 exemplar. Grecum minime nancisci potui-  
 mus) sed paululum commutatam oportuit.  
 Porro Gracu: vite scriptor, ipfius S. Luca  
 Sodalis, & Monachus fuit, qui cuncta ab  
 se visa, qua monumentis tradidit, testatur

**H**VNC SANE EXIMIUM ] Abbas  
 Paulus Aemilius Sanctoriu: in historia  
 Monasterij Carbonensis, de S. Luca eiusdē  
 Monasterij restauratore, hic, ait, Beatis-  
 simus Pater Ioanne, & Thedibia genitus, in  
 Calabria nascitur. sunt, qui Siciliæ no nne  
 & gentili solo vestiant. malo quodam in-  
 felici, & iniqua gentium existimatione, ad-  
 uersus Calabrorum nomen. cum plerosque  
 Calabros, insigni fama viros, Siciliæ attri-  
 buant, barbara appellatione regni Siciliæ  
 citra, & ultra Pharam deceptarum. Hęc  
 Abbas Sanctoriu: sed is bāndiustus rerū  
 estimator, & Siciliæ minus equus; nam  
 Lucam Monasterij Carbonensis Abbatem  
 in Insula Sicilia natum, Gracus vite scri-  
 ptor, eiusque interpres plane docent dum  
 non modo in Sicilia progenitum, quod no-  
 men ad Calabriam trahi posset, sed in ea  
 Sicilia, in quam Pancratius Episcopus à  
 B. Petro Apostolo missus, exqua tot Dini  
 exorti, Euplius, Agatba, Lucia, Gregorius,  
 Vitalis. quos in Insula Sicilia natos, sole  
 clarius est, & demum, in qua Agyrium  
 quo B. Philippus à Romano Pont expullen-  
 dis Demonibus delegatus.

**F**ELIX. ET IANVARIVS CVM SO-  
 CIIS ] de his Martyrologium Romanum:  
 Venusia in Apulia, Sanctorum Martyrum  
 Felicis Episcopi Adacti, & Ianuarij pres-  
 byterorum, Fortunati, & Septimi legorū;  
 qui tempore Diocletiani, à Magdelliano  
 procuratore, multis diu vinculis, & carce-  
 ribus in Africa, & Sicilia macerati, cum  
 Felix nullatenus sacros libros, iuxta Imper-  
 ratoris edictum, tradere voluisse, tandem  
 in occisione gladij consummati sunt. Ex  
 his huius scriptori labendi occasio, qui for-

tissimos hosce Athletas Sicilia tribuat, qua  
 minime quidem parens, sed palestra ille  
 fuit. nam tradunt eorum Acta Proconsul-  
 aria, ex Africa in Siciliam vescos, Agri-  
 gentum, Cataniam, Tauromenium, Messa-  
 nam, praeclaris vinculis illastrasse. bine  
 in Lucaniam, & in Apuliam deducēs. In  
 Menologio Graecorū habetur, Beatissimos  
 istos Martyres, ex Africa Tauromenium  
 in Siciliam, inde in Lycaoniam deportatos  
 corrigo, in Lucianam. nam Venusia, Linio  
 Plinio, Straboni, Plutarebo, Ptolomeo; Ve-  
 nusium, Horatio, inter Apuliam, & Luca-  
 niam situm, ut Acron adnotavit.

**A**cta Pro-  
 consul. apud  
 Baron. ro. 2.  
 ad act. 302.

**M**enolog.  
 Graec. ad 16  
 kal. Maias.

**A**MBROSIVS SVMMVS DOCTOR ]  
 utinam vero, sed lapsus hoc loco scriptor.  
 nam D Ambrosius parentibus quidem Ro-  
 manis, sed in Gallia natus. In magnorum  
 virorum natali solo, alij etiam scriptores  
 lapsi. etenim D Venantiu Fortunato, Pic-  
 tauiensi Episcopo, S. Cecilia Sicula dicitur  
 que Romana est Ad hoc D. Pantenum. In-  
 dorum Apostolum, in Sicilia natum, Gen-  
 tianus Heruetus leui coniectu prodit. docto  
 sane Interpreti lux aliqua affulgere visa  
 ex Clemente Alexandrino. si memorat, au-  
 diuisse se, Pantenum in Palæstina ex He-  
 breis oriundum, sed Siculan reuera apem,  
 prophetici, Apostolicique prati flores de-  
 serpentem. creditum Gentiano, Pantenū  
 dici à Clemente apem, quod Prophetarum,  
 & Apostolorum scripturas, tamquam flo-  
 ridum pratum libasset; apem vero Siculā  
 dicitur, quod et si Pantenus Alexandria in Ae-  
 gypcio habitatuerit, ortu Siculus fuit. neque  
 aduersatur Clemens, qui Panteno originē  
 ex Palæstina fuisse tradit. fieri enim potest  
 ut origine Palæstinus, genere Hebreus, in  
 Sicilię natus esset: addiderim Xenophontis  
 exemplum, cui Albenis orto, Attica apis  
 nomen in ditum, suauitate eloquentiæ: at  
 bercole origo nominum à soli patrij ingenio,  
 cuiuslaus à melle. nam mel optimum Atticę  
 regionis, & Siculę, ab locis Hymetto, &  
 Hybla, Plinius laudat. inde Xenophon  
 Attica, Pantenus Sicula apis à natali solo  
 dicti. utinam, magne Pantene, noster es-  
 ses. quod enim vero de Xenoponte usurpa-  
 tum, de te falso creditum. errori locus, ex  
 Clementis Alexandrini verbis ambiguo in-  
 tellectu, perperam à Gentiano acceptis. nā  
 ille Pantenum parceriaisticōs Siculan  
 apem appellat, ob prestantis viri ingenium  
 doctrinamque, & celeste studium depa-  
 scendi sacra scripta. perinde dictum Lu-  
 cretio:

**V**enantius  
 Fort. l. 8. car  
 munc de Se-  
 naru Curte  
 c. leitis.  
 S. Clemens  
 itom. l. 1,

**P**lin. l. 11.  
 cap. 13.

Lucus. lib. 13

Florii:

# Animaduercit. in vitam S. Lucæ Abbatis

35

**Floriferis ut apes in saltibus demia libat.**  
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta

Hoc. Carm.  
L. 4. ad Iul.  
Anton. ode  
2.

& Horatius de follertia sua.

Ego apis Matine  
more, modoque

Grata carpentis thyma, per laborem  
Plutinum, circa nemus, ruidique  
Tiberis ripas, opetosa parvus

Carmina tingo

**Apes vero Sicula, Hybla que in morte pro-  
verbij venere, à Siculi mellis præstantia.  
quamobrem in antiquo marmore, quod Ro-  
marat, ad S. Priscę in Aventino, filius ca-  
rissimi patris sepulchrum curatum a se,  
texisse, ait, fauos de Siculis apibus. dictūq;  
Vati Principi de Agello suo Mantuan.**

Vicino ab limite sepes

Hyblæ apibus florem depasta salicti,

**Quin Calburnius Poeta Siculus Hyblæ  
aueniam Theocratum vocat, Bucolici car-  
minis Autorem, quin non Hybla, sed Syra-  
censis natus est. Pantenus igitur alijs in  
terræ ortus, ita etiam apis Sicula à D. Cle-  
mente dici potuit. bge amore veri dixisse  
placuit.**

**PHILIPPVS AGYRENÆVS**] Agryj  
quidem illi defunctus, sed ad nos ex Oriente  
deuenit. adi eius Vitam & Notas.

**HILARION, ET IOANNES FRA-  
TER EIVS**] borum sanctissimorum fra-  
trum, quos Sicilia tulit, res gestas nondum  
exploratas babeo. numne is Iohannes Iunior  
est, de quo superius recitatum à me est; frag-  
mentum quoddam ex M.S. codice S. Phi-  
lippi fragalatis? non liquet.

**QVARE A PATRIA DEMENA**] De-  
menna sit mentio in priuilegijs Rogerij Re-  
gis, & Alexandri II, qua responsum in A-  
nimaduercionibus ad vitā B. Bartholomai  
primi Arebimadritae: ibi enim repertus Ec-  
clesiā S. Barbari de Demenna, & Monasteriū  
S. Philippi de Demenna. ignotum nobis op-  
pidum quid alij? Vrani Episcopi Etymolog-  
ion; Demenæ Regio Sicilæ, quoniam  
in ipsa vinctus est Tryphon sub Aetnam. At  
hunc scriptori Demenna, minime quidem Si-  
cilia regis sit opidum est; an fortasse riui-  
sus fuit cognominis cum regione? quam ori-  
go nominis; circa Aetnam fuisse, demostrat.  
ac propter Demenna, recte scriptum, quamquā  
ignotum nobis est: alij scriptoribus Opidi  
nomen, & positio. huiusmodi pleraque sunt  
opida, quorum nulla apud veteres mentio,  
in Sanctorum nostrorum. Vt iij. ut vicus  
Magdalenorum, in Actis S. Epiphaniæ; vi-  
cus Antianorum, in vita S. Damati presby-  
teri; vicus Tyros, in Translatione S. Agrip-  
pinae. & in vita S. Gregory Episc. Agrigen-  
tini; Castrum S. Mariz, in vita S. Elias En-  
nensis; opidum Scanium, in vita S. Marina  
Virginis. eadem ratione opidum Demena-  
fuit, Patria D. Luci, Abbatis. Memorat

Thom. Faz. dec. 1. l. 10. T. Thomas Fazellus, Siciliam iam inde à Sar-  
racenorum temporibus, in tres regiones,  
Demenam, Netinam, & Mazarensem fuisse  
se diuisam, ex his duas ab urbibus Neto, &  
& Mazara dictas: Demenam in epe alij ad Da-  
mones, quorum Aetna vulgo domicilium  
patatur; alij haud minus absurde ad omi-

nentes in ea regione montes referunt. alij,  
quibus Demena vox obscura, nemorum fal-  
so appellant, atque à nemoribus deducunt.  
Fazellu, Sarraceniam nomenclaturam,  
& ignota originis esse tradit; sed vero pro-  
pius regionem à voce Græca Demena nomi-  
natam fuisse: regionesq; tres à tribus urbi-  
bus aequæ dictas: Demena, Neto, & Mazara  
AD B. PHILIPPI AGYRENÆI COE-  
NOBIVM] D. Pbilippi Demonum expul-  
soris acerrimi meritis datum, ut Monasteriū  
eius, inter Sarracenorum direptiones  
vastationesque, superficies fuerit, aut diru-  
sum, & denuo restauratum: ibid; Sarrace-  
nis tyrannidem exercentibus, disciplina  
Monastica conseruaretur. perperam quidē  
appellant cœnobium S. Pbilippi de Largy-  
rio, pro Agyrio.

A MONASTERII ABBATE] Abba-  
tis nomen, qui S. Luca primus institutor,  
& magister fuit, Græcus vita scriptor, In-  
terpresq; non produnt. sed S. Sabbam Abba-  
tem fuisse, tradit B. Lucas, Praefectus Mo-  
nasterij Carbonensis, eiusdem nominis se-  
cundus, ordine vero à S. Luca nostrate  
quintus, in testamēti sui tabulis, anno 1059  
conscriptis, ut Auctor est Abbas Sæctorius  
in historia Monasterij Carbonensis, quem  
sane Sabbam, primum institutorem, & ma-  
gistrum, dein sodalem S. Luca Siculo in  
omni vita carissimum, & coniunctissimum  
exititisse; idem B. Lucas Abbas Carbonensis  
scribit, traditur extrema vita, S. Sabbam  
morteti Luca adfuisse, & iusta persoluisse.

VI RVM IN REGII FINIBVS -----  
ELIAM NOMINE] de quo diximus copio-  
se, notis ad S. Eliam Ennensem. illud hoc lo-  
eo obseruatū velim, nutare, ac rurere, quod  
Bernardinus Reginus ait, S. Elias, ad  
quem Lucas Sicus deuenit, defunctum  
anno stasis 96. Christi 1050. cum enim  
Lucas obiessit anno Christi 993, si D. Elias  
annos relegas, egisset is annum 39, cum  
Lucas vita fuit est. qui plures etiam  
annos vixit, postea quam à S. Elias schola  
praefectus est. nam Monasterium in Armé-  
no condidit, aut restaurauit anno 970. quo  
anno Elias puer adhuc fuisse. igitur annorum  
numerus D. Elias, & ratio temporis, quam  
Bernardinus Reginus afferit, consistere  
non potest: multoq; ante 1050. annos nullum  
demortuum, ex comparatis utriusq; vitis,  
SS. Elias, & Luca, necesse est, ut dicamus.

IN OPIDVM, QVOD DICITVR VE-  
NIT] Paulus Aemilius Abbas de S. Luca:  
Noam deuenit Calabriae castellum, edito  
situm loco, insalubribus aquip, & fejili circum  
agro, nemorosisq; silvis. apud Stephano-  
num; Noz, Vrbs Sicilæ. dubitat Abra-  
marus Ortelius, an sint Noam Plinius. nihil  
minus. nam à Noa vrbe, gentile nomen;  
Noam, ex eodem Stephano, qui frequen-  
ter Siciliam usurpat pro ea Italæ regione;  
qua Calabria. corrigere igitur: Noz vrbs Ita-  
liae. de bac enim Noa Stephano loquitur.

AEGYPTIVS HILARION] defugit Hi-  
larionis D. Hieronymus.

ANCONAM GALATÆ CIVITA-  
TEM] Tom. 2. c 2

Abb. Paulus  
Aemilius in hi-  
stor. Carbo-  
nenti.

Paul. Aemi-  
lius in vita  
S. Lucæ.

Stephan. de  
vrbib. Abra-  
m. in. thes. Geo-  
gr.

D. Hiero. in  
vita S. Hila-  
rionis.

13

## 36 Animaduersi. in Vitam S. Simeonis Syracufani.

**ITEM]** An Cappadociam non Apcon Lemo-  
syrorum urbs est in Cappadocia. Ptolomaos  
et Apollonio.

**IVXTA FLVMEN AGRVMENTIJ**  
Grumentum Lucania opidum memorant  
Liuius, Florus, Appianus, Ptolomeus: Gru-  
mentinos Plinius. an nomen illis ex proxi-  
mo flumine.

**RAPVS EVANVIT , NEC VS-**  
**QVAM VISVS EST]** post punitam Lan-

dolphi viri principis auaritiam, memo-  
rat Paulus Aemilius, eis scriptis B. Luca.  
Abbatis monumentis, atque ex narratione  
B. Basiliij Abbatis Carbonensis, S. Lucana  
ab Agrumento, et nobisque S. Iuliani ad  
Monasterium Carbonense in Lucaniam  
perrexisse, quod plures quidem ante annos  
magna sanctitatis fama prafulserat, dica-  
ta ade Sanctissima Dei Genitrix, Perseq;  
Anastasio Martyri, et Illustri Prophetae  
Eliae: tum vero ab antiquis institutis, et  
decore aberat. Lucas excofentem aeo di-  
sciplinam ad pristinum morem reduxit.  
ex eo posteritas illum non modo restaurato-  
rem, sed Monasterij Carbonensis parentem  
et fundatorem celebrauit. restituta igitur  
colonia Monachorum, autaque noua sober-  
ne, et seueris legibus communita, vir sanctis-  
simis increbrescentibus armornum rumori-  
bus, Armentum petiuit.

**FEROX QVIDAM EX TRANSAL-**  
**PINIS NATIONIBVS]** Interpres Vtig  
Principem ultramontanum appellat. is Im-  
perator Otto primus fuit, qui delecto cum  
exercitu in Italiam descendit, ut Ioannem  
XII. Pontificem solio pulsum, restituere:  
sed irarum ardens in Nicoporum Imper-  
atorum, quod Theophaniam filiam Ottoni  
suo, clarissimo adolescenti, expeditam den-  
gasset, repulsam, perfidiamq; ultarus, pa-  
riter in Graecos, et Sarracenos bellum fore-  
bat. at Sarraceni, qui terra maris obvia-  
que vastabant, ubi persensere aduersum  
se motum iri rokora Germanorum, Italiam  
deseruere. Graeci vero in bellum accineti,  
obiecere se Ottoni Iuueni, missa a patre clé-  
xeresta, conseruo pratio, vistoria penes Ot-

tonianos fuit: Graci Catabeta, et Apulia  
caeli.

**ALIQVANDO ENIM AGAREN]**

Ottone Magno defuncta, filioque Ottone,  
bello Francisco, aduersus Lotharium, impli-  
cito. Gracorum classis Imp. Basiliis, et Cö-  
stantino, rursum Italicum bellum intulit. sed  
Otto firmata cum Lothario pace, in Gracos  
castra mouit. pugnatum est ad amnem Ba-  
sentiam, hanc procul Consentia, prahum  
atrox, et aduersum Ottonianis fuit, Ger-  
manorum pugnacissimo quoque imperfecto.  
quorum aduersa fortuna adiit Saraceni, et  
maxima cum classe ad Italiam reuicti. Ca-  
labriam, Lucaniam, et Apuliam, rapto in-  
trorsum milite, dilacerabant. tum Beatus  
mus Lucas, radiato vertice prafulgens, in-  
fidentisque candidissimo equo visus, Sarra-  
cenos ingenti terrore percutitos, precipites  
in fugam vertit.

**SANCTI SIMI CVIVSDAM ANTO-**  
**NII] is S. Luca ex Catharina germana so-**  
**rore nepos fuit, ut extrema vita dicatur.**

**MIGRAVIT AD DOMINVM]** S. La-  
ca in Cenobio Carbonensi successit. B. Bla-  
sius: huic Menas, cui Stephanus, cognom-  
to Theodosius, quem B. Lucas secundus ex-  
cepit. is anno 1059. testamento confessor  
prefectusque Monachis Blasio, Hierosolymæ  
profectus est, adoratisque Iesu Christi cu-  
nabulis, et Caluario monte, in Italiam re-  
diens, corpus S. Maria Aegyptiaca, et co-  
put S. Ioannis Elegmosynarij, clarissimi A-  
lexandria Patriarcha, secum auxit: tem-  
plum Sandissimo Parenti Luca in Carbo-  
nio erexit, ibique SS. Maria, et Ioannis re-  
liquias collocauit. sed caput S. Maria Nea-  
polim deinde delatum. in Cenobium Vir-  
ginum, quod Sancia, Roberti Regis uxori  
edificarat: corpus S. Lucas Siculi, Abbatis  
Carbonensis, in Armento castello quiescit  
locique tutelaris ipb.

**ADEVIT IN OBITV. S. SABBAS]**  
Paulus Aemilius Abbas Magnum Sabbatum  
appellat, alias B. Sabbam, alias S. Sabbati  
eius meminit B. Lucas, secundus Abbas, Car-  
bonensis, in testamento sui tabulis, quas  
anno 1059. conscripsit.

## ANIMADVERSIONES IN VITAM S. SIMEONIS SYRACVSANI

**D**OMINO SANCTO] Vitæ bana  
vulgate primum Laurontius  
Surius, vir illustrissimus. et da-  
sacka hiseria bene meritus: sumus:  
nos ex eo transcripsimus, res praeterea gen-  
etas S. Simeonis, ab Eueroino Abate scrup-  
losi, iussu Popponis Archiepiscopi, omni fidei  
confignatas, Baroniis in Annalibus Eccle-  
siae Sicilis restatur. placitum hoc loco elogia-  
do S. Simeone describere ut cinem sanctif-  
fum cumulatius eugenestemus, et patria-

gratulemur. Sigibertus, Monachus, hac in  
Chronica habebit Simeon, Syracusis Sicilia  
oriundus, et postea Monachus in monte Si-  
na, hoc tempore clarebat, qui Hierosolymam  
veniens, longam pro Christo peregrinationem  
suscepit, et eum Poppone Treuiroru. Archie-  
piscopo ad Gallias veniens, Treuiris in al-  
titudine turris inclusus est. Ibiq; post mul-  
tas hominū persecutiones, post multas Da-  
monum tentationes, beato fine quietus, cu-  
ius merita frequens miraculorum gloria de-  
clarata.

Sigeb. Chr.  
Ann. 1023.

# Animaduersi in vitam S. Simonis Syracus. 37

Script. vitæ  
S. Meinueri.  
ap. D. Chri-  
stoph. Bro-  
uerum de  
SS. Germ.

claratuit. Scriptor vite S. Meinueri, lo-  
quens de Poppono, Archiepiscopo T reuiren-  
si; hic audiens Prophetā de Christo dicētē  
& erit sepulchrū eius gloriosum, orationis  
causa Hierosolymā iuit, & monachū quēdā  
in ecclesia B. Maximi subAbbate Richardo  
peregrinū, & aduenā, nomine Simonē, co-  
mitem viæ assumpſit, reuersus autē Episco-  
pus eundē monachū in turri, que antea Por-  
ta Nigra appellabatur, in festiuitate S. An-  
dreæ inclusit, vbi postmodū gloriose mor-  
tuus, & sepultus, multimoda signorū frequē-  
tia, in magna fideliū veneratiōne est habit⁹.

**Ioannes Tritheimius Abbas:** His etiam die-  
bus claruit in ciuitate Treuirenſi S. Simeon,  
Monachus Montis Sitai, natione Græcus,  
quē Poppo, Archiepiscopus Treuirenſis, redi-  
ens ex partibus transmarinis secū adducēs  
pro Christi amore, in præfata ciuitate, qua-  
dam in turri, eremiticā ducentē vitā, inclu-  
ſit. fuit enim vir multarū virtutū, & qui inul-  
ta sustinuerit à Daemonibus, & malis homi-  
nibus. mortuus autē, statim in Sanctorū ca-  
talogū relatus est, & infinitis miraculis cor-  
rūscare coepit. eius vitam Euerinus, Abbas  
de Doleia, luculento sermone descripsit. hu-  
iūs sanctissimi viri Simeonis tria folia Psalte-  
rij Graci penes mē habeo, que propter ei⁹  
meritum tanti facio, ac si thesaurū pretiosū  
auri, argentiq; possidere. eius festū Kalen-  
dis Iunij agitur. **idem Tritheimius paulo**  
**post** codē anno (C I O X X X V I I .) S. Simeō  
Monachus, & inclusus. Treueris, motitū, Ka-  
lendis Iunij, quā tantis mox coruscavit mi-  
raculis, vt. a Benedicto Papa IX. Poppone  
Archiepiscopo petente, statim post mqrte  
fir canonizatus. **Cardinalis Baronius:** hoc  
codē anno (C I O X X X V I I .) Benedictus  
Papa retulit in Sanctorū numerū Simeone  
Anachoretā, inclusum apud Treuiros, agē-  
te Poppone, Archiepiscopo Treuirenſi, cū  
idem Sanctus codem anno ex hac vita mi-  
grasset. **Concilium Lemonicense II.** Simeoni,  
eiusq; socio Cosma Monachis, hoc testimo-  
nium dicit: ante hos plures annos, quidam  
ex fratribus de monte Sinai ad hanc partē  
deuenerunt Occiduā. Dei dispensante nutu  
moribus graves, doctrina Catholicæ fidei  
perfluentes, vita per omnia honesti, vtriusq;  
linguae periti, qui cū diu nobiscū Engolismæ  
fūssent, expectantes Principē ciuitatis, & li-  
teris Gracis, & latinis eos videremus ad vn-  
guem imbuto, super hac re (Apostolatu D.  
Martialis) interrogare curauimus &c.-----  
Itaq; illos conueni Gracos sciscitans, vtrum  
Orientales. Martiale noscēt, qui, alter Si-  
meon, aker Cosmas, consono ore respon-  
derunt, dicentes: vtique Martiale nouimus  
Apostolū, vñ ex septuaginta duobus. Pra-  
terea meminere S. Simeonis Martyrologiū  
Romā; Abbas Maurolycus, Ioannes Mo-  
lanus ad V suardit, Petrus Galfinus, Arnol-  
dus Belga, Constantius felix. eiusdē memi-  
nisse etiā Bedam, memorat Baronius, etiāq;  
socius Arnoldus Belga, sed falsi sunt, qui  
enim potuit Beda, defunctus ante annum  
800. meminisse S. Simeonis Syracusani, qui  
anno 1037. deceſſit S. Simeon Monachus

Tritheimius  
Chron. Cœ-  
nobij Hir-  
saugensis ad  
ann. 1030.

anno 1037.

Baron. An-  
nal.

Concil. Le-  
monic. II.  
in Concilijs  
editio. Binij  
tom. 3 p. 2,

Siculus, cuius B. gda meminit die 27. Iulij,  
alius est à S. Simeone Syracusano, ut Epo-  
che temporum, diuersiq; dies natales con-  
uincunt alter enim, quem memorat B. d.,  
ante annū 800. obierat: alter, cuius Vita  
ab Euerino describitur, anno 1037. ad Do-  
minum migravit. ille colitur 6. kal. Augu-  
sti, ex Beda Martyrologio. hic kal. Iunij,  
ex Euerino, Tritheimio, & Martyrologio  
Romano.

**POPPONI ARCHIEPISCOPO]** de  
quo Tritheimius Abbas in chronico Hirſau  
gensiſ bac scribit. Poppo, filius Ludolphi,  
Ducis Aultriaſ, Archiepiscopus Treuirenſis,  
qui S. Monachū Simeonē à Monasterio B.  
Mariae in Bethlehem, Treuerim secū abdu-  
xit; clarus valde habetur. qui Danos ad fidē  
Christi dicitur conuertisse, & a Benedicto  
PP. canonizationē eiusdē S. Simeonis, prop-  
ter miraculorū patrationē maximā impe-  
travit, ecclesiā sibi à Deo commissā annis  
41. gloriose præfuit. obiit anno Domini  
1057. 6. Kal Iulias.

**FRATER EVERVINVS J Abbas fuit**  
Monasterij Doleionis, q; in Dioecesi Tre-  
uirenſi, sub bonore S. Mauricij, & sociorū  
eius constructionē est, in finib; Lotharin-  
gia. vir fuit tam in diuinis scripturis, quā  
in secularibus literis eruditissimus, Trithe-  
mius in Chronicis Hirſaugensis.

**NULLVM IN ERĒMO SIBI PRÆ-  
ESSE POSSE] multa, quā ad hanc rem fa-  
ciant, affert D. Basilius, sermonibus de in-  
stitutionis Monachorum.**

**NOCTVRNIS HORIS, VT MIS-  
SAM CELEBRET, DÆMON HORTA-  
TUR] eruditissimus noster Martinus de  
Rio ex hoc loco obseruat, Daemoniacā reſe-  
lationem censendā esse, si suadeat aliquid  
contra canoness. constitutionesq; & præcep-  
ta maiorū: quo indicio, vt hic legis; S. Si-  
meon illusionem Dymonis deprehendit.**

**MONACHVS VIR SANCTISSIMVS]**  
cui Cosma nomen. ex Concilio Lemonicē,  
enīus fragmentum supra retulimus.

**AVDIEBAT RVGITVS LEONVM]**  
de huiusmodi Daemonum terriculamentis,  
spectrisq; varijs quadrupedū, & volucrum  
formis, consule doctissimum Martinum de  
Rio disputationū Magicarum lib. 2. qu. 27.

**VIDIT CELLAM SVAM IMMENSO.**  
**LVMINE FVLGERE]** præclare D. Ber-  
nardus: se transfigurat malignus ille spiri-  
tus aliquando in Angelum lucis, vt vir-  
tutis simulatione plus noceat: sed

&tunc quoque, si diligenter  
aduertimus, numquā  
nisi amaritudi-  
nis, & dif-  
cordiae  
femina spar-  
git.

ANI-

# ANIMADVERSIONES IN VITAM S. IOANNIS THERISTAE.



OANNES COGNO-  
MENTO THERIS-  
TES exscriptam vitā  
S. Ioannis babuimus  
ex Graco M.S. exem-  
plari, quod in Mona-  
sterio eius nomini de-  
dicato, iuxta Stylum,

Calabria urbem, asseruatur. sed illam er-  
roribus scatentem nocti sumus. incertum,  
an vitio exemplaris manu exarati, an ex-  
scriptoris. nolim igitur mibi verti, si qua-  
in re, siue in vita, siue in Notis erratum.  
et me est erroris enim occasio. exēplar fuit,  
vitio scriptum, atq; ad me transmissum.  
Latinitate donauit P. Augustinus Floritus  
et nostra Societas.

SVB CHRISTIANIS REGIBVS] Orien-  
tis Imperatoribus, quibus cum Calabria  
parebat: ac fortasse regnantibus Basilio, &  
Constantino.

CVI NOMEN CVRSANVM] Castel-  
lum fuit in ulteriore Calabria, in territo-  
rio Styli.

A BARBARIS EXCVRSIO FACTA  
EST] à Saracenis, qui tum in Sicilia do-  
minabantur.

IN QVIBVS FVERE TYBRIANVM] in exemplari meo Graco: multa opida Ty-  
briani, Stilari, & Roccella Stillarum. perpe-  
ram igitur qui Vitam S. Ioannis Italo, vul-  
garique idiomate scripsit, pro Tybriano, re-  
posuit Taurianum. consonib[us] matandum  
& Gracus scriptor diruta castella à Sar-  
acen[is] memorat, excursione facta in litus  
Calabria ulterioris. at Taurianum in ci-  
teriore Calabria fuit; quamquam ab Sar-  
acen[is] etiam, sed alia incursione, ac multo  
ante excisum. Stillarum Gracus scriptor  
castellum facit, quod alijs fluunt, baud  
recte. Roccella Styllatzij corrupte, pro Scyl-  
lacijs, Scyllaceum. Strabo git, Colonia Athe-  
niensium, qui Menitheum sequebantur; ho-  
die Scyllacio dicitur. Stephanus Byzantius  
codem modo nominat. à Scyllacio opido, si-  
nus Scyllacius Ptolomeo dictus.

IN BARBARIAM (PANORMVM IN  
SICILIAM) ABDVCTA EST] verba, Panormum in Siciliam, Graeca non habent.  
nos addidimus, ut patria D. Ioannis cognoscatur quod vero de nostro adiecumus li-  
neis inclusimus. sedenim Graeca tantum ha-  
bent. in barbariam abducta est. Vitae scrip-  
tor Italico sermone, in quem ex Graco vi-  
detur translata, matrem, ait D. Ioannis  
verum gestantem in Barbariam abductam  
in urbe, quæ Parnos appellatur, sed hodie  
Panormus. sed crediderim bunc scriptorum  
non aduersisse nomen, notis brevibus,  
Parnos scriptum, esse id[em] urbis nomen. quod  
Panormus dicitur. at Panormum in Afri-  
ca (bac enim Barberia, est Africa, ad ma-  
re Mediterraneum) quis dixerit, sane vero

Panormus, urbs Sicilie: aq; ab öni suo Sar-  
raconis etiā dominantibus, ad hanc usq; dicit  
Panormus dicta. lapsi neigitur scriptores,  
et Italus, et Gracus, qui Barbariā pro Si-  
cilia posuerunt: nā D. Io. Theristem in Sicilia  
natū, certo certius. id docet Oratio, seu for-  
mula, qua populus post Liturgiam dimis-  
tebatur ex Ritualibus libris exscripta Mo-  
nasterij eiusdem S. Ioannis iuxta Stylum

De S.P.N. Ioanne Theriste, Antiphona.

Relicta illustri Siciliensis Provincie insu-  
la, paternisque opibus, monente matre, in  
Calabriam profectus es, Ioannes pater.  
proin ora pro nobis Deum.

Moysis, Davidisq; mansuetudinē, Phinees  
Eliq; diuinū zelū, atq; adeo ipsius Abrahæ  
fidē tibi profecto cōparasti. Nunc sane ijsdē  
immixtus, magna cū lētitia choreas agis; Pa-  
ter sācte, Ioānes. Quare Deū p nobis exora.  
Ad h[oc] scriptor Italus tradit excursionem  
banc in Calabriā à Sarracenis factā, qui  
rerū in Sicilia poterantur, sicutur tū preda  
tū mancipia, inter quę D. Ioannis mater, in  
eādem Insulā deportata. nūq; obscure idex-  
scriptor significat, urbem, quod illa addue-  
ta est, Panormū fuisse. q; vero notissimū sit  
urbē Panormū in Sicilia cī ne verūq; scri-  
ptore Grecū, atq; Italiū lapsos dicā, existi-  
mauerim, Barbariz nomine illos intellecti-  
senō modo Africā, sed Siciliā, enī vero re-  
gionē omnē à Barbaris, & Arabibus, ea tē-  
pescata, habitatam. & pr̄pter scriptores no-  
strates Traditio Panormitana Ecclesia,  
qua ut ciuē suū iamdiu Ioannem colit,  
constanter Ioannem Panormo adscribit.

VNUM FVISSE EX PRIMATIBVS  
OPIDI] falsus igitur Italus scriptor, qui  
D. Io. patrē Cursani Comitē, matrē vero Co-  
mitissam appellat, sane tū Imperatori Cō-  
stātinopolitano Calabria parebat, p[er]in nullū  
in ea toparchis, qua à Normanniis ceptis.

AD PROMONTORIVM STILARIJ  
bōdie, Stili, sed vetus Promotorio nomē, Co-  
cynthū, Polybio, Ouidio, Plinio; apud quem  
Cocynthū, pro Carcino, legendis, monet Her-  
molaus Barbarus, memorat Polybius Pro-  
montorū Cocynthikē dividere Ionikē mare,  
& Siculū, à fredo enim ad Cocynthū usque

Siculū mare dicitur, à Cocyntho usq; Hy-  
drūtū mare Ionikē nūcupat, inde Adriaticū  
PROPE FLUVIVM EPANOERÆ] et  
esse crediderim, quæ bōdie Stilarū nūcupat,  
IVXTA MONASTERIVM ROMANVM  
paullō post nominat Rhodianū, sane erratū  
in altero loco. scriptor Italus appellat o-  
trobisq; Rhodianū, & S. Ioannis Rhodi: ait-  
que bōdie loco nōmen esse Monasterace.

SVPERNE MONS EST STYLVS] in  
quo vetus Consilinum, Plinio, & Pompe-  
lio urbs Locrorum, hodie Stilo, dici antea  
est Gabriel Barrius.

CRVCE, DONATVR QYAM ILLA  
CLAM GESTARE CONSVEVERAT]

pius

I.  
Plin. pomp.  
I.2. c.4.  
Barrius in  
sua Calab-

Polyb. I.2.  
Ouid. I. 15.  
Met.  
Plin. I.2.c.

9  
10.

Strabo lib. 6  
Steph. de  
verbis. Pto-  
lomaeus.

# Animaduers. in vitam S. Ioannis Theristæ

39

pius mos, iam inde ab antiquissimis tem-  
poribus cum Ecclesia à Tyrannis vexare-  
tur; Christiani erucci ex auro, argentoq;  
ad collum gestabant. Sira, mulier Chrs-  
tianæ Cojroboes, Regis Persarum, viri Gy-  
tilis, coniux, crucem gestare solita; docet  
Euagrius I. Arnolphus inscriptio apud Euagrium. Arnolphus Co-  
ap. Henric. mes epistola ad Purbordum Abbatem;  
Canit. tom. 2 osculatus cruciculam, quam habui ex cer-  
antiquarum uicibus pendentem, reliquias Martyris de-  
lectionum. combota continentem.

**INDIDITQUE EI NOMEN IOAN-**  
**NES]** Episcopo nomen Ioannes, ait scrip-  
tor Italus, ac de suo nomine adobescens,  
quem baptismate lauerat appellauit

**S. PATER NILVS, ET BARTHO-**  
**LOMÆ VS]** Italus scriptor duos bosse vi-  
tolis sanctitate praestantes, à quibus Ioannes  
exceptus est, Ambrosium, & Nicolaum di-  
cit. sed dictum contra fidem veteris Græci  
scriptoris, cur sane ad barendum SS. Nilus  
& Bartholomaeus, duo Calabria sidera,  
claris notisque, ille Monasterium Crypta  
ferrata in agro Tusciano constituit: hic  
S. Nilo Abbath vita functo, in ea Praefec-  
tura successit. porrò de S. Nili Brevo, brad  
longe ab urbe, ut hoc loco describitur, scrip-  
tor Vitæ S. Nili bac habet: B. Pater notker  
Nilus fugiens populi tumultum, & dilectum  
sibi silentium semper complectens, exiuit  
à civitate ad templum S. Ioannis Baptiz.,  
Eremi cultoris, cuius etiam vitam imitaba-  
tur, & ibi cum Deo conuersabatur, & medita-  
tioni operam dabant. Ceterum S. Nilus  
cum diuinis cognovisset, Saracenos Ca-  
labriam depopulaturos, ex ea profectus an-  
no Christi 980. Capuanum in Campaniam,  
iude in latium deuenit; ex eo cognoscit Diuini  
Ioannis Theristæ tempora, qui adolescens  
in disciplinam SS. Nili, & Bartholomai  
se tradidit, cum iij deserta loca in Calabria  
baberent, neque adhuc ex ea in agris Tu-  
sculanum contendissent, idest ante annum  
980. at quot annos cum natu D. Ioannes?  
quis diuineti XX. ferme, coniecerim.

**PRO VT D. BASILIVS LITERIS**  
**CONSIGNATVM RELIQVIS]** in Re-  
gulis suis disputatis, interrogatio 9.

**IN GELIDIS AQVI S]** que in valle  
proxima erant, sub Monasterium: bodie  
aquis nomen a S. Ioanne.

**VIR PRIMARIUS]** cui Ioannes nomè,  
ex Italo scriptore.

**FILIUS VNA CVM PARENTE]** Ita-  
lus scriptor: Ioannes, qui conualuerat, una  
cum germano fratre Balduino, fortasse ab  
omnibus is ager tributus.

**APPELLATVR IGNIS ISAFI]** nomè  
ex miraculo ignis, agro inditum.

**FVNDVM MONASTERIO ATTRIBUTUM]** & bodie possidet, scriptor Italus.

**THERISTÆ HOC EST MESSORIS,**  
**NOMEN FECIT]** idem ob miraculum

D. Ioannes, falcom monutemus; uniuersi-  
cum vasculo. & pano bucellato, depingitur.

**QVIDAM REGIS FILVS]** ita in Gre-  
co codice Reguli filius, rectius diceretur à  
scriptore Italo Comes Rogerius nuncupa-  
tar. existimauerim Rogerium Comitem,  
filium Tancredi Altavilla Comitis in Nor-  
mania, & germanum fratrem Roberti, Du-  
xis Calabrig. Robertus auctor, & Rogerius  
Normanni frater, Siciliam Saracenis  
cripue. non latet, Roberto, & Rogerio fra-  
tribus cognomines filios Rogerios fuisse: illi  
Rogerium Calabria Ducem, qui Roberto  
successit: huic Rogerium, qui in Regium no-  
men inuasi. sed non videtur D. Ioannes  
Theristes ad horum tempora pertinere;  
sed sub Rogerio, primo hucus nominis Sicil-  
ia Comite ad Christum migrasse. quo an-  
no Christi 1060. refeire, baud quia neque tunc  
vita ex eius vita.

**ROGERIVS NOVVM MONASTE-**  
**RIVM]** quod in eodem Ascetorio, ab eo con-  
ditum est; in quo sanctissimi viri Nilus,  
Bartholomaeus, & Ioannes in diaina phi-  
losophia se exercerant, prope orbem Sci-  
lum; quod bodie S. Ioannis Theristes, cui  
sacrum fuerat, appellatur, in eo que eius de  
corpus quiescit. de S. Ioanne bac Romanæ  
Martyrologium. ad 8 Kal. Iulij: apud Sti-  
lum in Calatoria, S. Ioannis cognomento  
Theristes, monastice vite lande, & sanctità  
te insignis. Martyrologium vero Romanæ  
8. Kal. Iulij meminist S. Ioannis, quod eo  
die, eius Ecclesia consecrata est. sed vir  
sanctissimus 6. Kal. Martij decepsit. Archæ  
gelus Marafotus tradit, festum diem S. Io-  
annis 6. Nunas Martij celebrari solitum.  
illud non pretermiserim. D. Ioannem tanta  
in veneratione à S. Nilo habitum, ut is ter-  
ram quam Ioannes pedibus calcaasset, bu-  
mister oscularetur, cumque alterum Ioan-  
num Baptistam appellaret. tradit Philip-  
pus Ferrarius ex eius vita, qua alia est à  
nostris in qua bac non habentur.

**ANNO SEXMILLESIMO TRECEN-**  
**TESIMO VIGESIMO SEXTO INDI-**  
**CTIONE SEXTA]** Post annum mundi  
5508. Christum natum Sicii & plures  
Graci posuerunt, atque adeo annus primus  
Christi natalis in 5509. statuendus est: si  
ergo eos annos 5508. auferas à 6326. reli-  
qui erunt 818. in quorum postremo scrip-  
ta bac dicitur historia. Iam Comes Ro-  
gerius posterioribus vixit faculus, in Sici-  
liam enim cum Roberto germano primum  
venit anno 1060. erratum ergo est in nu-  
meris, nisi forte Vitæ scriptor alias num-  
randi rationem sequutus sit. Corrigeremus,  
anno 6726. qui incidit in annum Christi  
1218. cum indictione sexta, mutatio vero  
in notis Græcis facilis est. ut pro 6726. scri-  
ptum fuerit. 6326.

Marafotus  
chron. calen-  
dr. 1. c. 28.

Ferrari. cata-  
log. Sæctorii  
Italæ die 2.  
Martij.

ANL.

# ANIMADVERSIONES IN VITAM S. MARINÆ VIRGINIS

**M**ARHS QVIDEM SICILIA] Kite busus scriptorem indigenare esse, ac Siciliensem ex prologo planum est. Monachum etiam fuisse crediderim. sed vitam Grece scriptam babuimus. eae MSS. Membranis Monasterij S. Salvatoris, prope Messanam, ex ordine S. Basilij.

**COMES ROGERIVS** ----- MISSVS 6600. MINVS. XXX.] Robertus, & Rogerius, Normanni fratres, in Siciliam adueniunt Saracenos trahentes, anno Christi 1060. ut ex Gaufrido Monacha certum est; qui fuit annus Mundis millefimus, quingentesimus, sexagesimus octauus, nam Graci Siculi numerant ab Adamo ad Christum annos 5508. quia de re diximus. Notis ad S. Ioannem Thibistem annus autem Mundi 6606. minus 30. id est 6570: est Christi 1063.

**VICVS. CVI NOMEN SCANIVM**] Ignotus vicus ex antiquis scriptoribus quorum fortasse uno nondum conditus, quamquam plerique Sicilia castella non aliunde nobis cognita, quam ex Sanctiori nostrarium Visit, de quo dixi. Notis ad S. Lucam, Abbatem Monasterij Carbonensis.

**PALMAS TVM PEREGRINI QVIDAM HVMERIS GESTABANT**] was temporum is fuit. Paulus Aemilius de Ludouico Iuniore, Francorum Rege, qui in expeditionem Hierosolymitanam aduersum Saracenos profectus, improspero rerte euent u. domum redit: Francus, ait, quod reliquum aetatis erat, ac totam hyemem in Syria egit sumpta Palma, quod erat sacrae peregrinationis consummatæ signum; vere appetente, classem Ioppe soluit: inde in Siciliam nauigauit.

**VIRILEM SIBI INDVENDVM HABITVM**] plura exempla SS. Virginum, feminarumque memorantur, qua virili vesti sumpta, ac nomine permutato, ex diuino instinctu, Asceticam, seu Cœnobiticam inter Monachos vitam duxere. sedenim Sancta Apollinaris Patricia, se Dorothetum dixit; Sancta Anastasia Patricia, Anastasi-

P. Mat. R. P.  
deri virida-  
rium Sanct.

fum; S. Albanas, Albanasum; S. Susana, Ioannem; S. Euprosyna, Smaragdum. Legi annotationes P. Matthiae Raderi, & nostra Societate, ad vitam S. Apollinaris in Viridario Sanctorum.

**SPIRITVM DEO, A QVO ACCEPERAT REDDENS**] inservit est annua quo D. Marina decessit: sed certum nimirum sub Rogerio Comite, Roberti germano fratre, ac forme eius initij, vita fætam, etenim, ut tradit is scriptor, cum Rogerio, Comes in Siciliam traiecit aduersum Saracenos, D. Marina inter feminas, solis iudicior, collucebat. enim vero cognitæ famæ, ac miraculorum fama, supra annum etatis eius 24: nec diu post, inter mortales vivere desijt. nam 30. ferme annos vixit, quos hic scriptor ita numerat. cum Marina septimum ageret annum, peregrinationis Hierosolymitane desiderio ardore, caput: postea tam viro matura, à parentibus ad nuptias sollicitata est, id factum, saeculum post annum 14. exinde post annos 42 habitum monasticum sumpit. duos annos, in cella cum exegisset, Hierosolymitanus, peregrinationem aggressus, aitote adhuc terræ, & florente forma; & quidem ut coniugio cum Mariana annos 20. nata esset ubi Hierosolyma venit, & Christi Dominis caput venerata est, tres annos in Monasterio egit. mox in Siciliam regresa est, ac paucos post menses rursum Hierosolyma redit; & quinquennium in Cœnobio versata est. hic monita per visum de morte sua, in patriam reversa, post menses sexa vita excessit. quos annos in unum si colligas, XXX. ferme confeceris. Igitur si 24. ferme annum D. Marina agebat, cito Rogerius in Siciliam appulit, anno Christi 1060. certe illa sub anno 1064. in celum migravit. sed haec conlectura sunt.

Gaufr. in hi-  
stor. Rober-  
ti l. 2. c. 10.

Paul. Aemi-  
lius de reb.  
gestis fran-  
corum in  
Ludou. Iu-  
niore.

ANI-

# ANIMADVERSIONES IN VITAM SANCTI PHILARETI



VIVI PHILARETI] vitā S. Philareti Iunioris Gręce scriptam habuimus ex Bibliotheca Monaste-rij S. Salvatoris; ex Ordine S. Basilij, non longe ab urbe Messana. Latinitate donauit P. Augustinus Floritus è nostra societate de histo-ria Sanctorum benemerentissimus scriptor Nilus in eodem Monasterio cum S. Philareto Monachus vixit.

Habitas est sermo nō ad Monachos modo eiusdem Monasterij S. Eliae in Aegypti, sed etiam multitudine Calabrorū confluente, porro de Panegyriste ita censet Interprete: videtur quidem aliquanto verbosus, sed si adhuc tam, eum non historiam, sed panegyrum, ac laudationem conscriberet ali- quid condonemus & quum est: pius vero admodum est, & bona dictio-nis. ceterum Di-Philaretopatram fuisse Panormitum, ex hoc Nili sermones non satis constat. coniuratio autem aliquis ibidem natum, quod syra-nas, Saracenum Rœc diante egressus, (quem ante Panormitum appellarat) in qua-dam planicie, non longe ab urbe, hodiernè ex-peccares-paullo post: superato Afro, resera-tor carceri, ac emissis captiuos, refert Ni-las, ubi nam? nisi rotoci, ubi pars est Vic-toria, tunc, egressore de terra tua, Philareto dictum: quasi vero ibidem esset eius natale folium, quod sum enim bellum Nilus recen-seret, nisi verbo distineri parentes Philareti, offendere vollet, quominus alio cōmigrarēt: si hōbōs discriminis inter historiam Curo-palatae. & Nili obscurio, quod ille campū, in quo initum est palū, Draganum vocat, Fazellus vero Traynam quod cum Nile consentire non potest: si voluerimus, eas-urbeum Panormium esse, cuius supra memi-nimat; id quod adducer, ut credā nam con-scenso celoce, Barbarus in Africam trans-misit, quod Panormio congruit; sed & Tray-na non facilis est in Africam traiectus. vi-detur igitur, non esse Traynam, quam Cu-ropalates Draganam vocat: sed planissem, qua Panormi circumficitur, east postate Draganam fuisse appellatam. quod Fazelli latuit. præterea eo animus inclinat, quod ad fluenter, seu rhenata velis Europalates gestum bellum ea Panormi esse videmus in Oretu, quem patre cadaveribus oppletum, ut idem monerat. baronie Turnex Nili vita; sed Insapbat Presbyter in Breuiario Vita D. Philareti ex Graeco Codice, manuscrip-

- Tom. 2.

tos, Biblioteca S. Salvatoris, prope Messanam. D. Philaretum ait in urbe Panormio natum: & eam suum agnouere semper Panormitani, ac venerati sunt, constante fama traditione: quam nemo consuelleret est ausus.

PRAE CETERIS REBUS AEREM HABET HILAREM] Sicilia temperato calo est, maximeque clemente, quod in me-dio quarti climatis sita sit.

INGENII ACVMEN ELARGITVR] canisse, regionis aer purus, ac tenuis. Sicut los acuto, sollertiaq; ingenio effe docet Iulius firmicus Massiliensis. multas est in eo Cicero distinctiones, in Verrorum de Siculis: ille quidē ut est hominum genus, nimis acutum. & libro 3. Hieronemus, scripsisse legem acu-te, ut Siculum.

IN EA TELLVS MAXIME FOECUNDA] Sicilia præstantiam, & ubertatem, quis scriptorum non celebrauit: quam ab eausam Homerus appellavit Insulam solis, cuius vi fruges in eosponte nascuntur: Pindarus vero Insulam principatū tenet: & tem fertili soli. porro Sicilia dotes, quas his scriptor copiose persequitur, strictim celebret Silius. ac primum Siciliam landat à fertilitate agrorum, prouentuque olearam, & vini nobilitate.

Multa solo virtus, iā reddere fenni aratri, iā mōtes ubrare olea, dare nomina Bacchis, à velocitate, & generofitate & quorum, atq; à præstantia mellis.

Cornipedēq; citum lituis generose ferēdis. Nectare Cecropias Hyblæo accēdere ceras & bermis salutaribus, aquisque Meditatis. Hic & Paeonios arcano sulphure fontes. à poesi, poetisque illustribus, præcipue Thœcrito Syracusano:

Hic, Phœbo dignus, & Musis venerabilis, vatū Ora excellentum. sacras qui carmine siluas, Quiq; Syracosia resonat Helicona camena. ab eloquentia: Prompta gens lingua: à gloria militari, partisque victorijs:

Ast eadem cum bella cieret, Portus æquoreis lueta insignire trophæis. AMENTES AGAT NEPOTES] Agareni aut Saraceni ydēm atq; Arabes, à quibus non modo urbes Sicilię devastatas, sed terras cultore vacuas, desertasque relitas, ex hoc scriptore cognoscis.

BALNEARVM SCATURIGINES MVL TÆ] præcipue therma Selinuntiorum, bo-die Saracens, therma Himeraeorum, therma Segestana, de quibus Diodorus. Sicilię à salutaribus balneis landat etiam Silius, ut modo dixi. f MVL-

Cic. diuinat  
& l. 3. ins  
Verne, n.

Homer. O.  
dyll. 1. 9.  
Pind. Nem.  
Ode 1.

Silius l. 14.

Diodor. l. 15

**MULTA FLUVIORVM GENERA**  
septuaginta fenne flumina tota Sicilia am-  
bitu se se in more effundant; quorum nomi-  
na babes apud Fazellum in descriptione  
litorali trium Sicilie lateratu.

**NON DEFVERVNT QVI DE EO**  
DICERE CONATI SVNT ] Aetnam  
plures descripsere Virgilius, Ovidius, Sage-  
rius, & detinatur & Linckius, qui & Seneca ad  
idem fortassis de his scriptoribus habeat iden-  
tiam Seneca in epistola ad Lucilium: non  
est autem quod istam curam imputes mihi:  
morbo enim tuo daturus eras, etiā nō me  
mandaret tibi donec Aetnam describas in  
tuo carmine, & hunc sollemnem omnibus  
Roetis locum attingas: quē quo minus Out-  
dius tractaret, nihil obstat, quam Virgilius  
impleuerat: ne Seuerum quidem Cornelius  
uterq; detractuit, omnibus præterea feliciter  
hic locus se dedit: & qui præcesserant, non  
præcipuisse mihi videtur, quē dici poterat,  
sed aperuisse -- ut ego te nōn nego, aut  
Aetna tibi saluam mouet: iam cupis grāde  
aliquid, & par prioribus scribere, Præterea  
descripsit Aetnam Pompeius Trogus, apud  
Iustinum, & recenti memoria Petrus Ben-  
bus, Antonius Philetarius, Thomas Fazell.

**LAPIS-CRISTALLI INSTAR PEL-**  
**LCIDVS] salem pellucidum Pachynus**  
gignit. Solinus, salem purpureū Aetna mit-  
tit in Pachyno translucidus inuenitur. Plinius  
desale, sunt & colorū differentia; Cen-  
Mandram predicâ habere Grypum lo-  
berum, & propter reliqua ipsorum mariti-  
tum ministeria, tempore apparatus Classis,  
quam Dux suspirat, nautis nostris habere  
nautas liberos XXXX. ne quoquam impe-  
ditos ab aliquo nostrorum custodum, vel  
reliquorum ministrorum eiusdem classis.  
Damus quoque eidem nostro Monasterio  
agrum nostrum, qui est Messana, cum  
pradijs, priuilegijs, & pertinentijs, & y's  
qua in ipso habstant, personis: solue ser-  
vantes Logom, hoc est id, quod spectat ad  
Majestatem nostram. Dikson, id est sus mo-  
ris, hoc est glandis, & domum in ipso habi-  
tantium nautarum. Hunc agrum dono da-  
mus, ut diximus, prefatio Monasterio, ex  
est circum terminatur. Incipit a scala S.  
Margarita per sepem usque ad Musta-  
ciuni, inde respondet ad tres colliculos, &  
inde procedit ad vallem parvam, inde per  
collum ad S. Petrum Marzi. & inde  
via continua usque ad Calactibnozi, inde  
per sepem usque ad popelozas. & inde  
scandit sepes, sed via fluente de Adranitis,  
& respondet ad iugum Gaidari, usque ad  
altum collum, vocatum malum collem, eo  
modo, quo ascendunt effusiones aquarum.  
Inde sepiatim usque ad Adrea, & ascendit  
usque ad magnum collem, & inde descen-  
dit a caballo, & Charlikki, inde descendit  
sepiatim usque ad mare. In his autem agri  
montibus, volumus Monachos pascere por-  
cos quingétos liberos, nec ab ipsis ob id exigui  
quidquam, quouis modo, a nostris Propo-  
situm. Damus cum his prædicto nostro Mo-  
nasterio Metochium Sanctum Nicædrus,

San-

Anni Chr.  
1094.

Sancti Nicomis, cum ijs; que ad ipsum pertinet, ut continetur, & circumscribitur in ipso privilegio, concessio à Beatisissimo Patre nostro, Comite Rogerio, anno 6602. Hac omnia confirmamus, & stabiliimus prædicto Monasterio, ita ut sine ijs firmata, & stabilita usque in fines seculorum. Non enim licet ijs, qui pro tempore fuerit. Præpositi, vel Monachis præfati diuini Monasterij, ab eisdem Metobij, vel reliquis possessionibus, persona cuique Ecclesiastice, vel laicæ, quoniam modo, concedere ad possidentibz, nisi quatenus concederit in augmentatione, & meliorem rei con-

ditionem ad victimam, & disciplinam Monachorum, Mandra prædicta. Hec igitur ut supra dictum est, donamus, & confirmamus prædicto venerabili Monasterio, si quis contra ea ausus fuerit, interminamur illis nostram, heredum, & successorum nostrorum indignationem subiturum. Ad firmum vero, & inconcussum stabilitatem prædicta divisa, & sacra Mandra præsens privilegium scriptum, & consueto sigillo plumbeo, mandato nostro signatâ, datum est mensi Maio, anno sexagesimo, sextentesimo, trigesimo octavo, Indictione octava.

# PRIVILEGIVM ROGERII REGIS

Pro Archimandritatu Messanensi.

Anni Chr.  
1130.

**R**OGERIVS in Christo Deo fideli, potensq; Rex & Christianorum Adiutor. Quoniam Beatus Pater noster in tota fere vita sua, pro insula Sicilia, laboraverit, & quanta gesserit, Dei virgine, totas noctes vigilans, nec corpore dñe requiem, ut habitatores eius Christianos ab amara impiorum Agarenorum tyrannie liberaret, & veram Christi fidem restituueret: ut quemadmodum prius, libere agerent, & Deum, & Iesum Christum pie colerent, notum ejus omnibus hominibus, ad quos fama peruenit, qua illorum etiam qui longe sunt, aures impleuit. & ille quidem pro Christo, & Christiano populo, ad extremum usque spiritum, strenue laborauit; Ecclesiæ multas, & maximas pluribus in locis adiuvans, terrasque non paucas ad constitutionem diuinarii Ecclesiæ, & sacrorum Monasteriorum distinctionem illis desidens, qui petierunt, & liberter distribuens ad beata tabernacula accessit, Deo cum Angelis gaudens, divino lumine decoratus, quoniam vero in praesenti plura constituta sunt Monasteria in Sicilia, & in Calabria, in quibus Monachorum Angelica, & cœlestis vita maxime, egregieq; processus, gratum duxit hoc opus nostra Serenitas, quamobrem in sacrorum Monasteriorum constitutionem, & religiosorum Monachorum, qui in eis habitant, convenientem curâ inserviat, pernouis enim diuinum nostrum regimen, quoniam eius, que apud Deum est fedelitas, cum in alijs, tam maxime constat in sacrarum domorum adiuvatione, & diuinorum Monasteriorum constitutione. etenim ea ratione diuinam propitiationem magis meremur, & immo-

culata fides nostra confirmatur, & virtutum flores, quemadmodum qua in pomarij conservantur, in Monasteriis procedunt, quoniam vero prouidit nostrum regimen, utile non esse, Monasteria sine capite relinqueret, neque in multa principia descendere, quod enim nobis principiis confusum est, secundum diuinum Gregorium, & multa habet principia, litigiosum; hoc inquam bene considerans tranquillum regimen nostrum, hinc quidem propter seruentem fidem, quam in Deum habemus, qui coronam nobis targitus est, hinc vero propter subiectorum humilitatem, templum, diuinam ecclesiam, à fundamentis adiuvauit in lingua, qua est in portu Messana, in nomine magni Dei, & Saluatoris nostri, Iesu Christi, & ad convenientem decorum, & magnitudinem prouexit, offerens locum & terras, quemadmodum incipiunt ab extreto dicti portus, ad portum usq; S. Hyacinthi, ubi solitum erat sepeliri Saracenos, utq; eas mare concludit ab Oriente, Occidente, & Septentrione, & à Meridie fines habet tenimentum Messane, & prædicti S. Hyacinthi, & in eisdem terris, & loco, ubi eidem Monasterio optimum videretur. Damus etiam, & concedimus ex puro nostro consensu eidem Sanctissimo Monasterio, ut sibi Salinas faciat pro ipso diuinio templo, & omnibus in eo commorantibus, ex intitu Dei, & saluis anima nostra, & cum iuribus, & pertinentijs ad ipsasmet terras spectantibus; ut in eo memoria, & oratio indefiniter fiant pro Beatis genitoribus nostris, & Regno nostro, & filiis nostris, et omni exercitu. Mandram etiam virorum religiosorum in eo constituius, et Monachos congreganmus, et religiosos ex loco deuoto Deo, ut credimus, et oramus, nullius quidem rei alterius curam habemus, nisi

nisi diuinorum hymnorum, et orationum, et eius familiaritatis. eis vero Pralatum, et Abbatem constituimus illum qui novo Monasterio Dei Genitricis, quod in Bosano est, Abbas exsisterat, boneissimum Monachum Lucam, virum sapientem qui dem in diuinis rebus, et valde probum, a iuventute in eis educatum, atque ex multis vnguis vita monastica secutus, et ea pro multis alijs praecepit maxima que circa diuinorum Monasteriorum constitutionem peritissimum. taliter igitur virum cognoscens Serenitas nostra, cum Archimandritam omnibus Monasterijs, & Grangijs, qua inferius nominabuntur, in Sicilia, et Calabria proposuit, quadam minorum Monasteriorum donat huic nostro sacro Salvatoris Monasterio, qua debant putari, et esse eius Obedientiam, sive subiici, et regi a Prioribus, quos in eis Archimandrita elegit, sicut ei, et futuris Archimandritis vnde esse videbitur. sunt autem in Sicilia haec quidem, S. Leo apud Messanam, et in Dioecesi Messana, cum pertinentiis suis, S. Anna de Cammaro, et iurisdictionibus, et pertinentiis suis, S. Stephanus apud Messanam, S. Nicolaus de Tse, S. Ioannes de Psychro, S. Nicolaus de Pelleria, S. Mercurius Traina, S. Nicander de Sancto Niceno, S. Barbarus de Demenna, S. Petrus de Deca S. Elias Scala Oliueirii, S. Jacobus de Calo, S. Dei Genitrix de Mallimachi, S. Petrus de latoflumine, S. Venera de Venellis, S. Saluator lingua Mylatij, S. Anna de S. Nicolao Monifortis, S. Theodorus lingua Mylatij, cum omnibus iuribus eorum, et cum omnibus terris, vincis, et pertinentiis eorum, S. Nicolaus de Calamacis, qui est in territorio Centorbiis in iurisdictione Catanensi, cum suis pertinentiis, et iurisdictionibus, S. Georgius de Troculis. In Calabria vero S. Pancratius de Priatico, S. S. Anargyri de Rosano, S. Nicolaus de Drosi, S. Dei Genitrix Maria de Palmaris, S. Theodorus de Nicotera, et haec sunt in iurisdictione Ecclesia Milentensis, S. Hierusalem de Catona, in iurisdictione Ecclesia Rbegij, cum iuribus, et pertinentiis, ac iurisdictionibus eorum. Ista igitur sunt apud Calabriam Obedientia quadam vero nostra Serenitas reliquis ut manerent, quemadmodum primumerant, in capite Monasteria, et per se ipsa dominaria, atque ut ab illis, qui in eis Abbates erant, regantur, secundum eorum placitum conuenienter, & ut Deo gratum est, et bac sunt, in Sicilia quidem, S. Nicander apud Messanam, et in Dioecesi Messana, S. Saluator de Presbytero Scholario, S. Dei Genitrix de Mafsa, & Stephanus apud Messanam, S. Petrus de Gitala, S. Petrus de Agro, Saluator de Placa, S. Elias de Embola, S. Basilius de Traina, S. Philippas de Demenna, S. Archangelus de Brolo, S. Dei Genitrix de Gala, S. Gregorius de Gypso. In Calabria vero S. Elias nouus, S. Philaretus, S. Joannes de Laura, in iurisdictione Ecclesia Mileti, S. Pancratius de Stella, S. Fan-

tinus in iurisdictione Ecclesia Rbegij. Quae uis autem illi, qui in praescriptis omnibus Capitanis Monasterijs, Abbotes per se ipsos debant ea, que sunt Monasteriorum certe tradbare, minime tamquam ille qui Pralatus est in predicto Monasterio nostro, in bonam rem Archimandritalem credidit, et qui post eum Pralatus dicto Monasterio subsisterint prabitobuntur inquirere, secundum dicens, et sacros Canonos, criminaliter quascunq[ue], vel pecuniarioria quascunq[ue], que in his erunt, in qualibet ac contra querilibet eorum, qui in eis sunt, Monachorum, vel Pralatorum. Dux est enim Archimandrita potestas Canonice, et iusto inquirere omnia, et secundum diuinum placitum et sacrorum Canonum continenciam eam iudicare, et Abbes in eis constitueret, consilia, et Monachorum consensu, qui in eis sunt, et remouere illos Abbes, qui quolibet modo indigne reperientur, et alios pro istorum, siue dictum est insidiaverit. Nam igitur solam posse tenere que pro tempore erunt, Archimandrita Monasterij nostri Salvatoris habere debent in praescriptis Capitanis Monasterijs in Sicilia, et Calabria, necessarium vero erit, ut Pralati istorum Capitanorum Monasteriorum, quando Dominicas festas fuerit, et vocabantur ab Archimandrita, accedant, et congregentur in nostro sacro Monasterio Salvatoris, et diuinam congregationem conuenienter adimplant. sic ergo curam agentes de constitutione, et ornatu diuinorum Monasteriorum propriae Monasteriorum Salvatoris, sicut dictum est, adiungentes, ac Monachos in eo congregantes, et Pralatum diligentes, et Archimandritam constituentes, ac tales possessiones ei donantes, et consequentes ipsius Monasterij Pralatos, ovales, eos effigie nominari Archimandritas, et praescriptam ipsos habere potestatem in capitanis Monasterijs dispositiis, praeterea cura nobis fuit, corporales indigenas Monachorum, qui in hoc Salvatoris Monasterio erunt, ut regalem, copiosamque in omnibus, et iudecentem eorum quae ad corpus spectant, prouisionem habentes, sine offendiculo, in diuinis hymnis, et orationibus perseverent, et sine impedimento diuina, religio, que opera faciant. ideo donamus predicto Monasterio Salvatoris agrum, qui apud Messanam est, in iurisdictione Messanensis Ecclesie, cum omnibus iuribus, terris, possessionibus, et sorta pertinencia, et tenemento eius, memoribus, glau- dibus, vineis, molendinis, aquis, exitibus aquarum, et reliquis a sensibus operibus sicut potentia nostra dominabatur; cum ipsis agri habitatoribus et huminibus, que teneant, et possideant semper et in perpetuum. offerimus etiam eidem monasterio Salvatoris tenementum Salicis, quod est in iurisdictione Messanensis Ecclesie, et S. Stephanum nouum, qui est in dicto tenemento Salicis, et terras Camararias, ac terras Plaz. \*Al. Salicij. \*Al. Camararij. cum tenementibus, terris, vineis, et a sensibus operibus.

operibus suis. Damus etiam. Et offerimus eidem Monasterio Salvatoris S. Georgium de Trociliis in Provincia Saccæ, iurisdictionis Agrigentie Ecclesie, totaliter, & in degradis, cum universis pertinentiis suis, tenimento, vineis, possessionibus, molendinis, aquis, cursibus, & existibus aquarum, & villanis etiam Agarenorum, & Christianorum, qui in eis manent in nemoribus autem quæ ibi sunt, & in omnibus nemoribus Sicilia, & Calabria habeant Monachis licentiam paseendi omnia eorum animalia, sine prohibitione, nibil pro Pascuali animalium suorum, vel decimis, aut qualibet alia causa soluentes, aut à qualibet quorumcumque hominum requisiti, quolibet modo, damnum patientes. aliud vero ius non habebunt in his nemoribus. In omnibus etiam byenalibus, et pascualibus locis, sine impedimento, animalia eorum passant. offerimus etiæ eidem Monasterio Salvatoris vineam Burrelli, et viridarium Riachi, quod olim dominabatur Beatiæ memoria mater nostra, positum in loco Messang. ipsum autem Archimandritam Monasterij Salvatoris perpetuo confirmamus et volumus habere dominationem, et propriam potestatem in omnibus dictis Monasterijs, et Grangijs subiectis, et Abbatibus, et Monachis, et huminibus omnibus, Clericis, et laicis eorum subiectis eisdem capitaneis Monasterijs, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, et diligenter examinare, et reticere dicere, et ad finem causas perduceere sicut Pater Archimandrita iudicauerit. ipse vero Archimandrita, et successores eius non iudicentur ab aliqua persona, neque alicui respondent, nisi nostra soli cedentia, et successoribus nostris. Hoc tandem nostra potentia in omnibus Monasterijs, et Grangijs pro nostra Serenitate reseruamus dicto Monasterio Salvatoris prædicionis peccata, et homicidium. Hęc omnia prædicta confirmamus, et ratificamus eisdem Monasterio Salvatoris, pro salute animalium nostrarum, et genitorum nostrorum, habenda, et possidenda, et supersus dictum est, ut et continetur, usque ad seculorum finem, absque impedimento Regni nostri, et barenum, et successorum nostrorum. dantes, et concedentes ipsi Monasterio Salvatoris potestatem habendi, et dominandi, ut antea diximus. in pace, ac libertate Archiepiscoporum, Episcoporum, et totius sacri Collegij, et Stratotorum etiam, et omnium aliorum nostrarum Officialium, et in aliquius sententia, lisis, vel decimarum Dioecesis, Archiepiscoporum, vel Episcoporum usque ad unum obolum, nulla contrarietate aliquius Ecclesiasticus iustitia, seu aliquius obstanti gratia nostrę, volumus. et man-


damus, ut Archiepiscopus Messina, et successores eius, habeant ab ipso Monasterio, anno quolibet, à quilibet Archimandrita, qui pro tempore fuerit et successoribus eius ratione census, viginti solidos, et libras centum, turri libras centum, et cados olei virginis, secundum concordiam, et formam nostram, Et dicti Archiepiscopi, Messana factam, bulla plumbea ipsius Archiepiscopi signatam, ad confirmationem dicti nostri Monasterij, quam etiam nostra potestia recepit. præterea donamus prædicto Monasterio equas quinquaginta, equos paruos, &c. magnos decem, ous termille, capras ducentas quinquaginta, vaccas trecentas, boues laboratorios quinquaginta, porcos octingentos, asinos duodecim seruos decem. habeant vero Monachii dexteriam unam omnino liberam, & in perpetuum. habeant licentiam sine impedimento, ac damno, & sine aliqua retardatione, mittere in Africam frumenti silvas ducentas, ad emendum oleum, & reliqua eis necessaria, qua in Africa sunt. neque etiam in reuectione talium specierum damnentur, quod ab aliquo transfractari debent, quod apud Messanam est passagium, cum proprijs nauibus, sine prohibitione illuc hinc transfractare. Et subiugalia eorum, & omnia animalia, ad eos, aut eorum obedientias pertinentia, omnesque species, & res pertinentes ad Monasterium. Et obedientias eius, si in hac delata, omnes transmitti sine denno, nibil oneris requisiti, pro transportatione a quolibet portulanorum, & eorum, quibus praeficta maris concessa est. ille vero qui ausus fuerit quantumlibet præterire priuilegium suum, tram nostra potentia incurrit. quapropter presens Chrysobulla, priuilegium Regium à nostra Curia confirmatum, datum est Messang, mense Februario, inductione duodecima, anno Mundi 6642.

\*Al. griffū  
vnum om-  
nino liberu

Anni Chr.  
1134.

Rogerius in Christo Deo, fidelis, fortis, & Christianorum Adiutor.

Duobus Rogerij Regis, Monasterij fundatoriis diplomatis, Alexandri Pape III priuilegiis adscribimus, quo fundatio magni Monasterij Sancti Salvatoris confirmata est.



# PRIVILEGIUM ALEXANDRI PAPÆ Pro Monasterio S. Saluatoris Messane.

**A**LEXANDER Episcopus, seruus et seruorum Dei, Onuphrio Archimandrita S. Saluatoris Messanae, iusque fratribus, tam presentibus, quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum. Apostolica Sedis, cuiusquamquam immeritis, prouidentia Domino presidemus, auctoritate, debitoq; officiū nostri compellimus: viros religiosos sincera caritate diligere, & ne cuiuslibet temeritatis incursum, aut eos à suo proposito reuocet, aut robur, quod absit, sacre religionis infringat, Apostolico preisdio communire, ea propter ad preces carissime in Christo filij nostri, Vilemisi, Illustris Sicilia Regis benignius inclinati, & vestris postulatiis favore gratuita annuentes predictū Monasterium, in quo diuino estis obsequio mancipatis, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti priuilegio communimus. in primis siquidem stantientes, ut Ordo Monasticus, qui secundum Deum, & B. Basiliū regulam, qua in eodem Monasterio instituta esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus, in uolabilitate obseruetur, praterea quascumq; possessiones, quacumque bona, quascumq; Obedientias, & Abbatias Rex Rogerius, recolenda memoria, eidem Monasterio, per priuilegium suum, Bulla aurea communitem, cōcessit, omnem quoque honorem, dignitatem, consuetudines, libertates, & quidquid aliud vobis, vestrisque successoribus contulit, sicut in priuilegio suo plenius continetur, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant. in quibus bac proprijs duximus exprimenda vocabulis. locum ipsum, in quo predictum Monasterium sitū est, cum omnibus pertinetijs suis, in Sicilia quidem Obedientias has: Ecclesiam S. Leonis de Messana, ecclesiam S. Stephani de Messana, ecclesiam S. Nicolai de Tse, ecclesiam S. Basiliū de Traina, ecclesiam S. Ioannis de Fyero, ecclesiam S. Nicolai de Pelleria, ecclesiam S. Mercurij de Traina, ecclesiam S. Nicola de Canneto, ecclesiam S. Nicandri de Sancto Nicone, ecclesiam S. Barbari de Demenna, ecclesiam SS. Philippi, & Iacobi de Messana, ecclesiam S. Petri de Deca, ecclesiam S. Elia de Scala Oliueri, ecclesiam S. Iacobi de Calo, ecclesiam S. Marij de Malimaco, ecclesiam S. Petri de largofiamme, ecclesiam S. Venneris de Veneris, ecclesiam S. Theodoride Insula Milatti, ecclesiam S. Anna, & S.

Nicolaie Monteforti, ecclesiam S. Georgij de Trocalis, Obedientiam de Agro, Obedientiam de Salice, in Calabria autem Obedientias has: ecclesiam S. Pancratij de Briatico ecclesiam S. Theodori de Nicotra, ecclesiam SS. Cosma, & Damiani de Rojano, ecclesiam S. Nicolai de Drosis, ecclesiam S. Viti cum suis tenimentis de Burzano, ecclesiam S. Hierusalem S. Cononis, ecclesiam S. Ioannis de Partizano, Obedientiam de Cotona, Obedientiam de Frisilli cum Terris Argillili, Obedientiam de Tucchi, cum omnibus pertinentijs, & tenimentis eorum. Monasteria autem in Sicilia bac sunt: Monasterium S. Nicandri de Messana, monasterium S. Saluatoris de Presbyteroscholario, monasterium S. Maria de Massa, monasterium S. Philippi de Messana, monasterium S. Petri de Gitala, monasterium S. Petri de Agro, monasterium S. Saluatoris de Placa, monasterium S. Eliae de Erubola, monasterium S. Basilii de Traina, monasterium S. Philippi de Demenna, monasterium S. Pancratij, monasterium S. Angelii de Brolo, monasterium S. Maria de Gala, monasterium S. Gregorij de Gypso, in alabria vero monasterium S. Eliae noui, monasterium S. Ioannis de Lauro, monasterium S. Fantini, monasterium S. Pancratij de Scylla, cum omnibus Obedientijs eorum. In supradictis siquidem monasterijs debes tu, filii Archimandrita, & tuis post te successores, Abbates instituere, consilio, & consensu, qui in eis fuerint, monachorum; & si quis Abbatum in dignis fuerit Abbatis, cui praest, tu illum, & tuis successores iuste, & canonice amouere debet, & alium substituere in loco eius, quem dignum prouideritis, iuxta Desinorem, & regulam monasterij vestri. liceat quoquo vobis in supradictis omnibus monasterijs, & obedientijs examinare, & iudicare Abbates, Monachos, & Laicos eorum, tam de spiritualibus, quam temporalibus, & causas eorum iuste, & canonice definiere. ipsi vero tibi, tuisque successoribus, debent obedienciam, & reverentiam debitam exhibere, tamquam Patri, & Archimandrita eorum, & iusticias vobis soluerit constitutas. Ad bac quacumque possessiones, & quacumque bona, tam de piscatoribus, olivariis, nemoribus, molendinis, terris, vineis, cannetis, & pomarijs, quam de hominibus, & quibuscumque alijs, idem monasterium in presentiarum ubique, & canonice possedet, aut in futurum concessione P̄fificum, largitione Regum, & Principum, oblatione fideliū, seu alijs iustis modis, præstante Lutini-

Domino, poteris adipisci, ipsa vobis, & ipso monasterio auctoritate Apostolica, confirmamus, eo ostre, quod Messanensis Archiepiscopo, & successoribus eius, tam ea, filii Archimandrita, quam successores eius, viginti solidos, centum libras circa, viginti incensi, & totidem eados oleis, pro sensu annuatim solvere debeant. sanguinalem velborum, que proprijs manibus aut sumptibus colitis, siue de quibuscumque alijs praeventibus vestris, vel de nutritiuentis animalium vestrorum, nullas debet esse, vel ab hominibus vestris decimas exigere, vel exortare presumat. licet quoque vobis, clericos, vel laicos liberos, & absolutos, e seculo fugientes ad monasterium vestrum, recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. prohibemus insuper, ut nulli fratram vestrorum, posse faciam in monasterio vistro professionem, fas sit de eodem loco, nisi architoris religionis obsecrata, absq; Archimandrite sui voluntate discedere. discedent vero, absq; communite literarum causane, nullus audeat retinere. prohibemus etiam, ut nullus ipsum monasterium interdicere audeat, vel monasteria, seu obedientias eius, seu bovinorum copum. Libertates quoque, & immunitez antiquas, & rationabiles consuetudines, monasterijs vestris concessas, & habentur observatas, ratas habemus, & eas perpetuis temporibus illibata permanere consemus. Obeyente vero te, nunc eiusdem dies Archimandrita, vel tuorum quolibet successorum, nullas ibi qualibet subrepotionis afflictia, seu violentia praeponatur, nisi quem fratres Monasterij communis consenserit, vel fratrum maior pars consilij sanctoris, secundum Dei timorem, & monasteriorum Regulam, de se ipsis prouiderint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino biquenam licet, prefatum monasterium semere perturbare, aut eis possesiones auferre, vel ablata restituere, ministrare, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia, & integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, usibus omnino modis profutura, salua Sedis Apostolica auctoritate, & Messanensis Archiepiscopi, sicut super dictum est, anno sensu, si qua igitur in futurum ecclesiastica, secularis ne persona banc nostra constitutio paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertione, communica, nisi præsumptionem suam,

digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere, de perpetrata iniustitate, cognoscat, & a sacraissimo corpore, & sanguine Dei, ac Domini Redemptoris nostri, Iesu Christi, aliena sit, atque in extremo examine, districta ultiō subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus, sic pax Domini nostri Iesu Christi; quantum & hic fructum bona actionis percepiant, & apud districtum Iudicem, premia aeterna pacis inueniant. Amen, Amen, Amen. Datum Anagnia, per manum Gratiani Sancti Romana Ecclesia Subdiaconi, & Notarij, XII. Kalend. Novembris. inductione nota Incarnationis Domini 1175. Pontificatus vero D. Alexandri PP. III. anno XVII.

LVCAM MIRÆ SANCTITATIS MÖNACHVM] Luci viuentis sanctitati illustre testimonium dicit Rogerius Rex privilegio suo, quot paulo superiorius descriptimus: demortui vero incisum epitaphium, ad eius sepulchrum, quod paucos ante annos, Messana, in Ecclesia Sancti Placidi repertum est Grace scriptum, Latinæque datus.

Lucam Archimandritam, bonis qui moribus  
Clarus, resplendens sidus, zque vt aureum,  
Multorum iter de nocte nauigantium  
direxit,  
Et tuto locauit in sinu; vni Deo qui vivit  
statem integrum,  
Sed ante mortem corpore didicit mori,  
Hoc marmor, atra Solem vti nubes,  
tegit:  
Obiitque tertio Kalendas Martij,  
Saturniæque lucis hora tertia.  
Sexenti ab Orbe condito anni fluxerant  
Cum millibus sex, atque quindenariis  
Equalibus, si septem ab his detraxeris:  
Tu vero, noster Dux, Pater dulcis Patrum,  
Vale, vale, & Regem tuens celestium,  
Tellure meritum sume partam lauream,  
Memor tuorum, quos creasti spiritu,  
Placata gnatis redde superum numina.

Anno Chr.  
1175.



# ANIMADVERSIONES IN BEATVM COSMAM E P I S C O P V M

Ioann. Iac.  
Hadria lib.  
de Valle Ma-  
zaria



**B**EATVS COSMAS] hoc  
Jacobus Hadriano-  
rat S. Conum Episco-  
pum Panormitanum,  
qui nullus est. falsum  
crediderim; atque hunc  
cum Cosma Episcopō  
Africano confundis-  
qui Panormi in ade maxima situs est: on-  
de illi erroris occatio, eius urbis Episcopum  
perperam censendi.

**DIVINOS HONORES OLIM TRI-  
BUTOS]** exstant antiqua sanctitatis: &  
B. Cosma cultus exceptio testes iurati a  
Notario Antonino Camalio, auctoritate  
in suque Didaci Aedi Archiepiscopi Pa-  
normitani, anno Domini 1598. 6. Idus Se-  
ptembris. quod instantem me, factum. vehemen-  
ter enim angebar, pene extinctam niri clা-  
rissimi memoriam, quem maiores nostri  
insignibus officijs percoluisse, nam orare  
ad eius sepulchrum, accendere facies, ac lā-  
pades, exosculari saxon illud beatum in  
quo condatur, operari sacris, ac preti-  
bus invocare eius nomen iam verò anti-  
quissimis temporibus, in Ecclesia Panormita-  
na, osme Episcopij festus dies peragebatur  
&. Idus Septembris. ad quem diem in anti-

quo Breuiario M.S. Ecclesia Panormita-  
na, in praefixo Sanctorum kalendario ita  
scriptum est: in urbe Panormo, Cosma Epis-  
copi, intermissus est festus in ea Ecclesia  
dies, postquam Breniarium Romanum  
iussa Pij PP. V. sermari caput.

**COSMAS VENERABILIS]** qui tenu-  
tus viris sanctissimis olim tributus. ita dicitur  
Eius S. Maximo, venerabilis Xystus, Ro-  
mane Urbis Antistes, & Paulu Venerabilis  
do, venerabilis Martyr Sabinus, in Martirolo-  
glio Romano. Beda venerabilis. & San-  
cto Augustinu Beata, et venerabilis semper  
Virgo Maria ab Ecclesia, o Crux ve-  
nerabilis.

**I N S A C E L L U M C V I N O M E N S**  
**M A R I A ]** in quo sacello, ante paucis annos  
B. Cosma corpus, iussu Illustrissimi, & Ra-  
uerendissimi Domini D. Ioannettini Doria  
Cardinalis, Archiepiscopi Panormitanis,  
me presente, defossum est. visa, & contra-  
etata a me Sanctissimi Episcopi Cosme of-  
fa, candida quidem illa, & ordinarys paul  
lo majora, que siatim asque deterrata sunt  
suauissimum odorem, sanctitatis eius respi-  
monium, exhalare, ac replere sacellum,  
omnium cum admiratione, & voluptate  
maxima, cœpero.

S. Max. seri-  
t. de S. Lau-  
ren. Paul. Vuer-  
nefr. de ge-  
st. Longob. L. 6  
c. 58. Mart. Rom.

S. Aug. seri-  
t. 8. de SS. Eccl. in An-  
tiphi. in festo  
exaltat. S.  
Crucis.

# ANIMADVERSIONES IN TRANSLATIONEM S. CHRISTINAE

**G**VILELMO] historiam trans-  
lationis S. Christina descrip-  
simus ex ijs, que legas in  
M. SS. Codicibus Ecclesia  
Panormitana, ubi in lectio-  
nes diuini Officij distribuitur  
narratio delationis a Castro Sapino  
Panormum, deductio verò à Volsinij ad  
Spinicastrum continetur itidem in lec-  
tionibus diuinarum precum in Ecclesia  
Sepinensi.

**TRIGINTA MILLARIBVS]** Tabula  
itineraria numerat Sepino Sirpium sex  
millaria, inde Beneuentum duodecimgenti.

**MOLISINV COMES]** is Rogerij Re-  
gis filiam spuriam duxit ex Hugone Fab.

cando, quam idem appellat, Comitissam  
Catanensem in historia de Sicilia Galan-  
titate.

**MARTIRIUM NOSTRÆ FIDEI,**  
ETC.] Passionem huius Virginis Christi  
prater alios iam diu vulgatos scriptores,  
scriptis etiam Alphanus primus Salernitanus  
Archiepiscopus, qui sub Gregorio  
VII. floruit. & anno 1060. circiter repos-  
nitur a Trihemio. & in tabulis Chronolo-  
gicis Gualterij, quatuor etiam hymnos in  
eandem edidit; que omnia repertas penes  
eruditissimum scriptorem Abbatem Ferdi-  
nandum Vgbellum in calce secundi tomus  
Italia sacra.

**TYRVM]** Urbem ad lacum Volsinium  
pot.

*Volsinios appellatam, plures credidere eādem esse cum Tyrō, atque inde nostra Virgini Tyrū nomen, sive Volsiniensis. alij diversam opinantur, & a lacu absorptam. primum ex his placet diligentis scriptor Philippo Clauerio in Italia antiqua lib. 2. Bolsena nunc dicitur ea urbs. partem aliquam Reliquiarum ibi remansisse inde credo quod ibi adhuc dicatur esse S. Christina à Constantino Felice in Catalogo Sanctorum, & Claudio Rota in suo legendario ad diem 24. Iulij. à Leandro Alberto in descriptione Italiae cap. de Falsis.*

*NVNCPATO VOTO] in Altis Ecclesie Spinensis prater festum S. Christi nadi 24. Iulij eius martyrio sacra, celebrabatur etiā Spinī Inventionis & Translationis Reliquiarum, cum nimisrum ea agitata fuere, & deinde in S. Salvatoris adem delata cum prodigio Virginis veluti renentis ingredi; antequā ederetur votū. dixerat̄ bōrum feſtorū orationes propria in utroq; feſto adhibita declarant; nā in bre-*

*uiario Venetijs edito anno 1564. apud baredes Luca Antonij luncte ad inventionē S. Christī hanc habetur oratio. Deus qui hodie in die inventione corporis martyris tūx Christina Spinensem Populum sublimasti &c. & ad translationem alia proponitur, Omnipotens aeternē Deus salutiferas per afflictus largiri, qui Spinī prauidens sine custode Calixtum existere, ei cælitus hodie Virginem destinati Christinam. &c. & in lectio ne nona diuini officij dicitur Non absq; diuino nutu tricliniō leuitate Virgo Christina celebratur, qua trino sub iudice ter sensis penitē afficitur, in eamdem diem recurrisse hanc duo festa Inventionis ex iisdem precibus colligo. nam in Antiphona ad primum Nocturnum dicitur, Nos venerando votis Christinā translationem, dulcibus ergo modis colamus inventionem. & lct̄. 8. fiat autem hæc celebritas inventionis, & translationis tempore nouæ stellæ, cum Christus, Primitivæ Gentium, reuelatur.*

## ANIMADVERSIONES IN VITAM S. SILVESTRI



**A**NC TVS PATER SILVESTER] *Vitam S. Silvestri Graecā scriptam, qua videtur esse fons, unde manarunt reliquæ, babuimus à monachis, & ciuibus Trainensisbus; eam latine redditam damus. alia etiam vita ad nos pervenit, que ex Graeco exemplari, quod in grario Ciuitatis Trainensis afferuatur, in latinum translata esse dicitur; cui hac adiecta subscriptio, Scribebat Romæ Don Petrus Vincentius Tudisco S. Th D. Trainensis. hoc in rebus narratis usque ad sancti viri obitum, consensit cum cabistoria, quam damus, sed pluribus eadem narrat. id unum pratermittit, Silvestrum à Pontifice sacro sacerdotio iniciatum fuisse, sed à facienda re sacra abstinuisse: atdicit verba, qua nos subteximus post illa verba, Obdormiuit in Domino anno 6672. quare aliud Gracum exemplar fuit illud ex quo translata est hęc vita, illa vero subscriptio D. Petri Vincentii indicat, vel ab ipso fuisse paulo fuisse explicata, quæ vita Graecā scripta, & in latinitate ab alio versa continebat; vel ab ipso in tres lectiones eam vitam fuisse distinctam, nam forte approbationē officij à S. Congregatione Rituū sibi suisq; cniib; dari curabat. Nuper etiā anno 1624. Roma edita est eiusdem S. Silvestri Trainensis vita Graecā, & latine, sibi peibit, ut ibi dicatur, R. P. D. Athanasij Dōguida Gen. Ord. S. Basiliij Procuraturi; sed ea adhuc copiosius explicat, quæ cōtinetur in proxima. de qua modo egit vita. quare primā redidimus, qua, ut diei, reliquarū est fons & origo. at Tom. 2.*

*teximus ad calcem, que præterea in secunda enarrantur*

**T**RAINÆ] *in Greca vita, quā olim babui, dicitur, si ille Pater natus in Cittate Drainæ. an bac sit qua Io. Curopolata, & Cedreno dicta est Dragina in plerisq. diplomaticis appellatur Troina: d Gaufrido monacho. & nunc paſſim vulgo Traina, pedetentim ergo videatur immutatū ciuitatis nomē, è Dragina in Drainā, deinde in Trainā, & Trainā. putant Aretius, Thomas Fazellus, & Maurolicus Trainā urbē esse eā, quam Traianopolim immanc. & liberā memorat Vlpianus, sed in sole caligant, cū Trajanopolis in Cilicia, nō in Sicilia fuerit, ut docet Dio. Stephanus, Zonaras, & alij. at cur Dragina dicta sit, si tamē eadē quæ Traina sit, quæ tempore, & à quibus condita primum fuerit incomptum mibi est.*

**T**EMPORIBVS GVILLELMI] *in prima & tertia ex ijs historijs, quæ ut dixi, vitā S. Silvestri enarrant, legitur, Temporibus Guillelmi II. sed erat vox Secundi, quæ vel à scio quipā perperā intrusa est, vel per notariū in numeraliā similitudinē subrep̄sis. mors enim S. Silvestri in tempore Guillelmi I. incidit; dicitur is obijisse anno mundi 6672. qui annus iuxta Siculā usq; putatio resp̄det anno Christi 1164. Guillelmus verò I. Kal. Maij anni 1166. deceſſit; vel liquet ex actis Alexiadri PP. apud Baronitū eo anno. non ergo attigit Silvester tempora Guillelmi II. Regis. Adde Guillelmū II. pro le caruisse; quare Ricardus de S. Germano scriptor illi Regis synchronos, Deus, ait, Guillelmū II. prolis negatione multa uitio clūſit. n. vterū cōsortis illius, ut nō pareret, vel cōciperet filiū, & nē relinqueret sui supersti-*

2. *Io. Curop. Cedren. Gaufr. lib. 2. Ferum. Rob. & Roger. Aret. de situ Sicil. Faz. dec. 1. bb. 10. Maurol. in indice vrb. Sicul. Vlpian. lib. 1. de cens.*

3

re super terrā. & nostrates etiā scriptores as-  
sentītūr. si būnet ipsi igitur vīcē scriptor  
obſtītore t. si Guillelmi Regis filii. Siluestri  
opera ſanctati restitutū narrans in Guili-  
lemon II. tempore Siluestrum referret.

FACTA A SENIORE ETC] Abbati  
nomen fuīſe Nicodemum reperio in qua-  
dam S. Siluestri vita italice scripta.

VNIVS HORÆ SPATIÖ] ita babet  
vita Graecē scripta, qua penes me eſt, ſed  
reliquę, quarum initio memini, referunt  
codem die ē ſuo monaſterio diſcedente  
adiuſſe, & rediſſe. rem etiam narrant la-  
culentius. & quidem vita ſubſcripta à Tu-  
diſco ita babet, Idibus obtēta Abbatis ve-  
nia. Cataniā, qua XL. milliarib⁹ diſta, ad  
B. Agathę corpus venerandum ſe contulit;  
qua itinere unius diei ſpatio abſoluto, longe  
ante alios, qui equos conſcenderant, e-  
dein die, quo diſceſſit, ſuis deuote perſo-  
na precibus, & gratijs Deo actis, ad mo-  
naſterium reuerſus eſt. Vita etiam per Donguinam edita ait. Cataniā Vrbem ita lu-  
bente Abbatē ad viſendas, adorandasque  
S. Agathę Virginis, & Martyris reliquias  
protectus eſt, dūlat autē in Cataniā à Mo-  
naſterio 40. milliarib⁹, qua ipſe tam velon-  
citer pedeſter perficiebat, vt etiam eq̄ itan-  
tes celeritate antequerteret, ibiq; aliquo te-  
poris ſpatio commoratus, codē die ad pro-  
prium monaſterium reuerſus eſt.  
Sed in vita italice scripta lego, ab A. bate  
& Monachis omnibus ad D. Agatba p-  
riginantibus, monaſterii cuſtodiām Silue-  
ſtro demandatam. & cum primum ingreſſi  
ſunt templum, orantem ſimul cum ipſis Sil-  
uestrum agnouere, regreſſi vero ſtatim  
in monaſterij tutela verſantem cumdem  
inuenierunt. Abbatē autem rem ſcificanti,  
ſe illuc cum reliquiis monachis orasse inge-  
nuoſaffus eſt.

IN EIVS FESTO BIS IN ANNOJ  
die ſecunda Ianuarij, qua deceſſit ē vita.  
& die etiam ſecunda Maij, cuius rei du-  
plex eſt ratio. altera, quod ea die Corpus

ipſius inuentum fuerit in ecclēſia S. Ba-  
tholomae extra ciuitatem; ubi nunc ades  
eſt S. Siluestri. altera eſt, quod odo in dia-  
mo imago D. Siluestri, qua hoc ayo in magna  
veneratione penes Trainenſes habetur, ad-  
uecta fuerit, & plerisque editis miraculis  
experit inelareſcere. enīdā ab infātia  
muto laxata lingua vineula referunt; pri-  
mūq; quod ille protulit verbum fuīſe,  
iam deferti S. Siluestri imaginem. inſtitu-  
tus etiam fuit olim festus dies 8. idus Augu-  
ſti, quod eo die imago S. Siluestri in adē  
maximam delata ſit ex eius ecclēſia.

IVLIVS III. J in vita, cui, ut dixi initio  
ſubſcripta D. Petrus Vincentius à Tudiſ-  
co, narrato miraculo eiecta per Siluestrum  
peſſilencie à Trainenſum populo, ſubditur  
quare Iulius III. ſanctitatis, & miraculorum  
fama motus anno primo ſui Pontificatus  
multas indulgētias omnibus Christi fideli-  
bus Eccleſiam S. Siluestri piē inuientibus  
conceſſat. poſſet verò facile quispiam deci-  
pi, ſi ſcriptoris mentem ita intelligat, ut ve-  
lit fugata peſſilencie miraculum cauſam  
fuīſe, eur Iulius 3 indulgentias conceſſe-  
rit. ea enim non bene cobarent; nam peſſis  
abatā dicitur anno 1575., ſed Iulius 3. d  
Pontificatus & vita iam diu ceſſerat anno  
1555. mense Martio. mens autem ſcripto-  
ris fuit Iulium 3. fama miraculorum, non  
quidem iſtius, quod proxime de peſſe nar-  
rauerat, ſed aliorum, indulſſe fidelibus  
penam peccatorum; ideq; abiecta particu-  
la, quare, reponui vocem, etiam.

Demam ſimilis ſum vita S. Siluestri per  
Donguinam, ut dixi ſub initium, edita, iſ-  
dem Romanis typis anno 1624. prediere  
laudationes & preces, quas inter Diuinis of-  
ſicij partes, cum S. Siluestri memoriam ce-  
lebrant, inſerunt Monachi Graci S. Baſiliij,  
in monaſterio prefertim Trainenſi.  
quare eas omnes in unius hymni modum  
collegimus, atque iterum edi curauimus,  
ut ad plurimum manus deueniant.

Erravit in  
hoc Ferrar.  
in Catalogo  
Sanctorum  
Italiae.

## ANIMADVERSIONES IN VITAM SANCTI LAURENTII FRAZANONENSIS.

**C**ERVATOR HUMANI GE-  
NERIS] Ad Vitam S. Lauren-  
tij quam sermone Italo ſcrip-  
tam habuimus, hec tranſata  
erant: Vita S. Laurentij, Mo-  
nachi, ex Opido Frazaneone,  
è Graci in Italum sermonem cum fide traſ-  
lata fuit à Ioanne Inguanie viro Graecę  
doctio, iuſſu Ioannis Retana, Archiepiscopi

Melanenſis, ope monachorum monaſterij  
S. Philippi Fragalatii, anno Christi 1573.  
Historia vero Graecum exemplar in eadem  
area eſt, in qua reliquia S. Nicolai, in Opido  
Frazaneone, maxima in ade ſeruantur.  
hac verba ad vitam preſcripta erat. que-  
niam vero exemplaris Graci nobis non eſt  
ſedda copia, eamdem Vitam ex Italo in la-  
tinum traſferendam censulmus.

NICE,

NICEPHORVM EPISCOPVM TRA-  
INÆ neminem turbet cum Nicēphorūm  
Traina Episcopum audiat, quia tempestate  
Trainenfis Ecclesia, sed Messanam trans-  
lata, Episcopo defituta erat. sed enim Ro-  
gerius Comes, qui Robertum Traina Epis-  
copum anno Christi 1082. constituerat,  
dein Messanam, anno 1087. auctoritate  
Romani Pontificis transfluerat. atamen  
piures per annos inualuerat usus, ut idem  
Traina, & Messana Episcopus diceretur,  
ut multi ex privilegijs satis constat.

ORNATVM PLVRIMIS SS. VIRO-  
RVM RELIQVIIS] quarum hic est in-  
dex. ex ligno Dominica Crucis crystallo,  
& argento inclusa, corpora Sanctorum  
Calogeri, Gregorij, & Demetrij, Cranium  
S. Philippi Agyrai Confessoris, Pollex San-  
ti Luca Evangelista, & præterea reliquie

Sanctorum Martyrum Blasii Episcopi, Al-  
phii, Philadelphi, & Cyrini, Cosma, & Da-  
miani, & S. Barbara Virginis.

BACVLVM SVMMA SVI PARTE,  
CRVCIS FORMAM GERENTEM] ve-  
tus mos, ducta origine à D. Petro Apostolo.  
Daniel Monachus de D Bartolomeo Mo-  
nacho Fundatore monasterij S. Salvatoris  
prope Messanam in eius vita M.S. ait, cir-  
cumibat, iuxta Christi Domini preceptum,  
nudis pedibus, sola tunica attrita illa qui-  
dem, vixque amictus: pellicea Zona pra-  
einditus: in media macidentus, ac squalens.  
baculum manu gestabat, in Crucis formâ  
(quod fertur Apotholorum Princeps feci-  
se), cum aduersus spissitales hostes propu-  
gnaculum, cum ob continuam Iesu Christi,  
pro nobis crucifixi, memoriam.

## ANIMADVERSIONES IN VITAM S. NICOLAI EREMITÆ



VA TEMPESTATE] Vitam  
D. Nicolai scripsit Anonymus  
Monachus, qui ei à confes-  
sionibus fuit, è monasterio S.  
Maria de Rogato, Ordinis S.  
Basilij. dein ad eam Vitam  
plura miracula adiecta sunt, qua postea  
contigere nos historiā banc rerum gestarum  
D. Nicolai consecimus ex lectionibus  
in antiquo eius officio recitari solitis, quas  
vitam ab eius confessario scriptam pata-  
uimus, ac præterea ex alia eiusdem Divi-  
Nicolai vita, incerto, sed fido auctore com-  
posta. quamvis vero ortus B. Nicolai hic  
dicatur incidisse in tempora Comitis Rogerii,  
non intelligo tamē Regerium fratrem  
Roberti Viscardi, sed Regerium illius filii,  
qui post annum salutis 1130. Rex fuit. cù  
enim Rogerius Comes obiit anno Christi  
1101. noster vero Nicolaus non admodum  
prospecta etatis esset anno 1167. nō videtur  
attingere suis initij vita tempora Comitis  
Rogerii, sed alterius Rogerii, qui Comes fuit  
quoniamque in regium nomen eius fuit.

B. NICOLAVS IN ADERNIONE]  
quod opidum in Aetna monte: votus eius  
nomen Adranum Diodoro, Plutarebo, Ste-  
phano. baut recte Plinio, & Silio Hadra-  
num nisi sit error librariorum. de Adranis  
conditus, Diodorus bas habet: Dionysius in  
Sicilia opidum. sub Aetna collē, extraxit,  
quod ab insignifano, Adranum vocavit.

VERSVS ARCARIAM Fazello Arcari-  
a; recent opidum, prope veterem Calactā,  
in Sicilię latere Septentrionali.

MONTEM CALAMNAM] hoc monte

nomen in vita. sed Calapnis in antiqui Of-  
ficij lectionibus, & in rudi quodam eius  
bymno:

Nouum fidus apparuit,  
Dum Sanctu iste peruenit  
Ad locum, sicut scribitur,  
Caipnium, prout dicitur.

Sed Caipnia in antiphona quadam de Dino  
Nicolao Græco scripta

VBI CCCXXXVI. ANNOS .....  
DVRAVIT] corruptus est is numerus in  
altero exemplari, in quo scriptum est. Dini  
Nicolai corpus 307. annos in monasterio  
S. Mariæ fuisse. sed aliò exscriptori mens  
auelauit: nā scripti annum, quo Arearien-  
sis permisum, ut D. Nicolai Reliquias  
venerarentur. ceterum si annos CCXX-  
XVI. regas ab anno 1507. quo D. Nico-  
lai corpus, ad impetrandum pluviat, in  
ara expositum est. inuenies illum migras-  
se ad Dominum, anno 1167. Guilelmo Bo-  
no regnante.

DATVM EST DIPLOMA PONTI-  
FICIUM] quod hic subiaceimus.

### IVLIVS PAPA II.

D Ille filij, salutem, & Apostolicam  
benedictionem. Exponi nobis fecisti,  
quod alias defuncto quondam Nicodao del  
Polito, et Beato Nicolao vulgariter nun-  
cupato, in quadam speluncâ, propositam  
vestram terram, vos, seu verius predeces-  
sores vestri, habentes, propter illius bonam  
vitam, & magnam erga ipsam devotionem,  
eius corpus, animo in ecclesia in aiori istius  
terræ.

<sup>3</sup>  
Plut. Timo-  
leone.  
Steph. de  
3 bibus.  
Pund. 3.c.8  
Sil. l.14.  
Diod. l.14.

terra collocandi accepisti, & demum mutato proposito in ecclesia depositissis: verum cum ne quis ex inde furetur dubitatis, iuxta primum vestrum propositam, exinde amouere, ad terram vestram, & ecclesiam ipsam deferre, & in ea collocare desideratis, etiam cum anniversarij celebratione, tam in ipso ecclesia quam in ecclesia Sancti Nicolai de lo Cito, prope quam obiit; properterea nobis supplicari fecisti, ut huic desiderio vestro in hac parte, de benignitate Apostolica, annuere dignaremur. Nos igitur buismodi vestris supplicationibus inclinati, vobis, & corpus praedictum dei Beato Nicolao vulgariter encapsulatum, ex dicta in habitata, ad vestram ecclesiam transportare, & tam in ea, quam in ecclesia praedita S. Nicolai, prope quam obiit, anniversarium dicun decimo septimo Augusti celebrare ad libitum vestrum, conuenienter tamen, libere, & licite possitis, absque al. cuius praedictio, auctoritate Apostolica, tenore presentium, de speciali gratia concedimus, & indulgemus, inhibentes in virtute sancta obedientia omnibus, & singulis ordinariis locorum ad quos spectat, ne vos in reservatione, translatione, collocazione, & celebratione predictis directe, vel indirecte molestent, vel inquietent, aut ab alijs molestari, vel inquieturi permittant, constitutionibus, & ordinationibus Apostolici, certisque contrariis quibuscumque non-

obstantibus. Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo piscatoris, die 7 Iunij 1507. Pontificatus nostri Anno IV.

Philippus de Senis.

**D**ilectis filiis, communitatibus, & hominibus terra Arcaria. Messanensis Diocesis. Quæ literæ in Sicilia exsecutionibz mandate sunt, & illæ in tabularia Regia die 8. Iulij Indict. decima anno 1507. sed censuerim plures annos preteriisse antequam is cultus D. Nicolao tribueretur. nam in exemplario officij D. Nicolai, quod ab Arcariensis ad me transmissum est, ita prenotatum emperio: Messanæ 2. Aprilis 1537. ab Archiepiscopo Messanensi Antonio la lignamine dictum fuit præsætetur, & celebretur iuxta formam Apostolici Brevis.

**CORPVS INTRA OPIDVM ETC.]**

Seruatur body D. Nicolai corpus in fide maxima: patronus est Arcariorum: proprio etiam Officio, & Missa olim celebrabatur. festus eius dies agitur 6. Kal. Septemb. qui dies eius è vita discessus fuit. & 4. Nonas Maii, quo primum die Sedis Apostolice permisso colicceptus. augendæ celebritati, pietatique Arcariensium in D. Nicolau, Ioannes Andreas S.R.E. Card. & Archiepiscopus Messanensis, Indulgenciarum literas concessit die IX. Ian. Ind. XV. Anno CIICLVI.

## ANIMADVERSIONES IN HYMNVM S. NICOLAI EREMITAE

**N**UNC Hymnum, vel hymni fragmentum potius, ex scholis quibusdam Arcariensis Italo sermonis conscriptum accepi. sed prænotatum in ijs. erat, ex Graco Codice traductum, qui in Ecclesia Sancte Maria de Rogato, energumenæ nescio qua detegente, repertus fuerat. unde mibi suscipio. Cosmam, hymni scriptorem, fuisse Monachum ex eius Monasterij familiâ, numne si fuit, qui D. Nicolai Eremitæ, cui superflue fuit, confessiones excepti suspicor omnino eumdem. nam Asceticum vita eius institutum nouisse se profiteretur, ac pleraque

mira, que nemo alius, enarrat: qua ab eodem Sanctissimo Asceta Nicolao Cosmanum accepisse, credibile est. attamen placitum mibi, hymnum euulgare, quod eximias ille D. Nicolai laudes habet, multaque miracula ab eo edita, quorum VI sa scriptor non meminit, dicitq; fuit, perfecto hymno, rescripsi.

ANI.

# ANIMADVERSIONES IN SANCTVM LVCAM NICOSIENSEM.



**V**CAS COGNOMEN  
TO CASALIVS I vi-  
tam banc S. Luca bar-  
bara dictione scriptā  
aceperimus ex libris  
Nicosiensibus manu  
exaratis. eam ob caus-  
am paululum à nobis  
concinnatam aperuit. sed dolemus, quo D.  
Lucas aro, quoniam Principe claramit, neque  
ex vita scriptore erit, neque alia via explo-  
ratum habebit me potuisse. illud certum  
est, post conditam, Rogerio Comite Nicosiē  
occisum; ac præterea cum Monasterium  
S. Philippi in urbe Agyriō, à Monachis ba-  
bebatur de familia magni Patriarcha Be-  
nedicti, quod eiusdem Comitis Rogerij tem-  
poribus factum crediderim.

**I**N OPIDO NICOSIA ORTVS EST]  
Nicosia Mario Aretio, Fazello, & Maurolyco dicta; sed Nicosinum, Gaufrido Mo-  
nacho, antiquiori scriptori, & in diploma-  
to Friderici Imperatoris, & Siciliæ Regis,  
frequens opidum, Lombardorum, & Gallo-  
rum colonia, qui cum Rogerio Comite in  
Siciliam traiecerunt, quorum corrupto, idio-  
mate Nicosienses adhuc loquuntur, pteris-  
que vetus Herbita creditur. itaque ad D.  
Luca imaginem bi-versas inscripti:

Ciubus exultant vrbes, magis Herbita  
Sancto

Luca Casali patria clara suo.

Fratribus elius ..... prædicat orbis

Facto fine, amen, res nota saxe tonat

Sed ut lucem aliquam honestissima orbis  
extructa hoc loco affiramus, de eius posse  
dilectum oportet. viro cuidam docto Herbi-  
ta creditur eadem esse, quam bodie S. Ni-  
colaum vocant. sed fallitur nam S. Nico-  
laus castellum litorale est inter Thermas  
Himerenses, & Solentam; et Herbita Siciliæ  
opidum Mediterraneanum fuit, ex Dio-  
doro Siculo, & Ptolomeo. Marini Niger ait

ex Herbita interitu Platia, & Nicosia re-  
contes Colonia sunt Lombardorum, quos  
Rogerius Comes in Siciliam duxit: neque  
in vetustarum urbium cadaueribus, sed in  
puro, & numquam culto solo condite. Thermo-  
nas Fazellus memorat prope Aidonum  
ad Orientem duobus M. P. urbem in sole  
iacentem subesse, cuius Ciatella nomen, in-  
certumque sibi esse, an Herbita vetusta  
urbi fuerit. Maurolycus vero, hanc eam  
prostrataam urbem esse Herbitam  
putat, sed Historia magis quadrant in Ni-  
cosiē, quam in Ciatelle situm. Diodorus  
de Alsa urbis origine agens, hęc scribit.

Andros. Ca-  
lep. indict.  
5. Herbita

Mar. Niger  
in descrip-  
Siciliæ.  
Aret. de si-  
tu Siciliæ.  
Fazelli. dec.  
1. i. 10.

Maurol. de  
reb. S. can.  
indice Opi-  
dorum.  
Cic. 2. 3. &  
4. Verr.

Archonides Herbita præfectus posteaquā  
populus Herbitensis pacem cum Dionylio  
firmaverat, nouæ vrbi condendæ animum  
adiecit. Mercenarios quippe quamplures  
habebat, & promiscuam in vrbe turbā, quæ  
belli Dionysiani metu eo confuxerat. multi  
quoq; Herbitensium in coloniā hanc vltro  
nomina profitebantur. Multitudine itaq;  
quæ cōmūnerat, asumpta, collem que in-  
dam occupat VIII. stadia à mari distitum.  
ex quibus verbis clare perspicitur Herbi-  
tam non fuisse prædictam Ciatellā, à qua  
ad Alesam (qua in colle iuxta recentem  
arcem, qua nunc dicitur Tusa, sita erat, ut  
ex inscripto marinore inuenio in eius ru-  
deribus, qua ab accolis Balneæ vocantur,  
colligitur) contendere si voluissent Herbi-  
tenses, vel Centurispinorum, vel Agyrien-  
sium, vel Ennenium florentium tunc ci-  
uitatum, permeandifuisserint fines; quod ma-  
xim. incommode fuisset. At β Nicosiam  
intelligas esse Herbitam nullum aliud op-  
idum olim intercederet prater Mutistrati-  
sum hodie dictum Mutecta, quod una cib  
proximo circa Alesam litore Herbitensis  
ditionis erat, quippe potens lateque impe-  
rans fuit ciuitas, qua à Dionylio potentissi-  
mo Sicilia Tyranno expugnari non potuit,  
ut scribit Diodorus, & Cicero vocat Her-  
bitam ciuitatem honestam, & copiosam.  
Quoniam vero Nicosiam recens Opidum  
à Rogerio Comitis tempore natum supra  
diximus; querendus est alius locus. is non  
longe à Nicosia erit, in quo antiquissime  
urbis vestigia esse vicini populi testantur.  
Hic si placet, fuisse dixerim antiquam  
Herbitam, recte illi quadrat Diodori his-  
toria; & pro hac sententia sunt, qui ex an-  
tiqua urbis lapidibus edificatam Nicosiā  
affernunt. Huc inclinat Philippus Clave-  
rius in antiqua Sicilia. ceterum cum aspi-  
ratione pronuntianerunt Cicero, & Pli-  
nius urbem dicentes Herbitam, & ciues  
Herbitenses.

**SAXA CIRCVM OMNIA RESPON-**  
**DERE AMEN AMEN**, eodem miraculo  
D Beda sanctitatem Deus testatam voluit  
de quo bac Petrus Episcopus Equilinus:  
cum ex nimia lenitate oculis cauasset, &  
discipulo duce ad lapidam congerie in per-  
ueniatur, discipulus ei suadere cœpī, quod  
magnus esset illic populas congregatus, qui  
summa affectione, & silēcio eum predica-  
tionē expectabant: cumq; Sanctus fecerit  
spiritu elegantissimum letinonem fecisset,  
& conculisset, per omnia secula seculorum  
lapides responderunt, Amen, venerabilis  
Beda presbyter.

Diodor. I. 2.  
Cic. Ax. 3.

Clu. I. 2. c. 8.  
Cic. in Ver.  
Plin. I. 3. c. 8.

3

# ANIMADVERSIONES IN VITAM S. ANGELI MARTYRIS



Ioa. Molan.  
ad Usuardū

NOCHSERVVS DEI] *Vitam S. Angeli Martyris ab Enoch, Patriarcha Hierosolymitanus, peregrinationis eius comite, rerumque ac mortis spectatore, compositam, euulg. suis anno 1526. Thomas Bellorofius, Canonicus Panormitanus, & Protonotarius Apostolicus, quamquam falso Molanus scripsit, non existare vitam S. Angeli Martyris ab Enoch P.H. descriptam, enim verò is quodam natus non fuisse, existere, non creditit. nec collatam damus cum MSS. Codd. praeceps verò Vaticana. incertam mihi est. Grace, an Latine Enoch scripsit, nam existat in Biblioteca Vaticana, S. Martiris Angeli Vita, Enoch item nomine inscripta, eadem rerum serie, sed styllo diverso, praterea vita, quam damus, copiosior est; Vaticana verò brevior. namne ab aliquo Breuiatore, an ab Interpreti id factum? quod veraque vita à Graco fonte dedubta, sed à duobus Interpretibus latinitate donata, ab altero fusi, ut Grace habebatur, que vita est, quam nos damus; ab altero strictius, ut vita est in Codd. Vaticanis.*

IN OPIDO AGRIGENTINÆ DIOCESES, QVOD ALICATA DICITVR ex ruinis Gela orbis conditam Alicatam scripsit Fazellus, sed veterem Phintiam in etas sita fuisse ex itinerario Antonini, Diodoro, antiquis monumentis, & inscriptionibus in ea repertis, probat Philippus Cluverius in Sicilia antiqua, lib. 1. cap. 16.

QVÆ D. ANNAE AEDES ..... CENSENTVR] in Cod. Vaticano hec praterea habentur: vbi nunc Monasterium est tratum Eremitatum, Ordinis S. Mariz, de Monte Carmelo.

CENTVM, ET TRIGINTA IVDICA PRAVITATE RELICTA] in M.S. Cod. Vaticano, centum quadraginta. \*

{TRANSACTO IVSTO DIERVM NVMERO] in Vaticano est; post octo dies CAMISIAM NATIVI COLORIS] alter Codex habet Canusinam & paulo post, pro camisinis, canusinis. Isidorus lib. 19. Orig. cap. 22. Camistas vocamus, quod sum bis dormitus in camis id est in nostris stratibus vox deinde ad alias uestes deducta, Blesensis serm. 41. Indutus camisia lineu, quæ communis nomine dicitur Alba: Bulligerus lib. 3. de Rom. Pontifice c. 39. interpretatur superpellicea. vide etiam Gretserum in Codinam de officijs Constantiopolitanis.

Thucydili-  
bro 6.  
Vulg. lib. 3.

3

5

6

7

SCITOTE ME AETERNIS DAMNATVM TENEBRIS ETC. J memorat Basilivs, Selencia in Isauria Episcopus, falconillam, Tryphena filiam, absque baptimate, & fide mortuam. D. Thecla precibus servatam. idemque tradit S. Iohannes Damascenus. & Simeon Metaphratus. mirum igitur non est, adolescentem hunc Iosephum, aeternis supplicijs addicctum, precibus D. Angeli à morte corporis, & anima liberatum. sed enim effatum illud Ecclesiastæ: si ceciderit ligam ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocumq. loco ceciderit, ibi erit; de ordinario diuina iustitia modo intelligitur, non autem de eo, qui extra ordinem, in libera Dei misericordia positus est. Deus enim, supremus omnium iudex, cuius immenso potestatis procreata res omnes subiecta sunt, quique de illis, ut eius maiestati placitum, suo iure discernit, cum prouideat fundendas à sanctis viris, flagrantissimas preces pro alicuius anima salute, seque illis misericorditer flectendum, particularis iudicij sententiam differt, designato interim loco, ubi adseruetur, quo usque illud tempus adueniat; ut docent Diuus Thomas, Richardus Durandus, alijq. Theologil. 4. sentent. distinct. 45. q. 2. ar. 2

CV M IMAGINE MATRIS MÆ. QVAM THECLAI VIRGINE INSTANTE, LVCAS DEPINXIT J Tradit Nicéphorus Callistus, D. Apostolum Lucam suss ipsum manibus Deipara Virginis imaginem depinxisse, illa adhuc vivente, & tabulam ipsam vidente, gratiamque a deo illi forma fugimmissente, effigiem vero Diuus Virg. non modo coloribus à S. Luca depictam, sed cera, & lineamentis expressam, auctor est Metaphratus. primamque Apostolum Lucam eam reddidisse, idem memorat: easque imagines fidelibus omnibus, Christique amatoribus Lucam gratis donasse: proin nemini mirum fit, sot. Sanctissima Virginis Maria imagines esse à Diu. Luca coloribus expressas. quarum multæ, ad hæc usque tempora, in summa veneracione habentur, ut Romæ in Basilica S. Maria Majoris, Guadalupo in Hispania, Cœstebona in Polonia, Panormis in Sicilia, & alijs in locis alia. porro D. Virginis effigies a S. Luca, Virgine Thecla offlagitante, depictinga ex urbe Alexandria à D. Angelo, Dei iussu, deportata, donum fuisse credetur Fiderici Claremontani, germani fratri, Athanasi Patriarche Alexandrinus, seruat huc tempore cum ceteris, Sanctorum Reliquijs in Panormitana Ecclesiæ sauro.

Damascor.  
de ijs, cum  
fide excesserunt.  
Metaphr. vi  
ta S. Thecle  
Eccl. II.

Niceph. lib  
15. c. 14.

Metaph. in  
vita S. Luce

PON

# Animaduersi in Vitam S. Angeli Martyris 65

PONTIFICI HONORIO, ET FRIDERICO DE CLAROMONTE RESIGNABIS sed in literis Abbanofij quas ad Fridericum fratrem Alexandria scripsit, (exstant extrema vita) dicitur: has Sanctorum reliquias ad eundem Fridericorum misas, ut de illis, consulto Honorio Pontifice, batueret. facile igitur Friderico viro Panormitano, fuit, qui in aula Pontificis erat, eidemque peregrinus. Deipara fabulam obtinere, & Panormum in Siciliam D. Angelo perferendam dare, ut vitium eius capite 20, dicitur.

TVM CHRISTVS, SCITO ANGELE, ETC. Iesu Christi dictis fidem suis & rerum eventus demonstrauit. sed prole que abducit superflua adimplenda.

VSI NAVIG.XV DIERVM SPATIO] in Codice Vaticano habetur XIX. dierum.

OMNES SACRI FONTIS LAVACRVM SVSCEPERVNT] in Vaticane CC.

PONTIFICI, ET FRIDERICO SANTORVM RELIQVIAS CONSIGNAVIT] Codex Vaticanus habet. D. Angelus Friderico de Claromonte Reliquias consignasse, Honorij Pontificis non meminit: quod huius Abbanofij Patriarcha, qua ad vita finem sunt, magis consentaneum est.

PRIMA PANORMVS EI HOSPITIVM EDIT] ex urbe Roma venisti. nam Alexandria prefectus Messia. a primis appulerat, ut Enoch capite XI. memorat.

IN MONASTERIO S. MARIAE DE CRYPTA] quod Robertus Viocardus, Dux Apuliae, & Sicilia confinxerat, in loco situm, quoniam est Domus Professa Societatis Iesu. veterem Ecclesiam nostro suo demoliti sumus, & in ampliori formâ cunctumque à fundamentis exstruximus.

PER BALNEA CIPHALII] ita scriptum est in Codice Vaticano. alia exemplaria habent, per balnea Cephalitana. sicut absit Panormo ad meridiem XX. ferme passuum milia, arce Cephalae, qua sita in rupe edita, ad eius radices, in imo, balnea aluminosa sunt, maximeq; salubres; quibus ab arce, cui subiacent, inditum nomen. Cephalitana igitur balnea nolim iuxta urbem Cephalaeum esse putas, sed quia ad arcem Cephalaeum seu Ciphalium sunt. illa enim in hodiernis in Sicilia Mediterraneis, & ab illis distant p. ssus XL.M. & amplius. Thomas Fazellus, Cefalam, nomen

Sarracenicum patet. Grecum crediderimus quod rupes, cui arce insidet, formam capitatis præficerat.

BERENGANVS TYRANNVS] homo præpotens, & impius.

V. DIE MAII] eodem igitur die D. Angelus gladio percussus est, vitaque excessit. Iabitur igitur Philippus Ferrarius, qui Kalendas Maij vulneratum ait, ex coquere vulnere 3. Nonas Maij vita defunctum.

FELIX ANIMA, CEV GOLVMBA,

E CORPORE EXIENS] Martyrologio Romanum olim D. Angelus meminerat his verbis, ad 3. Nonas Maij. Panormi in Sicilia, S. Angeli presbyteri, Ordinis Carmelitarum, qui ab Hereticis ob defensionem catholicae fidei trucidatus est: in quibus verbis duplex difficultas est: altera, ad locum mortis; altera, ad Martyrjem etiam interest. neque enim D. Angelus Panormi neque ab Hereticis, ob fidem Catholica defensionem, trucidatus est: sed in Alicata a Berengano bonitate secessato, atque ob incertas cum sorore nuptias reprobens, peremptus. sed iam post bac scripta erafo Panormi nomine reposita est Leocata. id quod de hereticis dicebatur, abducit ibi legitur.

Petrus item, Episcopus Equilinus, prole que falso tradit de Diu Angelo, Vita eius ab Enoch descripta, non abducit visa. nam tradit Diuum Angelum, natione Siculum, in Alicata ex nobili genere ortum; ubi dum fidelibus Christianum prædicaret, a Paganis comprehensus, carceriq. mancipatus, & alijs cruciatibus affictus, postremo gladio easus est, qua à vero diffinant.

FONS EODEM LOCO MIRACVLose SCATVRIENS, ETC. J Petrus, Episcopus Equilinus, idem teatur; in eo loco, ait, ubi Martyris sanguis effusus est, fons olei, à primis usque ad secundas vespertas, scaturit: quo, eodem die, si qui perungantur, à diuersis languoribus redimuntur. sed de Diu Angelo

miraculis, & fonte, qui, quo loco eius sanguis profusus est, emanavit, copiosus differt Tiberius Bello- rofus, epistola sua, quam subiecit ad Diu Angelii vitam.

16

17

Philipp. Fer  
rat. catal. SS  
ctor. Italiz.

18

Petrus appé  
dic. ac. catal  
cap. 10.

19

## THOMÆ BELLOROSII DE MIRACVLIS, FONTEQVE VIVO, ET fluxu olei medicinalis in loco Sepultu- ræ Diu Angelii Martyris.

### E P I S T O L A

#### AD MAGISTRVM NICOLAVM AVDECTVM.

HABES amplissime Pater ea qua scripsi pta sunt olim de vita Sanctissimi Tom. 2.

Angeli Virginis, & Martyris, à me non minus expolita, quam digesta per ea- pta,

pli, ut innescant toti orbi Christia-  
no, que ita fore quotidie miraculorum  
locupletissimo testimonio comprobatur, ut  
non cegant aliquo testificationis adiu-  
mento, sicut praeceps tua paternitas  
amplissima percepit a multis viris pra-  
stantibus in hoc Regno, non enim tu am pa-  
ternitatem latet, quod D. Angelus spiritu  
bunum statim, quo de sinu patris descedit, ple-  
nus, ut declinaret in anem buius mundi ut  
tosi gloriam, priusquam ab humanis rece-  
deret, mandauit, ut in eo corpus eius huma-  
retur loco, in quo fuerat scelesti hominis  
gladio confessus: nemo tamen postea fuit  
ansus, banc supremam Sanctissimi Marty-  
ris voluntatem violare, veritas, ne ei infer-  
ret offensam: quod usq; aliter visum fuit  
divina maiestati, quod ut dilectissimus eius  
martyr assidue effulgeret miraculis, ex se-  
pultura loco, qua in templo erat, & qua-  
si ex ore sepulti repente pulchrum lumen  
caesi fecit: quod quoties fuit incisum,  
statim renatum est. & hoc miraculo per-  
moti incole illius opidi Alicata locum offe-  
derunt, ubi inuentum est sanctum corpus  
nitro fragrans odore; quod bonorifice repon-  
suerunt in area honestissima, ex loco vero,  
ubi prius iacuerat corpus, fons viuis aqua  
mirabilissime & suauissimi odoris emanauit.  
ex ea vero parte, qua caput Martiris re-  
quiescebat, cœpit fluere medicinalis olei li-  
ganx. ubi posita, manu artificis, aqua illa  
per gradus operis lapidei circumdata est,  
que 3. Nonas Maij, anniversario diemar-  
tyris, plus solito excrescit, tunc etiam olei  
effluit, incipiens prius, ab hora vespertina  
usq; ad solem occasam diei sequentis, quod  
solertiafime à plebe colligitur ad sanandos  
infirmos, multique agroti illo die sollempni  
descendunt per gradus fontis, loturi corpus  
eorum, impiorantes Diui Martyris auxilium,  
& sensim populo spectante, recipiant  
sanctatem: præsertim bernicis, & paralyticis:  
plura quoq; efficuntur miracula, si  
die illo celebrissimo, vir auctor Carmelita-  
na familia, & non alterius Ordinis profes-  
sor, more declamatorio babebit sermonem  
ad populam de vita, miraculisque, & mar-  
tyrio predicti Martyris glorioissimi, non  
videtur mibi profecto bac de causa opus es-  
se, ut quarantur antiqua attestations de  
vita S. Martyris, quandoquidem vivi fon-  
tis scatento, & effluentis olei liquamen te-  
stantur omnia, que tradita sunt literarii  
monumentis de caelesti beatitudine D. An-  
geli, verissima esse, & sole meridiano clari-  
ora, naua igitur operâ, amplissime Pater,  
ut sicut à divina maiestate, & calicolarum  
senatu predictus Martyr factus est caele-  
stis eius, triplici corona donatus, pari mo-  
do in bac Ecclesia militante, perpetuo Sæ-  
mi Pontificis, & sacrosancti Senatus Apo-  
stolicis decreto, diuinis honoribus conde-  
retur, venereturque ab omnibus, ad laudem  
& gloriam totius curia ecclesiæ, & indi-  
due Trinitatis, & regnantis in secula se-  
culorum, Amen. Vale. Panormi, anno Do-

mini CIJXXVI.

*Ex hac extrema epistola cognoscimus;*  
D. Angelis cultum, auctoritate Romani Pon-  
tificis, Iero capisse, in Occidente, antiquar  
in Oriente fuit, ac fere statim post excessum  
D. Angelis, postquam enim eius res ge-  
stas composuit Enoch Patriarcha, aspe-  
dus peregrinationis comes, Hierosolymæ-  
tana Synodo ex XXXVI. Patribus congre-  
gata, magna severitatis censura perlectis,  
probatisque, uno omnium consensu, Divus  
Angelus in Sanctorum numerum, ut vita  
exordio dicitur, adscriptus est.

FVIT SEPVLTVS —— MANIBVS  
PROPRIIS EIVSDEM ARCHIEP. PA-  
NORMITANI: Ieiui women Gotfridas, ex  
eodem scriptore Enoch, sed varia Codex  
Vaticanus, atque ita habet: fuit autem  
sepultus (D. Angelus) in loco, ubi gladi-  
tus fuit per manus eius loci Episcopi Sym-  
poritimi, ac Alicata, sedes Episcopalis est,  
quoniam fuit, sed Episcopo Agrigentino sub-  
iecta est, nobis posterior Enoch fides, scrip-  
tori rerum, quas spectauit.

ATHANASIVS D. E. CLAROMON-  
TE, PANORMITANVS] memorat Jac-  
bus Hadria, B. Atbanasius Cataniensis  
fuisse, atque ex Panormitanio Monasterio  
S. Salvatoris creatum Patriarcham Hie-  
rosolymitanum, id enim Monachi Ordinis  
S. Basiliij principio tenuere, deinde Sancti-  
moniales Virgines. Verum Hadria hallow-  
inatur, sed enim Aucta S. Angelis Martyris  
ab Enoch, B. Atbanasij Patriarcha sym-  
chronico, descripta. Panormitanum illum  
fuisse, & Monachum ex Monasterio Sanc-  
ti Marie de Crypta, ex subterraneis  
adum cryptis appellato plate testantur,  
sed ut rem illuminemus, memineris, mi-  
les, A. Atbanasios duos Siciliam transiit, alter  
fuit S. Atbanasius Cataniensis, Episcopus  
Meboness, cuius vitam suo loco dedimus,  
alter fuit B. Atbanasius è nobilissima Claro-  
montanorum familia, Panormitanus, &  
Patriarcha Hierosolymitanus. utrumque  
Hadria confudit, actis non dum perspe-  
cisti.

RELIQVIAE AVTEM HAE SVNT]  
nonnullorum opinio est, prater reliquias  
qua hic numerantur missa etiam Alba-  
ria in Siciliam à B. Atbanasio corpora  
SS. Onupbrij, Archirionis, & Paulini, cum  
tibia S. Dianiani, aliisque Sæctorum Ro-  
liquijs, qua opidum Sutera veneratur: mis-  
sa autem ab Atbanasio Patriarcha ad  
suos Claromontanos, argumenta, qua rem  
probent, non defunt, nam tam oparebunt  
Claromontani tenuere, in Sutera ab yis col-  
locata, ut in aree cultu natura, tam sita  
manitissima, accedit, quod in facello Claro-  
montanorum ea corpora seruabantur, tam  
quam eorum donum, ac supra edicula for-  
nicem, sculpta marmore insignia familia  
olim visebantur, ea opidani sunt demo-  
bisi, dum Ecclesia instauraretur, igna-  
ri, capitale esse, perinde monumenta  
antiquitatis, de clarorum virorum, exercere

20

21  
Jac. Hadria  
lib. de Vallo  
Mazar.

22

præ-

principio sacra corpora cum alijs Sanctorum Reliquijs in arca ex nuce condebatur. ligno iam praeſenio putrefacente, in argenteam arcam, ante annos fere centum suis diforeta cellulis, titulisque honorificenter insillata sunt. unde cum corporibus SS. Onupbrii, Archirionis, & Paulini, tradant Suterni, ducetam D. Virginis statuam e pulcherrimo marmore, Drepanita nummilliam. atque illa Sutera in ade S. Viti, venerationem sui cultumque miraculis tuerur.

As, inquit, in Athanasijs Patriarche literis ad Fridericum fratrem scriptis, nullamentio est corporum SS. Paulini, Onupbrii, & Archirionis; qua quidem insignia erant, neque silentio preterenda. haud negaverimus non recenseri. sed cum in vita S. Angeli, tam in Athanasijs literis numerar-

ri Reliquias dixerim, que ex Basilica Alexandrina, ex revelatione S. Ioannis Baptiste sublate sunt. & ad Fridericum missa, de quibus Honorij Pontificis auctoritate constitueret, atque hec quidem numerandæ, quarum Christi fuit oraculum. verum corpora SS. Paulini, Onupbrii, & Archirionis aliunde ab Athanasio ablata, missaque nomine suo ad Claromontanos; neque enumerata in epistola, quod in oraculo non continetur. numerata enim sicut quorum causa fuit publica, non item quorum priuata. bac de SS. Onupbrii, Archirionis, & Paulini corporibus, ita dicta de me intelligent omnes, ut ea liberum sit unicuique examinare, probare, improbare, si afferant solidiora.

## ANIMADVERSIONES IN VITAM S. CONONIS MONACHI

**V**ITA S. CONONIS MONACHI] vitam S. Cononis scripsere primum Anonymus Monachus Graecus, quam latinitate donauit Franciscus, Abbas Maurolycus, clarissimus Mathematicus; eam nos dictione paululum concinnata damus. ex eadem ceteri hauferere. atque auxere, Julianus Montefuscus, ex familia fratribus Minorum Observantium S. Francisci, Iosephus de Sancto Juliano Nefitanus Ordinis Cappuccinorum, Ioannes Aragona; & Iacobus Mucionius, Nefitanus, e nostra Societate presbyter. ex his tamen desumam aliquot miracula Cononis, quæ vita subtexam. qui Conon nobis dicitur, idem est qui alijs Conus. Abbatem illum fuisse, vulgo traditum: sed cui Monasterio propositus, non satis constat. neque id Gracus vita scriptor memorat.

CONON PATRE MILITE, AC NOBILIS GENERIS] plerique opidanorum membrant, D. Cononis Patrem ex familia Nauicita, Matrem ex Sanctapacia fuisse: haud crediderim. nam Sanctapacia ex Aragonia, an Catalonia, ubi apud eos Reges ante ID. annos, pace belloque floruerant, anno Christi 1387. in Siciliam venere. primus Hugo Sanctapacius, filiusque Hugbetinus, & Calceranus in Insulam cum Martino Rege traicere. opidisque Butera, Licodia, Vizzinio, Aquila, & Leontino lacu, pro rebus in bello praetare gestis. donati ab alijs familia Sanctapacia ad nostra usque tempora propagata est, atque in Francisco Principe demortuo ante annos ferme

Tom. 2.

quadraginta. & amplius interijs.

APVD NESVM OPIDVM] in edito colle fitum, supra vetus Agathyrsum, ex antiquis Nasida reliquijs, unde illi nomen fuisse putant Aretius Fazellus & Maurolycus. sed plerisque bodie Nasus, Nasum alijs dictum.

OBIIT ANNO DOMINI CI CCXXVI.] haud recte a Maurolyco scriptu, Cononem obiisse anno 1136. sed fortasse librarij error fuit. Corpus D. Cononis primitè in Sacrario S. Archangeli Michaelis humatum. in eo multis annos seruatum fuisse constans fama est. donec in paternis edibus, que è Sacrarij latere, in quibus natus altusque, D. Cononi templum à memori posteritate statutum est. quod supra speluncam fitum in qua eius Reliquia summa veneratione seruantur: quo loco non minus gloriose eggerat, ac vitam finierat. eximijs ciuium officijs colitur 4. kal. Aprilis, quo die ad Christum commigravit, & Kalendas Septembres, quibus post mortem miraculorum initium. Ecclesia Panormitana eius clivis 3. vias Iunij honorantur. : eo putauit Philippus Ferrarius, D. Cononem qui Panormi colitur 3. Nonas Iunij diuersum esse à Conone, Monacho Nefitano.

sed  
falso: nam unus  
idemque  
est.

i 2

ANI-

<sup>4</sup>  
Maurolyc.  
ter. Sicani.  
can. lib. 1:

# ANIMADVERSIONES IN VITAM B. GANDOLFI.



ITA B.GANDOLFI  
Res gestas B. Gandol-  
phi Dialogo complexus  
est Iacobus Narnia  
Episcopus Cephalo-  
densis anno Christi  
1320. autographum  
membranis exaratum

Politij in argentea lypso notbeca B. Gandol-  
phi seruatur. sed quoniam ea vita à Iaco-  
bo Episcopo, inductis personis, copiosius de-  
scripta, multa continet, qua ad rerum ge-  
storum fidem, nullum babere momentum  
videbantur; nos ijs recisis, alteram vitam  
composuimus, plerisque rebus additis, qua  
apud Politenses certa fama constant, ut  
historie cupidis faceremus satis. meminere  
B. Gandolphi scriptores de Religione Fran-  
ciscana B. Bartolomaeus Pisanus, Mar-  
cus Lyssiponensis, Tossignanus, Thomas  
Fazellus, & alij plures.

**PETRA** IIII NOMEN EST ] Petra  
Ptolomeo. & Procegio, veteris opidum Sici-  
lia, in latere Septentrionali, in edito colle-  
sum. Cicero, & Plinius, Petrinus, Soli-  
nus, Petrenses nominat hodie Petra Pretia  
dici, tradit Marius Niger, sed longe errat  
nam apido nomen Petralia in monte, seu  
superior valli etenim imminet, in qua Pe-  
tralia inferior, recens opidum, quod ab illo  
Millo ferme passibus distat. Mario Aretio,  
Petralium, quasi Petra olea, dicitur, à Pe-  
tra, de qua fons manat, cui uolum super-  
nat. sed Maurolycus Petraliam ab ade,  
& Cenobio S. Elia dictam putat.

**POLITIVM ITER FLEXI**I opidum  
ad radices Nebrodum montis, iuxta Petram  
Maurolycus ait, fortasse ex reliquis Pa-

lica orbis habitatum: Marius Aretius à  
Palieis dijs, siue à Polluce nomen sortitum  
credit, utrumque falsum crediderim. reci-  
tans Fazellus, Politium recens opidum cten-  
set, cuius originem ad Rogerium, Sicilię  
Comitem, refert, qui Saracenos inseguens  
cum in montem Nebrodem fugasset, arcom  
ijs obfendis, in edita rupe, excitauit ad  
montis radices; unde boches ape adortus,  
deum superauit. quod vero opidum à Si-  
culis primum cultum, quibus adiacet in-  
venerat sermo Gratus Policum, ab ijs  
dictum crediderim.

**TRANSLATIO CORPORIS BEATI  
GANDOLPHI]** Quoddam translatioꝝ  
sacri, & publici honores consequuntur, finit  
crediderim nequit, à Iacobo Episcopo  
factum fuisse sine Romanis Pontificis auco-  
ritate; obseruatum enim est alij, leua-  
tioꝝ, & translationis vocem interdum pro  
ritu Canonizationis usurpatam, cum San-  
cti alicuius corpus humo leuatum, & pom-  
pa quadam per Basilicam traducendum, aliis  
in locum transferebatur. certe quidem D.  
Gandolphi cultus in Sicilia mirifice propa-  
gatus est; extructis templis, aris, & depi-  
ctis imaginibus, cum inscriptione S. Gan-  
dolphus fama etiam predicit interiectane  
in hac re Pontificis auctoritatem, deq; ea  
Politivum traditione testes legitime roga-  
ti, eam sancte iurarunt in ijs Actis, que  
dixiam in lucem edita fuisse de sanctitate  
& miraculis B. Gandolphi, in quibus  
etiam repertas Pauli III. & Clementis V-  
III. diplomata, ut vocant, Indulgenciarum  
in festo S. Gandolphi, vel eius sepulchrum  
religiose coletibus concessa.

# ANIMADVERSIONES IN VITAM S. LVCIAE VIRGINIS

**A**DMIRABILIS FEMINA LVCIA  
VIRGO] vitam B. Lucie Virginis,  
incerto auctore compositam, ex M. S. exem-  
plari damus, quod Salerni, in Cenobio Vir-  
ginum D. Maria Magdalena, assertuatur.  
pleraque in ea sunt menda, sed sine ope ali-

orum exemplarit, emendare bandfas fuit,  
quod magis dolemus, historiam mutilam  
esse, multaque in extrema vita desiderari,  
que corrupto codice, legi nullo modo posse-  
rant, ut amicorum literis monitus sumus. ex  
eo inexplorati nobis est, quo Christi anno  
quone

quoue Sicilia Principe, D. Lucia vixerit, obieritue. certum, post D. Francisci tempora, cuius institutu illa sectata est. coniugemus baud longe ab eius aeo abfuisse, ac fere sub annum Christi 1300. vita excessisse. etenim in supplicibus libellis, qui Romana Pontifici, pro eius cultu, à Virginibus Salernitanis oblati sunt sub annum Christi 1455. scriptum est. B. Luciam ab aeo immemorabili apud eas cultam: quod temporum spatium baud minus annis. L. fuisse existimauerim.

**NATA IN PARTIBVS SICILIAE; IN CIVITATE, QVÆ VOCATVR CALTAGIRONE] M.S. Codex Salerni.** **sac** us ita habet: nata in partibus Calabriae in Ciuitate, quæ vocatur Caltagirone. sed manifestus error scriptoris nam planissimum est, nullum in Calabria Caltagironum, sed opidum in Insula Sicilia esse. baud nosq[ue] pot[est] grisque scriptor unius, qui pro Calabria Siciliam, contraue Calabriam pro Sicilia usurpauere. malum vero ex vicinia natum. certi igitur iuris nostri, Calabriam exp[er]iximus. Siciliam rep[re]sumus. sane Calatagironum Marius Claudius Aretius veterem urbem Calatam esse conyicit. sed vir doctus labitur. nam Calata. Ciuitas est litoralis ad mare Tyrrhenum: Calatagironum vero in Sicilia Medierraneis. Marius Niger veteres Menas, Calatagironum putat. plane errat. nam Menas, & Calatagironum ciuitates due aequaliter diuersa, & conuincendo errori, utraque existat, in summis collibus ex aduerso se propulsientes. Maurolycus Calatam Hieronis consit sed nominum similitudine falsus est. neque ultra umquam à Hierone Rege deduxit Colonia: cui Calata nomen fecit. rectius Thomas Pazzellus Calatam Hieronis, epidem origine Saracenicum esse ait. autem vero Colonia Genuensem, sub magno Comite Rogerio.

**ADVNCTA EST SORORIBVS, DE ORDINE MINORVM, IN LOCO S. MARIE MAGDALENÆ] sed plures ante annos Cœnobium Salernitanum S. Marie Magdalena in familia S. Patris Benedicti censeri coepit. quo tamen anno, quae de causa, antiqua vita instituta permittarit, incomptum mibi est. baud dubitaverim. Regulam, vitæque præceptiones à D. Francisco traditas obseruasse quo tempore B. Lucia Virgo ad sponsum commigravit suum. ceterum honores ei publicos ab antiquis temporibus contigisse, satis constat ex Cœnobij Membranis, manu exaratis; in quibus rituales preces, in die natali B. Lucia decantari solita sunt per scriptæ. is dein cultus Romani Pontificis auctoritate permisus, firmatusque est. en supplices libellos Virginum Salernitanum Cœnobij eos subiiciimus, ut transmissi ad nos sunt.**

Licentia celebrandi officium Monialis, quæ ab immemorabili tempore citra reputatur Beata, in Ecclesia Monasterij Monialium, prout haec tenus fuerunt immunes, & quod propter ea non censeatur canonizata

## SALERNITANAЕ.

**B**eatissime Pater, exponitur sanctitati vestræ, pro parte deuotarum illius Oraticum, Abbatissæ, & Monialium Monasterij S. Maria Magdalena Salernitanae, Ordinis S. Benedicti, quod in parte sinistra tribunæ Ecclesie dicti Monasterij, corpus cuiusdam Monialis eiusdem Monasterij, B. Lucie nuncupatae, in quodam sepulchro sa- tis sumptuoso, & ex lapide niarmoreo composito extitit. & licet Abbatissa, & Moniales eiusdem Monasterij de dicta B. Lucia, propter eius sanctitudinem, tam in vita quam in morte, de qua per scripturas authenticas lucide constat, Officium diuinum in mense Septembri maxima cum veneratione, & deno ione, in Choro dicti Monasterij dimittaxat, ab immemorabili tempore citra de cuius initio memoria hominum non existit, facere, & dicere consueuerint; quia tamen propter guerras, & alios sacerdos eventus, quæ in partibus illis tandem viguerunt, scripturæ, & alia literæ Apostolicæ, per quas eidem Abbatissa, & Moniales de dicta B. Lucia diuinum Officium celebrandi licentia concessa fuit, ut fideliter credunt, & pro veritate tenent, desperditz fuerunt, prefata Abbatissa, & Moniales, feruore deuotionis accentæ, ac pro consolatione animarum suarum, cupiunt eis per sanctitatem vestram concedi, vt liceat eis, singulis annis, in die solito, & consueto Festum, & Officium eiusdem B. Lucie, in eiusdem Monasterij Ecclesia, secundum eorum antiquam consuetudinem, celebrare, & celebri facere. Suplicant igitur humiliter eidem sanctitatis vestræ Abbatissa, & Moniales prefatae, quatenus eorum pio, & honesto desiderio in hac parte favorabiliter annuentes, easque spiritualibus favoribus, & gratijs prosequentes, sibi, vt singulis annis, in mense Septembri, in die solito, & consueto, seu alio die, per eas eligendo, Festum, & officium eiusdem B. Lucie, in Ecclesia dicti Monasterij, celebrare, & celebri, & de illa commemorationem facere, libere, & licite possint, Ordinarij loci, & cuiusvis alterius licentia super hoc minime requisita, ita quod propter præmissa prefata B. Lucia canonizata non censeatur, concedere, & indulgere dignemini, de gratia speciali constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque in contrarium sufficientibus, non obstantibus quibuscumque, cum clausulis opportunis.

Fiat. Ut petitur.

Et cum clausula absolutionis ad efficitu, & per Breue sanctitatis vestræ, attenta paupertate Oraticum, & quod propter præmissa, non censeatur canonizata.

Fiat.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, pridie kal. Iunij, anno II.

Et ego presbyter Leonardus Filius, Barenensis, Apostolica auctoritate Notarius, fidem facio presentem copiam supplicationis

nisi

nis fuisse manu propria exemplatum à suo Originali, quod conseruatur penes Reuerendum Monasterium S. Mariae Magdalena de Salerno, & eius Reuerendam Dominam Abbatissam, & cum eo concordat, talua meliori &c. & in fidem præmissorum, hic me subscripti, & signavi requisitus die XX. mensis Februario, anno 1588,

*Amicorum literis, ex urbe Salerno, monitus sum, Pontificem cuius permisso Beata Lucia culta est, fuisse Callistum. omnino suspicor Callistum esse huius nominis III. nam Callistus II. ante tempora Bea-*

*ta Lucia vixerat. ille autem Pontificatus in i<sup>o</sup> anno 1455. 6. Idus Aprilis. anno i<sup>o</sup> igitur consequente 1456. qui Pontificatus Calisti secundus fuit, honores B. Lucia permisit. natalis vero, festusque Virginis dies in 6. kal. Octobris incidit. demum adijciam vespertinas, matutinasque preces à Virginibus Salernitanis, festo die B. Virginis Lucia decantatas, quod in bis nonnullas sunt, qua ad vitam eius facem prelueant. errores emendare, sine ope alterius Codicis, noluimus.*

## OFFICIVM IN DIE FESTO B. LVCIAE VIRGINIS. AD VESPERAS.

### ANTIPHONA.

Hæ No<sup>m</sup>e magnales, erant in lib. M.S. fortasse v. sūs est. Lucia annam exhalauit.



*AM splendor, lamen lumint<sup>ur</sup>, Ecclesia micuit; nam, lux qua radiauit, Lucia, consors Virginum, candor luci. apparet, ad celos euolauit.*

Psal. Dicit.

Afia. Cuius perfecta sanctitas per multe duxit riuulos, qui scaturiunt aquarum. istius fontis claritas sororum traxit ramulos, aa matrem filiarum. Psalm. Laudate pueri.

Aña. Hæc Virgo spernens gloriæ de mundo, f. ne victoriæ in Ordine Minorum, dumq; Francisci studium sectatur, est in gratia more patrum priorum. Ps. Latatns sum.

Aña. Lucia docens filias, cuius est, ad iuueniales celestis disciplina, Crucis Christi delicias, informat bac nouitias exemplis, & doctrina. Ps. Nisi Dominus.

Aña. Virgo Lucia, gaudas in laudes, & per floreras, ad Christum produc florem in annis puellaribus, delectamentis facibus spretis, que das odorem. Ps. Lauda Hierusalem.

### HYMNVS.

Exultemus, & lætemur pro mētis iubilo, Luciaq; iucundemur lucis nouæ radio, Digno tandem veneremur dulciter eloquio.

Nam Lucia, lucis via, veneranda laudibus, Virgo clemens, atque pia, claris diues moribus, Clara nobis exstat via, & exemplum omnibus.

Cuius vita gloriofa ditat seculum lumine, Quæque spernens preciosam, vaporata flamine

Sancto, querit natum rosa ex intacta Virgine.

Iam Lucia, laude digna, nostri decus optimum,

Virgo mitis, & benigna, carnis seruat flosculum,

Miraculis

Vtq; pātent, tenet signa, cæli domiciliū. post mortē Auro celsis micat testis, vt sol clarus rutilat inclaurit.

Atque malis hic perpessis, summa luce iubilat,

Nitens tandem in excelsis gloriam hic renouat.

Et gignenti, nascenti, procedenti gloria Honor, salus, virtus, laus æqua sunt præconia,

Qui nos ducat, & perditcat ad sapientia gaudia. Amen.

Antiphona, ad Magni sicut.

O proles nobilium, ò Virgo, splendens liliū. ex te sidus claruit, quod nos illustravit. castitas per secula resplendens, Christi vernacula Lucia, lux micuit, quæ crux amavit, in te rosa rutilat, in te fructifer pullulat requiescens spiritus, dulcis vis odo rum, cuius replet sanctitas sorores, Christo dedicatas, per te nubis aditus patet Polortæ

### AD M A T V T I N V M, Inuitatorium.

R Egi, qui mundo claruit, cūcti demus bonorem. Lucia cruci præbuit, Crucem amans, amorem. Psal. Venite.

Antiph. Hæc Virgo prudentissima, Virgo fulgens, flos florum; Lucia splendida diffusa, Virginum intrat chorum. Psalmus. Eructauit.

Antiph. Francisci tenens formulam, b<sup>ea</sup>c Virgo, Deo grata, illuminauit regulam sponsa Christo dicata. Psalm. Deus noster refugium.

Antiph. Mundi spernens delicias, vult Christum incenire, per corporis miserias ad cælum studet ire. Psal. Omnes Gentes.

I. Respon. Francisci sequens regulam cum sancta paupertate, in voto Christi sedulam, perfectam caritate, Lucia Virgo plantalam se plantat sanctitate. Vers. O iuu-

*iuuenem virgunculam, que se Christo tam  
parvulam dedicat castitate. Lucia &c.*

II. Respons. In mundo spernens vivere  
mundus non suppeditauit, qua morum fulgore  
opere, sorores informavit; sic hortum Chri-  
sti colere studens, fructificauit. Vers. Domus  
fructus vident legere, legionis fructifera fru-  
tus multiplicauit. sic hortum &c.

III. Respons. In paupertatis misericordia ia-  
cens Virgo sacra, virtutum pollens titu-  
la Christo configurata, sine numero  
oculo viuit alienata. Gloria Patri, & Fi-  
lio &c.

In secundo Nocturno, Antiph.

*Pauper affectans vivere, pauperibus se  
vinxit, annullans se incinere, cibicio cun-  
xit. Psalm. Omnes gentes.*

Antiph. Tamquam fidelis docuit so-  
rores castitatem, & semper eas monuit, sec-  
taris sanctitatem. Psal. Magnus Dominu-

Antiph. Delectas Radiosolium Christi  
semper accidere, desideras insupernum gau-  
dium introire. Psalm. Fundamenta.

Respons. Hac est Virgo paupercula  
de genero prudentum, amatrix marga-  
ritarum, caligatur ferula. sorores peni-  
tentium docens istuc venire. Canitis datur  
bac formula, qua gestit Virgo filium, ad  
ipsum regnes ite. Sorores, &c.

Respons. iij. Amica Crucis, plangere  
Crucifixum non desinit, quem docens ipsa  
plangit, pro dulci ferens pondere. ruciis  
ingiter mentitur, nec eam dolor angit. Vers.  
per Crucem credens vivere, psalmos buic  
duces concinxit, quam tractans manu tan-  
git. Crucem, &c.

Respons. iij. Vixens cali gradio Lucia  
cum tristudio, cum Christo iocundatur,  
splendorum dans palatio. lux lucet, cuius  
radio mundus illuminatur. Vers. Cursu  
laboris prauio sursum felici brauio fricens  
dilectatur. Lux lucet &c. Gloria Patri,  
& Filio, &c.

In tertio Nocturno, Antiphona.

*Crucem diligens ingiter, cordi suo affi-  
dit, quam dulce pondas, suauiter eam la-  
dens, affixit. Psalm. Cantate i.*

Antiph. De petra trahit oleam, & de  
rofa adorem, de testa crucis rubeum, &  
ly condorem. Psal. Dominus regnavit.

Antiph. Virgo Lucia macerat corpus se  
flagellando, sic ad caelestem properat curia  
exultando. Psal. Cantate i.

Respons. Cornis Virgo spernens deli-  
cias, metit granum, excutit paleas. exelso-  
lum capit duxit, Deo laudis offert pri-  
mitias. Vers Virgo virtutes varias sponso  
portat ad nuptias. Cali solum &c.

Respons. iij. Depauperatis borreo, dum  
fudet spicam veltere: Virgo suo corporeo  
dum castigatur verbere, fit panis, quem  
offert Deo, pro sui fructibus munere. Vers.  
Sic pro pane cimero, quem fletur rigat ubi-  
re, pane cibatur melito, quod est cum Chri-  
sto vivere. Fit panis &c.

Respons. iij. Felix Virgo, que letaris  
gaudio polorum, qua cum pace iam cibaris  
pane Angelorum: quas sumus reminiscari

*supplicum tuorum. Vers. Iam corona par-  
baris tibi datur pro amarissim te meritorum.  
Quos sumus &c. Gloria Patri, & Filio, &c.*

### A D L A V D E S.

Antiphona.

*S*ancta Lucia gaudeat, choris iuncta  
Virginum: babet, quem adamauit, in  
calo gaudens: floreat, in quo lucet lux lu-  
minum, qua Dominus regnauit. Psalmus.  
Dominus regnauit.

Antiph. Agnus vocat ad nuptias, ini-  
tas ad delicias Lucia & castitatis: non que-  
rit bac inuidias, sed spernit mox diuisias,  
pro Dno iubilate. Psalm. Iubilate.

Antiph. Hac in te tota sitiens, o tu fons  
indesciens Deus, ad te de luce vigilauit,  
quem diligens frequentauit, non negligens  
amplexans te in Cruce. Psalm. Deus Deus  
meus.

Antiph. Amatrix Crucis Domini, de  
Crucifixi nomini gloriam, trachans crucem,  
hanc tenet manu dextera, ut benedicant  
opera, per quem transfit ad lucem. Psalmus.  
Benedicite.

Antiph. Laudans factorem omnium, mo-  
net turbam fidelium, bunc solem, quem  
cymbalis pulsantibus, & tympanis sonan-  
tibus, non cessat personare, & laudare Do-  
minum. Psalm. Laudate Domum.

### H Y M N U S.

**I**n lumine Regis palatio,  
Iubar nouum exoritur;  
In caelesti collegio,  
Nouellus flos producitur.  
Lztatur chorus Virginum,  
Laudatque Dei filium,  
Lztatur consors Virginum,  
Lucia, decus omniaum.  
Lucia, lumen luminum  
Coronis lepta roseis,  
Roiantibus praesidium,  
Pro cuius ora famulis.  
Satoris mandi tamula,  
Nobilis prosapiz,  
Sentiant nostra pectora  
Tuas preces assidue.  
O nostri decus seculi,  
Ad quam percurrunt famuli,  
Duc nos, precamur seruuli,  
Ad coenam agni prouidi.  
Nos genitor cum genito,  
Sancto simul cum spiritu,  
Vnus Deus qui secula  
Per cuncta viuis, protege. Amen.

Antiphona, Ad Benedictus.

*O lux lucense ecclesia, Virginis tanta egre-  
gia amat Lucia pauperes spernit mundi  
dogenes: mens intus ditata, cuius in clau-  
stro lectulus pauperculus, & nudulus eru-  
cifixo coniungitur, Christo paruo connec-  
titur, cruci conformata, post finis sui ser-  
minum. Virgo cum turba Virginum, & can-  
dens ad calos fulgida, splendet, velut nlu-  
cida, pulchre laureata. Benedictus.*

Antiph.

## Antiphona. Ad Magnificat.

Gaude plebs fidelium, plande conueniens Ordinum. Lucia candor Virginum, tuum lauda factorem: tibi dantur monilia gemmis effulgentia dantibus splendorem, et vita caelestium, qua lampade non vacua venit, ut Virgo fatua, oculum non ferens, sed emigilans aperit, sponsum digne reperit, hunc toto corde quarens.

## Alia Antiphona. Ad Magnificat.

O Iesu, lux signorum, fons luminare, & stella signis radiofa, dulcissimus flos florum, manat ex tua cella, Virgo speciosa, ex resis bac bortorum, Lucia nobis bella radis et rosa, balsamus unguentorum, suis, cedrus, & scilla non sic preiosa, fuerit est vis odorum, quo replet vos, pueri signis gratiosa.

# ANIMADVERSIONES IN VITAM SANCTI ALBERTI

**B**ENEDICTVS EX NOBILISSIMA] S. Alberti vitam Vincentius Barbarus Drepitanus, noua interpretatione, ut ipse ait, latinitate donatam, miraculis quibusdam additis, euulgauit, anno Christi 1536. extat apud Surium D. Alberti vita quam ille à Ioanne Maria Politiano scriptam patet. Uterque cù Barbarus, tam Politianus ex eodem vetere exemplari accepte videntur, nam in paucis varians, eodemque sermone ordine res componunt. In manuscriptis codd. Vaticanis vita item est D. Alberti, incerto scriptore. eam, & si siuide, censuimus esse, eius stylum immutasse Surius affirmit, & ordinem etiam multis rebus rectebis. nos Vincentius Barbari vitam damus, viri nostratis, miraculis audiorem, sed eius etiam stylum mutatum oportuit. S. Alberti vitam brevis descripsit Ioannes Paleonidorus, versibus vero Ioannes Baptista Mantuanus tradidit

EX NOBILISSIMA ABBATVM FAMILIA] M.S. Codd. Vaticanus tradit. Abbatiorum familiam origine Florentinam. de quo nibil mihi compertum. sed antiquissimam in Sicilia Abbatiorum familie fuisse, opibusque florentem, ex scriptoribus Siculis Fazello, & Maurolyco, satis constat. quod Palicij Messana floruerint. Ioannam. D. Alberti parentem, Messana ortam, falso quidam memorat contra scriptorum omnium fidem, qui natam Bryce contestantur. quin Laurentius Abbas tradit. Benedictum D. Alberti parentem Bryce esse ortum. Vincentius Barbarus Bryce ortundam afferit, alios vero Albertum, sit paternam originem Drepiano traxisse, quo dicto Benedictum eundem Drepiani forte ortum significat. hic duxit monuerim: alterum est. Politianus, & Barbarus comemorant, parentes D. Alberti Benedictum, & Ioannam in matrimonium iniijicatos, Petri Sicilia Regis temporibus. sed multos

ante annos id obuenisse, convincimur, si ab excessu, ortuque D. Alberti tempore relegamus. etenim natus est, posteaquam parentes in matrimonio steriles 25 annos vixerint. obiit atate ingravescente, post annum 1290. igitur matrimonium Benedictum, & Ioanna incidit in tempora Friderici Imperat. & Regis Sicilia. alterum quod se moneo, est, apud Politianum. Breuiarium Carmelitanum, eosque, qui acceptam esse Politiano vitam D. Alberti tradidero, dicti Benedictum Adalbatibam corrupte, probe nedictum de Abbatibus, ut habet M. S. Cod. Vaticanus. Breuiarium vetus.

ERYCE OPIDO SICILIAE, PROPE DREPANVM] recens certamen, ac ferme C. ante annos subortum est Erycinos inter, & Drepitanos de D. Alberti solo natali; Bryce me, an Drepani Albertini natus sit? causa certaminis, diversa in vulgaris fama, scriptoresque diversi. Me, qui pietatem promouere studio, minime dedec in hac controversia proferre iudicab, quod sit discordes. & alterutrum cinitatis animos à sacra historia lectione enerat: quare neque scriptorum suffragia, que iam collegeram, nec utriusque argumenta proferam, ne à me his, vel illis seu odditi seu disimulatum pondus quis congeneratur: prasertim cum iam quæstio ad S. Rituum Congregationem delata sit, ibique & Drepitanis, & Erycini sua quisque causa confirmationes proposuerint cum longo scriptorum catalogo, mutuisque responsionibus. omnia typis impressa, ut soles in Romanis Tribunalibus, per eorum citium manus circumferuntur.

PERG. T A D COENDOBIVM CARMELITARVM] quod a Ribaldo Abbatio, & Palma conjugibus, anno Christi 1250. fundatum, & dotatum est. opibus deinceps, anno 1289. a Perna quam defuncto Palma, Ribaldus uxorem duxerat. antiquitatis studiosi gratum facturos putantes, antiqua instrumenta subiectimus.

In no-

Laut. Abb.  
Poemata de  
s. Alberto.

Barb. vita s.  
Alberti c. i.

*Instrum. I.* In nomine Domini nostri, Iesu Christi. Amen. anno ab Incarnatione eiusdem 1250. 24. Augusti 8. Indictione regnante Domininobro Friderico invictissimo Romanorum Imperatore, semper Augusto Hierusalem, & Sicilia Rego feliciter, Amen. Coram nobis, Notario Petro Berano, Iudice Trapani, publico eiusdem terra Notario, et testibus subscriptis, ad hanc specialiter vocatis, & rogatis. Not. Ribaldus de Abbatii, Trapani habitator, & Palma eius uxor, sororu bona, & gratia voluntate, ad salutem, et remedium animarum eorum, et in remissionem peccatorum eorum, dederant, et concesserunt Fratribus, Ordinis Sancta Maria de monte Carmelo, habitationem, et omnia bona temporalia Ecclesia S. Maria Annunciate, sita in pertinentiis Trapani, inferius designatis, quam idem Not. Ribaldus, et Palma eius uxor adificare fecerant in eorum proprio solo, cum terra, et cum horio, puto, et senia, cum omnibus rationibus, et pertinentiis suis, tam habentibus quam habendis. cuius fines sunt bi, videlicet ab Oriente vinea filiorum Corradis Abbi, ab Occidente senia Domini Giliberti Abbatis. a Meridie terra senia ipsorum Notarii Ribaldi & Palma, ab Aquiloni via montis: ut ipsi fratres in eodem loco debeant cobabitare. Et Denique exorare, & eorum habitationem semper habere, salvo tamen, quod si dicti fratres ab eodem loco discedere velint, Ecclesia predicta, & eius bona, ipsi Not. Ribaldo, & Palma remaneant in eorum proprietate, ut ante: & dum ipsi fratres voluerint in eodem loco eorum refugium habere, & non discedere ab inde, idem Notarius Ribaldus, & Palma promiserunt de cetero ipsum locum, & eius bona eis non auferre, nec de eo turbationem aliquam facere eisdem, renuntiantes denique de premissis omnibus omni iuri, & legum auxilio generali, & speciali, constitutionibus loci, consuetudinibus, & omni priuilegio mulierum & hominum. Et hac omnia supradicta promiserunt, et conuenerant, predictis fratribus per stipulationem sollemnam, in omnibus, & per omnia legitime attendere, & obseruare, & non contravenire, sub hypotheca omnium bonorum suorum, tam habitorum, quam habendorum. ad cuius rei memoriam, & dictorum fratum Sancta Maria, de monte Carmelo, cautelam fecerunt exinde eis fieri hoc publicum instrumentum per manus mei Not. Petri Berardi, predicti, publici Drepiani notarii subscriptione, & aliorum testium testimonio roboratum. atque Drepani, anno, mense, die, & Indictione pramissa.

Ego qui supra Petrus, Iudex Trapani me subscripsi. Ego Not. Ribaldus de Trapani, qui supra, concedo, & confirmo. Ego Not. Nicolaus ..... interai, & testor. Ego Not. Ioannes de Conciatore testis sum. Ego Io. Franciscus de Trapani testis sum. Petrus Berardus publicus Not. Dominus Imperatorisrogatus, &c.

Tom. 2.

*In nomine Domini, Amen. anno Domini 1280 mense Augusti, 8 die mensis eiusdem, 8. Ind. regnante Serenissimo D.N. Carolo, De gratia, in clito Hierusalem, & Sicilia Rego Ducatus Apulia, & Principatus Capua, Principe Achaea ..... Provincia, & .... Comite regnum suorum Hierusalem anno 4. Sicilia vero 13. feliciter, Amen. coram nobis Not. Perna, Iudice Trapani Iacobo de Amelio publico eiusdem terra Not. & testibus subscriptis ad hanc vocatis specialiter, & rogatis, prouidus vir Not. Ribaldus de eadem terra, licet infirmus, tamen in sua bona exhortatione memoria de bonis suis stabilibus, mobilibus ac se mouentibus, praesens cōdidit testamētum in primis dixit se dare debere Dña Perna uxoris sua, quas sibi nomine Dodarij promisit, tēpore quo ipsa duxit in uxore, uncias auri centijs, quas de bonis suis prædictis extrahit, primo voluit, & dari mandauit ipsi Dña Perna, pro satisfactione Dodarij sibi, ut dictū est, promissi, cōputatis in ipse centijs uncij, 12. uncij, quas idem Not. Ribaldus de mādato, & voluntate dicta Dña Perna, in emendis casaliniis quatuor à certis personis eiusdem terra, cōtiguis domibus eiusdem Dña Perna, qua domus sunt de dotibus, & in dotibus dicti Dñi Perna, sicut patet per instrumentum publicum, que casalina dari voluit, et mādauit ipsi Dñi Perna uxoris sua, in pretio dictarū unc. 12. itē legauit Ecclesia S. Maria Annunciate de Ordine Carmelitarū hortū vnlī, siue seniā famam in territorio eiusdem terrae, cōtigū muris eiusdem Ecclesia, & alterius sensa ipsius Not. Ribald, ex parte Occidentis & apothecam unā cōtigui taberna ad solariū cōtiguum sitā in Trapano, & in contrata Terzana, sucta tabernā Ribaldi Teste pro vita, & substantiatione fratribus, in ipsa Ecclesia cōmorantib. & ipsi fratres teneant possessiones ipsas, & eas nō vēdant, nec distrabant, nec etiam alijs personis concedant sub census nomine, sed eas cōseruare debet ad opus ipsius ecclesie: & pro anima eius, & Perna uxoris sue, & parentiis suorum, ipsi fratres teneantur Missas celebrazione & si forte ipsi fratres eiusdem ecclesia possessione easde cōtigui distabere, vel alienare præstosserint, & liceat per heredem suos, donatione eamdt irritare, & bona ipsa ad manus suas reuocare, & capere hic numerabatur legata alia que omilla sūt, cū ad rē nostrā nō facerent itē legauit predicti Dña Perna, uxori sua casale sūt dicti Xbines, cū omnibus cōfribus, pertinentiis, & iuribus ad ipsū casale spectatibus, & ipsa Dña Perna restituit Dño Palmerio Abbatē vnc. auri 10. quas sibi Not. Ribaldo super eadē casale mutauit, itē legauit sepulturā suā in dicta Ecclesia S. Maria Annunciate, itē instituit sibi hereditē in reliquis bonis suis omnibus mobilibus, stabilibus, & sece mouentibus, nobilem virum Dñm Palmeriu Abbatē de eadē terra, & ipse faciat etiā honorificē, sepeliri, et hanc est ultima sua voluntas, qua si non valeret iure testamenti, saltē valeat iure codi.*

k

cillo-

ciorum, & omnis cuiuslibet voluntatis. unde ad futurā memoriam, et prædictib[re]dis cautelā, præfens publicū instrumentū exinde factum est, per manus mei, prædicti Not. signo meo solito signatū, & subscriptio[n]e mei, qui supra Iudicis, et subscriptorum testiū subscriptionibus, & testimonijs roboratū, datū Trapani anno, die, mense, & Indict. præmissis. testes autē, qui interfuerunt, sunt hi: Dñs Oddo de Vigintimilijs, Mag. Dionysius medicus, Nicolaus de Palmerio, Fr. Albertus de Trapano, Māfredus de Vigintimilijs, Io. Abbas, Ribaldus Testa, Guilelmus Testa, Nicolaus Abbas, Franciscus de Philippo. Ego Not. Paganus de Baldino, qui supra, Index Trapani, me subscripti. Ego Oddo de Vigintimilijs testis sum. & me subscripsi per manus Fr. Alberti de Carmelo. Ego Dionysius medicus testis sum. Ego Fr. Albertus de Ord. Carmeli, subscripti. Ego Māfredus de Vigintimilijs testis sum. Ego Io. Abbas, de Trapano, testis sum. Ego Franciscus de Philippo testis sum. Ego Nicolaus de Palmerio testis sum. Ego Ribaldus Testa testis sum. Ego Guilelmus Testa testis sum. Ego Nicolaus Abbas testis sum. Ego Iacobus de Amelio publicus Trapani Notarii scripsi, et meo signo signauit.

## Inscript. III

In nomine Domini aeterni. Amen. Anno Dominicæ Incarnationis CCCCXXIX. IV. die mensis Aprilis II. Indict. regnante Serenissimo Dño Nost. Iacobo. Dei gratia in cœlo Rege Sicilia. Ducatus Apulia, et Principatus Capua, regiminis vero eius anno 4. feliciter. Am. Corā nobis, Guilelmo de S. Silvestro, Iudice Trapani, Nicolo de Rugerio, publico eiusdem terra Not. & testibus subscriptis, ad hoc vocatis/specialiter, et rogatis, nobilis mulier Dña Perna, uxor quondam Not. Ribaldi Abbatis, de Trapano, agra corpore, sana tñ m̄tē, et recepto sacrofacto corpore, & saginae D N I Chr. in bonis suis præfens cōdidit testamētum; in quibus dixit se habere bona Habilia, & mobilia infra scripta, et territoriū suū (hic multa omisla lunt, quæ ē re noltra nō erat) itē elegit sepulturā suam, apud Ecclesiam B. M. V. Annunciatę, ipsius terre Trapani cui ecclesia, & fratribus de Carmelo cōmōrantiibus in eadē prædicta terra, ipsa testatrix pro salubri remedio animarū ipsius subbariesset, et quondam Not. Ribaldi viri sui, nec nō Dña Palma, primi uxoris eius, pro remissione peccatorū eorum, legauit omnes terras suas Xbines, possidēdas cū omnibus iuribus, rationibus, pertinēsijs, utilitatibus cōfisijs, accessorijs, & egressijs, ad babbū, & censualiter cōcedendū ad annū censū cui, vel quibus ipsi fratres voluerint concedendum, pro maiori sensu, quo potueris, pro melioratione, recuperatione, munitione, & sustentatione ipsius ecclesie, atq; fratribus, et pro indumentis, & libris eorū. nō licet tñ Provinciali Priori ipsius Ordinis, nee ceteris fratribus ibidem morantibus, pro aliqua causa, vendere, nec alienare terras easdē pro aliquo prelio inde

babendo, quia Not. Ribaldus, vir sapiens, prætrougliter fundans, et adificans etiā dictā Ecclesiam, atq; locum, ut ipsa Ecclesia, atque locus de ipsi bonis, ut decet, ad honorem Dei comode sustentaretur. legauit etiam, et reliquit ipsi Ecclesia Beati Marij Virginis Annunciatę, & fratribus de Carmelo, ibidem morantibus, eodem modo & forma, tenientum unum domorum, & casaliorum, ipse tenimento contiguorum, situm in Trapano prædicto modo tenendum, pro ut dictum est de terris Xbines, legauit simili modo, et forma ipsi Ecclesię Beati Marij Virginis Annunciatę, et ipsius fratribus, tenientum unum domorum, cum cortili, situm in hac terra Trapani, quod ipsa Domina Perna, post mortem viri sui, emisit à Simone de Girmasio, quod est contiguum tenimento domorum ipsius Domini Perna, in quo habitat. item simili modo legauit, et reliquit ipsi Ecclesię, & prædictis fratribus, ibidem existentibus seniam unam veterem submersum Conuentum, et locum ipsius Ecclesie, mediante quedam fossato, tenendam, et locandam, pro sustentatione dictorum fratum. item simili modo, & formaligauit, et reliquit ipsiis fratribus de Carmelo tenimentum suum Dammusi, unacum vinea, arboribus, et iardinello, et cum omnibus pertinentijs, et iuribus suis, tenendum perpetuo, et censualiter concedendum pro ut dictum est de terris Xbines, quod tenimentum Dammusi situm est in territorio Trapani, iuxta vineam Leonardi de Giruado, et iuxta vineam Guilelmi de Conciatore, de monte. item legauit, et instituit sibi fidicommisarios, et eleemosynarios fratrem Guilelmum de Messina, Priorem Provincialem Odonis de Carmelo et ob eius absentiam Priorem localem ipsius Ecclesie, fratrem Albertum de Trapano, dicti Ordinis Presbyterum, Nicolaum de Maximiano, Dominum Ioannam uxorem quondam Dominis Odonis de Vigintimilijs, et Dominum Ioannem de Licata per quos mandauit distribui, et solvi legata scripta, et non scripta, ubicumque inueniri potuerint, de mobilibus rebus suis.

Item instituit sibi heredem, et legitiimum successorem Dominum Palmerium Abbatem, de Trapano, militem, et nepotem suum presentem, et consentientem; super eis bus bonis suis residuis, stabilibus ramen, sitis in Trapano, et territorio suo, cui reliquit dicta residua stabilita bona sua tantam, et h[ec] est ultima sua voluntas, quam voluit omni iure testamenti valere, & si forte aliqua sollemnitate iuris deficeret testamentum præfens, voluit, ut saltē iure codicillorum valeres, vel cuiuslibet ultime voluntatis. unde ad futuram memoriā, cum ipsius Ecclesie, quam heredum, & ipsarum eleemosynarum cautelam formum est exinde præfens publicum instrumentum, per manus mei, prædicti Notary, signo meo solito, et mei, & sapro, Iudicis, ob

missionem

cessum subscriptorum subscriptionibus roboratum. album Trapani, anno, die missae, et inductione predictis testes Fr. Guilelmus de Messina, Prior Provincialis Ord. Carmeli, Fr. Nicolaus de Platia, Fr. Riccardus de Aidone Ord. Predicorum, Fr. Albertus de Trapano, Fr. Vivianus de Ortygo, Prior eiusdem Ecclesie S. Mariæ de Carmelo, eiusdem Ord., Dominus Riccardus Abbas, Riccardus de Conciatore, Nicolaus de Conciatore, Magister Dionysius Mellicus, Magister Saninus sutor, Magister Michael Spalletta, Salvius Disperatus Simon de Fermenta, Presbyter Nicolaus de Maximiano, Galganus de Sancto Geminiano, Mattheus Abbas, Clericus Riccardus de Licata, Leo de Assatis, Petrus de Donatio, Dominus Iohannes Abbas miles, Bonus Iohannes de Licata. Ego Guilelmus de S. Silvestro, qui supra index Trapani, me subscripsi. Ego Iohannes Abbas de Trapano testis sum. Ego Fr. Nicolaus de Platia interfui, et testis sum. Ego Fr. Riccardus de Aidone Ord. Predicorum interfui, et testis sum. Ego Fr. Albertus de Trapano testis sum. Ego Dionysius Mellicus testis sum. Ego Riccardus de Conciatore testis sum. Ego Nicolaus de Maximiano testis sum. Ego Matheus Abbas testis sum. Ego Nicolaus de Conciatore testis sum, & me subscripsi. Ego Saninus sutor testis sum, & me subscripsi. Ego Mag. Michael Spalletta testis sum, & me subscripsi. Ego Simo de Fermenta testor, & me subscripsi. Ego Galganus de S. Geminiano testor. Ego Leo de Assatis testor, & me subscripsi. Ego Petrus de Donatio testor, & me subscripsi. Ego Bonus Iohannes de Licata testor.

**REGINA CÆLI EI ADSTARE VI-**  
SA] Politianus apud Surium memorat Beatisissimam Virginem D. Alberti patrem simul, & matrem in somnis obiurgasse, et M. S. Cod. Vaticanus patrem dum taxat, cui consentit Barbarus. Et recte: nam Iohanna mater Alberti ad capessendam religionem eborata fuerat.

**POSTQVAM INTER SACERDO-**  
**TES ASEITVS EST]** Politianus scribit, D. Albertum Messanam missum, ut illic Sacerdotio inauguraretur: at Barberus initiationem iam Sacerdotio, Messanæ destinatam

**IACOBO SVMMA RERVVM IN SI-**  
**CILIA TENENTE** Iis Sicilia regnum tenet. a Christi anno 1286. ad 1295. hoc agitur temporum tractus, commemoratum hoc locum miraculum, a D. Alberto patratum oportuit.

**VRBEM MESSANAN**] hanc urbis Messanæ oblationem a Robertsonis copijs, scilicet, famie calamitatem, qua diuturnis bellis, interstansque discordijs illa vexata est, retulerim ad annum Christi 1301. ad Maurolycum, qui pluribus explicat.

**TVM B. ALBERTVS FLVVIVM IN-**  
**GRESSVS**] Albertum super aquas embulantem, ad Iudeos peruenisse, Politianus tradit, eos dum luskareret, aquas utriq; divisas, sed Vincenzo Barbaro Vaticani

Tom. a.

Codices consentiant. Plauias vero Plauias est, cui priscis temporibus lyca nomen fuit.

**VBI TVM COENOBIVM ORDINIS**  
**EXTRA VRBEM ERAT]** Messana, Carmelitarn vetus Cenobium extra muros fuit, ad Septentrionem, in ipso urbis asperatu, per rebelles Caroli Regis destructum. Et Nicolai PP. IV. literis docemus quas mox dabimus.

**DECESSIT ANNO CI CCCVII.]** Duravit septuaginta annos mortis D. Alberti. Maurolycus obijisse scribit, anno Christi 1321, sed longe à vero abest. Vincentius Barberus, Fr. Aegidius Thermitan, Nicolaus Orlandinus, anno 1307, Iohannes Palaeonardus anno 1297. Politianus, Baronius, Fr. cisterciensis Heraeus, Philippus Ferrarius, Abramus Boni, anno 1292. quo inclinem, antea animi sum nibil eritis solidi est pater scriptores, cui innitar; quoniam vero de D. Alberti obitu iudicium pendet ex Cano bij translatione, de ea paucis post dicemus.

**FRIDERICVS SICILIÆ REX]** Politianus apud Surium tradit, Regem Iacobum juneri D. Alberti interfuisse, sed falso. nō Iacobus cum in Hispania agebat, Rex Aragonie, Fridericus vero eius germanus frater Sicilia Rex, anno 1296. renuntiatione fuerat.

**REX, CETERIQUE PROCERES**  
**DECVERE]** quid dein ab iis factum, incomptum mihi est, quod certum, Beatus Albertus statim ab excessu, flagrantibus populorum studijs, & pietate cultus est. ut eius dies festus peragetur, auctoritate Apostolica, Callistus Papa Tertius viua voce oraculo permisit, Xystus vero Papa Quartus diplomatice firmauit, instante Ordine Carmelitano; ut re ipsa confit, literas primum subijcam Iohanni Raudensis, Propositi Generali Carmelitana familie ad Philippum Ferrarium, Ordini in Sicilia Prefectum, quas exscriptimus ex Tabularijs Ecclesie Agrigentiae, ad quam regendum exinde Philippus euectus est; tum diploma Canonizationis D. Alberto, quod a Xysto 4. datum est.

Prater Iohannes de Raude, humilis Prior Generalis, & seruus Fratrum Ordinis Sancta Dei Genitricis Maria, de Monte Carmeli, & diffinitorum nostri Capituli Generale, in conuentu filiarum, nostra Provincia Tuscia, anno Domini CI CCCXIX. in festo Pentecostes, die decimo octavo mensis Maij celebrato, in Deo Patre dilecto nobis, Fratri Philippo de Ferrario, in Sacra Theologia Magistro, Reuerendo Priori Provinciali Provincia Sicilia, & Vicario Generali eiusdem, ac nostro Provincia Cypri, perpetuam in Christo Iesu, & eius Genitrici Maria salutem, nostrisque fideli, & sacre Religionis continuum augmentum. Quia varia, diversa, multiplicia, et ineffabilia miracula, laudabiliaq; opera virtutum, que in tota Provincia no-

k 2 sra

*Sicilia, Roma, Tuscia, Benonia, Lombardia, Catalonia, & alijs mundi partibus per gloriosum & deuotissimum Confessori B. albertum de Trapone, predicto nostre Provincie Sicilia, & qne incessanter, & quotidie magnificissime operatur, pro te eius vita, & mors, clarissime, & quotidiane docet experientiamq; deuotissime industrie, & voluntate prououente divina insitissime compellunt, ut totis viribus ad eius canonizationem merito fassinare concursum. quapropter ut praliberum recessu divinitus nobis inspiratum propositum adiuua coadiuantem gratia, & meritis predicti gloriosi, & deuotissimi Confessoris cooperantibus, suum debitum consequatur effectum, confidentes de prudentia, & deuotione, quam inter alios circa eundem geruntur, vobis in virtute sancta, & salutaris obedientia in persona totius nostri Ordinis, suu nostra sacrasissima Religionis, per presentes committimus, & mandamus, ut debeatissimum in vobis se possibilias extenderat, apud Sanctissimum Dominum nostrum, Bonifacium, diuina providentia Papam IX. & Reuerendissimos Dominos Cardinales intercedendo, supplicare pro commissione dicta canonizationis ad partes facienda; atque ut debeatissimum Reges, Principes, Prelatos, Barones, Nobiles, & quascumque alias deuotas personas intercedere, supplicare deuote, & rogare prau-*

*gilio, favore, conflixi, & caritatis subfido ad executionem predictam necessariam, pertinentibus & ut liberius valeatis predicta ad effectum deducere, & omnia ad eadem concordancia exercere, concedimus vobis, ut pugnatis, sive contradictione cuiuscumque nostri inferioris ad Romanam accedere curiam, fratre, vel fratres missere, & ibidem gratiam, vel gratias per vos, vel alios impetraret. & procurare, mandates omnibus nobis inferioribus, sub pena rebellionis, & excommunicationis /, & sententie ipso facto quomodolibet contradicentibus, infligendo, ut nullo modo, vel colore vobis, vel per vos missis, aliquid donec, vel praestare impedimentum literis nostris, & praecipuis sub qualcumque forma, vel expressione verborum, etiam si de ipsis de verbo ad verbum specialis mentio habita sit, vel babenda, in concretum non obstantibus quibuscumque, per quas presentibus nullatenus intendimus derogare. Ratum, & gratum habentes, & in posterum habitare quidquid in ipsis, & circa eadem rite duxeritis agendum, in queram omnium testimonianiam sigilla communis nostri Ordinis, & Generalatus officij presensis sedis appensa. Datum in nostro Generali capitulo, loco, & tempore, quibus supra electo brator.*

Frater Ioannes,

## BULLA CANONIZATIONIS

# DIVI ALBERTI A XYSTO PAPA IV. DATA

**X**YSTVS Episcopus, seruus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, Calistis aula milisum numerum adaugeri sancta legitatur Ecclesia, & propterea eos, qui ex hoc seculo transeuntes, communis opinione fidelium, superna patria digni reputantur, praesertim miraculorum celebritate fulgentes, eternitatis memoria decorare consuevit, ut eorum laudes frequentioribus valeant resonare praconis, & Dominus in sanctis eius iugiter collaudani. idcirco nos ea, qua pro honorificentia Beatorum, de predecessorum nostrorum Romanorum Pontificum beneplacito, pio obsequiata fuisse comperrimus, libenter, cum a vobis petitur, Apostolico praesidio confessus, sane pro parte dilecti filii, Christophori Martignoni, Magistri Generalis Ordinis fratrum B. Mariae de monte Carmelo, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dudum felicis recordationis Callisto Papae III. predecessor nostro, pro parte quondam Iohannis Sereti, tunc Magistri

Generalis dicti Ordinis exposito, quod Beatus Albertus, qui dum vitam calibem ageret in baranis, frater dicti Ordinis fuit, cuius corpus in ecclesia B. Mariae Messenensis, in Insula Sicilia, fratrum dicti Ordinis, requiescit, clarescentibus miraculis, a Christi fideli virillarum, & diversarum Mundi, partium, in magna veneratione habetur, & propterea in diversis ecclesijs, per diversas Mundi partes, altaria, & Ecclesia ad honorem Dei, & eiusdem B. Alberti commemorationem eretta fuerant; unde desiderabat, quod Christi fideli ipsi in eorum huiusmodi laudabilis proposito, per tolerantiam Sedis Apostolica, continuare libere, & licite possent, & valeant, ad quā quidem卑微 petitionem eam prefatus Callistus predecessor annuisset, venerabilis frater noster Guidelmas, Episcopus Ostiensis, tunc titulo S. Martini in montibus Presbyter Cardinalis, qui etiam tunc presens aderat, de licentia, & consensu dicti predecessoris, & mandato expresso via vocis oracula, sibi ab eodem facta, ad sollem-

calendum sumpulor de mentibus hominum,  
et ad benedictum Deum. Et dicti B. Alberti var-  
iorum exaltationem, de praemissis omni-  
bus, et singulis per suas patentes literas  
sua sigillo munera attestationem fecit, pro-  
ut in illis, quia inspici, et examinari di-  
genter: ac presentibus inseri fecimus, plen-  
tius continetur. quod a pro parte dicti Ebro-  
Stephori, Generalis moderni afferentis, ga-  
ta prefata ecclesia, et in diversis mundi  
partibus, per merita ipsius B. Alberti, alio  
mane calo operantur in diebus nobis fuis.  
benevoler supplicium usus attestationem dic-  
tit Guillotus, Episcopi, et Cardinalis, ac  
omnibus, et singulis in eius literis contra-  
dictio eiusmodi, pro iliorum subsistencia fir-  
mitati, rebus apostolicae confirmationis ad-  
ferunt, ac alias in praemissis opportune pro-  
videre, de benignitate apostolica, digna-  
remur, nos igitur accendentes, quod digne-  
mentemur vestram bonitatem, qui ad gau-  
dium transiit angelorum, et ad Ordinationem  
proficiunt, qui continuas gloriosissimam Dei  
Genitricis, semperq. Virginis Matris pro-  
tectione fonsur, et sub eius bonore, et spe-  
ciali titulo fundatus, ac tam per diversos  
Romanos Pontifices, praedecessores nostros  
deam utiam per nos Apostolica fuit auctor-  
itate comprobata, multiplicibusque vi-  
torum excellentiis omni tempore, quia  
fidelibus, decoratur ornamento, dirigentes  
paterna considerationis intentus, bini-  
modi quoque supplicationibus inclinati:  
attestationem dicti Guillotus Episcopi, et  
Cardinalis, qui dicti Ordinis protector ex-  
sistit, ac literas praedecessarum habentes,  
et gratas, illas cum omnibus, et singulis  
in eis contentis clausulis, auctoritate Apo-  
stolica, ex cetera nostra scientia approba-  
mus, et confirmamus, supplentes omnes, et  
singulos defectus, si quis forsan interuen-  
tus in eisdem, non obpansibus constitui-  
tionibus, et ordinationibus Apostolicis, co-  
terisque contrarijs quibuscumque. Et quia  
difficile foret, praesenter literas ad singulas  
Provincias originaliter destinari, volumus  
Et dicta auctoritate discernimus, et tran-  
scriptis diligenter literarum manu Nota-  
tis publicis, et Cartis causarum Camera  
Apostolica, vel Protectoris dicti Ordinis,  
qui nunc est, et pro tempore fuerit, aut  
Hermes Episcopi, vel Archiepiscopi, seu cu-  
dumcumque in dignitate constituti, etiam  
dicti Ordinis Magistri Generalis, pro tem-  
pore existentis, sigillo munitione ea prorsus  
in indicio, et extra fidem adhibetur indu-  
bia, ac si ipsa Originalis litera forent ex-  
hibita, vel ostensa. tunc autem dictarum  
Monarum sequitur, et est talius Guillotus  
misericordia divina, tituli S. Martini in  
monibus, sacrae Romana Ecclesie  
Presbyter Cardinalis Rothmagenensis, uni-  
versus, et singulis Christi fidelibus presen-  
tes literas inspecturis, salutem in eo, qui est  
ora omnium salutis. Dignum, et conveniens  
audire omnis de his testimonium reddere, quia  
pacem conscientia militerum, et de notio-  
nis argumentum concordare videtur. ne illa

igitur omnibus facimus, ac testamur per  
presentes, quod Sanctissimus in Christo  
Pater Dominus noster Callistus, divina  
prudentia Papa III. nuper viva voce  
oraculo, nobis presentibus, et adstantibus  
coram sua sanctitate, concessit, et indul-  
xit Reverendo Patri Magistro Soreth, Pri-  
ori Generali fratrum Ordinis Beate Ma-  
riae, de monte Carmelo, presenti, et suppli-  
canti quod de B. Alberto de Drespano, In-  
fante Sicili, dicti Ordinis, deum in humanis  
ageret professori, in causa bonorum, et reu-  
rentia plena altariaque ecclesiasticarum  
Prior afferuit, edificator fuerunt, ac eius  
crebrescentibus miraculis, publice, longo  
tempore, per Christifideles, tamen in oratione  
domini fratrum, quaoctiam in aliis ecclesijs  
nullatum secundum ritum Romam Ec-  
clesie, precedente Canonizatione, preser-  
vit suffragia publice persoluntur, eadem  
reverentia, et deuotio, ut promittitur, fina  
aliquius peccatis lato, et transgressionis no-  
ta, ac conscientia scrupulo, per eos, atque  
alio Christi fideles fieri possit, et conti-  
nuari, quosque per ecclesiam aliud nullum  
decernatur. quia omnia, cum sit, ut  
promittitur, vere; Et recte sunt acta, ad  
enim libet notiam deducimus, et deducen-  
da fore consensus, in quorum testimonio  
presentes literas, per Secretarium nostrum  
infra scriptum, fieri iussimus, et nobis fa-  
gilli fecimus appensione communis. Da-  
tum Romanum, in domibus nostris residentiis  
apud S. Apollinarem, die 15. mensis Octob-  
ri anno Incarnationis Domini 1457. Pon-  
tificatus eiusdem Domini nostri anno 32.  
Nulli ergo omnino hominum licet, hanc  
paginam nostrae approbationis, conforma-  
tionis, supplementationis, constitutionis, et ver-  
itatis infringere, vel ei ausu temeraria  
convenire. Si quis autem hoc attentare pre-  
sumpsisset, indignationem Omnipotentis  
Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Aposto-  
rum cuius se nocerit incursum, Datum  
Roma, apud S. Mariam Maiorem, anno  
Incarnationis Domini 1476. pridie Kalen-  
das Iunij, Pontificatus nostri anno IV.  
16

QVIDAM EAM CASTRI PARTEM  
TVNC OCCUPARVNT, &c. J. tenebras  
Cronologie suis Vincentius Barbarus se-  
pissim offundit. etenim superius memoraue-  
rat, eum D. Albertus bonores fugiens, Me-  
ssanam Panormino deuenit, Carmolitarum  
Cenobium extra urbem fuisse: nec mul-  
tos post eius Messanam aduentum dies, vi-  
ta recessisse. sed hoc loco ait, quando D. Al-  
bertus vita functus est, vetus Cenobium,  
intra urbem translatum, iuxta castrum,  
que cum anno mortis D. Alberti 1307. que  
Vincentius Barbarus constituit, conueni-  
re nullo modo possunt. nam vetas extra ur-  
be Cenobium, subannam Christi 1290.  
a rebubbus Caroli Regis defunctum fuisse  
et translatumque intra urbem, iuxta castrum  
et prope eadem cathedralem, ante annum  
1300. domos ultra domus ibi in Oratoriis  
et officiis Martino Maiotto, Rainaldo Bo-  
niso, Nicasio Brugnano videte, et usqua  
oxore

uxore Agneta, ciuibas Messanensibus. verum cum ex vicinia Canobij, adisque manus, crebro offerzionum materies oritur, Praeres Carmelite cum libellos supplices Romano Pontifici Benedicto dedicent, ecclesiam S. Cataldi Lanuenium, in regione Ponteleenis sitam, ab eodem obtinueret, ad quem ea collatio spectabat, ex concessione Patronorum, et Guidotti electi, et Capitali Messanensis, anno 1304. igitur in eum locum, in quo nunc manet, Canobium translatum est, tres ante D. Alberti obitum annos, & amplius, ex Vincentij Barbari Chronologia. itaque D. Albertus hoc anno 1307. vita functus, translate in Canobio in ecclesiam S. Cataldi, hic condonem oportuit. ceterum ne ex arbitriata nobis nos promovere quispiam arbitretur, Romanorum Pontificum literas, querimus, auctoritate, Canobij translationes factae sunt, ex Archivo Canobij Carmelitanarum Messanensis, in quo seruantur, exscriptas proferimus.

Nic. PP. IV  
Pontificis  
Diploma I.

Nicolaus Episcopus, seruus servorum Dei, dilectis filiis, Priori, & Fratribus Ordinis B. Mariae, de monte Carmeli, Messanensibus, salutem, & Apostolicam benedictionem, cum à nobis petitur, quod iniustum est, et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officij nostri, ad debitum perducatur effectum. Sans peticio vestra nobis exhibita continebat, quod quondam Martinus, dominus Maioritus, ciuis Messanensis, attente considerans, quod vos in loco vestro, quem extra civitatem Messanensem habueratis, quisque per rebellis, clara memoria Regis Caroli destruetus fuerat, non poteratis commode commemorari, ac cipiens terrena pro celestibus, & transitoria pro aeternis, salubri commercio, commutare, quasdam donos, in civitate prædicta confitentes, tunc ad ipsum spectantes, vestra habitatione congruas, pro loco vestro ibidem conservando, & peccatorum suorum remedio, pia ac prouida liberalitate concessis, prout in instrumento publico, inde confessio, plenaria dicitur contineri. nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super ipsius, ac prouidefactum est, ratum, & gratum habentes, id auctoritate Apostolica confirmamus, & praesentis scripture patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum licet, banc paginam nostram confirmationis infringere, vel ei ausu temporio contraire. Si quis autem hoc attenterem presumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum eius, se nonerit incursum.

A.C. 1297.  
nam Nicol.  
PP:IV. Pon  
ticatū ini  
ceret Ann.  
1283. die  
22. Febr.  
Bonifacius  
PP. VIII.  
Pont. Dipl.  
II.

Datum apud Urbelem veterem, Kalendas Februarij, Pontificatus nostri anno 3.

Bonifacius Episcopus, seruus servorum Dei, dilectis filiis Priori, & Fratribus dominus Messanensis, Ordinis B. Mariae de monte Carmeli, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod iniustum est, et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per

solicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat, quod Ralnaldus de Bonito, ciuis Messanensis, cupiens serrena pro celestibus, & transitoria pro aeternis, salubri commercio, commutare, quasdam domos, sitas in civitate Messanensi, tunc ad ipsum spectantes, pro domo, oratorio, officinis, & alijs vobis necessariis prout vobis ex iudicto Sedis Apostolicae est petebat, & competit, adiaceundis ibidem conculit vobis intus pietatis, prout in instrumento publico, inde confessio, plenaria dicitur contineri. mos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem cuncte pie, & prouidefactum est, ratum, & gratum habentes, id auctoritate Apostolica confirmamus, & praesentis scripture patrocinio communimus. Nulli ergo hominum licet, banc paginam nostra confirmationis infringere, vel ei ausu temporio contraire. Si quis autem hoc attenterem presumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, et Pauli, Apostolorum eius, se nonerit incursum.

Datum Roma, i. Kal. Nonemb. Pontificatus nostri anno 4.

Bonifacius Episcopus, seruus servorum Dei, dilectis filiis Priori, & Fratribus dominus Messanensis, Ordinis B. Mariae, de monte Carmeli, salutem, et Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod iniustum est, et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat, quod Nicolaus de Brugano miles, ac Agnes eius uxor, ciues Messanenses, cupientes serrena pro celestibus, & transitoria pro aeternis, salubri commercio, commutare, quasdam domos, sitas in civitate Messanensi, tunc ad eos, spectantes, commutare pro domo, oratorio, officinis, et alijs vobis necessariis, pro ut vobis, ex iudicto Sedis Apostolicae, competebat, et competit, adiaceundis ibidem, conculit vobis intus pietatis, prout in instrumento publico, inde confessio, plenaria dicitur contineri. nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc à dictis ciibus vix, et prouidefactum est, ratum, & gratum habentes, id auctoritate Apostolica confirmamus, et praesentis scripture patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum licet, banc paginam nostra confirmationis infringere, vel ei ausu temporio contraire. Si quis autem hoc attenterem presumperit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli, Apostolorum eius, se nonerit incursum.

Datum Roma, X. kal. Nonemb. Pontificatus nostri anno 4.

Benedictus Episcopus, seruus servorum Dei, dilectis filiis Priori, et Fratribus dominus Ordinis B. Mariae, de monte Carmeli, Messanensis, salutem, et Apostolicam benedictionem. Religionis vestra morem, benebas, ut in ijs, quo vobis opportuna fero

A.C. 1298:  
nam Ponti  
ficatu exor  
sus fuerit  
Bonifac. A.  
1294. die  
24. Decemb.  
Pon. Dipl.  
II.

Bened. PP.  
IX. dictus  
XI.  
Pont. Dipl.  
IV.

fore prospicimus, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. ex parte & quidem vestra fuit propositum coram nobis, quod vos attendentes, quod locus veteri Messanensis, in quo nunc degitis, sit est prope Cathedram Ecclesiam Messanensem. & quod occasione huiusmodi inter vos, & Capitulum eiusdem Ecclesia iamdudum existit dissensionis materia suscitata, propter hoc ad Ecclesiam S. Cataldi de Ianuensis, fitam in contrata Ponte-leonis Messanensis, ad vos ex concessionibus vestram Patronorum ipsius Ecclesia S. Cataldi, quam dilectorum filiorum Guidotti electi, & Capituli Messanensis pertinentem vobis factis de dicta Ecclesia, cupitis vos transferre. & ibi permanere. quare nobis humiliter supplicastis, ut vobis id facienda de benignitate Apostolica, licentiam concedere dignaremur. nos igitur vestris supplicationibus inclinati, vobis auctoritate presentium, sine alieni iuris prauidicio licentiam concedimus postulatam, constitutio quilibet contraria non obstante. Datum Perusij, 14. Kil. Iunij, Pontificatus nostri anno I.

A.C. 1304.

17

SED COENOBITÆ EO DOMICILIO RELICTO] Pontificio Diplomate Benedicti Pontificis, modo probatum à me est, relinquendi huius Cœnobij, iuxta castrum, factam Cœnobitis copiam Anno Christi 1304. ergomi Barbare, si in Ca-

nobio, iuxta castrum, D. Albertus vita funbus, conditusque est, ut ait, anno Christi 1307. diem obire suum non potuit. mox subdis.

18

HAVD MVLTOS POST DIES, CVM IAN. FOR, QVOD PROPE COENOBIVM ERAT] si hanc multos post dies ab excessu B. Alberti, Cœnobiam translatum erat ad Ecclesiam D. Cataldi, prope Ianuensium forum, atque hac translatio, ex literis Benedicti Pontificis post annum 1304. facta est, D. Albertus ad annum Christi 1307. minime peruenit. tua igitur narratio Cœnologiam tuam tu se ipse conuelis. numne excusando Barbaro, Cœnobii translatio è castro, quamquam anno 1304 Romanus Pontifex permiserit, aliquo impedimento, post mortem D. Alberti dilata est sane id omnino dicendum, si cœnsuerimus, virum sanctissimum in Cœnobia, iuxta castrum, anno 1307. obiisse, atque eodem fortasse extremo, vel proximo inveniente D. Albertum una cum cœnobio translati.

PARS EIVS INFERIOR MESSANA RELICTA] bęc S. Alberti Reliquiarum partitio, pio quidem studio, baud tamē bono exemplo facta est. suo hoistro, Messana os bracibj, Drepani caput seruatur, cetera per Insulam sparsa.

16

# ANIMADVERSIONES IN VITAM BEATI AVGUSTINI NOVELLI



COLLECTA EX BEATO IORDANO DE SAXONIA] Vitam B. Augustini composimus ex ijs, qua B. Iordanus de eo sparsim tradidit in libris, quas fratrum vitas inscripsit, unumque in corpus coagenterimus, ut unicuique ante oculos, interq; manus nullo labore effet. quod si alicui placitum ipsos B. Iordanis fontes adire, qua excorpsimus. scripta inueniet lib.2. capp.4.5.7.13. 14. 18. 30. lib.3. cap.11. lib.4. capp.10.11. 14. Breuiarium vita B. Augustini Novellis scripsit Philippus Bergomensis. meminisse etiam Mauritius Tertius Raphael Vaterranus, Iosephus Pampillus, Episcopus Signius, Angelus Episcopus Tagaste-

sis, Ambrosius de Cora, Abramus Breuius, ad annum 1308. adde Andream Gelsomini.

R. Volarer.  
Anthropol.  
L.

MATTHÆVS NOB. GEN. NATVS EST THERMIS, VRBE SICILIÆ apud B. Iordanum perperam scriptum est: B. Augustinus de Therano, pro de Thermis. sedem T hermis Himerorum in Sicilia natu, plures scriptores docent. quorum testimonia placitum subiçere. Philippus Bergomas, Augustini equalis. Augustinus, ait, de Therma, nostri Ordinis Generalis Prior, natione Siculus, olim utriusque iuris consultissimus Doctor, & integerimus Theologus, hoc anno 1309. haud procul à Sena Etrurie vrbe locello sui Ordinis, B. Leonardo dicato, multis clarus miraculis, beato sine quieuit. qui post modum propter doctrinæ, & sanctitatis excellentiam, Beatus

I. Pamph.  
Chron.  
Ang Chro-  
hist. Apost.  
sacra rij.  
Ambr. in-  
catalog. BB.  
Ord. Erein.  
S. August.  
Gellen. in-  
theaur.de-  
votionis B.  
Virginit.

B.Iord. Vi-  
tis Fractum

Ph. Bergo-  
men.Chro-  
nico.  
Maur.Tert.  
Chronico.

## 80 Animaduersi in vitam B. August. Nouelli

tus Augustinus Nouellus nominari meruit  
*Raphael Volaterranus*; Augustinus, na-  
tione Siculus, Generalis, iuris scientia præ-  
ditus, antea siquidem Manfredo, Siciliæ  
Regi, familiarissimus, eiusque consiliis ad-  
hibitus fuit, quo extinto, Ordinis profes-  
sus, Generalisque factis, paucis post an-  
nis officio se abdicauit, locumque in recessu  
quopiam, prope Senam petiit, ubi scri-  
ptando, & lectitando, usque ad extremum  
persancte vixit, interque Beatos colitur  
Senz.

*Angelus Episcopus Tagastensis*; Augu-  
stinus Thermanus, cognomento Nouellus  
iuris utriusque peritissimus ex Ordine Fra-  
ternum Eremitarum Sancti Patris Augustini,  
a Nicolao IV, electus Apostolici sacrarij  
Præfectorus, Pœnitentiarij, & Confessarij Pa-  
pas nomine insignitus, sacrarij præfecturam  
sub Nicolao IV: Celestino V. & Bonifacio  
VIII. exercuit. ob insignem vitæ sanctitatem  
& doctrinam, Augustini Nouelli nomine  
fuit nobilitatus. verum quia ex eremo fuit  
accersitus, indeque extractus, & quidem  
inuitus, cremum semper desiderabat, dum  
ex obedientia in Romana Curia, vitam ma-  
ximo sane cruciatu degebat. anno Domini  
1298. Prior Generalis, in Comitijs. nostri  
Ordinis, Mediolani celebratis, absens cre-  
atur. Præfecturam vero nostri Ordinis non  
nisi ex Romani Pontificis Bonifacij Octavi  
iussi suscepit: Augustinianam fodalitatem  
vniuersam maxima cum caritate, & humi-  
litate, non sine magno iustitia zelo gro-  
nauit.

*De eius obitu Iosephus Pamphilus ita-*  
*loquitur*: Frater Augustinus Nouellus, vir  
& Sanctus, & Doctor Decimo postquam  
magistratu se abdicauerat anno multis clau-  
ris miraculis, in loco S. Leonardi, prope  
ciuitatem Senarum, quo se, relicto magi-  
stratu, contulerat, animam Deo reddidit.

*Idem Angelus Episcopus in Paralipo-*  
*nenis ad Chronistoriam*: Augustinum co-  
gnomento Nouellum fuisse Thermanum,  
hoc est Thermis in Sicilia natum, ex eo pro-  
batur, quod Consiliarii fungens officio, vi-  
xit in Curia Manfredi Siciliæ Regis, cui fuit  
carissimus: deinde in Sicilia habitum Ordini-  
nis Fratrum Eremitarum S. Augustini sus-  
cepit, vt Iordanus scribit. non desunt, qui  
falso, & inepte dicunt, Augustinum Nouel-  
lum fuisse de Terano Umbria, quod falsum  
est. nam Teranum sive Teramum, est ci-  
uitas in Aprutio ad Viciolæ, vt ait Leander  
Albertus, fauces, quibus in Turdinum con-  
fluit. ipsum vero Teranum Plinius, ac Pto-  
lemaeus Interamnam vocant, quod inter  
amnes Viciolam, & Turdinum sita est. hinc  
nonnulli Teranum esse Interamnam Umbria  
non minus falso, quam inepte opinan-  
tur. nam Umbria Interamna vulgo, non  
Teranum, sed Terni est etiam Teranum Umbria,  
in Sabinis opidulum, vt ait Lender,

vt eumq; autem sit, cum Iacobus Bergomate  
& Iosepho Pamphilo, Augustinum Nonel-  
lum Thermanum Siculum fuisse, non du-  
bitamus.

*Hec Angelus Tagastensis Episcopus. ceterum Marcus Antonius Vianus, Bononi-  
ensis, & Paulus Voissius Vadoita, Polonus  
in Augustiniensi theatro, duos Augustinos  
Nouellos faciunt, alterum Siculum, Alterum Senensem. de primo bac habent: B. Au-  
gustinus Nouellus, ex magno genere Co-  
mitum Siciliæ, Regni apud Manfredum  
supremus Consiliarius, obiit anno 1309.  
de altero; B. Augustinus Nouellus, Senen-  
sis iacet Seni, obiit anno Domini 1311.  
at falsi sunt. unus enim Beatus Augustinus  
Nouellus fuit, isque Siculus, qui an-  
no 1309. obiit Seni, in Oratorio S. Leo-  
nardi, ubi corpus eius sicutum est, atque  
percolitar.*

*CAROLI GALLI ARMIS MANFRE-  
DO FVSO, COELOQUE] quod factum  
anno Christi 1266. 3. Nonas Februarij.*

*BELLORVM DISCRIMINI EREP-  
TVS] familiis fuit consors S. Petri, Pa-  
tricij Constantinopolitani, qui cum in  
exitio Imp. Nicephori militaret; inito  
pralia cum Bulgaris, orto Imperatore, &  
periculo liberatus, nuntium seculo remisit  
sumptuque habitu monastico, in Olympo  
monte cum S. Ioannicio se exercuit. post eu-  
sus obitum, in urbem regiam se contulit,  
ubi egregia florens sanctitate, multaque  
patens miracula excessit. Menologium  
Imp. Basili, die primo Iulij mensis.*

*A PETRO COENOBII PRÆPOSTO-  
TO] buco omnino eundem esse suspicor,  
quem B. Iordanus Petrum de Camerata  
virum insigni sanctitate, nominat, Beato  
Augustino Nouello amore coniunctissimum,  
cum morienti spiritu, licet absens, adfuit.  
de eodem B. Petro extrema vita dicitur.*

*CAROLI REGIS] Neapolitanorum  
huius nominis II.*

*MORIENTI AVGUSTINO B. PE-  
TRVS DE CAMERATA] Mediterraneo Sicilia opido. is fuit, qui Cœnobio in  
Sicilia Prefectus, B. Augustinum Ordinis  
sui habitu induit. Vianus, & Voissius in  
Augustiniensi theatro bac de eo scribant:  
B. Petras, Florentinus, Camerata dictus,  
mira solitudinis, & Angelica consversatio-  
nis. sed falso scriptum, fuit enim Siculus  
de Camerata, opido Sicilia.*

*SEPVLCRIO MARMOREO SER-  
VATVR] quod est super aram, à dextra  
altaris maximis. sed nos anno 1397. cum  
Senat denotissimus, edicti de viri Sancti,  
ac nostratis sepulcro, Oratorium S. Leo-  
nardi aedantes, sacras B. Augustini reli-  
quias veneratis sumus.*

3

4

Menol. Imp.  
Basil. M. Se-  
penes illust.  
Card. Sforza  
dratum l

5  
B. lord. vita  
fratrum Lz.  
c. 13.

6

7

8

AN:

# ANIMADVERSIONES IN VITAM BEATI GVILLELMI POLTIENSIS



VILELMVS IN OPI-  
DO POLITIO officiis  
proprium B. Guilelmus,  
ab antiquis temporibus,  
incerto auctore,  
compositum, in area,  
cum eiusdem Reliquie  
affiratur, in eo vita  
de B. Guilemio per lectiones distributa, ex  
quibus nos, quatuor datus, concinnata dic-  
tione conscripsimus. sane B. Guilelmus na-  
tus dies in Castello Bono, cuius est patro-  
nus, ex antiqua consuetudine, publico cul-  
tu, solemnique supplicatione 16. Rilend.  
Maij celebratur. corpus in ecclesia Mona-  
sterij S. Maria à Partu, prope Castellum  
Bonum, seruat, in sacculo, quod olim cel-  
lula B. Guilemij fuit, in qua admirabiliter  
penitentia maceravit. spectantur adhuc  
spiriti adprehensori capilli, coloris flavi,  
affixumque carni cicatricum. ex sacro corpori  
et suavis simus odor afflat, porro ecclesiam  
festo die B. Guilemij inuisentibus, expiato-  
rit conscientie. & sandissimo Christi cor-  
pora refectis, plenariam peccatorum omnium  
indulgentiam Gregorius Papa XII in  
decennium concessit anno 1582. 17. kal. Maij.  
Obobris, quam Xyli. V. primum, deinde  
Clemens Papa VIII. in quinquentennium  
protogauit.

Beati Guilemii meminis Franciscus Ab  
Maurolyc. in Sicilia, iuxta Castel la  
Bottini, sub Marone monte, & Gemellis  
collibus, in cœnobio S. Maria à Partu, de-  
positio B. Guilemii Confessoris: ex Ma-  
nuvico in suo Martyrologium transstu-  
did Petrus Galefius. Iohannes Molanus ad  
V. suardum, in Ephemerides suas Constan-  
tius Felix, Arnoldus Belga in Benedicti-  
num Martyrologium 16. kal. Maij. Guilel-  
mum & familiam S. Benedicti esse rotas.  
dedit vero ad eundem diem, cœnobium  
S. Maria à Partu, in quo B. Guilelmus ob-  
iigo aliter vocari, ait. S. Maria de Burdu-  
ndo, quod ab Vla fundatum fuit, uxore  
Iohannis Graffii, Paracanum domini, circa  
annum 1490. Sed Arnoldus in duobus pec-  
cat: alterum est, inter SS. Monachos, Quid.  
D. Benedicti, Guilelmum Poltiensem re-  
venit, in quo falsus est. etenim B. Guilel-  
mum Anachorita fuisse que sanctitate sua  
vocatur, adique ceptus, fratres aliquot in  
eandem vita rationem aggregant, quos  
institutis recensit. multos post annos, ab  
Tom. 2.

excessu B. Guilemii, Franciscus Iunior  
Hieracij Comes, adem D. Marij à Partu,  
à B. Guilemio Structa, in Monasterio ere-  
xit Ord. S. Benedicti. neque diu estiam  
illud congregati Casingensi unitum est;  
exinde B. Guilelmus Arnoldo Belge Mo-  
nachus S. Benedicti falso existimat. erat  
præterea Arnoldus, qui Monasterium  
S. Maria à Partu ab Vla uxore lo. Graff-  
fi Partenae Domini, circa annum Dñi  
1490. tradit fundatum: quod Franciscus  
Hieracij Comes, ut modo diximus, anno  
1366. condidit. Vla vero Monasterij quide-  
cere fundavit S. Marie Burdunarijs sine-  
ta Messanam anno forme 1470. adde. Vla  
Iohannis Graffii filiam fuisse, sed uxorem  
Rogierii Secreti. confudit igitur Arnoldus  
bac duo Monasteria. sed ut externus, pa-  
rem quereretur nostrarum gñarum, excus-  
sationem merabitur. exterum fuisse B. Gui-  
lelmum secularem evinitam; vetus etiam  
pictura docet. etenim adem S. Maria à Par-  
tu ingredientibus, à lqua, imago antiqua  
B. Guilemii visitur qua is tunica, sine cin-  
gulo amictus, pallio superimfecto: tegumentum  
capitis demissum, tunica, pallium, teg-  
men capitis albi coloris, nudis pedibus, ba-  
culure altera manu gestat, alteraq; orarios  
globulos. instar vestris. huius imaginis B.  
Guilelmus in altera tabula, qua in eadem  
ecclasia est, anno 1503. descriptus est.

B. VIRGINIS ADE PRÆPARATA]  
ades sex à B. Guilemio instructa. I. D. Vir-  
ginis de Gonato, eodem in agro, quo hoc quo-  
diruta; tribus P. M. à Monasterio S. Ma-  
riae de Partu distabat. II. S. Maria à Par-  
tu mille passibus à Castellobono: quædein  
Franciscus Hieracij Comes in Monasterio  
erexit. III. S. Felidis, in territorio Caccia-  
beni; tribus passum millibus à Cinnire  
distat, triginta à Castello bono. IV. S.  
Maria à Misericordia, in monte Monacobo  
quam lo. Hieracij Comes, & Primus Ca-  
bellioni Princeps Prioratum erexit, duo  
bus passum millibus longe est à Castello  
bono. V. S. Calogeri, quingentos passus pro-  
pe Castellumbonum. VI. item S. Calogeri  
qua sex passum millibus à Castellobono,  
tribus à Hieracio refugit.

SVB RADICIBVS MONTIS NE-  
BRODIS] de quo bac Strabo Aeneæ ex op-  
posito se attollunt Nebrodes mōtes humili-  
ores quidem ijs, sed latitudine valde ina-  
quali. Xylander hanc recte veritatem, Neroost  
montes

Strab. L. 6.

Solin. c. II. montes, nam ijs nomen à Damis. Solinus de montibus Sicilia: sunt & alij mōtes duo, Nebrodes, & Neptunius. ē Neptunio spēcula est in pelagus Tuscū & Adriaticū. Nebrodi-damarū copia nomen dedit, quem damz, & hinnuli gregatim peragrant. inde

Silius I. 14. Nebrodes dicitur. & Silius:

Nebrodes gemini nutrit diuertia fontis,

Quo mōs Sicania nō surgit dītior vmbra

Plin. I. 3. c. 8 Plinius Maronem, & Gemellos colles dicit, qui bodis accolis Monticelli. mons suo nostro Madonia, vocabulo fortasse à Marone Maronia, & Madonia corrupto.

**ALDOINI VIGINTIMILLII, COMITIS HIERACI]** ad D. Maria à Partu, ope Aldoini Comitis à B. Guilelmo frumentam, bāud minore dein pietate in eisdem B. Guilelmī. iam vīta fūctū, Franciscus Vigintimillius Iunior, Hieraci Comes, & discipulis suītā, Monasterium Ord. S. Benedicti fundauit, dotauitque feudo S. Greg. in agro Petralia, iure patronatus sibi, suisq; successoribus reservato, eligendiq; & presentādi Abbatis Apostolica Sedi, & Archiepiscopo Messanensi, in cuius Dioecesi Monasterii est: instrumento super ea fundatione, & donatione, anno 1366. 13. kal. Septemb. confecto, qd sane ius Frācisco Comiti à Dionyso tunc, Archiepiscopo Messanensi confirmatū, multisq; post annis Simeoni comiti à Leone Papa X. anno Christi 1519. 3. kal. Mar. ab eodemq; impetrati est, ut Monach. S. Maria à Partu à iurisdictione ordinarij exemptum esset. eidem Monasterio Henricus Comes Francisci Ianioris filius, fundum Gonati, anno 1393. 5. Idus Ian. dono dedit.

**AVVS EST --- PUBLICA CONCIONE, &c.]** totallis Ecclesia moribas, nulli umquam laico data est facultas predicandi verbum Dei: neque sacris Ordini-

bus initiatis, nisi de Romani Pontificis autoritate concessum. D. Greg. in Dialogis: quidam Felix nomine, Martiz prouincie nobilis, pater huius Castori, qui nunc nobiscū in Romana vrbe demoratur, cum eundem venerabilem virum, Equitum, sacrum ordinem non habere consiperet, & per singula loca discurrere, atque studiose prædicare, cum quodam die familiaritatis ausu adiit, dicens: qui sacrum ordinem nō habes, atq; à Romano Pontifice, sub quo degis, prædicationis licentiam non accepisti, prædicare quomodo præsumis?

S. Greg. I.  
dia. c. 4.

**EXPIRavit ANNO 1421.]** hic annus B. Guilelmi obitus babetur in eius vita, manu exarata: sed Abbas Maurolycus variat: Guilelmus, ait, Anachoreta ex Politio, tūc claret, vir solitarius, & multe apud accolias auctoritatis: qui cum cœnobium nostrum S. Mariæ à Partu, iuxta Castellum bonum, & alias zedes prope Maronem montem, & Gemellos colles fūdasset, ad meliorē vitā transiit, anno salutis 1317. Apr. 16

**IN CASTELLO BONO]** quod opidum Iacobo Sicilia Rege, anno Christi 1289. Aldonus Vigintimillius, Henrici frater condidit.

**CVIVS EST PATRONVS]** Castelli-boni Opidanorum patrōni duo sunt, alter B. Guilelmus, altera D. Anna, mater SS. Virginis Mariae. Dei Genitricis. eiusdē D. Anna caput, absq; inferiore mandibula in eo opido affruatur, summisque bonitibus colitur. votus, constansque traditio est, Iannem Hieraci Comitem, huius nominis primum (qui cum annos 93. vixisset obiit sub annum Christi 1472.) caput Se. Anna cum pagis quibusdam in Lotaringia Gallia Provincia, permutasse, atque in Siciliam deportasse.

## ANIMADVERSIONES IN INVENT. ET MIRAC. B. GERLANDI.

**G**ERLANDVS EQVES] dubitatum à me est, fueritne B. Gerlandus equus Tempłarius, an Hospitalarius. ibid certum, ad eum S. Maria, agrosq; Calatagironum inter, & Platia, Ord. templariorū extitisse. unde adi, agroq; ac fluminī nomen à Templo; Templo, bodie corrupte. Templarū extictis, sub annum 1310. eorum bona Romanus Pontifex ----- equitibus S. Io. Hospitalarijs Hierosolymitanis, donauit. verum B. Gerlandi corpus anno 1327. inuentum est, 17 post annos ab exciso Ordine Tempłariorū. at quonā anno B. Gerlandus vita functus est? si ante annum 1310. certe Tempłarius fuit; quo suo ades S. Maria, & ager à Tempłarijs possidebatur. si vero post annum 1310. defunctus est, Hospitalarius fuit. quamquā plerique putant, Tempłarium fuisse, & verosimile non sit, Gerlandum intra spatiū illud annū d' vita mi-

grafe, qui intercedunt, & suppressis Tempłarijs, ad eius Inventionē, quippe adeo breuis intervallo temporis, superfuerit penes Calatagironenses, B. viri memoria. eiusq; vita ac sepulchri; neq; intra annos 17. penitus obsoletisset. reuelatio tñ corporis B. Gerlandi D. Constantino facta, quasi ignorante reisuisse videtur, qd ad multis annis in hoc minum memoria nō esset. sed hac haud malum euincunt. reuelatio enim à D. Constantino facta non est ignorati viri, ac se pulchri, sed ignorata viri innocentia. omnium notus vir, quoq; loco ille humatus est, sed Calatagironib; occulta viri mortita, ejusq; vita sanctitatem, quā Deus detegit te D. Constantino, palā facta voluit. fanez Hospitalarijs Hierosolymitanis antiqua penes Calatagironenses B. Gerlandus tabula in qua ille depictus, candida ad peccus Crucis, more equitum D. Iannis.

QVI

QVI DIES TRANSLATIONIS BIVS  
FUIT festo translationis die B. Gerlandi,  
Misericordia olim de Communi Confessoris non  
Pontificis decantabatur. Reliquia eius ca-  
pitis per sacram D. Iacobii adem, in qua  
corpus seruat, deducebantur: eadem in  
aede imagae est B. Gerlandi, miraculis circu-  
litatis. eorum B. Gerlandi bonores publici  
diuinius à Calatagironenibus tributis, sed yis  
interdixit sub annum ferme MI XC.  
Ioannes Horosens, Episcopus Syracusanus  
qui cum Calatagironum, quod in Syracusa-  
nana Diaconi est, inuiseret, festum Beati  
viri diem celebrari prohibuit, donec mira-  
cula legitime probata. Grandioritate Eccle-  
sia iurata demonstrarentur. Beati titulus  
ab eis passim usurpat, eis tribuitur.  
MIRACVLIS ILLVSTRATA, QVAE  
NOSSVBLICIMVS] commemorata à no-  
bis miracula, iuratis quidem testibus,  
excepta sunt; sed decreto Baiuli. Iudicante,  
& Iuratorum Patrum Cisitatis Calata-  
gironensis. quam ob causam, ut modo re-  
guli, Ioannes, Episcopus Syracusanus, fe-  
stum B. Gerlandi diem, peragi vtruit. nobis  
ex placitu narrare, quod nisi ad Beati vi-  
ri cultum, ostium ad humanā fidē distoria  
satilis est. ad iurata miraculorū Acta bi-  
vensis de B. Gerlando subscripti, quamquā  
rundiscripsi, & pīlli cui mort, attamē pīj

Oquam Gerlādus mirabilis est numerādus,  
Sanctus Theutonicus, diuinis rebus amicus.  
Nam tumulo flentes, infirma mente luentes  
Qui pius à teneris miserator dum fuit annis  
Cultor felicis, & lansque Dei Genitricis.  
Cuncti morborum sani rediere suorum.  
Nunc fuit inuentus, redolens tellure retetus  
Est Domini dono, donatus Caltagirono.

Demum Tabularium Ecclesia Agrigen-  
tina cum perustigatum, instrumentum  
reperi, quo duorum Episcoporum Thoma  
Syracusanū, & Philippi Agrigentini au-  
toritate, iurati testes excepti miraculorū  
duorum B. Gerlandi, que in superiore ca-  
salogo recensentur. exscriptum id instru-  
mentum apud me habeo, & rogatum est an-  
no dominisq. Incarnationis 1331. die 22.  
mēnsis Octobris 15. Indictionis. porrō mira-  
cula in oppido Leocata. Dicecis Agrigen-  
ting excepia hoc instrumento, sunt illa; quæ  
acciderunt Iacobo de Naso, & filio Mer-  
cantij de Laurenzio. Ex eo credibile est,  
Thomam, Episcopum Syracusanum, qui  
miracula B. Gerlandi iurata excipi in alie-  
na Diceci curauit, multo magis in sua iib  
fieri susisse, sed fortasse Alba amissasit, ideo-  
q; ad Iovan. Oroscī Episcopinotisiā nō perme-  
nere. ex his miraculis auctoritate ecclesia  
iuratis aliquod etiam caseris robur accedit.

## ANIMADVERSIONES IN VITAM BEATI FRIDERICI



ATYS EST FRIDERI-  
CVS SYRACVSIS.]  
qua de B. Friderico tra-  
dimus, cum ex antiqua  
Ecclēsia Syracusana  
traditione autem ex M. S.  
libro Francisci Catalig  
Syracusane Ecclēsiae  
capitulare iuratisque alterum mantinen-  
tia, excepimus. sane antiquis temporibus,  
B. Friderico in Ecclēsia Syracusana  
reputatus fuit. ex imagine miraculosa circum pī-  
ctus: sed incertis temporum intermissionis.  
opus haec hinc in Gallia Syracusana Socie-  
tatis Iesu, in sacra apud eum ecclēsia Sancto-  
rum Reliquiis affermatur.

DEMORTVM HOMINEM REVO-  
CAVIT IN VITAM] miraculum susci-  
tati hominis à Beato Friderico, in veteri  
eius tabula depictum est.

A PETRO EPISCOPO] Petrus Epis-  
copus, ex Illustrissima Montecassinorum  
familia, natione Catalanus, ex Archidia-  
cono Virgiliensi electus Episcopus Syracusa-  
nana Ecclēsiae, anno Christi CI CCCXIII  
vita excessi anno CI CCCXXXVI. co-  
dem Episcopo, Ecclēsiam Syracusanā admitti-  
Tom.3.

Fratre, anno CI CCCXXVII. corpus B. Ger-  
lādi Equitis in D. Marię de Teplo, inter Ca-  
latagironum, & Platam inuentum est.  
AMORE LUDOVICI EPISCOPI] 4  
Ludovicus Platanoides fuit, baius nomi-  
nis II. obiit anno Christi CI CXL.  
EX HIERONYMO POETA SYRA-  
CUSANO] 5  
is fuit Hieronymus Abola, Bar-  
ros Bascalia. vir sane memorandus, & pen-  
de memoria, in dictis acutus, promptus in  
explosionibus, bilans in coniecta, apud vir-  
ros Principes maxime gratiosus. & appri-  
mis pīas. multa compoñit tum latine, tum  
sacra metro. Obiit ror paralyti, anno statis  
LXVII. sepultus est in cœle D. Dominici, an-  
te aram maximam, IV. Nonas Februarij.  
anno Christi CI CXLVII.

ANTE ANNOS FERME IV. ET XXX.]  
ut effossum est sepulcrum B. Friderici, alia  
corpora ferme tria, in eadem arca, cum eo  
condita sunt reperta. exinde illum credide-  
rim in familię sepulcrum magnificenter  
quam prudenter il latit. ex eo factū, ut sacra  
profanis ossa confusa internoscibant potue-  
rint. eius baculus inuentus agnitusq; est, &  
vestitis particulis. igitur ossa oīa ex hoc sepul-  
cro in sacellū D. Virg. simul deportata sūt.

L. ANI-

# ANIMADVERSIONES IN VITAM BEATI GERARDI



BRARDVS VALEN-  
TIAE NATVS Panor-  
mi, in Cenobio Fratris  
Ordinis Minorum Sant-  
i Francisci, extat M.  
S. liber membranaceus  
quo vita. & miracula  
B. Gerardi à B Bartho-  
lomeo Pisanio copioſſime scripta sunt, ex  
eō nos, quę ad vitam B. Gerardi spectabat  
integre excepimus, ex miraculis pleraque  
et illustriora, concinnata ditione. mem-  
bris etiam B. Gerardi id est B. Bartholomeus  
Pisanus in opere, quod inscripsit de Confor-  
mitate vita B. Francisci ad vitam Iesu  
Christi libro 1. fructu 8. par. 2. cap. de  
Provincia Sicilia; & fructu 11. par. 2. in  
Provincia Sicilia. Ceterum B. Gerardi vi-  
tam in priorem hanc partem historia SS.  
Siculorum retulimus, quod ex antiquo usu  
illi cultus in Sicilia honoresque publici. nā  
Panormi in Ecclesia Cenobitarum Diu-  
nis Francisci pietatis eius Imago visitur radice  
ornata, lampas ante corpus accensa, com-  
memoratio in officio, & missa fit die Do-  
mino, infra octauam Nativitatis Domini  
eiusdemque Reliquia in supplicationi-  
bus, qua in ea Ecclesia habentur, cum  
pompa deducuntur.

IM S. LVDOVICVM EPISCOPVM  
TOLOSANVM qui ex Carolo Claudio  
Neapolis, & Sicilia Rege II. cuius nomi-  
nis, & Maria Stephani Vng. rix Regis filia,  
in ordine alter, natu est. à Bonifacio  
Papa VIII. Ecclesia Tolosana praefectus  
est, anno Christi 1296. & consequente  
de mortuis, 15. Kal. Septembri, sanctitate  
miraculisque clarissimus. D. Ludouici Epi-  
scopi soror fuit Helenora Regina Sicilia,  
femina religiosissima, qua Friderico dire,  
& Sicilia Rege vita functa, habitu Ter-  
tij Ordinis S. Francisci induita, pietateque  
dedita, annos IV. superbes fuit. obiit in  
Monasterio S. Nicolai de Arena, quod in  
Acta monte stum erat. cadaver Catanae  
translatum, & in ade Cenobitarum San-

*Ei Franciscis conditum, hoc Epitaphio.*

Sicilia Regina, iacent hic est Leonora;  
Regū nata, patrū, coniux, insignis, honoris.  
Hoc Caroli, Petri, Friderici, sancte sororem  
Accipit in celo dignam, Ludouice, priorē,  
Quamvis Arena Nicolai migraverit sede,  
Hoc voluit Catane Francisci susterre sede.  
Ordinis & devota sui, sidus bene mite,  
Hoc iacet hospitio, completo tempore vite

**COENOBIO CASTRI RANDATII.]**  
Randati id factum, scribit idem B. Bar-  
tholomeus libro primo conformatus, fra-  
ctu 8. sed fructu 11. in Cenobio Politi ob-  
tigata memorat.

**IN CÆLESTIVM COETVM TVM**  
RECENS RELATVM J. Diuus Ludovi-  
cii Episcopus Tolosanus in Sanctorum  
numerum adscriptus est à Pontifice Max.  
Ioanne XXI. dicto XXII. sui Pontifica-  
tus initij, extremo anno Christi 1316. ab  
excessu IX. post annos

**ELISABETTA REGINA SIGLÆ]**  
cadem quo alijs Isabella, Henrici II. Ca-  
rinbis Dueci filia.

**SEPTEM VERG. FEMINAS HABEE**  
RET quatuor ex his Hieronymus Suria  
commemorat Leonoram, ad annum  
1349. Euphoniā ad annum 1355. Blan-  
cam, & Iolantem, ad annum 1356. Leo-  
nora, Aragonia Reḡ nup̄ fit; Blanca  
Ioanni Emp̄arum Comiti, alteram ex  
Petri Sicili Regi, & Elisabetta filijs  
Francorum Regi, alteram Roberto, Baib-  
aria Duc̄. nuptiam significat idem Sy-  
rita, ad annum 1354.

**CONGRUENTIA SCIAS**  
**CVL LVDOVICO NOMEN J. Ludou-**  
**cius Petri Sicili Regis in Hispania si-**  
**nus, Casana natus est, anno Christi 1313**  
**2. Non. Octobrii. Et anno 1339. Kalen-**  
**dis Septembri. Tournemēti natus est**  
**Fridericus.**

**VRBEM THIBRAHS OBSIDEBAT J**  
**udi Fazellam v. & Academiam.**

Hier. Suria  
Indic. regum  
Aragoniz.

# ANIMADVERSIONES IN VITAM DIVI CONRADI



**CRIPTA A VINCEN-**  
**TIO LITTARA] qui**  
**D. Conradi vitam, &**  
**& miracula ex aliorti**  
**monumentis collecta,**  
**in lottomum transfulit.**  
**idemque Hieroico car-**  
**moris, utrum libris circu-**  
**cis, quos Conradios inscripsit, res etiam**  
**gigas. D. Conradi scriptore viri Netini**  
**Antonius Venetus, Jacobus Ribaldus, Hiero-**  
**nymus Pugilis Presbyter metro Sicu-**  
**lo libris X completa, Ioannes Scutariss Episcopus,**  
**& nouissime, ac copiosissime**  
**Petrus Maria Campus, Antonius Pla-**  
**centinus, nos vitam, à Littara editam, da-**  
**mus latine scriptore, sed stylo paululum**  
**perinde. Scriptiones suam diceauit Lit-**  
**tara.**

**BARONI BVSCELLI CAROLO IA-**  
**NANTIO] iste efficiens pietas, & munifi-**  
**cia maxima perspecta fuit erga Societatem**  
**nostram, ei sola firma notam, cuius**  
**Collegium in urbe Novofundavit, quod gra-**  
**ti animi causa recolo.**

**CONRADVS DOMO PLACENTI-**  
**DIYS] Placentia, D. Conradi patria, loca**  
**de verbi in Gallie Tagata: vetere nobilita-**  
**cem, ut ait D. Ambrosius, ipso adhuc no-**  
**mine sonat.**

**GENERE NOBILIS] ex nobili fami-**  
**lia Confalonierii fuisse tradit Hieronymus**  
**Pugilis, ex coaque Campus, aliquae ex**  
**Camp, vita eadem familia institit B. Adelasia, Virgo**  
**B. Conradi. Placentia Autista Monasterij S. Syri**  
**cap. 1. & 12. Ordinis D. Benedicti, quae anno Christi**  
**Philip. Fer. 1356 demortua est. Petrus Maria Campa**  
**fuisse credetur amitus D. Conradi, plerique**  
**autem memorant, D. Conradum ex illis**  
**Hierendorum gente existasse, concubio**  
**Philippus Ferrarius, quod fore afferat**  
**D. Conradi pater ex Confalonieris, matre**  
**ex Hierendorum virpe fuerit. nec disceat**  
**Campus.**

**GVBERNATORE CIVITATIS]**  
**quem Galatianu Viscontium nominans**  
**Littara, Campus, Corius, Locatus.**

**EVM EVPHROSYNA VXORE]** si

**Heboris, viri nobilis, ex urbe Insub-**

**ria, donde Littara, & Campus.**

**NETVM PERVENIT]** sub annum

**Christi 1315. statim vero sua 25. natu-**

**rum Conradus anno ferme 1290. ut ait**

**Campus, porro B. Conradi Placentia**

**Romam contendit. Roma Panormum ap-**

**pulsus, unde Neptum recte se consultit, ab**

**qui hic semper vixisse, obsequio, ex eius**

bistoria ferens combat, sed in Insula Melita, penes eccolas Opiduli, eni Musta no-men, fama est. D. Conradum prope sinum S. Pauli habitasse, quo loco tempestate bac nostra ades est. D. Pauli primi Bremita, ac fontem, qui illic stibat, S. Conradi virtute scaturisse. sane is cum in via accolarum inuiceretur, in eorum odia incurrit, qui conati virum criminari, & uicisci, mulierem submisere, cuius dolis subuertentesur, cum eni malier, lauantam ire simulans, ad eum venisser, opemque, inclamatet, egressi opidani, qui in insidijs erant, factoque impetu, sanis. Conradus impentes, usque ad lieus infecati sunt. quo is iam se collegisset, relicto baculo, stra-toque in aquis pallio, insecedit, marique peribut transmisso in Siciliam venire, ac Melitenses reliquit stupore perculsus, & veniam deprecantes, in eo abscessu, multa circumferunt Insulam, Conradus quo prae-dixit, ut Insula Melita oblitata est a Maris illam, anno 1410. cladem opiduli Musta à Rais Sina circa annum 1520, aduentum equitum Hierosolymitanorum, ex Rodo in Insulam Melitam, per speciam accipitris deplumatis, nonaque orbis fundationem. Hoc de D. Conrado Melitensis tradunt de quibus manu narrata apud nos notitia mobis neque ea affirmare, neque rejicare est animus.

**GVILELMVS IS] sancte vixit obijq,**  
**& in opido Xelio, pridie Nonas Aprilis,**  
**colitur, vixit suo loco dabitum.**

**IN QVOSDAM COLLES]** cuncta fluvia

**nam Alinarum, Syracusiorum, Victoria**

**vixera Atheniense, alii insigniora, eisibus**

**passuam millibar Neto seruos, totidem**

**Avolopido, eam inter stramque, que di-**

**stent loco nomen, si. Pizzi, quo in cremo,**

**Oratorium deinde extractum est D. Conra-**

**dos sacrum, adiunctorumque Carnobium, ap-**

**mittarum III. Ordinis S. Francisci.**

**EX A D INVISENDAM CRVGIRIX:**

**IMAGINEM] quo apud Netinos in proje-**

**pus venerationis est. eam fama tradit a D.**

**Luca depictam, atque a quodam Bagolar-**

**do, non sine miratio, Netum ex Vibo**

**Roma deportatum.**

**FVXTA OPIDVM AVOLAM]** quod

**plerique veterem Hyblam putant. fallun-**

**tar: in Sicilia Hyblaeum utrius Tbusydi,**

**& Stephano. Hybla maior utrius Pausanias**

**aet, in agro Catancensiorum Tbusydi, non**

**longe ab Inessa: & Centoripe; Prologeus**

**Mediterraneam facit. altera Hybla minor**

**sicut sit Panormus: in agro Catani: fa-**

**nibus**

**Digitized by Google**

nibus erat: qua primum Hybla, dein Moga-  
ra, Thacydidi, & Stephano, Syracusas  
inter, & Catanaam. postremam Hyblam.  
Thacydides in agro Geloo locat. quod Au-  
la nullo modo conuenire potest, quod ma-  
ritimum opidum inter Syracusa, & Ne-  
tum. recte Fazellus, Auolam recens opi-  
dum esse scribit.

IN D. MARIAE A CASTRO I. quam-  
adem Idrdanus, Comitis Rogerij filius, se-  
didisse traditur; cui postea a Crucifixo no-  
men in dictum quod abduc manet à Sanctissi-  
ma eius imagine, in eo templo perculta.

OBIIT.... XI kAL. MARTII. I qui dies  
natalis eius in urbe Neto festus peragit, ac  
præterea Translationis eius V. Kal. Sep-  
tembris, cum facta potestate à Leone Papa  
X. Diuus Conradi corpus è sacrario in sacel-  
lum eius translatum est.

ANNO CI CCCL. I. etatis D. Conra-  
di LXI. Ascetica vita XXXVI.

LEO PAPA X. CONCESSIT ] ad quem  
impetranda rei missus B. Bernardinus Bri-  
xianus, Ordinis Predicatorum, qui Cor-  
nobij Calatacibetta Prior sancte obiit, &

inter viros Beatos eiusdem Ordinis à Ioan-  
ne Michaeli Piò numeratur. Diploma  
Leonis, Papa X. post Notas subiectas.

IACOBVS EPISCOPVSC SVTAREN-  
SIS] vir Siculus, domo Notinus, Scodra-  
autem Liuio, & Ptolemy, Illyrici opidum;  
Floro, caput gentis Macedonie. bode-  
Scutari, ex Volaterrano, & Sophiano.

EX INDE PAVLVS III. ] exstet eius  
diploma datum iij. kal. Novembris, anno  
Christi CI CXLIV. dein Clemens Pa-  
pa VII. concessio, ut D. Conradus propriæ  
Officio, & Missa in urbe Placentia, ejusq;  
Dioecesi percoleretur, datis liberis j. & kal.  
Novembris, anno CI CCLX. Paulus ve-  
ro Papa V. Neto, ac Dioecesi Syracusang  
idem permisit xj. Kalendas Junij, anno  
CI CXCIV. eorum D. Conradus tota  
fere Sicilia honoratur, precipue tamen Pa-  
tronus est orbis Neti, ubi corpus eius in  
area ex argento conditario ornato sacello.  
Patronus etiam est Molfette, in Apulia;  
ubi in ege Cathredali, D. Conradi regis  
argentio simulacro afferatur.

## DIPLOMA DE CVLTV D. CONRADI



Aacobus Humanus, Dei,  
& Apostolicæ Sedis gra-  
tia, Episcopus Scuta-  
rensis, Abbas S. Spiritus  
prope Calatanissetta,  
& eiusdem Domini Epis-  
copi Syracusani Vicar,  
Gener. & ad instanscrip-  
ta virtute inserti Apostolici referipti Dele-  
gatus Apostolicus, omnia, & singulis Chri-  
sti fidelibus vtriusque sexus, in hoc Regno  
Siciliæ, presertim totius Diocesis Syracu-  
sanæ, & signanter ingeniose ciuitatis Noti  
Vicarijs, Viceviciarijs, Decanis, Archidia-  
conis, Cantoribus, Rectoribus, Præbenda-  
tia, Plebanis, & quibuscumque aliqua Ec-  
clesiastica dignitate fungentibus; in hoc  
prædicto Regno Siciliæ constitutis, ad quos,  
seu ad quæ præsentes quomodolibet per-  
venierint, seu præsentatae fuerint, salutem  
in Domino sempiternam. Dudum per Oc-  
economum, & Procuratorem vniuersitatis  
ingeniose ciuitatis prædictæ Noti, fuit no-  
bis presentatum quoddam Apostolicum  
referiptum, omni, qua decet, sollemnitate,  
expeditum, tenoris sequentis: Leo Papa X.  
Vener. Fratri, Episcopo Syracusano, vel  
eius Vicario in Spiritualibus Generali. Ve-  
ner. Frater, salutem, & Apostolicam bene-  
dictionem. exponi nobis nuper fecerunt di-  
ledi filii, uniuersi incolæ, & habitatores ter-  
re Noti, Syracusanæ Diocesis, quod iam  
CLX. annis, & ultra elapsis, bonæ memo-  
rie Conradus Placentinus, de nobili gea-  
re procreatus, ad dictam terram accedens,  
in quodam Eremitorio, in certa silua, prope  
dictam terram confinente, usque ad victimu-

vite sua, Eremiticam, & laudabilem vitam  
duxit. ac eius intercessione tam ante quam  
post eius obitum plura, & diuersa miracula  
Dominus noster Iesus Christus, imbi ope-  
ratur de præsenti, pro ut in diversis instru-  
mentis, seu scripturis publicis desuper de-  
tu, seu tuac Episcopi Syracusani mandato,  
confectis, plenius dicitur contineat, & pro-  
terea incole, & habitatores prædictæ ob-  
multa miracula prædictæ, ab eo tempore  
citæ, eundem Conträdum pro Beato vene-  
rati sunt, & venerantur de præsenti, ac eius-  
dem Contradi obitus, vel certum aliquando  
vt festum, obseruant ac impossibile quodâ-  
mojo foret, eos & veneracione & obserua-  
tione huius dici rueruntur: cum autem nulli  
liceat, quensquam pro Beato absque auto-  
ritate Sedis Apostolicæ venerari, & prop-  
terea dubitent excommunicationis, & alias  
sententias, & penas ecclesiasticas incurris-  
se, supplicari fecerunt nobis humilitè dicti  
incolæ, & habitatores, vt super his oppor-  
tune prouidere de benignitate Apostolice  
dignaremur. Nos igitur huiusmodi suppli-  
cationibus inclinati, fraternitati eua per  
præsentes committimus, & mandamus, vt  
de præmissis, nobis expositis, & diligenter  
informes, & si seruat seruandis, præmissa  
vera fore repereris, eusdom incolas, & ha-  
bitatores, ac eorum singulos ab excessibus  
tutiusmodi absoluas, in forma Ecclesie con-  
sueta: eisdem, nec non alijs quibusue Chri-  
sti fidelibus, vt eundem Contradum, prout  
alios Beatos Confessores, nondum cano-  
nizatos, venerari, illiusque festum diem, per  
te deputandum, celerare, ac omnia, &  
singula alia in præmissis, & circa illa neces-  
faria.

faria, seu quomodolibet opportuna facere libere, & licite possint, & valeant. I licentiā & facultatem perpetuo concedas, non obstantibus Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus consilijs editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, ceterisq; contrarijs quibuscumque Datum Roma, apud S. Petrum, sub anulo pectoris, di 12. Iulii 1515. Pontificatus nostri anno III. Petrus Bembus. Post cuius rescripti presentationem, & ea, qua decet, reverentia receptionem, fuimus per eūdem Economenum, & Procuratorem universitatis, praedicto Ingenuo ciuitatis, instanter requisiti, quatenus ad executionē eius procedere dignaremur. Nos igitur Jacobus Apostolicus Delegatus, qui supra, volentes mandatis Apostolicis, prout tenemur, humiliter obedire, pro executione praesertim rescripti Apostolici, praesentatos nobis nonnullos testes, de mandato Dalmati, tunc Episcopi Syracusani, sollempniter, & fideliter receperos, numero supra L. ab annis 30. supra, diligenter inspeximus, & recognoscere volētes reperimus ipsos fide dignissimos depositos de vita sanctitate prefati Conradi, & de innumeris miraculis, eisque diversis, quae per eius merita, & intercessiōinem dignatus est Saluator noster. Iesus Christus, operari, ab annis tunc numeratis, ut plurimum LX. nunc vero XC. Addimus et quod praefatos testes pro maiori parte tue in senectute, nos vero in pueritia constituti recte cognouimus scilicet, & Deum timentes, qui nullo pacto, nullaque ratione vel causa, testimonia sua nisi vera, & certissima perhibuerunt, attamen ut rem omnem omnem exploratissimam haberemus, ne aliqua forte dubietatis suspicio, quacumq; ex parte, oriatur, mandauimus, ut aliquot alij denuo testes reciperentur, qui deponerent de miraculis recautoribus, & hoc tempore sanitatem ipsius Conradi declarantia experiremur. oblati sunt nobis multi testes, & quasi innumerabiles, ex quibus 7. tantum delegimus, qui testimonia in scriptis perhibuerunt, quia miracula evidentissima, intercedente in dictū Conradi deuotione, in suis personis experti sunt, qui magnā, & mirabilē diuersarū etatitudinē sanitatē à Redemptore nostro, Iesu Christo, medianibns dediti Conradi meritis, & intercessionibus recepterunt. hęc nos agnoscētes, noluimus in hac re diutius cōmorari, noluimus tandem veritati, eq; manifestissimę obuiare, ne calamitatores potius, quā veritatis inquisitores viderentur. cognouimus, uidimus, & ipsa experientia perspeximus vitę sanctimoniam, virtutem, & prærogativam sancti viri: unde mādata Apostolica prosequi volētes, ut nō minus volumus, quę debemus, cives, incolas, & habitatores huius ingeniosę ciuitatis Noti in maiori Ecclesia S. Nicolai cōgregatos, ac eorū singulos vtriusq; sexus, qui sine auctoritate Sedis Apostolicę, corpus eiusdē Conradi, licet Beati, venerantes, in censuras Ecclesiasticas incidissent, ab omnibus huiusmodi excessibus, auctoritate apostolica, qua in

hac parte fungimur, in forma Ecclesiaz consueta, absoluimus. Exinde cum clero, & populo processionaliter ad capsā, in quā corpus Conradi supra centesimū, & sexagesimū annum repositum fuerat, accedentes, capsā ipsam aperiri iussimus, qua reserata, tanta odorum fragrantia per totum téplum illud diffusa est, vt omniū aromatū odoramenta ibi recondita viderentur vidiimus, & manubis nostris contrectauimus caput, & brachium unum duxtaxat à corpore separatum, quod quidem brachium theca argentea copertum, in eius honorem, populo ostendi religiose consuetū erat, reliquum vero corpus, cum ceteris membris suis integris, ad unū coherentibus, & cōnexis, carne vestitum, à die depositionis, & obitus ipsius Conradi, supra centesimū, & sexagesimum annū, ut superius dictum est. Has itaq; Beatas Reliquias, in eadē capsā iterum reconditas, cū clero, & omni populo processionaliter efferrī iussimus, & honorifice cōduci ad téplum Sacratissimi Crucifixi, vbi Saluator noster, Iesus Christus, miracula evidentissima ostendere dignatus est, nā nonnulli, qui fracturā, & viscerum dissolutionem in inguine patientebantur, sub capsa Reliquiarum deuote orantes, statim sanitatum beneficia receperunt. Nos itaq; apostolica auctoritate, qua in hac parte fungimur, tam ipsis habitatoribus prelibata ciuitatis Neti, quā omnibus quibuscumq; alijs Christi fidelibus, vtriusq; sexus, ut eiusdē B. Conradum, prout ceteros Beatos confessores, nondū canonizatos, venerari, illiusq; festum diē 19. mensis Febr. in quo die hinc migravit ad Dominum, per nos depicatum, celebrare, & omnia, & singula alia in præmissis, & circa præmissa necessaria, seu quomodolibet opportuna facere, libere, & licite possint, & valeant, licentiā, & facultatem perpetuo concessimus. ac etiam quod dictum beatum corpus efferrī, & processionaliter per ciuitatē ipsam Neti conduci possit, quandocumq; & quotiescumq; recessarium, seu opportunum Vicario cum clero, & magistratu cura populo ciuitatis ipsius pro tempore videbitur. non obstantibus Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus consilijs editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, ceterisq; contrarijs quibuscumq; Vnde ad futuram rei memoriam, & in præmissorū omnium, & singulorum fidem, & testimonium, has nostras patentes executoriales, seu declaratorias literas fieri iussimus, nostrę manus subscriptione manitas, & Pontificalis signilli pendentis impressione roboratas. Datum in ciuitate ingeniosa Neti, in domo nostra solita habitationis, 28. die mensis Augusti, 3. Indict. 1515.

*Jacobus Hunatus, Episcopus Scutrensis, & Delegatus Apostolicus,  
qui supra.*

*Reverend. Dominus Episcopus mandauit mihi Don Francisco de Au-  
rifice Prosecretario.*

ANI:

# ANIMADVERSIONES DE SANCTISSIMO CLAVO D O M I N I C O.



**Baron. to. 3.** ex animo dubitatio,  
ad An. Chr. 326.

**E** aliis fortasse minus credibile videatur. Catanae in Monasterio S. Nicolai, Clavum Dominicum esse (qui certe quidem in eo religiosissime seruatur) omnique

**Iacobus Gretserus**, dicat hæretici, sit, quis nam ex Orthodoxis plures, quam quatuor clavos Dominicanos agnouerit? nec plures, quam tres, aut quatuor reperire possunt. Dicet plures eorumdem clavorum Dominicorum particulas, diuerissimis in locis, reperti, nihil prohibeat. veteres enim instrumentorum passionis Dominicæ amantissimi, ubi vel minimam particulam ex clavo Dominicano nati essent, integro clavo thesaurum illum sacratissimum includebant; quo accedit, ut ob aliquam partem Clavi Dominicani, totus clavis sacer censemur potuit etiam fieri, ut clavi, quibus affixa fuit Crucis tabella, seu titulus, Clavi Crucis simpliciter dicerentur, & haberentur. affimat enim S. Cyprianus, tabulam tituli, cum nomine Regis Iudorum, tribus clavis fissae Crucem confixam. videri etiam posset Joannes Ferrandus, Societas Iesu de Reliquijs lib. I. cap. I. sect. 3. & cap. 4. art. 3. sect. 2.

**E**x his, qui doctissimi viri de Clavis Domini multiplicatione firmant, Clavis Dominicana, qui Catana seruatur, robur, & fides est, sed illud negotiorum farcili, quod ad-

juratus Demon retrulit, bunc Clavum esse, qui dexteram Christi manum transfodierat, an spiritus mundus in hoc illudere voluit, ac permisit id Deus, nostra religionis auctor, & custos porro membra Paulus Diaconus, de clavis, quibus Christi Domini manus fuerant perforata alteram ab Helena Augusta in galera Imp. Constantini missum, alterum equi eiusfreno insertum; sed non explicat, quibus horum dexterarum, quas sinistra clavis fuerit, traditur a Daniele Mallonio, in Mediolanensi Basilica, Domini clavum assertari, qui freno Constantini fuerat integrus: non tamen ab eo promisit, Clavis ne fuerit alterius Domini nostri manus, sive ex tribus Domini clavis (nam quartum in mare Adriaticum proiectum sciunt) unum Roma esse, in Ecclesia S. Crucis in Hierusalem, scribunt Maurolycus Abbas & Adricomius. in æde S. Dionysi, prope Lutetiam, sacer Clavis seruatur, Paulus Aemilius: Treweris item, Clavis dextre pedis, ex Lipsia, aliosque in alijs ecclesijs Christiani Orbis leges. sed nihil hic Clavorum numerus me moueret, cum nullum ex his esse conpperimus, qui Christi dexteram pertulerat: ac plerosque ex his partitura ali, na veri clavis Dominicanae permisimus, confessos fuisse, affirmare necesse sic. verum ne fortasse audacter videar, si asserturis clavum Catanicum esse, & illum quidem integrum, & qui dexteram manus Iesu Christi transfoderis sententiam non precipito, sed illud pro certo affirmans, huic clavo parte aliquam adiunctam eius clavis, qua Christi dexteram manus transfixit: utque ex parte totas clavis sacer censetur. ita etiam esse dicitor, qui manam dexteram Christi perforauit, ceteris ne penes quempiam & qua dubitatio relin quatur, clavum Dominicum esse; prater antiquam traditionem, & Monasterij Catanicensis monumena, qua multum auctoritatibus apud omnes, babere debent; plurimis etiam prodigijs, miraculisque resurrecatem liquido debarcantibus, Deus voluntate esse voluit, ex temere nobis facere videatur, si qui rem eos, sanctisque, & quidem illustribus argumentis probata, sanos audias pernigare.

**Paul. Diac.**  
**hist. miscel-**  
**li lib. II.**

**Dan. Mallo:**  
elucidat. ad  
**Alfon. Pa-**  
**lizotum de**  
**Christi sig-**  
**mat. Sacra**  
**Sindoni im-**  
**pressus.**

**Mauro. lec.**  
**Reliquiarū.**  
**Adricom.**  
**descrip. vrb.**  
**Hierusalem**  
**Paul. Aemil.**  
**de reb. gest.**  
**Franc. in**  
**Phil. Aug.**  
**Lipf. Not.**  
**ad 2. lib. de**  
**Cruce ca. 9.**

**Iacobus Gretserus**,  
de S. Cruce  
lib. I. c. 20.

**S. Cypr. Soc.**  
de Sina, &  
Sion.

ANI-

# ANIMADVERSIONES IN VITAM BEATI GUILIELMI NETINI IN ITALIA



**N**ATVS EST GUILIELMVS ] Beati Guilelmi Netini Vitam copiose Franciscus Torres, Siculo carmine, tradidit, Vincentius Littara, prosa, ad compendium contulit. soffram composuit ex Iuratis Actis, auctoritate Ecclesie, quorum autographum in arca Reliquiarum Beati Guilelmi seruatur. illud te monuerim, hisce in Actis iuratos quosdam testes, ex quibus Franciscus Torres accepit, Beatum Guilelmum Coffitellam cognominatum, affirmare. at Vincentius Littara, aliquique, quibus potior fides de familia Bucceria fuisset, memorant. fortasse hoc Guilelmi gentis nomen, sed illud cognomentum fuit ex viri habitu, et umber maleque affecto corpore, ex apri vulneribus.

**IN AEDES ----- PROPTER EC-**  
**CUESIAM CRVGIFIXI ] que Reliquia**  
**erant diruta arcis Saraconica, in urbis**  
**aditus: celo illis nomen, ut diximus Nois**  
**ad uitam D. Conradi.**

**CVM DECEM FERME ANNOS]**  
Guilelmus igitur eae urbe Neto in Sicilianam Siluam profectus est, sub annum Christi 1345. cum paullo ante dicatur. Christi famulatu se mancipasse, Anno 1335. errant igitur nonnulli, qui Beatum Guilelmum aiunt, audita Divi Conradi morte, eius emulatione in solitudinem contendisse. is enim obiit anno Christi 1351. quin paulopost, Dixus Conradus venisse dicitur in Sicilianam crevum ad visendum Beatum Guilelmum igitur Beatus Guilelmus 5. ante annos, quam D. Conradus vita excederet, in Sicilianam Siluam secessit.

**AD ISPICAM OPIDVM PERVE-**  
**NIT ] Spaccafurnus vulgo dictus, era-**  
**ditoribus, & in publicis commentarijs ex**  
**Fazello, & Aretio Ispicafundus, deducto**

nomine a proximo flumine Hyspa, cuius meminit Silius:

Nec non qui potant Hyspamque, Alabineque sonoros.  
consentit Maurolycus ab Hyspa dictum opidum Ispicafundum, quod vulgo perperam Spaccaturnus. Fazellus putat, Spaccafurnum, Silius Hyspam esse, cuius, ait, ruinæ paullo supra, in ualle spectantur. at Silio Hyspa fluuius est: an cognomine opidum habuerit, incompersum mibi. baret Abramamus Ortellius in Hyspa, & Hyspa. sed duo Sicilia fluuij sunt, in latere Sicilia Meridionali. Hyspa Polybio, Plinio, Ptolomeo, Lilybae pro ior, iuxta Selinuntem, hodie Bilici: Hyspa Silio, iuxta Pachynum, à quo opido diruto nomen, ut Fazellus censuit, cui proximus Spaccafurnus.

**SCICLITANAM SILVAM PERVE-**  
**NIT ] proximam opido Sciclio. quod Are-**  
**tio, Xiclis; Fazello, Siclis, & Siclum;**  
**Maurolyco Xicllum, & Siclum. putat A-**  
**retius vetus Siculum esse: non crediderim.**  
**rectius Fazellus, recens opidum censet,**  
**quod Meridionale, iuxta Pachynum. in-**  
**certa nominis origo: nescio quis Siclum**  
**putat dictum à Sil quis (que vulgo ciru-**  
**bz) quibus abundat quod fidem non**  
**exorat,**

**CONCESSIT PAVLVS PAPA III. ]**  
a quo id impetratum, anno Christi 1537.  
cum Beati Guilelmi corpus sine publicis  
honoribus, auctoritate Ecclesia Romana,  
annos 133. sed plurimis illustre mira-  
culis, fuisse. et si vero B. Guilel-  
mus pridie Nonas Aprilis

ad Dominum migra-  
uerit, eius tamē

festus dies

apud

Sciclitanos, Dominica

in Albis, solenni

pompa cele

bratur.



# ANIMADVERSIONES IN VITAM BEATI PETRI HIEREMIAE



**IT A BEATI PETRI**  
Vitam Beati Petri scripsit Cenobita eiusdem  
Ordinis; Anonymus, sed eius Synchronos,  
qui in eodem Cenobio  
Sancte Cite cum eo  
vixit, at vero illius di-  
stionem omnino mutatam oportuit, pluri-  
mis etiam Beati Petri meminit Leander Al-  
bertus, Joannes Michael Pius, Thomas  
Fazellus, Chronicus Ordinis Predicato-  
rum S. Dominici.

**E X N O B I L I N I G R O R V M F A M I-  
L I A ]** cuius nota satis nobilitas in Gen-  
uina Republica, unde B. Hieremia mater  
triunpha fuit.

**F E R R E A M S I B I Z O N A M ]** qua Pan-  
ormi in Cenobio Sancte Cite cum vene-  
ratione seruatur, eam admirantes vidi-  
mus ex circulis, seu ferri vergis quinque  
circumductis, digiti crassitudine, quam  
de ferro Zonam Beatus Petrus, dum vixit,  
continuo gestauit. semel enim inductam,  
excire haud fas fuit; eiusmodi enim ar-  
tificio contexta, colligatae, ut nec ad-  
stringi, nec laxari potuerit. quin ex-  
crescens adolescentis caro ferrum super  
inducta est. atq; adeo cū defudaret, ut  
cum ferri rubigine sudor emanaret. nec  
defuncto demum potuit, nisi XXX. post mon-  
tem dies, exsiccatu corpore. unus ex eo  
cingulo ablatus orbis, atque a Paulo Con-  
stabili, totius Ordinis Generali Magistro,  
Bononiensem delatus in cenobium, in quo  
Beatus Petrus virtutum suarum funda-  
menta alio posuerat.

**Q V I L A P S A M** ---- DISCIPLINAM  
REVOCA RET] plura reformati Ordini-  
nis sui cenobia, pricipue vero Panor-  
mitanum Sancte Cite, Cataneum, Ma-  
ertenum Sancti Benedicti, Alcamense,  
Caccabense.

**H I C D U M M O R A T V R A N N O**  
**C I CCCCLIV]** plurib[us] rem commemo-

rat Pazzolas, quem addit.

**A N N O** ---- CHRISTI DOMINI  
**C I CCCCLII.**] Leander Albertus ait,  
Beatum Petrum Hieremiam obiisse anno  
1436. sed latitur, ille enim annus eius  
mortis quem dixi, sepulchro inscriptus  
& antiquo lapidi certior fides.

**Q V A E I P S E V I D I** statim à Beati Pe-  
tri excessu, vite scriptor ait, ad Ordini  
Prepositum Generalem eundum mihi fecit,  
etsi vero multa miracula ad sepulchrum  
audita à me sint. ea tamen placitum me  
motu mandare, quorum spectator, & te  
stis ipse fuissim.

**C O N D I T U M S E P U L C H R O M A-  
R O**] tradit Ioannes Michael Pius  
sepulchro additam hanc inscriptionem  
spectatissimi Parris, Fratris Petri Hieremie  
olsa in hoc sepulchro sita sunt. cui doctrina  
& sanctitas vita nomen aeternum praebuit,  
& Prædicatorum Ordini laudem peperit  
gloriosam à Iesu Christo. 1452. 5. Nonas  
Martij obiit mortem. sed ille perperam  
eads Etus est. nisi sensum referre volueris;  
neque enim hac inscriptio legitur in se-  
pulchro Beati Petri Hieremia, elogium  
in eo inscriptum hoc est, quod subiicitur.

Beatus Petrus de Hieremia, Panormi-  
tanus, Ordinis Prædicatorum, hic requie-  
scit, doctrina, & miraculorum gloria ce-  
lebris. qui dum viueret, Theologorum  
decus extitit, nulli secundus, propterea sua  
manuscripta & impressa demonstrant.

opera & quanti meriti sic apud  
Deum, illa assidua testan-  
tur miracula, quæ per  
eum Dominus  
operator.

Domino feliciter ob-  
dormiuit, Nobis  
Martij,  
1452.  
†

ANI-

# ANIMADVERSIONES IN VITAM BEATAE EVSTOCHII



VICTORE ABBATE FRANCISCO MAVROLYCO] Vitam B. Eustochij primum sermone vulgaris scripsit re sacerdotiales Cenobij Messanensis monitis Virginum, eius aequalis, Hieronyma, & Cecilia, seruatur que manu exarata in eodem monasterio, eam Franciscus Abbas Maurolycus in compendium, vnaque in latinum transstulit, quam vitam hic damus. res etiam gestas, & miracula B. Eustochij scripsit Marcus Vlyssipponensis.

HIVVS PROAVVM] quem domo Casanensem fuisse tradit euenibij M.S. liber.

PVELLAM EX ROMANORVM FAMILIA] qua urbe Roma ducibat originem M.S. liber Messanensis.

ANNVM XIX. I duodecimimum habet cenobij liber M. S.

MATTHÆVM AGRIGENTINVM] virum eximia sanctitate, miraculisque praestantem, eius vitam, Deo volente, altero vitarum tomo dabimus.

PROLEM FEMINEAM] Deum precabatur, vt filiam pareret, quæ Virginis Dei paræ imaginem quæ pulcherrima erat, referret, ita habet liber M.S. Cenobij.

ADEM D. NICOLAI] M.S. liber Cenobij ita habet: puro die claroque, in ædem D. Nicolai ad preces fundendas ingressa, obscuram illam, ac plenam caliginis coiperit, perinde atque nox eset; Diuos vero in pariete depictos, interlucetes vident, in ea vero caligine humanas res videre videbatur. Stupenti, & visa admiranti repente in animum subiit, opulento cultu exueret, humanaque omnia despiciatu habere. vespere, adusta dominum reuertit; aspernata enim pulchritudinem, faciem ut nigraret, formamque corrumperet, vitro ad Solem exposuerat.

SVMPTOQVE CVLTU ASPERRIMO] interula primum è sacco, dein è crassa lana. demum è cilicio, M. S. liber Cenobij.

INSPECTA IPSIVS IMAGINE] liber M.S. Cenobij habet: oculos erigens, suosq; dominio genua demittens, vident igneum cireculum ex imagine prodeuntem, immensumque lumen, quo circumfusa, exanimis condidit.

IN BASILICARVM VIRGINVM COENOBIUM quod ex proximo Castello Roccetta Messanam translatum fuerat Tom. 2.

anno Christi 1345. bodie Cenobio nomen S. Maria de Basico.

DEMVM ORACVLO COGNITVM] M.S. liber Cenobij habet, deuotæ cuidam personæ reuelatum est.

CHRISTO SE SPONSAM DICAVIT] & D. Virginem Mariam in matrem sumpsit suam; Cenobij liber.

SE TACEO INDVSIO, ET INTERDV M SENTICATO] M. S. liber Cenobij plura memorat: cilicio vestiebatur ex porcino corio, ulcerando corpori. neque vero contenta, in collum Cenobij egressa, ruborum ramulos colligebat, quibus incisis, & interula insutis, induebatur: ijs vero exuta (neque enim perferre diu poterat) refrigeranda carni, crassam lanam super induebat. ad hoc, noua tormeta, quibus se cruciaret, semper exquirerat: candelis ex cera, liquefactis carnes exurebat suas. junibus brachia devinciebat, in crucis formam, ut in certamine, quod erat ei aduersus somnum, vinceret, atque ita in processu intenderet. cum illi in Odeum, ad psalmos decantandos eundum orat, mala secum medica deferebat, quibus oculos suos perfricabat; interdum ad id oleum adhibebat. tantaque vi aduersus somnam depugnauit, ut ei sanguis e naribus interdum profluxerit. sed breui viatoriam adeptam peruenit, ut noctes cum Domino transfigeret.

ADMOTA IGNI FACIE] Cenobij liber: interdum, ut aliquo se cruciata Eustochium affigeret faciem ad fornici flammam adurebat: eamdemque, ac manus, hebarum succis inficiebat, ut oris colorem, purpureum restingueret, eiusq; ochustatem deperderet. at Spiritus Sanctus illustriorem ei splendorem conferebat, ut humano maior ex infusa gratia videretur.

CELLAM SVB SCALIS INFIMIS] ad fumum addit manu exaratus Cenobij liber.

PRÆCIPVIS QVIBVSQVE FESTI] Domini Nostri, Diua Virginis Marie, SS. Apostolorum, & SS. Patronorum, & cenobij M.S. liber.

PANE SOLO, ET AQVA VICTI TARE] M.S. liber Cenobij: continuo iejunabat pane, & aqua: cum non iejunabat, nihil umquam peculiare in victu adnoscit, sed cibis, qui ceteris in commune dabantur, vescebatur. cum iurulentis escis, oleo confectis, ob imbecillitatem stomachi, vesci non posset, aqua eas lauabat. utque incide non saperent, absynthium perhiiscebat.

- humquam in culcitrīs ex pluma, lanaeō iaz-  
cuic, neque in sacco stramenticio; sed stra-  
guo gauſapino ſomnum capiebat, rētiuo  
tempore, cum ei quiescendum erat, ē cella  
in ſolum patens prodibat, ne reliquā Vir-  
gines precibus tum deditam eſſe cogitarēt,  
maxime enim auram, & gloriolam pero-  
derat.
- 18 EQVITVM, ARMORVMQ; STRE-  
PITVM] ut Buſtochium abſterrarent, &  
precentem iateturharent; ſed ibam per-  
ſi: iſſe immotam, oculis in Chriſtum cruci-  
fixum intentis, quamquam cohortem Da-  
moniacam prætereuntere perſenſiſſet; qua-  
re hanc confuſam abſceſſiſſe. M. S. liber.**
- 19 VBI TEMPLVM D. NICOLAO] que  
nunc loco eſt domus Professa Societatis Ile-  
ſu. monſtratur adhuc puceus à B. Buſto-  
chio deſoſſus, & malus medica eius manu  
ſata.**
- 20 LIBELLVS EIVS INSTITUTIONIS]**  
cum regulam B. Clara percepere, nec re-  
periret, miraculo Deus Buſtochium vori  
ſui compotem fecit, etenim cum byems eſſet  
ac nocte quadam plurimum pluſiſſet, pra-  
teriens vir nobilis, quis urbis via imber de-  
ſluſhat, libellum intuitus, de imbre cepit;  
quodque mirum fuit, nec pluia maledicta  
nec macula foſdatum, quem ubi aperuit;  
regulam B. Clara eſſe comperit, cum vero  
reſciſſet, à Monialibus deſiderari, ad eas  
transmiſſit, maxima illarum latitio: li-  
ber M. S.
- 21 CLAM SE COETVI SVBTRAHIT]**
- 22 cum annos 12. in eo Cœnobio commora-  
ta fuifſet. M. S. liber Cœnobij Meſſanensis.**
- 23 POST CERTVM SCILICET SPA-  
TIVM, poſt annos tres, Cœnobij liber M. S.**
- 24 LIBELLVM DE CHRISTI PASSIO-  
NE] qui extat manu exaratus penes Cœ-  
nobij Virgines.**
- 25 ANGELVS VISVS SVPER COLLE  
GIVM GENFLECTERE] M. S. liber  
Cœnobij ita memorat: Sanctimoniales suas  
omnes vidit, cum viuentes, tum demortuas  
in Ecclesia congregatas, & in genua pro-  
cumbentes ante ſacratissimam Eucharistiā  
ac præterea Angelum, qui dexteram ſu-  
per omnem illum conuentum extendens,  
Deo carum eſſe affuerabat.**
- 26 MATR M. CVM SORORE] M. S. li-  
ber ait B. Buſtochio, extremo vita, appa-  
ruiſſe Franciſcam ſuam ſororem, matrem  
Maidam ſuis cum ſororibus, & liberis, tū  
demortuis; viſaſque illam excipere, quare  
ingens in palatium deducerent. ſed in adiſ  
ſacra egressu, Virginum dolentiam catena-  
cam retinuifſe, que ſimul dicerent eſto ad-  
 futuras ad Buſtochium recipiendam, &  
in patriam deducendam.**
- 27 DVM INTER CANENDVM LEGI  
AVDIRET] ipſo die festo S. Andrea Apo-  
ſtoli, liber M. S. Cœnobij.**
- 28 FORMOSIOR VISA EST] atque ad ſo-  
rores verfa, nonne, di xit, hunc exerci-  
tum videris celeſtium ſpirituum? bos miſit  
ad me dulcis Ieſus meus, ad tutelam, & ſo-  
larium meum, M. S. Cœnobij liber.**

## ANIMADVERSIONES IN HIST.REPERTAE IMAG. SS.VII.

## ANGELORVM.



ΙSTORIA REPERTÆ  
IMAGINIS] quam  
compoſuimus tum ex  
ijs, qua T. boſmas Bello-  
roſus in opere de VII.  
Spiritibus, in conſpec-  
tu throni Dei adiſtantibus, &  
Antonius Du-  
ca in epiftola ad Sereniffiſam Margaritā  
Austriacam, Farnesiā, Imp. Caroli V.  
ſiliom, ſcripſere, tum ex antiquis monu-  
mentis Cœnobij Panormitanis SS. VII. An-  
gelorum, ſed noſtriſ biſe Notis interpre-  
tationem inuenitabula VII. Angelorum  
dumtaxat delibamus, iuſto opere, Deo vo-  
lente explicaturi.

QVOS INTER OMNES LVCIFER  
PRINCEPS, ALIS EXPRESSVS RV-  
BESCENTIBVS] quod Lucifer primo lo-  
copetus, alisque rubentibus, ignitorum  
spirituum princeps fuifſe indicatur. quo  
collimat Job, ipſe eſt principium viarum

Domini. Isaies, quomodo cecidiſti de  
cælo, Lucifer, qui mane oriebaris. Ezechieſ  
cedros, ait, qui ſunt in paradiſo, non fuifſe  
illi adæquatas, & aliis; tu ſignaculum ſi-  
militudinis, plenus ſapientia, & decore. ꝑ  
in persona principis Tyri de Diabolo dicti  
Tertullianus ita interpretatur: tu es reſ-  
gnaculum ſimilitudinis, qui ſcilicet in-  
tegritatem imaginis, & ſimilitudinis reſigne-  
ueris. plenus ſapientia, corona decoris, hoc  
eſt ut eminentiſſimo Angelorum, ut Archæ  
gelo, ut ſapientiſſimo omnibꝫ. & paulopofſ  
nec cum Cherub poſitus in monte sancto  
Dei, ideſt in ſublimitate caeleſti, de qua  
Satanam Dominus quoque decidiffe teſta-  
tur: nec inter lapides igneos demoratus, in-  
ter gemmantes fidetur radios, unde etiam  
quaſi fulgur, deiectus eſt Satanas. & D.  
Gregorius de Lucifer: idcirco iſte Cherub  
dicitur, quia tranſcendit cunctos ſcien-  
tia non dubitatur: qui in medio ignitorum  
rapidum perfectus ambulauit, quia inter  
Angeſ

*Angelorum corda caritatis igne succensa, clarus gloria conditionis existit. sed Luciferum ante lapsum frisse omnium Angelorum supremum reliqui Patres docent. Origines tractatu 9. in Matthaeum. D. Basilius lib. 4. contra Anomao, D. Iohannes Chrysostomus homilia de lapsu hominis. D. Hieronymus in illud Job, ipse est principium viarum Domini, D. Gregorius bonit. 34. in Evangelia, D. Iohannes de summo bono lib. 1. cap. 12. B. Bernardas sermone 1. de Adventu, D. Thomas prima parte qu. 63. art. 7. D. Bonaventura 2. sent. distin. 6.*

**CETERVM CORPORIS ALBICAT**  
ut a gratia, in qua creatus fuerat, & incendio amoris erga procreatorem suum, exercidere significetur. eamdem ubi caussam in tertia tabella Lucifer depingitur albus & quasi nubes superfusus, ut caritate in Deum excutus demonstretur.

**SOCIIS VI. DIVERSARVM CO-  
HORTIVM** quia varijs coloribus in tabula distinguntur.

**SVMMVM DVCVM M[ICHAELM]**  
omnium Beatorum Spiritum summum esse  
Patres docent. D. Basilius: Michael, Duce  
eum supernorum spirituum dignitate & ho-  
noribus praelatum ceteris omnibus dicit.  
Pantheon Diaconus, primum locum obti-  
nere, ait, inter mille millia, & decem mille  
myriades Angelorum ordinum. appellat  
maximam, & clarissimam stellam Ange-  
lici decoris, Angelicarum potestatum pre-  
stantissimum, maximumque, & Princeps  
Dei militis. Rupertus Abbas, sed Angelorum  
tam excellentium, maximus nobis est Mi-  
chael. B. Laurentius Iustinianus; S.S. Spi-  
ritibus pralatus est Michael, sicut Lucifer  
malis. sane quidem, qui Lucifer, rebel-  
liam principi, & maximo, se opposuit, Mi-  
chael fuit Apocalypsis cap. 12. bonorum  
igitur Angelorum Princeps, & Dux fuit.  
Danielis cap. 10. dicitur unus de principi-  
bus primis, & cap. 12. princeps magnus. pri-  
mi autem principes sunt VII. Spiritus, ex  
Ordine Seraphim, ante Deum adstantes.

**VEXILLVM CANDIDVM** ipse enim  
est signifer divinae militiae, cumdem extre-  
mo iudicio signum Crucis delaturum con-  
sent Ekius, & Blasius Vegas.

**RVBRA CRUCE INTERTEXTA**  
Vieg. in ca. 12. Apoc. co. mem. 1. se-  
c. 18. Apoc. 12. eiusque copia Draconem in celo viceret. D. Iohannes de SS. Angelis, Duce Michael  
& ipsi vicerunt eum (Draconem) propter  
sanctum Agni. D. Paulus, pacificans per-  
sanguinem Crucis eius, siue quæ in terris, si  
ue quæ in celis sunt. id est homines, & An-  
gelos. idem enim signum Crucis praemissa-  
rum omnibus Angelis in eo prælio fuit: sed  
bonis salutē attulit, superbis horrorem in-  
cussit. D. Ignatius, Princeps enim, ait, bu-  
ius mundi in hoc gaudet, quando quis Cru-  
cem negauerit. hoc enim tropheum est con-  
tra eius virtutem, quod videns expauescit  
& audiens timet. & paulo post: initium  
illi fuit ad damnationem Crux Christi, pris-

cipium mortis, initium perditionis. ceteræ  
Christi Crucem, & sanguinem non solum  
homini bus, sed Angelis profuisse, docet D. Hieronymus in epistolam ad Ephesios, in  
illa capituli 2. qui fecit utraque unum & in  
illa capituli 4. qui descendit, ipse est qui as-  
cendit, sed Christum Angelis gratiam, &  
gloriam meruisse & biologi docent, quos adi-  
An Michael Crucis vexillum prefert. ut  
significetur, Angelos, in eorum creatione,  
iussos a Deo fuisse, Christum futurum ho-  
minem, & in Cruci moriturum, adorare  
per fidem quam ob causam dicitur, agnus  
occensus ab origine mundi, à qua occiden-  
dus in tempore, Angelis revelatus fuit, at-  
que adoratus.

**DETVRBATVM HABET PERDV-  
ELLIVM AGMEN** prælium ab D. Iohan-  
ne describitur in Apocalypsi cap. 12.

**SERPENTEM POSVIT** historiam in  
sacra Genesi habet, cap. 3.

**ABRAHAMVM EXHIBET IN MAM-  
BRE CAMPIS** relege caput 18. Genesior.

**PVLCHERRIMA ADOLOSCENTIS**

**SPECIE** humana figura, teneraque ado-  
loscentium specie depinguntur Angelis; pro-  
pterea quod, inquit D. Dionysius Areopagita,  
homines ut intelligendi, menteq. pre-  
dicti sint, viisque cernendi ante babeant, &  
natura præsint, principatumque obtineat  
perinde atque nos doceat, cum ex rerum  
corporarum formis in mentes illas, mate-  
ria earentes, efforamur, nibil esse sub cœ-  
lo præstantius homine, quod ad naturam  
proprietasque Angelorum cognoscendas,  
nos ducat. plures affert caussas, cur Ange-  
li, iam inde à conditi Orbis instyli, sub hu-  
manas species, se videndos obtulerint, vir du-  
bifessus. Benedictus Pererius, commenta-  
tis in Daniel. etas vero publicens, &  
iuentus in Angelis vitalem vim qua sem-  
per in eis viget, significat, idem D. Dionys.

**CAPITIBVS ORNATIS DIADEMA-  
TE** Diadema improprie hic dictum, quo  
more vulgar loquitur, diadema enim fascia  
candida, aut purpurea fuit, quæ Regum  
frontes præligabantur. bac vero brevi-  
scuta, ac rotunda ex auro, Angelorum ca-  
pitibus imposta. bau domino planum mihi  
est, unde ortum duxerit, ut Dei, Iesu  
Christi, Angelorum, Divorumque capitili-  
bus ornandis, depingerentur ad latitudo nati-  
ne is mos ex Biblicis, siue ex Hebreis ad  
nos manaret. sed enim non ignoro, veritas  
moribus, clypeos pictis imaginibus honori  
Dii data: exinde ex auro, argenteaque tem-  
plis illata, & Diis dicata; Liasus, clypnum  
argenteum monumentum victorie L. Mar-  
tij de Poenis, usque ad incensum Capitoli  
fuisse in templo: & alio loco, ex a pecunia  
clypea inaurata in faictigia Louis adis po-  
suerunt: & paulo post posita in cella Io-  
uis supra fastigium edicte, 12. clypeas  
inauratas & alias, posita 12. clypes grata.  
in Machabeorum vero libris scriptum est,  
Alexandrum, Regem Macedonum, in tem-  
plo Elymidis, qua civitas in Perside, scu-  
ta suspendisse. sed vetustus mos fuit, iam  
inde

D. Basilius,  
de Angelis.

Pantal. en-  
comio in D.  
Mich. apud  
Lippoman.

Rup. Apoc.  
c. 8.  
D. Laur. Iu-  
st. fern. de  
D. Mich.

Ekius homa.  
8. de D. Mi-  
chael.

Vieg. in ca.  
12. Apoc. co.  
mem. 1. se-  
c. 18.  
Apoc. 12.

D. Ign. epis.  
ad Philipp.

D. Dionys.  
de coc.. hu-  
er. cap. 15.

Perer. in c  
3. Daniel.

12

*iude à Troianis temporibus. Plinius, scutis, qualibus ad Troiam pugnatum est, cōsinebantur imagines, unde & nomen habuere clypearū. id in Deorum cultum relatū, factumque, Seneca docet, qui de Deo loquens, colitur, ait, non taurorum opimis corporibus contradicatis, nec auro, argentoque suspenso Hebreis eadem religio fuisse videtur; nam in repurgatione, & dedicatione templi, Iuda Princeps, ornauerunt faciem templi cororis aureis, & scutulis que victoriarum ad posteros essent monumenta, quas ope Dei ex hostiis reportassent. quod igitur scutum insigne esset divinitatis, ex eo Dei caput ornatum scuto auro: eamdemque ob venerationem adiecta clypea, quemadmodum & rādī, Christo Domino, Virgini Deipara, Angelis, Divinisque ceteris, merito autem Angelorum, Diuorumque capitibus aureo scutula, ut insigne victoria, adposita, qua illi ex diectis celo perduellibus Angelis, bi vero ex Tyrannis, atque ex semetipsis retulissent. ergo scutum aureum, capiti impositum, Dyebus, militibusque Christi victoribus, pro victoria corona fuit. egregie enim D Hieronymus in illud psalmi, scuto bona voluntatistua coronasti nos, scutum, ait, atque corona idem Deo sunt, at vero numne clypeus Angelis, ceterisque Diuis supra caput appositus, orbis est solis ut quemadmodum coronati radijs solis, ad eorum gloria splendorem significandum, ita eodem præcincti sole depingantur, ad exprimentiam eiusdem in celo gloriae immensitatem? Tertullianus de sole, alludens ad picta clypea, ad Persas si forte deputabimur, licet solem in ligno depictum non adoremus, habentes ipsius ubique in suo clypeo.*

D. Hier. in  
pal. 5.

Tertul. Apo.  
log. adu.  
Gentes.

33

*DIADEMATE EX AVRO] aurum symbolum est summa Angelorum excellētia, potestati, & sapientia.*

34

*DEFVENTIBVS IN CERVICEM CAPILLIS] Angelis depingantur comati, ob eorum palchristudinem, Aurelius Vrissus Ministrum*

Tibull. I. I.  
eleg. 4.

35

*Ad se iubet acciri, cui pluriina collum Cæsaries infusa regit, membrisq. iuuentæ Luxuriat vigor & perniciibus emicat alis, Eamdem ob caussam dictum à Posta: Solis aëstra est Phœbo, Bacchoq. iuuentas: Nam decet intonsus crinis vtrumq. Deū. & à Virgilio: forma conspicendus Apollo est.*

D. Dion. de  
coel. hier. c.  
15.

Tertul. adu.  
Gentes. 22

*ASSVTIS ALIS AD HVMEROS] Cherubinis Moysis ala bina, exodi cap. 25 & 37. totidemque Salomonis, paralipom. 3 ex quorum similitudine pictura ortum duxit, sed ala pennæque Angelis tribuumtur, quia semper ad diuinæ cognitionis, & amoris celitudinem subleuantur. D Dionysius Areopagita, pennatos SS. Angelorū pedes Theologia finxit. penna enim declarat, & ducendi celeritatem, & quod celestis est. & quod ante mouetur, & quod ab omni rerum terrenarum studio abhorret, propterea quod sursum feratur. Tertullianus etiam Angelorum alas ad naturam*

Mich. I. 2.  
cap. 4.

*refert, omnis spiritus, ait, ales est. hoc Angelis, & Demones. igitur momento (maxima cum celeritate) ubique sunt. velocitas, diuinitas creditur, alijs alas aiunt Angelis tribui. ut eorum celeritas in excessu Deimandatis, declaretur. sed Isidorus Angelis, inquit, pictorum licentia pennas facit, ut celerem eorum in cuncta discursu significet. sicut & iuxta fabulas Poetarum, venti pennas habere dicuntur, proper velocitatem. at non id factum licentia pictorum, sed sacrorum librorum auctoritate, qui alas Angelis tribuunt.*

D. Isid. I. 27  
orig. cap. 5.

*PEDIBVS INTECTIS] sed Angelos nudos, & discalceatos describi, D. Dionysius tradit, quod ab omni labe sint puri. pictor vero noster inectis pedibus depinxit, & Angelos contra prauos affectus munitos esse demonstraret. res in idem recidit.*

*MEDIUS EST SVMMVS DVX MICHÆL] medius locatur, & honoratore loco, ut Princeps, & caelestium copiarum supremus.*

*PECTVS THORACE EX AVRO MVNITVS] Angelos cum aureis armis apparevisos, habet lib. 2. Machabaorum, armis autem, eorum mentis vis, & efficacitas declaratur,*

*RVBRO CVM PALVDAMENTO] duas ob caussas Michael rubro cum paludamento depingitur: altera, ut eius: vigor, & in efficientia virtus ignea significetur. altera, quod caelestium cohortum Dux summus; insigne enim Imperatoris exercitus rubrum paludamentum. quare Plinus coccum dixit, Imperatorijs dicatum paludamentis. & Isidorus, paludamentum, ait erat insigne pallium Imperatorium, cocco, purpuraque & auro distinctum.*

*LÆVA VENLEM PALMAM] D. Augustinus, rami palmarum laudes sunt, significantes victoriam. quod igitur palma insigne est victoria, cum palma Michael depingitur, ut victor ex prælio quod cum Dracone Apostata gessit, offendetur. eam ob caussam D. Ioannes de Sanctis in celo, victoram de hoste adeptis, & palma, ait, in manibus eorum.*

*DEXTRA LANCEAM GESTAT] D. Dionysius basse, ait, in Angelis eorum vim, & efficacitatem ad discernendum significant. alijs, virtutem ad perterritendum, & puniendum.*

*GABRIEL EI VVLTV QVAM SIMILLIMVS] germana bac similitudo Gabrieli cum Michaeli, videretur ostendere. Gabrielem secundum esse post Michaelem, in ordine adstantium VII. Principum ante Deum, consentiunt autores, Pantaleon Diaconus, Michael, ait, iuuare nos cùm coarchangelo suo Gabriele. à Simeone Metaphraste Michael, & Gabriel dicantur duæ maxime, & paris momenti lugera diuinitatis, præterea Catharinus, Alphon-sus Salmeron, & Petrus Ribadeneira docent, Gabrielem ex Seraphim primum esse à Michael.*

*ALTERA CANDIDA] Angelos in albis*

Plin. I. 22.  
cap. 2.  
& Isid. orig.  
I. 19. c. 40

20  
D. Aug. tr.  
50. in loar.

Apoc. c. 7.

21  
D. Dion. de  
de coel. Hie-  
ron. c. 15.

22

bi vestibus apparere solitos, ex sacris li-  
bris notissimum, album in Angelis. D. Dio-  
nysius ait, candorem, maximusque cum di-  
uisina luce coniunctionem significat. an ut  
caelestium mentium puritatem ex iuuen-  
tute cognoscamus: an quod cum asperita  
animos latitia. Et voluntate perfunduntur  
an quod eorum visa felicia sint albus enim  
color puritatis. Et latitia index est, Et  
omnis felicitas.

ALTAEA BREVIOR RVBR [ut ex  
ordine Seraphiorum esse monstretur, qui  
Deo propiores magis incendantur, Et  
ordens.

ALBENTI CHLAMYDE CONTEC-  
TVS] quo ex summis Ducibus militia Dei,  
chlamys enim vestis militaris plerique idem  
quod paludamentum. Vide eruditissimum  
Lipsum de Romana militia.

FACVLAM LATERNA (INCLVSAM).  
ardore condita in laterna demonstrat. Ga-  
brielum ex Angelis esse, qui Deo proprius,  
quantum fas est, in divini, stabilisque amo-  
nis conscientie nesciuntur, ut ait D. Diony-  
sius, lumen autem in laterna inclusum re-  
tine ei conuenit; quemadmodum enim acci-  
sa in laterna fax lumen in alias per can-  
transfundit, ita Gabriel cum ex summo or-  
dine sit, illustrationes, quas a Deo, qui ignis  
est semper ardens, accipit, in ordinem pro-  
priei inferiorem transfundit.

SINISTRA SPECVLV M EX VIRIDI  
IASPI [E] virere iaspidem, docent Plinius  
D. Eusebius, D. Hieronymus, D. Isidorus  
alij, eidem Plinio, iaspis per spicuus est, atq;  
pollucidus, nemo igitur miretur si specula  
ex viridi iaspide pictor Gabrieli tribueret.  
Ita etiam a D. Ioanne in Apocalypsi, lumi-  
nare urbis et serualem, quae postea est agni  
vixum iaspidi simile, ergo per speculum ex  
iaspide significatur incoparabilis pulchri-  
tudo Gabrieles, aqua ac ceterorum spiritu-  
lum adstantium, quae sunt tamquam specula pe-  
lucida, ut D. Dionysius appellat, omnisque  
labitur pura: sicut igitur speculum fulgorem,  
quem è Sole recipit, repercutit lucis, in alia  
corpora reflexit, ita adstantes Angelis, ut  
specula crystalli in se ir perlucentia, primi  
boni sunt primum divina lucis iubar, idq;  
ad proximos spiritus transmitunt. quod  
pluribus explicat D. Dionysius libro de celo.  
Hier. c. 3. ut autem rubra macula in iaspide  
ignis speciem, quo 7. spiritus ardentes, pra-  
seferunt, ita viriditas gemme iaspidis, ne-  
rumdem vigorem atque efflucentem iu-  
uentutem significat, ut D. Dionysius Area-  
pagisa interpretatur, quod pictor ad amus-  
sim obseruauit in hac tabula 7 adstantium  
spirituum, quorum imagines, vultusque  
iuuentutem floridam praeseruant. idem  
etiam Poetis mos loquendi, Virgilio, Viri-  
disque iuuentus, Quidius, viridemq; iuuen-  
tum dixit. Idem quod alias illi de Lyao de-  
cantatum.

Tibi enim inconsumpta iuuentu,  
Tu puer aeternus, tu formosissimus alto  
Aspiceris caelo.

An laternam, collucente insus flamma,

Et speculum ex iaspide, ut insignia obiecta  
legationis Gabrieli pictor applicuerit; sine  
laternam. Et speculum ad Dei filium refe-  
retur, sive alterum Dei filio legationis au-  
tori, alterum Mariae Virginis tribuotur,  
ad quam legatio destinata est, qua pluri-  
bus, ac scorsum explicanda sunt, mystica  
bac laterna est Christus Dominus, lumen  
est diuinum Verbum. D. Joannes, erat lux  
vera, quae illuminat omnem hominem. idem  
Dominus Jesus de seipso, ego sum lux mun-  
di, Iauius vero carnea ex quibus fit later-  
na, quam ab cauam à Pluto dictum.

Quo ambulas tu, qui Vulcanum inclusum

in cornu geris?

caro est, Et humanitas Domini, quam la-  
ternam David predixit: illuc producatur  
cornu David, parati lucernam Christi  
meo, lumen igitur, in laterna latens, est  
verbum in carne. Et Postea illo dictum Dux  
laterna vix, clavis feror aurea flamnis.

Plal. 132.

Matt. l. 34.

Et tuta est gremio parua lucerna meo,  
ita laterna, Et lucerna, Christus Dominus,  
accensa est mundo, ut in nocte preluceres,  
nobisq; iter ad calum premonstraret. id  
circo ab Isaia dictum; sedentibus in tene-  
bris, lux orta est eis. Et a D. Ioanne lux in  
tenebris lucet sublatam hanc lucem recte  
eccepsit Zacharias: erexit nobis cornu salu-  
tis in domo David. D. Bernard. serm. 1. de  
Adventu. Induit se laterna quadam; illo  
utique gloriose, & ab omni labore parissimo  
corporé, quod suscepit.

Speculum vero ex viridi iaspide, rubris  
maculis distinctum, Verbi item incarnati  
symbolum est, quod enim in iaspide vixit  
Et rubor sit onus diuina, Et humana na-  
tura in hypostasi Verbi, sane D. Ioannes in  
diuina apocalypsi figura, ait; sedentis in  
throno Princeps, qui est Deus ex iaspide  
Et sardio constitisse, Et alio loco, sublatum  
se, ait, ab Angelo ad excelsa, Et magni-  
tudinem ostensamq; sibi evitatem san-  
ctam Hierusalem, quam luminare illus-  
traret, simile pretiosissimo lapidi iaspidi, in-  
star crystalli pollucido, quod vero lum-  
inare istud diuinitas est, iaspis item perluc-  
ens, immensum ex se fulgorem emittens,  
ipso est Deus, qui ciuitatem illam celestem  
infinita sui luce, Et claritate perfundit,  
suamque gloriam omnibus Beatis commu-  
nicat, ut igitur Christi diuinitas pulchri-  
tudine, ac fulgore iaspidis significatur; ita  
eiusdem humanitas in eius colore rubro,  
venisque sanguineis, quare iaspis aspersus  
purpura, seu sanguine, agnus ille est a  
mundi iniis occisus. Et Deus homo, Iesus  
Christus, qui per sanguinem Crucis nos  
redemit.

Idem suadent iaspidis proprietates, et  
nim iaspidis nomen contractum esse vide-  
tur ex gracie nominibus salutis, Et macu-  
la, quod eius macula salutares, Et medice  
sint. Iesus vero nomen idem atq; salus, ipso  
enim, profuso sanguine, salutum fecit popu-  
lum suum à peccatis. Secundum traditum Pli-  
nius, pretiosiores iaspides non surgere ex  
extra fulgorem, sed in se continente, at Ceti-  
sus

D. Io. Apoc  
c. 4.

Lips. de Ro.  
mil. l. 1.

26

D. Dion. de  
cel. Hier.  
c. 2.

D. Io. Apoc.  
c. 22.

D. Dion. de  
cel. Hier.  
c. 3.

Virg. Aes.  
id. L.  
Quid. l. 3.  
de art. l. 4.  
metamorp.

*flus solem diuinisatis nube carnis obduxit  
radiosq; profilire foras non est possum. Ter-  
tiū D. Hieronymus in varietate colorum  
iaspidis, spiritualium gradiarum diversi-  
tatem contemplatur. & Christum. D. Io-  
annes ait, plenum gratia & veritatis. IV.  
Plin. l. 27. c. 3. memorant Plinius, & Dioscoride, iaspis-  
dem pro amuletis gestari solitum, ad fugan-  
tia. Diose. l. 5. da phantasmata. nomen vero Iesu fugat  
Demonicu. V. iaspis sanguineum fluxum  
fessit, Alberto Magno. Iesus Christus ab  
ijs eximit sanguinibus de quibus liberari  
Vates Regius expectabat, igitur laternam.  
& speculum ex iaspide, quibus Incarna-  
tionis mysterium significatur, Gabriel me-  
rito gestat, qui admirabilis illi' economia  
nuntius fuit.*

Dici etiam posset, per laternam Christi  
Dominum significari, per speculum ex iaspide  
Deiparam Virginem, ad quam aptissime  
iaspidem referas. I. quia iaspis gratiam  
conciliat: Maria Virgo grata apud Deum  
fuit, quare salutata est ab Angelo; aue gra-  
tia plena. & rursum timeas, Maria,  
iuxta iaspis gratiam apud Deum. rubores  
vero macula in iaspide symbolum sunt Spi-  
ritus Sanctus, qui ignis est, in eam inuidan-  
tis, de quo dictum ab Angelo Gabriele: Spi-  
ritus Sanctus superueniet in te, & virtus  
altissimi obumbrabit tibi. ergo rubor in  
iaspide, flammæa est virtus S. Spiritus in  
Virgine, que amore illam incendit, & vir-  
tute firmavit ad conspicendum, sustinen-  
dumque incendium Dei. II. iaspidem, oiu*t*  
gebastibas plurimum conferre ad tutelam,  
ad gratiam, ad castitatem, quod beneficia  
& phantasmata abigit, gratiam conciliat,  
Venerem reprimat, ac sedet: augustissimum  
vero Maria nomen amuletum est præsen-  
tissimum, quod Demonem fugat, Dei, ac  
filij sui gratiam nobis conciliat, ignea ne-  
guissima tela a nobis repellit, & castitatem  
confert, non solum enim illa nullam con-  
cupiscentia in se unquam persensit ardore,  
aut aliud quidpiam, quod illibatus eius, pu-  
dicitia florem vel leuiter adspiceret; sed  
eandem flammatum in alijs, dum vinaret,  
aspectu suo reflinxit; nunc e caelo, ope.  
& patrocinio suo prohibet. sane idem D. Io-  
sep eius sponsus virginitatem per Mariam  
adeptus est. D. Hieronymus libro de perpe-  
tuæ Virginitate D. Mariae, aduersus Hel-  
vidium: tu dicas, Mariam, Virginem non  
permanisse: ego mihi plus vindico, etiam  
ipsum Ioseph virginem fuisse per Mariam  
ut ex virginali coniugio virgo filius na-  
scetur. idem consenserit de reliquis Vir-  
ginibus omnibus pudicitia donum per Ma-  
riam collatum. atque ea fortasse psalmi  
mens, adducentur regi virgines post eam,  
proxima eius afferentur tibi. adductum  
iri virgines ad Christum, non modo Maria  
exemplo motas, sed ope, & patrocinio ad-  
iutas.

28 MICHAELIS DEXTERAM RAPHAEL  
TENET. certe quidem merito. nam Ra-  
phael tertius a primo est, ut docet Ambro-  
c. 3 Gen. Cathar. in pbael tertius a primo est, ut docet Ambro-

SUBLATA SINISTRA PYXIDEM  
SVSTINET] imago Raphaelis; inspectores  
excitat ad eius historia, miraculorumque  
contemplationem, qua sacro Tobia libro  
enarrantur, quo te amo. vesculum la-  
ua sublati gestat, ut insigne medici, quip-  
pe Raphael medicina præceptiones Tobiam  
docuit: Tunc interrogavit Tobias Angelus,  
& dixit ei: obsecro te, Azaria frater, ut dñe  
cas mibi, quod remedium habebunt ista,  
qua de pisco seruari iussisti & respondens  
Angelus, dixit ei: cordis eius particulam  
si super carbones ponas, fumus eius extri-  
cat omne genus Daemoniorum, siue a viro,  
siue a muliere, ita ut ultra non accedat ad  
eos. & fel valet ad onguendos oculos, in  
quibus fuerit albugo, & sanabuntur. mox  
medicum se Raphael exhibuit, nam incenso  
secore pisticis, fumoque, a Sarra Damone  
expulit, eamque Tobiam patrem, linigie  
felle oculis, procurauit. sane vero Angeli  
omnes medici sunt, animbrumque curato-  
res, malorumque nostrorum propulsatores,  
non animorum modo, sed corporum, sed pro-  
cipue Raphael. itaque is apud D. Augusti  
num ita loquitur: ego sum minister cura-  
tionis, Deus est auctor sanitatis. & Tobie  
cap. 12. misit me Dominus, Raphael ait, ut  
curarem te, & Saram uxorem filij tui a  
Demonio liberarem. Hebrae habent: misse  
Dominus Raphael, Principem curatio-  
nibus prepositum.

PVERVM TOBIAM DEXTRA MA-  
NV DVCIT] Angelos non medicos modo,  
sed hominum vita custodes, ac duces esse  
iam inde ab ortu nobis constitutos, sacra  
scripture. & Patres abunde docent; preter  
Angelos vero ordinis infirmi, ad hominum  
cu studiis deputatos, supremi ordinis etiæ  
mitri a Deo, ad peculiaria quedam munera,  
ex sacris libris exploratum est. ita Ra-  
phael ad ducendum Tobiam puerum  
missus, Saramque a Demone liberandam,  
& cœcum Tobiam parentem sanandum.  
Michael, & Raphael ad operem Iudeis foren-  
dam, Seraphim ad tergenda Iisaï tabia.  
Cberub ad custodiā paradisi.

IN SINU PALLII ALBENTES FERT  
ROSAS] sinus, signum est securitatis; al-  
bentum vero rogarum flores symbola sunt  
candoris gloria, ex D. Hilario in illa verba  
considerate lilia agri. numne igitur Bara-  
chiel albas rosa, in sinu cum voluptate, co-  
templatur, quod in sinu gaudiu*t* suo, accep-  
teque a Deo beatitudinis & glorie securus  
est, & desummi boni possessione numquam  
excedet. rosas autem Barachiel contempla-  
tur, quia Angelis semper vident faciem  
Patris, qui in caelis est nec mysterio vacat  
pallii colores, etenim rosa in intimo pal-  
lio rubente sunt, quod Angelis ab eorum  
creatione, summo bono per amorem adges-  
runt. extima pallii virent, quod Angelorum  
felicitas semper vigeat atque aeterna sis-  
demum Barachiel rosas, specie elargientis  
carpit; quod Angelis summum bonum, quo  
perfruuntur omnibus communicatum vel-  
lent, & ad imitationem Dei, omnes homines  
saluos fieri.

29

Tob. cap. 4

D. Augusti  
serm, 226.

Tob. c. 5. 8.

D. Hilar. in  
Math.

31

An Baraciel rosas de sinu capiit, quod Angelis fugientium bonorum sint dispensatores, quorum rosa symbolum hinc illa. Balsoru[m] effata, cobortationesq[ue] venite frua mur bonis, que sunt coronemus nos rosi. id natum ex breuissimo roſarum iacio, & omnes lamentantur. Virginitas.

Mirabar celerem, fugitiua astate, rapinam;

Et dum nascuntur, consenuisse Rosas.

**Statius.** Prudentesque Rosæ primas moriuntur ad austros.

**Id est queritur amator iste apud Theocritum.**

Et Rosa pulchra est, & tēpus eā cōtabescit.

Et viola pulchra est in vere, & statim seuescit.

Candidum est liliu[m], tabescit vero cū decidit.

Planum autem est, Angelos bominibus disper-

sere bona hæc önia, q[uo]d breui tēpore durant.

q[uo]d intereunt tandem. D. Damase. , Angelis ea,

q[uo]d apud nos sunt, disperitant. Origin: fatetur

nō absq[ue] præfatio in uisibilis, ut ita loquar,

agricolariis, ac dispensorib[us] aliorū, nō solle-

terræ fruges præbent nobis, virtutis fluita

equarū öniū: ipsi curatibus, terras, aquas,

eret p[ro]ferre in mitioris vita v[er]ta alimenta;

fuentes scaturire, v[er]nis vitru[m] nascientibus, et

aere culta rigari tempestivis imbrisibus, eti-

demque per spiracula reciprocatum, vi-

tam refrigerando conseruare.

An rosas Baraciel in sinu portat, specie

elargiri volentis, q[uo]d Angelis dona celestia ad

nos deferat? Rosa n[on] ut Pierius dicit, sym-

bola sūt benevolentia, & gratia. quare ve-

habsis bisce floribus dona S. Spiritus signi-

ficatur, & gratia, q[uo]d Deus benevolentia sua

nobis elargitur, queq[ue] animis, cui inbaserit,

venusti facit. at vero dona Dei p[er] Angelos

ad nos deferrit. Patres docet. Metaphrastes,

p[er] hos duos Michaelis, & Gabri descendit ois

datio bona, et öne donis perfecti, q[uo]d desuper

mittitur in terrā à Deo omnipotente. Simeonis

Episc. Angelū vocat, amictū boni datorib[us], cu-

stodē anima, custodē vite, precē præfidiē. D.

Bernardus: fidelis paranympbus, qui mutuus

amoris cōscius, sed nō inuidus nō suā q[ui]rit,

sed Dñi gloriā discurrevit medeus inter dile-

citi; vota offerens, & referens dona. Origin.

bos spiritus Angelos ex officio suo nominare

docti, inuenimus, ppter diuinitatē quādam

interdū Deos vocari à sacra scriptura. Sed

nō sic, ut iubeamus eos adorare, aut diuinis

bonoribus colere, quāsis dona Dei nobis af-

ferat. sed alio loco idē Orig. Angelū esse, ait,

q[uo]d nomen ex gratia traberet, dictūq[ue]; Anabel

& est interpretatiū gratia Dei, isq[ue]; Angelus

nos gratiros apud alios reddat. Atq[ue]; ab eodū

Ioseph effectus est gratiosus apud. Princeps

carceris, & Esther apud Regē Assuerū. lege

Origenem in ea verba D. Apost. dico enīs

vobis per gratiam, que data est mibi

An Baraciel rosas in sinu palli portat,

qbus ille cor nostris thalamū spōsi celestis

ornatū vero flores sunt casta cogitationes

quas seris in nobis, & alit in fructus operū,

& virtutis actiones, quibus Angeli opere

maximo delectātur, ut babet Orig. nā flores

opera bene, riteque inchoata Eucherius in-

terpretatur, de quibus in canticis dictum

est, fulcite me floribus.

Tom. 2.

An albentes rosas signis pudicitia fint, si-  
nus vero tali præfidij, cuius fidei creditū, &  
maxime nobis in amore est? sed n. dictum à  
S. cœla in Pædætis Titio C. do lego, q[uo]d mibi  
pertudis. q[uo]d idec nō caui, q[uo]d oīs fortunas, et  
substantia, si quād matre suscepereat, in si-  
nu meo babut, sine villa cautione. Baraciel  
igitur rosas in sinu habet, q[uo]d Virginiti pudici-  
tiam præfatio tuerit suo nota amantiū blæ-  
dis. rosas in sinu se cōpellantib[us]: haud abfi-  
mili blandimento, Angelis Virgines, eorū ca-  
stitatis amulæs. rosas discernunt suas. certe  
quidē castitatis in tunc habent. clarissima  
illa Iudith impolluta se ab Angelo seruata  
in hostiū castis fateatur: viuit, nō ipse Dñs  
q[uo]d custodiuit me Angelus: eius, & hic eis  
tem, & ibi cōmorat in die huic reuerten-  
tem: & nō permisit me Dñs, ancillā suam  
conquinari: sed sine pollutione peccati re-  
vocauit me vobis gaudient in victoria sua.  
quādmodū igitur Angelus Iudith, semi-  
nā castissimā, ne à perfido Isidorino q[uo]d Ho-  
loferne contaminaretur, Angelus seruauit,  
ita pudicitia adolescenti. Iosephā, ne ab adub-  
teria Aegyptia pollueretur, ex eis tam d[omi]no 12  
Patriarcharū. sā vero finus nō modo tute-  
la symbolū est, sed amoris: & blandiarum:  
quare Terentius: hic ait, nō amandus bic-  
eine nō gestandas in sinu est. & de Lucano

**Statius.** Natū primus, atq[ue] humū per ipsam

Primo murmure dulce vagientem,

Blando Calliope sinu recepit.

Huc spectat parabola ouicula, qua in beri  
finu dormiebat. ergo rosa in Angelorum  
finu, non modo custodiam, sed eorum amo-  
rem erga Virgines præfuerunt, plurima-  
subministrabant exempla vita Sanctorum

**COROLLA ALBARVM ROARVM**

**REDIMITVS** I an certo roso Iebudiel

ornatur, ut florida Angelorum species,

autque aeternitas significetur: nam pube-

scientium inueniunt forma similitudine ve-

ris, florumque expticari solet. Catullus:

iucundum cum eas florida ver ageret.

Valerius Flaccus: & rosa perfundit luce

iucueta.

An ut perpetua Angelorum felicitas, &

gaudia, albentibus etiam rosas defacatoria,

demonstrantur: nam corona ex ross sym-

bolis sunt fructus voluptatum. binc illorum

voces: coronemus nos rosi, antequam

marcescant. ea quidem rosa marcescent,

qua in lutois bisce pratis, fluxaque vita

nascuntur: qua, ut ait David, mane florēt,

vespere decidunt, & arescent. at candida

rosa è cili hortis, quibus coronati calites,

nusquam marcescent. recte D. Apostolus

Petrus, cum apparuerit, inquit Princeps

pastorum, percipietis immarcescibilem glo-

ria coronam. clarius Iisaias: latitia semper

piterna super caput eorum. scite etiam b[e]-

nerabilis Beda: de coronis ecclesia: floribus

eius nec rosa, nec lilia desunt. certent singu-

li ad utrosque honores, amplissimas accipe-

re dignitatum coronas, vel de virginitate

candidas, vel de passione purpureas. in ce-

lestibus castis pax, & aries habent flores

suos, quibus milites Christi coronantur.

an

Sæcu. Pan.  
dect.lib.21.

Lib. 2. Reg.  
cap. 12.

Catul. Eleg.  
ad Manliu  
Valer. Flac.  
l. 5.

D. Petr. ep.  
i. c. 5.

Iisaias c. 31.  
Beda Ser. 18  
de SS.

D. Chrysostomus. in p[ro]p[ter]is I. ad Timo. h.c. 2. scim. 8.

D. Dion. de cel. Hier. c. 15.

D. Aug. so- luoq. c. 27.

Orig. hom. in Canc.

D. Bern. in psal. qui habita-

33

D. Pet. epis. 2. c. 2.

D. Ambr. I. 10. in Luc.

D. Hier. in c. 7 Daniel.

An alberti serio eximiū illarum memoriū sanctorum candor, & cogitationum puritas exprimitur: an ut Angelī amatores hominum se exhibeant, & animarum nostrarum salutis amatores vero corollis redimiris solitos, veteribus usitatam fuit. D.

C. bryostomus, non ignorabas, ait, ex paganico ritu coronatos olim incessisse amatores quilibet, tamquam vinculis quibusdam pedius, ex amore autem, quo nos prosequitur, gauzium est Angelis Dei super uno peccatore penitentiam agentes. dilectaque illis ab amantissimo pastore; congratulamini mibi, quia inueni ouem, qua periras.

quem locum D. Dionysius Areopagita his verbis illustrat, gaudeare cum Deo, eique gratulari dicuntur ob eorum, qui perierat inuentionem, diuina volupate, benignaque copiosa letitia, quam ex cura, & salute eorum, qui ad Deum redirent, captiunt. Angelorum erga hominem amoris duas affir-

coiffas D. Augustinus: diligunt, ait, concubentes suos, per quos suarum scissuras imbarbari expectant ..... grandis est eis cura de nobis, magnus est affectus dilectionis. et cum erga nos. Et hoc totum propter honorē tua inastimabilis caritatis, qua dilexisti nos. diligisti enim, quos tu diligis: custodisti, quos tu custodis. Origenes etiam Angelos, ait, amicos sponsi, amatores animarum nostrarum videri velle, quae sponsa sunt Christi, eorum principis, & domini. exaggerat buns amorem D. Bernardus: quid putat mandauit de te? ut custodiant te. quantam tibi debet hoc verbum inferre reverentiam efferre devotionem, conferre fiduciam. reverentiam praesentia, devotionem pro benevolentia, fiduciam pro custodia.

**CORONAM EX AVRO GERIT** in corona, & flagro, qua præiorum, & personarum symbola sunt, iustitia partes duæ demonstrantur, quæ in optimo Principe. D. Apost. Petrus describit, qui Reges, Ducesque à Deo missi ait, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum: & de Christo Domino D. Ambrosius qui secundum diauinam similitudinem, inquit, iudicat Christus, cognitione cordium, non interrogatione factorum, virtutem remunerans, iuramentumque condemnans. Lebudieliis igitur gestamina sunt, corona & flagrum, quod Deus per Angelos præmis bonos afficiat, improbos p[ro]mis multeas itaq. D. Hieronymus, duplex est, ait, Angelorum officium: aliorū, qui præmia iutis tribuant; aliorū, qui singulis præfint ciuitatibus. sed de vero que insigni separatum dicendum videtur.

Satis notum, corone nomine victorianum, & aeterna in celo præmia, sicut istamque exprimit. quare Angelo eccl[esi] Philadelphie apud D. Ioannem scriptum est: tene, quod habes, ut nemo accipiat coronam tuā quam D. Paulus appellat coronam iustitia, D. Petrus gloria coronam, D. Jacobus & D. Ioannes coronam vita. corona vero ea est non plena e floribus, qui tandem moriantur, sed ex auro, id est solida, & aeterna, vel vi in agro, quod præcio, firmitate, colo-

re, ac fulgore metallorum omnia prestatissimum est, præmij præstantia, quod est sumnum bonum. significatur, vel quod beatitudine caritas perfecta est. & gratia consumata, quarum symbolum est aurum, quamobrem D. Ioanni, in seniorum capitibus, corona aurea sunt visi, coronam vero auream Lebudieli manu tenet, quod per Angelos Deus coronas nobis suas impertit. itaque bac Angelorum manera in negotio, in otio, in prælio, & nostram victoria. D. Augustinus commorat: adiuuant laborantes, protegunt quiescentes, portantur pugnantes, coronant vincentes. ita supra XI. Martyrum gelido flagro pernoctantes, Angelis è celo descendentes à custode vita, qui coronas singulis, uno excepta, qui defecit, in eius locum custos se demisit, distri- buerent. D. Basilius. ita corona duæ per Angelos deferrit, quas SS. Martyrum Veteris, & Corona capitibus imponerent. Antonio etiam, Abbeii Monasterij Adiutorii, Angelus in extasi visus, paucosq; horat ad pugnam cum Demonie, prorsus, ut, cum illo te ludari opus est, ingredere igitur cum omni alacritate, & fiducia, mox enim, ut in illum adoratus fuerit, ego adiutor ero, tibiq; Victoria coronam reponam.

**SINISTRA FLAGRVM TRIBVS EX FVNICVLIS NIGRIS**, quo instrumento,

Dei in nos iudicia, correctricemque disciplinam, & vindictam iustitiam declarari docet.

D. Dionysius Areopagita. itaq; Angelis duo

cum flagris visi, qui Heliodorum, mals con-

sum. confecere. Machabeorum 2. lib. Deinde vero nos corrigere per Angelos, plena exemplorū sunt monumenta, memorat D Hieronimus, Prætextatam ab Angelo punitam

quod Bustochij, Virginis Deo sacra, cultum mutaret, et neglectum erint cultias pe-

steret. at quid in nigro colore funicularum crediderim expressum? numne capitalem animaduersionem, comminationemque, gebennat niger enim color mortis est symbolum. nam

acer erat calculus, quo rei capititis damnabantur. sed illud non prætererimus, coronam auream dextra manu latam, & conspi-

ciam ab Lebudieli gestari, flagrum vero

sinistra denissum: ut enim Deus volens, lubensque, & plena manu beneficijs nos cu-

mulat, et præmis sufficit, ita inuitu animo

castigat. itaque apud Isaiam, Iudeos

male flagris accepturus, dolet ac lamentatur: heu cōsulabor de hostibus meis & apud

Ieremiā clamat, numquid voluntatis mea

est, mors impij, & non ut magis conueriatur, & uiuat: quas ob causam calum, Bea-

torum domicilium, regnumque, interdiu, noc-

tuq; sole, luna, ac sideribus illustre, patere,

eternique ab omnibus voluit; sed gebennam scelerorum, damnatorumque carcерem,

in imis terra visceribus abscondit.

**CANDIDVM PER HVMEROS ORARIVM EX CVRRI** addubito, an V-

ricis superior vestis manuleata, dalmati-

cam præferat, i.e. sacra ueste amicietur.

Ita enim D. Io. in Apocalypsi sape Angelos,

podere induitos vidisse se memorat; que-

D. Aug. so- li. c. 27.

D. Basili. or. de 40. MM.

D. Dion. de cel. Hier. c. 15.

Machab. I. 2 cap. 3.

D. Hieron. epist. ad Iaz-

tan.

34

35

balaris, ac linea vestis Pontificia, idem atq.  
Epodolium ex lib. 2. Regum cap. 6. is  
vero Pontificis omittit non ex quavis lino,

<sup>Plin. I. 19.</sup> sed ex byssus fibra. Exodi cap. 39. byssus au-  
tem Plinio, lini genou pretiosissimum, ex-  
mio candore, ac splendore, quod Pontificis  
munditiæ, & sanctitatis symbolum fuit.  
numne igitur per dalmaticam chirodotom  
& orariam intellexerimus, Angelorum  
gratiam, & sanctissimum monachum de-  
corum? an et eos Dei ministros esse resine-  
rimus. Christiana religioni, sacrisque am-  
plificandis, & ihsuandis, qui in aeternâ  
hereditatem destinati sunt: sane D. Diony-  
sius vestem pontificiam in Angelis tradidit,  
orum vim esse, que ad divina, & sacra-  
tiora mysteria nos perducat, totamque vi-  
tam consecrat, id est a profanis rebus se-  
jungat. Deoq; adstringat vinculo pietatis.

D. Dion. de  
cel. Hier.  
c. 13.

36

DEXTRA EDVCTVM GLADIVM  
STRINGIT ANTE PECTVS] videri ali-  
eius possit allusum à pictore ad Angelum  
bortorum voluntatis exstodit, quibus tu-  
des, pro foribus adstat, flammeo cum g: a-  
dio, terrendis hominibus, ne ingredi au sine.  
ideo gladius districtus, sed transversim ac-  
sus, ante peccatus, summaque acie retineatur,  
ut omnes absterreat ab ingressu, sed nem-  
inem feriat. sed huc non serum; nam custos  
Paradii Cherub fuit, hi vero V II. Spir-  
itus Principes ex ordine Seraphinorū sunt.  
numne is gladius symbolum est severa, ac  
sæpta animaduerisonis in parentes nostri  
generis, ob eum poni interdicti, pulsos ex-  
amnissimes horis in exilium, omni misere-  
riarum, & malorum genere cumulatissimis  
an Angelis vis, gladio significatur, nobis a  
sceleris absterendis, aut pro sceleri punion-  
dis, aut bortibus terrendis, dissipandisque  
Angelis enim stationarii milites sunt ad eu-  
lam Princeps, in quorum manus gladijs  
ancipites, ad faciendam vindictam in na-  
tionibus, & increpationes in populis. ve quo  
se paratos exhibeant, siue ad opem probis  
ferendam, siue ad vindicanda sceleris impro-  
borum. sape Angelis districtis cù gladijs vixit

Iosue c. 5.

Numer. ca-  
pit. 22.

Machab. I. 2  
cap. 5.

37

Iosue, in agro urbis Hierico, vidit Angelum  
stantem contra se, euaginatum tenente gla-  
dium. Balaam vidit Angelum stantem in  
vis, euaginato gladio. David vidit Angelum  
Domini stantem inter celum, & terram, &  
euaginatum gladium in manu eius, & ver-  
sum contra Hierusalem. equites Hierosolo-  
mis vidi (Angeli) calo disurrentes, gladijs  
districtis,

PROPTER PEDES FLAMMA COL-  
LVCET] numne adposita flama. Vrielis no-  
minis, numeriq: aperiendo: de quibus D. Bo-  
nauentura, Vriel, ait, interpretatur lucens  
Deo, sine apparatu Deo, vel ignis Dei, aut in-  
cendium Dei; quæ duplex interpretatio in-  
truit, quod per eius ministerium illuminar-  
mus in veritate, inflammarur in caritatem  
en positâ flama, ut significetur, Angelum,  
qui apparuit Moysi in flama ignis, deme-  
dio rubi. Vriel exstitit subiudicat D. Iste-  
dorus, inquisens, Vriel interpretatur ignis  
Dei, sicut legim, sapparuisse igne in rubo an-  
domit ut domitetur, Vriel esse è numero

Tom. 2.

ignitorū, & ad statu spiritu & inferiores  
instar ignis, purgat, illuminat, & perficiunt

SEALTEL VVLTV, OCVLISQ; DE-  
MISSIS orantis habitus exprimitur: in quo  
modestia ostenditur in demissio pallio, & ni-  
gro colore cinguli, quo tunica subcingitur;  
reverentia, animiq: demissio nexis palmiss, oem  
lifq; & vultu deictis, & eius maiestas, cù  
quo agitur, præstat. q: ob cauffā Angelii ve-  
lare facilis, ab Iosua dicitur. dñ. n. à Dei  
contemplatione oculos in seipso cōuertit, co-  
gnoscit, neq; se in cōspectu Dei mūdos esse.  
eadē ratione Cherubim pedibus super arcā  
nixis, ita sita erat, ut alter ē regione alteri  
esset, vultibus in propitiatoriū versis, oem  
lifq; reverentia, ac veneracionis ergo demis-  
sis. lā vero Angelii nō modo precationes no-  
stras recipiunt. & in cælū ad Deum deferunt,  
ut ex Tobia libro, & D. I. Apocalypsi satis  
cōstat; sed imbecilitate nostra, miserijsque  
cōmoti, ad vocatos, & patronos se nostros ex-  
hibent, sceleribus nostris ira: num: propi-  
tia: Deo supplicat, & qua nobis profutura  
sunt, petit, & exoriat sed. n. oratores huminit  
esse, vates Nabū nos docet, apud quē, nō au-  
ditur, ait Deus, ultra vox nuntiorū tuorū.  
adjicit D. Hieron nō audiā Angelos q: præfū  
des tui sūt, p te deinceps deprecātes, culto-  
riss in iudea, id est Angelii in cuius custodia su-  
mēst vox illa p secula, neutiq fructuosa,  
Dñ nō dep̄cātis. Dñe, dimitte illā et hoc āno.

38

Tob. c. 12.  
Apoc. c. 3.  
& 8.

Nahum. c. 3

Luc. c. 13.

39

QVORVM AD PEDES INSCRIPTA  
NOMINA] Angelorū tritū Michaelis, Ga-  
brielis, & Raphaels nota nomina ex sacris  
libris: ceterorū quattuor Vrielis, Barachis-  
lis, Lebadielis, & Sealtielis, q: iſdē ex fōto-  
bas nō barriatur, pteriq. reperiunt, viri Jane  
gravissimi, & doctissimi, inter quos est Illu-  
striſſ. Card. Baro. Io. Fortana Episc ferrari-  
ensis, atq. ex nostra soc. Nic. Serarius, Mar-  
tinus Del Rio, Martinus Beccanus Blasius  
itō Virgas, incerta autoritati, esse tradit.  
principiū rationes duæ quibus, ut refutent  
monētur altera: q: Vrielis, Barach. Iebud.,  
& Sealtielis nomina, ut dixi, nō cōtent ex  
authenticis sacrisq; scripturis, altera, q: à  
Romano Cœlio, & Zacharia PP. coacto ad-  
uersari erroris. Adaiberti, & Clemētis, òniū  
Angelorū nomina, prater Michaelis, Gabr.  
& Raphaels, ut Demonū reiecta sūt, qui p-  
pe in ea Synodo, oblate ad censurā Adalber-  
ti preces, in hac verba cōcinnata: suppleo  
vors, Angelus Vriel, Angelus Roguel, Ange-  
lus Tubacl, Angelus Michael, Angelus Adi-  
mis, Angelus Iu. buas, Angel. Sabaoth, etc.  
qua oratione perlebat, rogati Patres Cœli-  
lij, Adelbertū dānandū esse, pronūciarunt,  
cauffā subiūcētes, q: 8. nomina Angelorum,  
que in precatione illa Adelbertū invocarat,  
prater Michaelis nō Angelorū essent, sed  
nomina Demonū nos ait, Patres addidere,  
ut à vestro S. Apostolatu edocemur & di-  
nitia tradit auditorias, mon plura, quā trium  
Angelorum nomina agnoscimus, id est Mi-  
chaelis, Gabrielis, Raphaels. cui sane  
Conclito Zacharias Pontifex subscripsit.

At pronomisimis Angelorū Vrielis, Ba-  
rachielis, Lebadielis, & Sealtielis, plura fa-  
ciunt. Immita sūt, quo prima rationis fit sa-

p. 2 sis

# 100 Animaduersi in Hist. repertæ SS. VII. Ang.

tis) q̄ recipit Ecclesia, q̄ tñ in diuinis scripturis non sunt reuelata, non igitur, quod in ijs non habeatur, statim reiecerimus. quemadmodum vero nomina Michaelis, Gabrielis, & Raphaeliis diuinitus nobis cognita, neq; enim Angelorum nomina aliud de cognoscere à nobis possunt, ita Vrielis, Barachielis, Lebudiellis, & Sealtielis nomina ex diuina reuelatione cognosci potuere existat enim reuelatio B. Amadei Lusitanis, ex D. Franeisci familia, si facta de his iphis Septem Principibus Angelis, ac nominibus ut Petrus Galatinus tradit, quoniam vero Romæ in Bi pictura Septem Angelorum, cum subscriptis nominibus Panormi inuenta, antiquior est B. Amadeo; eadem nomina alteri, ante B. Amadeum, reuelari potuere, quod si verius, hac nomina à pīs, doctissime viris ex cogitata fuisse, excerptaque ex SS. Angelorum officiis, ita exinde firmata sunt reuelatione B. Amadei, quam viri religiosissimi, ijdemque doctissimi recepero, neque Ecclesia reiecessit.

Petr. Galat. cominēt. in Apoc. M. SS ut Petrus Galatinus tradit. quoniam vero Romæ in Bi pictura Septem Angelorum, cum subscriptis nominibus Panormi inuenta, antiquior est B. Amadeo; eadem nomina alteri, ante B. Amadeum, reuelari potuere, quod si verius, hac nomina à pīs, doctissime viris ex cogitata fuisse, excerptaque ex SS. Angelorum officiis, ita exinde firmata sunt reuelatione B. Amadei, quam viri religiosissimi, ijdemque doctissimi recepero, neque Ecclesia reiecessit.

Del Rio. l. c. II. Concilium illud Romanum (inquit Martinus Del Rio. & Nicolaus Serarius) inter concilia edita, vel in Germania vel in Italia non reperitur; neque eius Autographum in aliqua Bibliotheca. unde non nihil historia illius autoritas natat. Et dixerit aliquis, (addit Martinus Del Rio) à Zacharia PP. solam in eo concilio decisionem, nempe declarationem Adalberti biresos, & scriptorum eius combustiōnem fuisse approbatam, non autem cum ad rationem, à Conciliis Patribus allatae responſisse, nam licet decisio conciliorum de fide sit, non tamen allata rationes pro decisione.

III. nomina illa Angelorum à concilio iure damnata sunt, quod suspecta. Damnum esse, quia à scriptore heretico, ac mago composta, qui bonorum etiam Angelorum nomina tribuere malis ausus, ut magi solent, quo rationes in his nominibus Vrielis, Barachielis, Lebudiellis, & Sealtielis vim non habent, coniuncta enim ista cum nominibus Sanctorum trium Angelorum, quos ex libris Canonis cognoscimus, nec quicquam suspicionis insiciunt in animos, cum nibil in se habeant, quod sanctū non sit, alienumque à superstitione, & pietate populum non foreat, quemadmodum enim nomina Michaelis, Gabrielis, & Raphaeliis, ita etiam Vrielis, Barachielis, Lebudiellis, & Sealtielis Angelorum ministeria designant, eaque maxime pia, plena que religionis.

Esdra l. 4. c. 4. & 6. IV. nomen Vrielis habet liber Esdra. at D. Ambr. l. 3. d: fide ad Graian. c. 2. is liber aporyphus est. maxime. inter Canonicos quidem non confetur, sed ab Ecclesia reiecius non est. Vrielis item nomen probat D. Ambrosius, D. Isidorus, Venerabilis Beda. Aethiopis in eorum Missa canone: recepero aliquando Romani in Missalibus suis, ut Martinus del Rio tradit. præterea D. Bonaventura, Albertus Magnus in sua Litania, quam Vicentina exercitamenta proferunt. Franciscus Miron, litania Graculativa, libro apud Hieronymum de

Marnie edito Christi anno 1580. memorat Rhenanus, SS. Henricum, & Cunigundem Augg. in aurea tabula, intelares præcipue Diuos coluisse, Angelos q. Michaelis, Gabrielis, Raphaeli, Vrielis, & Benedictum & in eorum medio stantem Christum. Bartholomaeus Marlianus assertor est, in sepulcro Maria Aug coniugis Imp. Honorij repertam fuisse laminam auream, in qua Grace sculpta nomina Michaelis, Gabrielis, Raphaeli, & Vrielis, ad bac in Sicilia prope Leoninos, in Monasterio Rocca dia, assertur obserice Stola D. Silvestri Papa, in cuius altera laetitia S. Michael, in altera S. Vriel, acte picti, opere phrygio visuntur. ex his antiqua esse noscitur auctoritas Vrielis, satisq; firma apud Ecclesiæ cum Orientis, cum Occidentis, exinde credibile non videtur Romanam Synodum, aut Zachariam Pontificem, DDD. Ambrosium, Isidorum, Bedam, & uniuersalem Aethiopum Ecclesiæ aliarumq; etiam sensum dominare voleuisse, neque etiam credi potest, D. Bonaventuram, Albertum Magnum, aliosque Doctores recepturos fuisse nomina Angelorum quos Romana synodus dannasset.

V. D. Ioannes in Apocalypsi nomen Angeli promis, de quo hac habet: Et habebant super se Angelum abyssi, cui nomen Hebreæ Abaddon, Graecæ autem Apollon Latino habens nomen Exterminans. nemo autem dixerit, Romanum concilium huius Angelis nomina, cum non remiserit, ac tria solum probauerit, damnasse Angelorum autem, quem D. Ioannes hoc loco memorat è numero bondrum esse, docet Aretas, qui ad ea verba, habent super se Regem Angelis abyssi, subdit: Angelus hic est, et si quibusdam prayus Demon vissu, non tamen recte, quo enim patet, cum Dominus definivit supplicium ignis Diabolo, & Angelis eius inferendum, quisquam ex ijs, qui eodē supplicio addicthes, regia potestate conseat, hac Aretas, quamquam hic Angelus, inferni ignis Praefectus, non panis ipse damnatos, sed demonibus, ut puniant subebit, quafuit D. Hieronymi mens, qui duplex Angelorum officium esse tradit, præmia iussis tribuere, & singulis praesse cruciatus, quibus damnati apud inferos torqueantur, præterea Angelus Raphaël in libro Tobie, Azarium sibi nomen esse tradit, cuius nominis Romana Synodus non meminit, neque aliquis dixerit, reieciisse interpretatione autem Azaria est, auxilium Dei, quod sibi fuisse nomen Raphaël offeruit, qui à Deo destinatus fuisse, ut Tobie nobis operi ferre, ex quo compertum est, inde nomina Angelis ex eorum officiis, ac proinde non videri reiecienda nomina Vrielis, Barachielis, Lebudiellis, Sealtielis, que ex eorum ministeriis desumpta sunt.

VI. Catholicorum scelosarum vesus habet, ut Baptismatis aqua lustratis, berunt etiam IV. Angelorum nomina interdum imponantur, ut de nomine Vrielis, in Ecclesia Moguntina, audier est Nicolas Seragius.

Bonau. centil. p. 3. sect. 18.  
Alb. Magn. Franc. Mai.

Apoc. c. 4.

D. Hier. in cap. 7. Dame

varius: de nomine Sealtielis, in Ecclesia Syracusana, nos testamur. quod nullo certe modo fieret, neque ab Episcopis permetteretur, si demonum nomina bas forent.

VII. Sequitur vis doctorum Theologorum, qui nomina recepero, ac probavero. iij sunt Thomas Bellorus, Antonius Duca Petrus Galatinus, è nostra vero Societas, Alphonsus Salmeron, Laurentius Masellius. Petrus Antonius Spinelius. multo etiam pendoris, ac momenti habere debet antiquissima SS. VII. Principium Angelorum pictura Panormi inuenta, subscriptis nominibus. Michaelis, Gabrielis, Raphaels, Vrielis, Baracbelis, Lebudieli, & Sealtielis.

VIII. Accedit auctoritas Romani Ecclesie. Summorumq; Pontificum Iulij III. & Pij IV. quibus voluntibus, ac iubentibus, idem SS. Septem Angelis, ijsdem cum insignibus, ac nominibus in urbe Panormi inuenit. Roma descripti sunt, posse quam eam ex pictura Panormi detecta est, in ade S. Angelis, Antonius Duca Presbyter, adiunctus Rector, studio propagandi cultus celestium Principium influentias Romanas contendit, ut in urbe, arbiter regnante, ac principe, templum illis dedicaretur, ac per annos XXX. summo cum labore perficiat tandem, perficteque, ut Thermes Diocletiani S. Mariae Angelorum consecrarentur. neque id temere factum, sed causa cognita; etiam in pictura, & Angelorum nominibus, vississe Antoniu Duca, easuper re, à Deo oblatiss. totam vero rem, id est Septem Angelorum tabulam, Panormi reportam, cornuque gestamina, ac nomina probarunt, iussu Antonij S. R. E. Cardinalis de Monte, magister Dionyfius Seruita, Hieronymus Machabegus Episcopus Catenensis, Bartolomeus Salaciens Episcopus Montis Regalis, in Principata Pedemontano. N. Episcopus Sebastianus, Pbilius archibius Pontificis in urbe Roma Vicarius, Antonius S. R. E. Cardinalis de Monte, urbis legatus, & quod caput est, Pontifices Maximi duo, Iulius III. & Pius IV. isque tota re ab Antonio Duca edidit. Diocletianas Thermas in templum versas, S. Maria Angelorum praesentibus & S. R. E. Cardinalibus omnibus, uniuersaque curia Romana, solenni ritu consecravit. SS. VII. Angelorum imagines, in facellis eisdem depictas, subscriptis minio nominibus Michaels, Gabrielis, Raphaels, Vrielis, Baracbelis, Lebudieli, & Sealtielis, vidit, legit, probauit. ergo ne temere videatur coarctare, quod à duobus Romanis Pontificibus factum est, dicendum, Zabariä Pontificem Angelorum trium nomina prebasse, qua ex sacris libris haberentur; dannatis ut demonum vocabulis, que ab Adalberto Heretico promebantur: inter quos Mihaelis simple sonicerat, unum ex ijs, qui in libris Canoniceis commemorantur. Pö offens vero Iulium, & Pium approbasse nomina IV. Angelorum, qua post Romanis Canoniam, certo constituerent SS. Angelos.

rum est, cum ex revelatione B. Amadei, tñ ex antiqua Panormitana pictura. De utraque bac scribit Petrus Galatinus, loquens de Septem Angelis: quorum nomina sicut unus eorum B. Amadeo revelauit hęc sunt: Michael, Gabriel, Raphael, Vriel, Sealtiel, Lebudieli, Baracbel, interpretatur autem sic. Michael, quis ut Deus? Gabriel, fortitudo Dei; Raphael, medicina Dei; Vriel, lumen Dei; Sealtiel, pacis Dei; Lebudieli laus & confessio Dei; Baracbel, benedictio Dei, quos pictura antiqua, apud Panormum, Sicilia urbem, in facello vetusto, diebus nostris, inuenta, tam quo ad nomina, quam ad eorum officia per pulchre ostendit. hac Galatinus, sed in nominibus, pictura consentit. in ordine Angelorum, & interpretatione nominum variat: ita n. constituit, redditque. Michael viceriosus Gabriel nuncius, Raphael medicus, Baracbel adiutor, Lebudieli remunerator, Vriel fortis scutus, Sealtiel orator. pictura enim auctor non tam ad interpretationem nominum, quam ad munera Angelorum respxit, de quibus in explicacione nostra ubi recte disputabimus.

IX. magnum habet momentum inductus in multis Ecclesiis usus colendi hos septem Principes Angelos eodem schemate, & nominibus festis diebus institutis, templisque vel aris positis, auctoritate Episcoporum studio religionis, ac doctrina præbantium, qui perfecta nomina non modo defenda non curarunt, sed probabant, conseruataq; voluerunt. denum libellus de his. V. II. Principibus Angelis plures editus, suis cum nominibus Ecclesia permisso, in omnium manibus versatur. Hac habui, qua de horum Angelorum nominibus dicorem, eaque Romane, ac S. Ecclesie censura subiecta sunt.

ÆDEM INSTAVRAVIT] supra veteris templifores inscriptum marmor legitur, quod dein in nouum templum depositum est, locatuq; sub Odeum, inscriptione autem bac est.

Septem militis celestis principibus  
Divina Maiestatis statutoribus.  
Corli, Terraque gubernatoribus,  
A fundamentis erexit  
Perpetuo vestigali donauit.

A. CI. CXXVII.  
Hector Pignatellus, Dux Montis Leonis,  
Prorex Sicilie quod regnum cum prudenter, ac feliciter pacauisset duodecim annos bene, sapienterq; rexit.

Sed in inscriptione pro verbis illis, a fundamentis erexit, vel reponeret, instaurauit, vel in bunc sensum ea verba intelligendq.

# ANIMADVERSIONES IN EPISTOLAM THEODOSII MONACHI



PISTOLA THEODOSII MONACHI] quatuor illustranda. Primum quis scriptor epistola. Secundum, ad quem scripta. III. quo scripta anno. IV. quis eo tempore Syracusum Episcopus, eique quod nomen fuerit. porro scriptor epistola Theodosius fuit. Monachus Syracusanus, vir aequalis pius, sed doctus prosa versuque. nam in libello quedam Graco inscripto Versus iambici. Theodosius Monachus Grammaticus appellatur. sed viri pietatem, & doctrinam satis ostendunt monumenta, que urbis incendijs superfuererunt: sedenim prater hanc epistolam ad Leonem Archidiaconum, existant penes me Annacretonea de excidio Syracusarum ad S. Sophronium. itaque alia huiusmodi poemata. ex hac autem epistola satis constat Theodosium monachum in Clerum Syracusanum fuisse adscriptum; cum Episcopo in officionem incuruisse, sed rediisse in gratiam, quo tempore capta est urbs a Saracenis; ambos simul captiuos Panormum abductos, & in tenebris carcerem fuisse confectos; ubi multissime confecti arumnis imminentem mortem pari constantia in diem opperebantur. epistola ad Leonem Archidiaconum ex ipso carcere conscripta est. sane is Leo Archidiaconus Ecclesia Syracusanam fuisse videtur, q. salutis, & incolamis Syracusarum clade curvit. certe illi quidem neadum a seruitute Saracenia, sed ab obdictionis calamitatibus subductum Theodosius tum extrema epistola, tum subiecto ad epistolam epigrammate, plane docet.

At quo tempore scripta est epistola? eodem quidem certe anno, quo Syracusis funditus excisis, Episcopus Syracusanus, unaque Theodosius Panorum abducti, in vinculis detinebantur. planissimum sic ex ipsa epistola; idem igitur annus scripta epistola, & Syracusarum excisarum fuit; proin iste annus peruestigandus est. Iacobus Gorodonius in doctissimo opere Chronologico, excidium Syracusarum rejecit in anno Christi 886. quo anno ut idem ipse ait, Imper. Basilius Macedo hab. Martij diem clausit; sed certe vir doctissimus habitur; nam Syracusa. ut Theodosius in epistola docet, capta, eversaque a Saracenis, mense Ma-

io, & cum visueret Imp. Basilius. Iohannes Cypriolatus, captis, sit, Syracusis ab Africis Saracenis, quo tempore Basilius Mace- do imperabat, etiam tota Insula occupata fuit. idem ceteri, quin post captas Syracu- fas, male multatus ab Imp. Basilio Adrianus Dux, cuius insignia, dum moras cum clauso noctis, factum est, ut a Saracenis urbis caperetur. igitur si mense Maio Syracusa capta sunt, & visente Basilio, nullo modo capi potuisse, quo ille anno Kalen. Martij demortuus est.

Baronius eversionem Syracusarum col- locat anno Imper. Basili 12. Christi 878.

quo anno Photius in locis demortui Ignati P.C. ab Imp. Basilio in eam sedem restitu- tus est. Photius vero Gregorium Syracu-

sanum ( turbarum in Oriente originem, malorumque omnium, & plures a Roma- nis Pontificibus, atque VIII Synodo Oc- cumentica damnatum) tum Nicetas tran-

stulit; ubi statim periret. ut Nicetas, cogni- mento David, affirmat: sed hominem pessi- mis artibus imbutum hoc anno Baronius

ait, iusto Dei iudicio punitum; ut qua sede a Romanis Pontificibus electus fuerat, quamquam favore Principum diutius re- tenta, illa tandem a Saracenis, vitaque a Deo, exueretur. sed vir clarissimus, dum

pietati indulget sua, & Gregory sceleris,

Deique vltionem per antitheta diserte co- ponit, ab historia linea aberrat. neq. enim

verum est, Gregorium Episcopum Syracu- fas favore Principum retinuisse. etenim multo ante, quam Syracusa a Saracenis

excederentur Gregorius a Syracusana Ecclesia excederat. quippe anno 865. Theodorus Archiepiscopus Syracusarum,

in locum Gregorij loco pulsi, ordinatus, inter legatos S. Ignatij P.C. & Nicolao Papa

Nicol. PP.

Romam venire iussas est. quod ex epistola epist. ad Im- eiusdem Nicolai Pontificis ad Imper. Mi-

chaelm, satis combat. post Theodorum

etiam Syracusana Ecclesia praeedit Episcopus, cui Sopbronio nomen, ut monume- mus. quo Episcopo, ut certum est ex Theodo-

dosij Monachi epistola, Syracusa a Sarra- cenis vastata sunt. igitur 15. ante urbis

excidium annos, Syracusana Ecclesia, a- moto Gregorio Episcopo Schismatico, a Ca-

tholico Antilibite regebatur. sed redeo ad ida-

quod caput erat instituta disputationis.

Affero

Io. Cypriol.  
Nicephoro

Baron. Aq-  
nal. ad Anno.  
878.

Nicetas in  
vita S. Ign.  
P. C.

Affero igitur, annum quo Syracusa à Sarracenis subuersa, Christi 880. fuisse. unde lacet Ioannes Europalatem Syracusarum excidium commemorare ante obitum Constantini Imp. Basili filij, nec me mouet; nam Nicetas, cognomento David Ioanne Europalate antiquior, quicquid Syracusarum adhuc eversarum suo viritate & exercitus superioris fuit; Syracusas, post obitum Constantini, solo aquatae tradit. nam ait, postea quā demortuo Ignatio PC. Imp. Batilius Photium in sedem restituit, hominem roties damnatum, improbumque, statim in facinoris sui ultionem à Dea punitum fuisse; ac primum illi mortuus est Constantinus filius optimus, ac natu maximus. dein Syracusa à Sarracenis delecta, Siciliaque ab imperio, ut inquit Nicetas, annulla. mons ignitum Ignatij Patriarcha, nam Constantini, character est excidij Syracusarum, quod ab illorum excessu cōfuerunt, sive D. Ignatius P. ad Christum migravit die 23. Octobris, ex Niceta, Martyrologio Romano, & Menologio Gracorum anno Domini 878. quo Baronius collocat, probatque; sed Theodosius Monachus mensa Maio, Syracusas captas tradit. igitur si captas Syracusas mense Maio, et post S. Ignatij mortem, qua accidit Octobri mense, anno 878. captas, affirmare non possumus.

Ceterum Constantinus Imp. Basili filius, anno consequente 879. vita excessit, extrema aestate, aut inveniente autumno. certum ex epistola Ioannis Papae VIII que huc eodem anno ad Imp. Basiliū, filiosq; Constantium, & Alexandrum scripta est, Augusti die 16. Indict. 12. lecta est ea epistola, quamquam adulterata à Potoio PC. in Synodo, Actione II. die 16. Novembri, indict. 13. eodem anno 879. lecta autem est, de leto Constantini nomine, quia ille proximis mensibus obierat; babes utrāque epistolam apud Baronium. Nam vero rem urgeo meam, eodem anni argumento. Syracusa mense Maio captata, post obitum Constantini, qui certo post mensim Maii obiit, anni 879. saltem igitur capta Maio in sequenti annis, qui fuit à Christi exercitu 880.

Quamquam, ut verum ingenue fatear, haud omnino animus in hoc anno quietescat. turbat enim me Theodosius Monachus, eorum temporum fidus scriptor. is in Anacreontea suis scribit, Sarracenicam classit per annum maria circumnauigasse, inopinato deinde Syracusas aggressam, obcedisse urbs vero cum X. mensis obsidionem sustinuisse, neque ei ab Imperatore auxilium mitterentur, fame, praliisque, & machinis devrum à Sarraceno vallatum, & prostratum fuisse. Theodosius versus y. sunt.

Genus Ismael ascendit  
Syracusorum in urbem.  
Ambitu ambiens hanc  
Aggressus denuit.  
Dolose superuenit exemplo:  
Per annum enī nauigauit;  
Post decem autem mēses excidit  
Obsidio urbem.

Duos bos annos, aliterum navigationis Saracenia classis, alterum obsidionis Syracusarum numerauerim ne ab excessu Ignatij P. an à Constantino quid diuinem illud certum, ut Syracusarum excidium mense Maio, anni 880. figurae: obcessus portuit à Sarracenis mense Iulio, anni superioris 879. itaque obsidē capta, dum viueret Constantinus; capti vero anno, qui eiusmarte consecutus est. Sarracenia vero classis per maria circumcursando delata, assidue appetente anni 878. neque ab his discepit Ioannes Europalates, qui ita scribit: Carthaginenses propter superiores clades veritatis, ne in suam regionem Romanas classis mitteretur naues idoneas (quas per eum, ut Theodosius ait, Romanis litora infestasse crediderim) adificariunt, sed cum iam ver appeti set, & nullum auxilium ab Imperatore cognouissent exercitum, in Siciliam classem appellunt, & Syracusas urbē inuidentes obsidere, agro que regionis incendere, ac predari, &c. Statutus igitur Syracusas ante annum 880. neatiquam excisus.

Postremo loco dicendum de Episcopo, qui captis eversisque Syracusis, fuit. quod ei nomen? Sopbronius videtur: eruo ex titulo Anacreontea T heodosij quis est; Anacreonta de excidio Syracusarum ad Sanctum Sopbronium nam corrigolibrarij errorem ac pro p̄t repono ad. non enim Anacreonta per Sopbronium composita, sed à Theodosio ad Sopbronium scripta. ut docet epigramma ad Anacreonta subiectum:

EPIGRAMMA.  
Theodosius suaibus carminib' ista cecinat  
Ad eum qui hæc scribi iussit.  
Accipe Pater, hæc, arque decanta.  
Indelebilem memoriam eorum, quos exan-

taisti labores.

Cum igitur Theodosius persequatur cormine grumnas, quas Sopbronius pertulisset, isque ex titulo carminis Episcopus fuisse coniunctatur, dum Sanctus dicitur, satis vero proximum est Syracusarum Episcopum tunc fuisse Sopbronium, qui extima etiam sanctitate praeditus, quam ob causam à Theodosio in epistola dicitur, celeberrimus ille Siciliensis Episcopus, non modo ex prerogativa Syracusang sedis, ecclesiaeque cum antiquitate, tum dignitate, sed ex virtus fama & sanctitate. cui Theodosius in epistola testimonium dicit. nam de Episcopo à Sarracenis ad altare comprehenso, b. sc. scribit: consueverat ad hanc aram Beatissimus Pater Deum iratum conciliare, opemque ipsius pro suis filiis implorare, ac voti compos fieri: qua in re illum experientia miticum sepiissime comprobauit, quainquam id temporis arcane diuinorum iudiciorum consilio, preces eius reiecit fuerant &c. eadem præclarissimi Episcopi sanctitas comprobatur tum ex magna constantia, qua coram Amira Sarraceno Iesum Christum confessus est, Mahometem vero detestatus, tum ex patientia in arumnis, vinculisque & am-

# 104 Animaduersi in Epist.B.Theodosij Monachi

*& animi fortitudine, qua imminentem mortem pro Christo opperebatur.*

EORVM, QVÆ NOBIS EVENERVNT] M.S. Cedricis Grati, ex quo epistolam hanc exscriptissimam copiam mibi fecit Silvester Maurolycus, Abbas Rocca S. Amatoris prope Messanam. & Franciscus clausissimi Mathematici nepos ex fratre, puto Codex Membranaceus apprime antiquior erat, ambobusque, ut ex aliquo inscindio crepus esse videretur:

QVIBVS NVNC MALE DISCRVCIOR] sed enim à vinculis, horridoque sarcere Theodosius epistolam scribebat.

IN HOSTIVM TANDEM POTESTATEM DEVENIMVS] hostis is, Saracenus, Cartagine ex Africa ad Syracusarum excidium, magna classe transgressus. ad Ioannem Caroplatem, qui cladem bacis describit, captamq; urbē ait culpa Adriani Ducis, qui ab Imp. Bahlio ad auxilium eum classe missus, moras in Peloponneso ex ignorantia trabebat.

NEC SANE PEIORA SVNT HIEROSOLYMÆ EXPERTÆ] Hierosolymorum, & Samaria calamitatis, clademque sub Imper. Vespasiano, Iosephus fuse persequitur.

NON INSVLÆ CHETIM ad illum scriptura locum alludit: transite ad Insulas Chetim, & videte, & in Cedar mittite, & considerate vehementer, & videte si factum est huiusmodi.

SIC ENIM MAGNANIMOS ILLOS APPELLAVERIM] intelligit Patricium, Ioannem Patrianum, Nicetam Tarrenst. strenuos, & præstanti virtute Daces, quos inferius commemorat.

POST ADMOTAS MVRIS MACHINAS] Aries accipio, quibus muri quartebantur. vide hoc loco, Sarracenos iā tum bellandi peritos, in oppugnandis urbibus, militaris machinis vīsos, arietibus, catapultis, testudinibus, musculis, seu muribus quibus tormentis, macbinisque urbium muros suffoderent, ac diruerent. de his militibus macbinis praetare Iustus Lipsius vir doctissimus, libris Poliorceaticon.

ARETHVSTÆ FONS] nihil eo fonte in tota Sicilia nobilius, nibil Poetarum carmine celebratum magis. Seneca: uidebis celeberrimum carminibus fontē Arethusam nitidissimi, & perlucidi ad imum stagni, gelidissimas aquas profundentē: siue illas ibi primum nascentes inuenit, siue immersum terris flumen (*Alpheum*) integrum subter rot maria, & à confusione peioris vnde seruatum, reddidit. M. Cicero: in hac Insula extrema, est fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium, qui fluctu totus operiretur nisi munitione, ac mole lapidum à mari disiunctus esset. Diodoro etiam Arethusa maximus fons dictus. vere maximus: nam fluminum in mare emittit, ut recte memorat

Diodor. l. 5. Strabo. l. 6. Cic. Ver. 4. Plut. Timon. 10. *VNIVS ATQVE ALTERIVS PORTVS, QVIBVS INTERIACENT SY-*

RACVSÆ] Cicero: urbem, sit, Syracusas maximā esse Græcarum urbium, pulcherrimamque omnium, saepe audistis. est Indices ita, vt dicitur, nam & situs est cum munito, tum ex omni aditu, vel terra, vel mari, preclaro ad aspectū: & portus habet prope in adificatione, adspectuque viuis inclusos; qui cum diuersos inter se aditus habeant, in exitu coniunguntur, & consumunt eorum coniunctione pars opidi, quæ appellatur Insula, mari distincta angusto, ponte rursum adiungitur, & continetur. ea tanta est vrbis, vt ex quatuor vrbibus maximis constare dicatur: quarum una est ea, quam dixi, Insula, quæ duobus portibus cincta, in vtriusque portus ostium, aditu que proiecta est. duplex igitur Syracusis portus: alterum *Tbucydides*, Diodorus Siculus, Strabo, Plutarchus, & infra nos Theodosius & Linius appellant magnum portam. describit Cicero, addito elogio: nihil esse pulchrius, quam Syracusatum mœnia, & portus, laudes etiā Seneca: videbis portum quietissimum omnium, quos aut natura posuit in tutelam classium, aut adiunxit manus: sic tutum, vt ne maximarum quidem tempestatum furorū locus sit. videbis vbi Athenarum potentia fracta. scribit Strabo, magnum Syracusarum portum XXC. stadia amplum esse: sed crediderim corruptum esse numerum apud Strabonem nam portus wagai ambitus V. passuum millia, id est stadia XL. numerata duplo minor, quam à Strabone traditur. ostium portus & ferme stadia Tbucydide. sed ferme duplo maior, quam sit, à Tbucydide dicitur.

Alter portus nominabatur parvus. Diodorus arcens à Dionysio exstructam scribit, cuius muro nevalia quoq; complexus vicina parvo (perperam interpres vertit magno) portui, cui Laccio nomen ait. So- Sol. pol. cap. linus marmoreum appellat.

CVM ANTEA ARCES, QVÆ BRA  
CHIOLA DICEBANTVR] Cicero, vrbis  
Syracusas dixit, cum manu munitissimā,  
tum loci natura. nam præterquam quod  
terra, ac mari clausa, muris & quadratolari,  
pide, turribusque circumsepta erat. & ar-  
cibus etiam munita. Florus tres memorat:  
longe illi, ait, triplex murus, totidemque  
arcos. Sil. L. 14. *Sil. L. 14.*

Nūquam hoile intratos mures, & quat-  
tuor arcus.

Quæ fortasse Exapilon, Euryalus, Galea-  
gra, & arx Dionysiana, in Insula. sed quat-  
tuor arcus florentibus Syracusis existore.  
Sarracenica autem oppugnatione, eas ar-  
ces fuisse crediderim, quæ erant in aditu v-  
triusque portus, vt Theodosius significat. ex  
quibus precipua arx Dionysiana, vel quo  
loco olim ea steterat. illa etenim saepe ludibri-  
um fortunæ fuit. exstruxit Dionysius se-  
nior, firmando tyrannidi, Diodorus: electo  
Dionysio iuniore, restitutaque Syracusa-  
nis libertate, Timoleon Dun demolitus est,  
Plutarchus. exinde Hieron Rex ipsius su-  
per fundamentis domum Regiam adifica-  
uit; quæ, Sicilia in divisionem Romanorum  
reda.

Died. l. 14.

**redacta.** Prætoris domus fuit Cicero; con sequentibus vero temporibus in modum arcis munita, quæ à Sarracenis solò aqua za, ut Theodosius prodit, à quibus rursum restituta, & Sarraceniae esse, Castellum Mareth ad usque nostra tempora appellatum. quoddemnum Imp. Carolo V. & Philippo II. Sicilia Regibus, urbis munitionibus instaurandis dirutum est. prater banc arcem in coniunctione virtusque portus, utrinque arces due se attollebant, cum in ore magni portus, tum parui. plane docet Theodosius, solo aquatas arcas, qua ab ingressu portuum naves hostium arcerent. Theodosius etiam propugnaculi meminit, quod Aduersum vulgo nominabant.

**QVÆ BRACHIOLA DICEBANTUR**] fortasse quod quemadmodum protensa brachia finum, pectusque ita arces possum tuerentur, ex eo misericordia est, bas arces quatuor fuisse ad officia portuum: duas in extremis urbis partibus, que portubus cingebantur: duas ex barum aduerso. ita enim arces ex utroque parte portus, ab utriusque ingressu hostium prohibebant in M. S. Cod. Greco est eadem vox Greco barbara Brachiola, qua usus etiam Theophanes: pertotum diem, sit, cōgressio belli tenebatur, à brachiolo aurex portæ, usque ad (arcum) Cyclobium.

**BEATISSIMI DVCIS PATRICII**] vi ri proprium nomen est: an ob bellicam gloriam, mortemque pro patria fortiter toleratam an præterea ob vitam, ac sanguinem pro Christiana religione profusum, ut propterea inter Christi Martyres adscriben dus videatur certe quidem Theodosius initio epistole Patricii ceterosq; inter quos B. Io. Patrianus connumeratur, infinitis prope vulneribus pro Christi amore confici non dubitasse, affirmat: Nicetam etiam à Sarracenis summam per immanitatem interfactum, quod impium Mahometem male dictis proscinderet, quare in odium fidem videntur interficere: sed nil decerno.

**OMNIS ÆTAS EOD. TEMP. MOM. IN ACIE GLADII CORRVIT**] immansissime buie cladi scriptores alij testimoniū dicunt. Nicetas Papblago: statim vero magna ciuitas Syracusa horrenda interneccione periisse. Ioannes Europalates: urbs capta est, multaque in ipsa facta cædes Cedrenus: Agareni Syracusis potiuntur, magna cæde edita.

**JPS I QVOQVE BVSÆ AMERÆ CHAGEBIS FILIO**] memorat Farcellus, in oppugnatione Syracusarum Hocobum Sarracenorum Prefectum strenue pugnasset, cum multos Christianorum interemisset, tormento trahitum occubuisse. ex quo accepit ignem, sed à Theodosio nibil de eo dictum, eodem crediderim potius Busa Chagebus Amera filium militaris Sarra enorum copijs, in oppugnatione Syracusarum præfuisse. nisi velis Hocobu interfacto, Busam subrogatum. porrè Chagebus, Busa pater, minime quidem Africe, sed Ameras Sicilius fuisse. in toto autem Africa,

**Imp. Basilio Macedone, reram poliebatur Abrachen, quem Syracusas evictisse, Menaga tradunt. Vide Notas ad martyrium Sanctorum Ioannis Petri, & Antonij.**

**IMPIVM MAHOMETEM.... MALEDICTIS PROSCINDEBAT**] certe quidem Nicetas, eam ob caussam, à Sarracenis casus est, inter Sanctos Martyres connumerandus est. at mibi nondū certo liquet.

**BEATISSIMVS PATER J Episcopos patres habitos, dictosque, & ijs titulis honoratos, notissimum.**

**MIRIFICVM SÆPISSIME COMPROBAVIT**] ex his intelligimus, Episcopum sanctitatem prestantem. Et miraculis etiam inclytum fuisse: dolendum est, nullis virum sanctissimum monumentis alijs illustratum.

**DVM EPISCOPVS ANGELO TUTELARI SVAM ECCLESIAM COMMENDARET**] Ecclesijs tutelares Angelos preesse, docet Origenes, D. Hilarius, D. Hieronymus, de D. Ioanne Chrysostomo in exsilio pallo; egressus est, ait, Palladius, cum illo Angelus quoque Ecclesia. D. Gregorius Nazianzenus, cum urbo Constantinopolis statuisse excedere; valete, dixit, Angeli huius Ecclesia præsides.

**A B ILLO GRÆCE PERCONTANTVS EST**] ex hoc quiuis conuincatur, Syracusis, atque adeo in toto Sicilia, Græca lingua tum vñs.

Sed arrepta bine occasione lubet excurrere, & quæ de patrij sermonis usu in Sicilia collegi, paucis hic inserere. Insulam Siciliam principio Græci Aeoles tenuerunt, Stirps Iauanis, filij Iapeti, nepotis Noemi, à Iauanis enim filii Elisa, Tharsi, Ceanthim, & Dodanum alijsas cultasque insulas maris Mediterranei locaque maritima diuinus scriptor Moyses docebat. sed in hac partitione Elisa Siciliæ obuenisse antiquissimi scriptores tradunt, Iulius Afrisanus, Eusebius Pamphili in Chronico, & Amonyus scriptor sub Imp. Alessandro Sequiero, quid eruditus & copiose probat Marianus Valguarnera libra de antiquitate Panormitana.

Cum Elisa ergo colonia auctore Græcam linguam inuectam arbitras, quaenam lingua Elisa, eiusque familia loquerentur nisi ea, quam à Iauane patre didicisset à Iauane vero Ionia, que Græca, totumque Græcorum genū processit, ut ait Iosephus Hebreus; quamobrem Græcia sacris in monumentis Iauan appellatar à nationis auctore. inter græcas vero dialectos Aeolia fuit Elisa peculiaris, quare idem Iosephus ab Elisa memorat ortos esse Græcos, qui Aeoles dicti sunt. primi ergo Siciliæ cultores Græca Aeolia lingua vñs sunt. Sed cum plurimos post annos Barbararum gentium capissent transmigrationes, atque ex Italia Siculi ac Mamortini, ex Asia coloniz. Phœnicum & Troianorum ex Africa Carthaginensium in Siciliam exundarent factum est, ut Sicilienses in Græcos, ac Barbaros distinguenterentur, ac bilingues esse, duplicitique lingua loqui dicebantur: sed decur

Menava die  
23. Nouemb.

16

17

18

19

Orig. hom.  
23. in Luc.  
D. Hil. in pf  
129.  
D. Hieron.  
qu.8.ad He  
ditiam.  
Pallad.  
D. Gregor.  
Naz.or.35.

20

Gen. 10:

Lib. 5. anti-  
quitat.

su temporis in eisdem ferme mores. Græcæ que linguam coahuere. Censuerim vero sic uos omnes Græco sermone Aeolico ac barbaro usus ad aduentum usque Gracarum coloniarum; post quam enim ex Attica, & Pe loponneso noui coloni Iones, Doresque aduenere, paulo cultius, quam prisci indigenæ, Græca lingua locuti sunt, pluresque urbes ex Aeolicis Iones. Doresque facte in cognatam linguam transferunt; principio enim linguas duas Græcas Ionicam, & Aeolicam fuisse, atque ex Ionica ortam esse Atticam; ex Aeolica vero Doricam Strabo tradit.

Vbi vero Romani arma in Siciliam intulere contra Cartbaginenses, ac mox in Provinciam suam redegerunt, cum magistratis Latina lingua in Siciliam transire ex Diodoro; & multo magis id factum Romanorum coloniis illuc deducit.

Eam ob causam L. Apuleio Afro Sieuli trilingues dicti sunt, quod Græce, Barbaræ, latine, si non omnes, plurimi certe quidem laqueretur; quod adhuc multa passim marmora excisarum urbium veteris Siciliæ extantur. Nec modo cœptum latine loqui, sed etiam latine scribi, sub Augusto Apuleius Celsus Medicus de herbis; & Celsus Collantianus, qui Rhétoricam profitebatur Romæ multa composuit ex Suida (quamquam addubitem aliquantulum an Græce scripsisset.) Latine scripsit Frontinus Siculus de aqueductibus sub Claudio Neronem. & Flaccus Siculus, de limitibus. T. Calpurnius Nemesianus Bucolica sub Caro filijque. Fl. Vopiscus Syracusanus Vitas Caesarum sub Impp. Diocletiano, & Maximiano. Iulius Firmicus Maternus, scriptor Christianus de profanarum Religionum erroribus ad Impp. Constantium, Constantem, & Constantinem; Iulius Firmicus Maternus Junior libros Astronomicos sub Constantini Impp. & Juliano Apostata.

Non ierim inficias ut Græca lingua, ita Latina Siculos minus recte usus; quamobrem Plantus Menghemis in Prologo, ubi filios duos geminos Syracusanis hominis Comedie argumentum inducit, ita ait.

Atque adeo hoc argumentum græciatata en

Verum non Atticissat, at Sicelissitat.

In diuinit. binc etiam scisma Ciceronis in Verrem, Si Græcas literas Athenis, non Liybæ, latinas Romæ, non in Sicilia didicisse. ad quæ locis Pedianus dicit, Verrem Græcas literas simul & latinas in Sicilia didicisse, in ea Insula, quæ neutra lingua bene vtatur. Sed lilybæum Atbenis opponit Cicero, quod forte deterius lilyboetani, quam in reliqua Sicilia, loquerentur, ut Manutius obseruat quod ariri potuit ex commercio Cartbaginensium.

Illud autem indubitate affirmauerim postquam Sicilia, pulsis a Belisario Gotis, Orientis Imperio, Græcisque Principibus adiecta est, Græcam linguam in Insula retentam fuisse; cui sans rei ab suo Iustiniani Principis usque ad Normann-

nos Reges Siculis scriptores, & monumenta, quæ supersunt ex naufragio antiquitatis, fidem faciunt. extant Græcanæ Epistole Iustiniani in Sicilia Episcopi ad Petrum Episcopum Antiochenum; Monachorum item Siculorum ad S. Maximum; Nicobaris etiam Glycæ Epistola quadraginta duæ Asceteria. Conclaves etiam ad populum Græce babebantur, quarum aliquæ supersunt adhuc; eius generis sunt laudationes sum Anonymi Syracusani in S. Marcellino Episcopum tum alterius de S. Zosimo Episcopo, Leonis enturpita de S. Leone T. bate maturgo, Gregorij Byzantini de S. Pancratio pluresque homilia Theophanis Episcopi T. auromenitani pro rostris ad populu dicta; plures etiam hymnois sacros Arsenij, Sergij, Iosephi in plures Sanctos in nostra hac historia attulimus. & pariter vitas sanctorum à scriptoribus Siculis Græce editas, & in latinum versas edidimus. bac ergo, atque plarima Siculorum hominum Græca monumenta extant ab anno ferme 400. ad 1000. usque; ac per id temporis nihil reperi latine conscriptum à Siculis, si exceptias Episcoporum nonnullorum Epistolæ ad Romanos Pontifices, Paschalini Lilyboetani ad S. Leonem Magnum, Maximiani Syracusani, eiusque successoris Ioannis, ac Felicis Messanensis Episcopi ad S. Gregorium. qua omnia argumento sunt communem Siculorum linguam per ea temporum in prophanis, sacrisque Græcam fuisse.

Demum atteri cœpist bec lingua per intiationem Saracenorum, qui urbibus, portibus, montibus, fluijs, agris, artium instrumentis Saracenica, seu Arabica indidere nomina, que etiam num perdurant, non tamen tunc aboleri potuit; quare cum Robertus & Rogerius Normanni fratres, pellendis Saracenis traiecere, christianos Siculos Græce loquentes obuiam è pluribus urbibus processisse ex Gaufridi Monachi bistoria planum est. sed attritus sub Saracenis Græca lingue usus, sub Normannis Regibus in Sicilia tandem desit in nouum idioma pedentem degenerans, per vocabulorum accessionem, qua à confluentibus Nationibus mutuabatur. ita olim Roma principio Græca ex Polybio, receptis, admixtisque Oscis, Volscis, alijsque pedestribus degenerauit in tantam lingua diversitatem, ut iam alia penitus fuerit non semel.

NAM QVI RELIQVI FVERVN  
VRBIS EXCIDIO] de sacerdotibus, & clericis id accipo. nam à ciuibus plures capti abducti, ut narrat idem Europalates, et Nicetas, plerique in Orientem profugere, nam Adrianus Dux de Syracusarum excidio certior factus est ex nuntijs, qui ex ea clade fugerant, Ioannes Europalates.

A D SYRACUSANAS MUNITIO-  
NES EMOLIENDAS] in ciues, urbemq; crudelissime desauitum à Barbaris, scriptores omnes contestantur. Nicetas Pa-  
phago: magna Syracusanorum ciuitas hor-  
renda

Lib. I.

21

22

renda clade deleta est. *Ioannes Europa-lates*: Agarenis ad. oppugnationem vehemē-tius incarabentibus , vrbs capta est, multa-que in ipsa facta cædes : reliquisque captis, ipsa vrbs solo est æquata, incensis sacris in- ipsa templis, quæ ad hanc usque diem adeo celebris, & gloria fuerat, quæque multa barbarorum bella propulsauerat, temporis momento, gloriam omnem amisit. *similia promis Cedrenus*: Interim Agareni oppug-nationi instantes, Syracusis potiuntur, magna-que cæde edita, qui superfuerant , cap-tiis abductis, vrbe diruunt , & Ecclesiæ eius incendio perdunt. ita vrbs ea haec tenus, fama celebris , & quæ multa barbarorum bella profligauerat, exiguo temporis spatio perire. Ceterum *Syracusas*, arcem Sicilia principem, vrbe fitu portaque munitam, Sarraceni haud multo post aduersum Imperatores Orientis, & quorum imperio auul-serant, rursum inaurarunt, sibi quis ipfis muniri.

**IMMITES EFFERIQUE AETHIO-PES**] quibus Sarraceni pro satellito, rebus que difficillimis vrebantur. ad *Ioannem Diaconum de excidio Tauromenitano*.

**CELEBERRIMAM, CIVIBVSQUE FREQUENTEM VRBEM PANORMVM**] *Sarracenis potissimum. paullo post Theodosius*: illuc enim (*Panormum*) universorum Sarracenorum genus confluisse, putares. at *Sarracenis connumera captiuos non è Sicilia modo, sed ex ora maritima Italia, vicinisque insulis, Panormum abductos; sedenim quidquid orbium, opidortum qui in Sicilia fuit, excidijs, incendijsque a Barbaris corruptum. vni Panormo pars sum est, qua ob loci amoenitatem, & Sar-raceno delicta est Regia. *Ioannes Europa-lates*: captis Syracusis ab Africæ Sarracenis, quo tempore Basilius Macedo imperabat, etiam tota Insula occupata fuit; vrbes euer-sæ, ac dirutæ, sola excepta Panormo , quæ superfuit, vnde veluti ex quadam propugnaculo profecti Agareni Regionem contra sitam occuparunt , & inde transmitten-tes Insulas usq; ad Peloponnesum diripiebat*

**IN CIRCVITV ÆDES STRVERE**] plures adhuc existant extra Panormum

**magnificè Sarracenorum Principum do-mus, quibus nomina adhuc Sarracena-cuba, zifa adi Fazillum.**

**A DEO V T PERMVLTAS ADIA-CENTES VRBES POSVERINT**] *Suburbia erant Kemonia, Yhuzet, Desin, Yhal-cia, Seralcadis, aliaque, qua hodie uno in-cluse muro, regiones urbis sunt.*

**PRIMARIA] veteri urbi Panormo.**

**NEQVISSIMA VRBS**] *Panormus, in quam tunc confluxerant innumeri Sar-raceni.*

**CONTARCHVM**] *Hastatorum Pre-fectum, nam bastam Contum & Contariū dixerunt, ex Rigaltio. Conton etiam cor-rupta lingua dixerunt quem olim Comitē vocarunt; unde *Cantacuzenus lib. I. cap. cap. 40. ait* Comperiunt Principes Sabau-dix, quem latinorum lingua Conton vocat &c. tamque etiam vocem in *Glossis graco-barbaris reperies, cui respondet Comes; atque binc Itali Conte appellant. num igitur Contarchus vox est gracabarba, ex la-tina corrupta, & ex græca voce?**

**IMPERATRICIS VRBIS**] *Constanti-nopolis.*

**AD MAIOREM AMERAM**] *eredide-rim, quem Cbagebum superius nominave-rat.*

**IN SOLIO CONSIDENS**] *Siculo igi-tur Amera solium, mantili velatum, fuit, signum regia potestatis: numne is fuit qui ab Africano Rego rebellauit, ut in vita S. Procopij Martyris Tauromenitani tradi-tur?*

**ET QVASI MANTILE**] *Varro de hin-gnatina lib. 5., Mantelium quasi manu-terium, vbi manus terguntur. Pbilargyrias lib. I. Georg. Lucilius mantela dicit mappas*

**IAM EX ILLO IN HVNC VSQVE DIEM PERSISTIMVS**] *bistoriæ ab ob-sidione, excidoque Syracusarum creptam-buc usque Theodosius deducit. quid dein Episcopo Syracusano; eidemque Theodosio factum fit, haud compertum babeo. Sed ex corum patientia in orationis animique for-titudine & constantia in confessione Iesu Christi, coram Avera Sarracenorum, part exitum talisse afferuerim.*

F I N I S.

IN-

# INDEX

## RERVM MEMORABILIVM

In Animaduersionibus vtriusque Tomi.

Literæ T. F. N. Tomum, folium, numerum marginalem significant.

### A

**A**Brachen Saracenus Sicilia expugnator quo anno mortuus sit. t. 2. fol. 22. num. 11.  
Abaris quinā populi sint. to. 1. f. 14. n. 17.  
Acta Euagriana de S. Pancratio in examen vocata tom. 1. f. 14. n. 21. f. 17. num. 3.  
Adermonis Vrbis origo. Et nomen: tom. 2. fol. 6. n. 2.  
Adranus Deus Siculis Etnicis peculiaris. tom. 1. fol. 11. num. 6.  
Aetna crateres cibæ inferni fauces docent Patres: tom. 1. fol. 22. num. 12.  
S. Agathonis Papa Patria. tom. 2. f. 1. n. 1.  
Agrigentii veteris situs. to. 1. f. 169. num. 12.  
Agyrium Vrbs. tom. 1. fol. 22. num. 11.  
Alesa nomine plures in Sicilia urbes. t. 1. f. 79. n. 14.  
Ambo in templis refert saxum sepulcrale Christi Domini. tom. 1. fol. 22. num. 8.  
Ameras Praefectum sonat. Et unde ea vox. tom. 2. fol. 23. num. 7. Et 8.  
Ampulla sanguinis cum Martyrum cadaveribus sape condiebantur. tom. 1. fol. 156. num. 4.  
Anabulus scapularis est tom. 2. f. 44. num. 37.  
Anicia ex familia fuere Iustinianus Imp., S. Benedictus, Et S. Placidus. to. 1. f. 146. n. 6.  
Angelorum opera sape Martyribus sepulcra comparata. tom. 1. fol. 82. num. 17.  
Angeli cur adolescentiæ specie depicti. t. 2. f. 93. n. 12.  
Angeli cur alati depingantur. to. 2. f. 96. n. 31.  
Angelorum nomina esse Vriel, Barachiel, Sealbiel, Tebudiel defendit. tom. 2. f. 99. n. 39.  
S. Anna caput in Castellobono to 2. f. 82. n. 8.  
Anni ab orbe condito ad Christum quot à Siculis olim numerabantur. tom. 2. fol. 39. n. 24.  
Antimissia quid sint. tom. 1. fol. 9. num. 15.  
Antra Petropia Syracusis à Diu Marciano inhabitata. tom. 1. fol. 7. num. 2.  
Apollo Archegeta in Sicilia cultus. t. 1. f. 11. n. 7.  
Apostolorum missio ad gentes ante annum Christi 40. fuit. tom. 1. fol. 3. num. 4.  
Apostolicum nomen Episcopis olim tributum. tom. 1. fol. 74. num. 29.  
Apostolorum, Et Apostolica Habitus-Pontificis. ib.  
Aqua Sancta fons Leontinis ubi S. Alphio absissa lingua. tom. 1. fol. 55. num. 39.  
Arcarij munas quodnam in Ecclesia. t. 2. f. 1. n. 2.  
Arch angelus Marafotus addicens Calabria Sanctos Siculos refutatur. tom. 2. fol. 1. num. 1.  
Ascalos num recens Scalea sit. to. 1. f. 135. n. 11.  
Assia fluvius hodie Gisra. to. 1. f. 73. n. 12.  
Augusti nomen etiam Italia Regibus datum. to. 1. fol. 146. num. 2.  
Aulina quis locus in Calabria. t. 2. f. 24. n. 12. Et 24

### B

**B**Abyla Antiochenitres fuere, sed male confusi. Tom 1. fol. 11. num. 6.  
Baculum in crucis formem gestabat Sanctus Petrus. tom. 2. fol. 61. num. 4.

Balneum pro potus genere sumptum. t. 2. f. 14. n. 6.  
Bona à Tertullo donata S. Benedicto. l. 1. f. 146. n. 11.  
Bonifacij nomen an antiquum. tom. 1. f. 11. n. 11.  
Buccina quis locus ad portum Rem to. 1. f. 130.  
Bulle Apostolice pro reliquijs SS. Placidi, Et Sociorum. tom. 1. fol. 157.  
Bucoleon portus cur ita dictus. to. 2. fol. 8. n. 18.  
Butacides Deus Siculis Etnicis peculiaris: tom. 1. fol. 11. num. 6.

### C

**C**Alumnis in Sanctos sape per mulierculas structa. tom. 1. fol. 172. num. 74.  
Caltagironum unde nomen traxerit. t. 2. f. 69. n. 2.  
Camisia unde dicitur. tom. 2. fol. 64. num. 2.  
Campagi calceamentigenas. to. 1. f. 179. n. 3.  
Campus Piorum quis in Sicilia. to. 2. f. 20. n. 3.  
Caput Martyribus semiratum aliquando, Et cur tom. 2. fol. 53. num. 14.  
Carceris Capitolini partes Mamertinum, Tullianum, Robur. tom. 1. fol. 79. n. 12.  
Carceris fores Praesidis annulo aliquando ob signata. tom. 1. f. 72. n. 3.  
Castrum S. Mariae urbs in Sicilia à Sarracenis diruta. tom. 2. fol. 23. num. 5.  
Catapanus idem quod Praefectus to. 2. fol. 32. n. 17.  
Catapani munus institutum anno Christi 982. to. 2. fol. 33. num. 21.  
Catomo cadi vel suspendi quid sit. to. 1. f. 68. n. 4.  
Cella pro Monasterio, Et Cellulae Monaci. to. 1. fol. 85. num. 8.  
Cephalitana balnea quamam sint. to. 2. f. 65. n. 15.  
Cereris templum Catana à Diu Leone dirutum. tom. 2. fol. 10. num. 9.  
Cippus quid esset. tom. 1. fol. 37. num. 9.  
Christiani repentes ex osculabuntur catenas Detentorum in carcere pro Christi fide. t. 1. f. 65. n. 7.  
Christiani ab Etnicis Magi credebantur. tom. 1. fol. 89. num. 19.  
Cartaphylacis quodnam fuerit manu. t. 1. f. 170. n. 30.  
Cbrisas Deus Siculis Etnicis peculiaris. tom. 1. fol. 11. num. 6.  
Clavis S. Crucis cur plures reperiuntur. t. 2. f. 88. n. 1.  
Constans Imper. quo anno Syracusis occisus. to. 1. fol. 153. num. 3.  
Consul pro Consulari à posteriori qui scriptoribus sape usurpatus. tom. 1. fol. 9. n. 5.  
Corpora Sanctorum sape ibi discuntur, ubi aliqua tantum eorum pars. to. 1. f. 49. n. 17. Et f. 171. n. 7.  
Cranius mons ubi sit. tom. 1. fol. 106. n. 5.  
Crotaleus mons in Sicilia. tom. 1. fol. 8. n. 9.  
Curiosa artes sunt Magicae. to. 1. fol. 32. n. 7.

### D

**D**Eifer quis dicitur. Tom. 1. fol. 8. num. 6.  
Demena urbs Sicilia nunc diruta. t. 1. f. 35. n. 7.  
Diaconissarum manus. tom. 1. fol. 14. n. 18.  
Diademata cur Sanctis, Et Angelis appingantur. to. 2. f. 93. n. 12.  
Diu-

# INDEX.

*Divitiae in Ecclesiis plurime olim collatae, tom. 1.  
fol. 65. num. 13.*

*Dominica noua quanam sit apud Gracos, tom. 1.  
fol. 70. num. 19.*

*Draconum cultus apud Ethnicos, tom. 1. fol. 10. nu.  
5. & fol. 17. nu. 2. fol. 26. n. 6.*

*Draconum à Sanctis miraculo occisorum exempla  
tom. 1. fol. 26. num. 9.*

*Drepanensis cœnobij Carmelitarum fundatio, s. 2.  
fol. 72. n. 4.*

## E

*Ecclesiæ Siculae D. Petrus, aut eius successores  
instituerunt, to. 1. fol. 3. nu. 3.*

*Eiuratio christiane fidei solemnis qui fieret apud  
Ethnicos, to. 1. fol. 57. nu. 3.*

*Elpis uxoris Boetij Sicula, to 1. fol. 146 num. 7.  
Emporium Agrigentis suburbium, tom. 1. fol. 170. &  
171. nu. 23. & 58.*

*Enna à Syracusani condita, & quo anno eversa,  
tom. 2. fol. 23. nu. 3.*

*Episcopi plures in iuuenili aetate instituti, tom. 1.  
fol. 27. nu. 7.*

*Episcopinomen Prefectio monasterij datum, tom. 1.  
fol. 32. num. 8.*

*Episcopis obuiam itum cum cereis, & odoribus, to.  
1. fol. 62. num. 9.*

*Episcopi ab apostolis in celum receptis consecrati,  
tom. 1. fol. 72. nu. 14.*

*Episcoporum causa criminales coram synodo olim  
agitate, to. 1. fol. 173. nu. 82. & 90.*

*Episcopis delatus honor ab Imp. s. 1. f. 174. nu. 114.*

*Episcopi inuiti delecti, to. 1. fol. 81. nu. 17.*

*Episcoporum pedibus prouoluti christiani, tom. 1.  
fol. 187. num. 21.*

*Episcopi aliqui successorem sibi delegerunt, tom. 1.  
fol. 182. num. 29.*

*Eraucus mons prope Thermae Himerenses, tom. 1.  
fol. 167. num. 12.*

*Euangelium D. Marci D. Petro tributum, tom. 1.  
fol. 22. num. 9.*

*Eucharistiam quotidie plurimi inter persecutio-  
nes samebant, tom. 1. fol. 73. n. 16.*

*Eucharistia olim à S. viris delata, ut viaticum ad  
iter, & navigationem, to. 1. fol. 178. nu. 9.*

*Euphrius, & Archileon an in Siciliam venerint.  
to. 1. fol. 106. nu. 9.*

*Excoriationum à Persis ortas, t. 1. fol. 32. nu. 8.*

*Excoribus pro Christo noven Martyrum datum  
tom. 1. fol. 115. num. 2.*

*Exaltationis S. crucis festum sub Constantino M.  
ceptum, tom. 1. fol. 21. num. 5.*

## F

*Flammina Sicilia fere 70. s. 2. f. 42. n. 7.  
Fretum Siculum Mamaca, & Alarici exercitu-  
sus absumpst. t. 1. f. 153. n. 19.*

*Furcifer quis dicatur t. 1. f. 153. n. 15.*

*Gabriel secundus in se Serapinos to. 2. f. 94.  
num. 27.*

*Gabriel cur appictum speculam ex iaspide, & la-  
ternat. 2. f. 95. n. 27.*

*Gemmariarum mons quis sit, & cur ita dicatur to.  
1. f. 107. n. 11.*

*Georgius Maniacus Siciliam liberat tom. 2. fo. 43.  
num. 26.*

*S. Gregorius Decapolita Syracusis edit miracula to.  
2. f. 17. n. 18.*

*Graca lingua usus in Sicilia olim vulgaris. to. 1. f.  
180. n. 6.*

*G uillelmus II. Rex Sicilia prole caruit. to. 2. f. 59.  
num. 3.*

## H

*H Antimissa quid sit. t. 1. f. 9. n. 15.  
Herbesi nomendua Vrbes in Sicilia babue-  
re. t. 1. f. 114. n. 6.*

*Hierosolymitana peregrinatio a pluribus Sanctis,  
Siculis suscepta. t. 2. f. 24. n. 10.*

*Hippodromi Catonensis amplitudo. tom. 2. fo. 7.  
num. 8.*

*Hybla Sicilia Vrbs. t. 1. f. 34. n. 2.  
Hyspa, & Hypsa duo in Sicilia flumina. tom. 2. fo.  
89. n. 4.*

## I

*I Aspidis nomen & proprietates. t. 2. f. 95. n. 27.  
Idolorum templo miraculo diruta. to. 1. f. 11.  
num. 8.*

*Imago Deipare a D. Luca depicta Panormum trans-  
lata t. 2. f. 64. n. 8.*

*In Impp. nominibus saepe erratum penes acta San-  
ctorum. t. 1. f. 21. n. 3.*

*In aures Arabibus proprium insigne tom. 1. fo. 61.  
num. 4.*

*In Inventione S. Placidi & Soc. grates dubitatio-  
net dissoluta. t. 1. f. 162.*

*Iosephus Hymnographus quot Sanctorum Hymnos  
ediderit t. 2. f. 18. n. 20.*

*Iustina Valentiani Iunioris mater Sicula fuit. to.  
1. f. 143. n. 3.*

*Judices a Martyribus verborum aculeis saepe vul-  
neratis. t. 1. f. 44. n. 17.*

## L

*L Ac pro sanguine effusum in eade plurium Mar-  
tyrum t. 1. f. 114. n. 10.*

*Leocata est vetus Phintia, to. 2. f. 64. n. 2.*

*Leontini urbem amplissima t. 1. f. 51. n. 19.*

*Leontinorum Mesopolis idem ac Leontini. tom. 1.  
f. 53. n. 19.*

*Lenonum ac infamium habitus diuersus a commu-  
ni. t. 1. f. 88. n. 14.*

*Libellatuci qui dicerentur. t. 1. f. 57. n. 3.*

*Ligno ante campanas inuentas ad conuocandas  
conuentus vibrabantur. t. 1. f. 272. n. 75.*

*Litania in die Purificationis B. V. a S. Sergio Papa  
instituta. t. 2. f. 3. n. 13.*

*Longobardia novem aliquando complexum extre-  
mam Italie partem. t. 2. f. 33. n. 19.*

*Lotio Etnici contra Magias vibrabantur. tom. 1.  
f. 88. n. 17.*

*S. Lucia an crux oculi. t. 1. f. 91. n. 7.*

*S. Lucia predictio de Ecclesiâ pace quod osensi intel-  
ligenda. t. 1. f. 91. n. 11.*

*S. Lucia velum, tunica, calcei cuiusmodi fuerint.  
t. 1. f. 95. n. 7.*

*Lucifer Angelorum supremus. tom. 2. fo. 93. n.  
2.*

*Lydia Dj quinam dicerentur. tom. 1. fol. 1. num.  
5.*

## M

*M Amucha S. Placidi interfectorum de soluit.  
t. 1. f. 148. n. 13.*

*Mamucha crudelitas in Christianos to. 1. f. 152.  
num. 18.*

*Manganum machina militaris, & torquendis Chris-  
tianis adhibitat. t. 1. f. 70. n. 17.*

*Mag.*

# INDEX.

- Manicare antiqua eon per manus surgere. tom. 1.  
f. 72. n. 20.*
- Martyris nomen Christo Datum. t. 1. f. 8 n. 11.  
Martyrum saepe Ecclesiam significat tom. 1. f. 19.  
n. 20. 3.*
- Martyrii laus ex Tertulliano t. 1. f. 29. n. 15.  
Martyrum preces multum olim expeditae tom. 1. f.  
59. n. 7.*
- Martyres sub altari conditi tom. 1. fol. 75. num.  
39.*
- Martyrum nomen datum olim etiam ante mortem  
pro Christo passis t. 1. f. 106. n. 3.*
- Masabala urbs Sicilia & Africa tom. 1. f. 53. nu.  
16.*
- Matta est florea t. 1. f. 82. n. 27.*
- Mauritania datum nomen Hispanie tom. 1. f. 150.  
num. 15.*
- Maxentij crudelitas t. 1. f. 115. n. 3.*
- Megara Sicilia urbs t. 1. f. 34. n. 2.*
- Menaum siue Mena urbs Sicilia tom. 1. f. 62. nu.  
12.*
- Menda urbs iam diruta in agro Netino t. 1. f. 77.  
& 80. n. 1. & 17.*
- Michael Beatorum spirituum supremus tom. 2. fo.  
93. n. 5.*
- Michael Glycas Historicus fuit Siculus tom. 2. fo.  
8. nu. 1.*
- Miracula plurima in Inventione SS. Placidi &  
Soc. t. 1. f. 156. n. 9.*
- Moloch quis deus habitus tom. 1. fol. 151 numer.  
16.*
- Monasterium ad Baia ubi situm tom. 2. fol. 2.  
num. 9.*
- Monasterium Messanense S. Placidi a Saracenis  
ter direptum t. 1. f. 152. 154. & 160.*
- Monasterij S. Salvatoris origo tom. 2. f. 50. num.  
17.*
- Monasterium S. Stephani Agrigentinius antiquissi-  
mum t. 1. f. 62. n. 6.*
- Morgantum Sicilia urbs. tom. 1. fol. 34. numer.  
2.*
- Mulieres seorsim a viris in Ecclesia tom. 2. fol. 5.  
num. 11.*
- Myla D Pappiani tutelam experta. tom. 1. fo. 135.  
nu. 8.*
- N**
- Axos ubi olim sita. t. 1. f. 11. n. 7.*
- Nebrodes mons nunc Madonia. to. 2. fo. 81.  
nu. 3.*
- Nicosia an sit antiqua Herbita tom. 2. fo. 63.  
nu. 2.*
- S. Nympba Nicana diversa a Panormitanat. 1. f.  
118. n. 36.*
- O**
- Dor saepe a Deo afflatus in SS. Corporum In-  
ventione t. 1. f. 156. n. 6.*
- SS Onuprij & Archibironis & Paulini corpora-  
Sutera t. 2. f. 67. n. 22.*
- Oppidapura Sicilia ex Sanctorum vitis tantum  
cognitata. 2. f. 35. n. 7. & f. 49. n. 2.*
- Orarium est Stola Episcopalis t. 2. f. 8. n. 20.*
- Ordinis Benedictini prima colonia extra Italiam  
venit in Siciliam t. 1. f. 147. n. 12.*
- P**
- Acta an antiqua urbs. tom. 1. fol. 110. num.  
13.*
- Panula Episcoporum an sit Birrus. t. 1. f. 181. n. 20.*
- Palma olim Hierosolymitana expeditionis insignis.  
t. 2. f. 40. n. 4.*
- Palici Dy olim in Sicilia culti. t. 1. f. 5 n. 10.*
- Panis in lapidem versus t. 1. f. 26. n. 8.*
- Pantalica prope Sorinum t. 1. f. 113. n. 6.*
- D Pantanus cur Apis Sicula dicatur t. 2. f. 34. n. 6.*
- Passares promontorium idem cum Pacbyno t. 1. f.  
170. n. 22.*
- Passopborium locus ubi SS. Eucbaristia sequatur  
t. 1. f. 75. n. 38.*
- Patria Martyris locus mortis tom. 1. f. 9 nu. 17. &  
f. 139 n. 6.*
- Patricius dignitas & insignia t. 1. f. 146. n. 6.*
- D Paulus Syracusae venit t. 1. f. 4 n. 6.*
- D Petrus in Siciliam venit t. 1. f. 11. nu. 12.*
- Persecutionum atrocium finem saepe deus prædictis  
suis tom. 1. fol. 72. num. 7.*
- Persecutionis sub Diocletiano immanitas t. 1. f. 105.  
nam. 2.*
- Phalco Deus Siculis Etibnicis peculiaris tom. 1. fol.  
11. num. 6.*
- Pharos est corona undependent lampades in Eccle-  
sia.. tom. 2. fol. 5 num. 3.*
- Phintia urbs nunc Licata. tom. 1. fol. 81. num. 26.*
- Plumbata quid fuerint tom. 1. fol. 318. nu. 5.*
- Portus S. Hippolyti est Portus ad Tyberim to. 1. f.  
74 nu. 32.*
- Prefectura Urbis Roma secunda in Orbe dignitas  
tom. 1. f. 52. nu. 2.*
- Prætoriorum vicus olim prope Agrigentum tom. 2. fo.  
168 num. 4.*
- Primicerius quis & unde dicitur t. 2. f. 45. n. 3.*
- Pruna pallio delata a SS. Viris ad defensionem ca-  
lunia tom. 1. f. 174. nu. 108.*
- Psiathon ex intextis iupecis. tom. 1. fol. 182. n. 27.*
- Purpureas conchas an babeat Sicilia.*
- Q**
- R**
- Rauenna cur triplex oppidum dictum sit tom. 1. fo.  
142. num. 8.*
- Rauennas Ecclesia patrimonium suum in Sicilia  
babuit tom. 1. fol. 140. num. 7.*
- Rei repetundarum qua pena olim punirentur t. 1.  
f. 93. n. 13.*
- Rempham quis Deus habitus tom. 1. f. 15. nu. 16.*
- Rex Francie constitutus olim Patricius Romano-  
rum to. 2. fol. 13. n. 12.*
- Reliquiarum veritatem miracula potissimum osté-  
dunt. tom. 1. fol. 49. nu. 27.*
- Rhetorices primi scriptores Corax & Tisias t. 2.  
fo. 5. num. 20.*
- Rogai demac donum t. 2. f. 2. n. 12.*
- S**
- Acellarus pro Thesaurario tom. 2. fol. 20. n. 5.  
2. fol. 42. num. 9.*
- Sal purpureum & splendidum in Sicilia tom.  
Sanctorum corpora ut saepe casu inueniri vult De-  
us to. 1. f. 155. nu. 1.*
- Sancti adhuc viuentes operis inuocantibus longe po-  
sitis saepe attulere tom. 1. fol. 142. num. 9.*
- Sancta Pacia familia in Siciliam quando venerit  
to. 2. fol. 67. nu. 2.*
- Saraceni quo anno Siciliam occuparint tom. 1. fo.  
46. num. 3.*
- Saraceni Panormitani ab Africa Rege rebellant.  
tom. 2. fol. 21. num. 4.*
- Saraceni quibus annis principias Sicilie urbes eg-  
perint tom. 2. fol. 23. num. 5.*

Sea-

# INDEX.

- Scaniū oppidū olim Siciliā. tom. 2. f. 40. num. 3.  
Scamāder Deus olim in Siciliā cultus. t. 1. f. 12. n. 10  
Scriptores Siculi plures. tom. 2. fol. 43. num. 21.  
Secretarium locus ubi iudices causas examinant.  
tom. 1. fol. 38. & 83.  
Selinodium mons hodie sperone: to. 1. fol. 59. num. 5.  
Selinus fluuius, & urbis iam diruta t. 1. f. 77. nu. 3.  
Sepulerum Sanctis saepe Angelorum opera paratis:  
tom. 2. fol. 16. num. 4.  
S. Sergius miraculo à columnia Stupri liberatus:  
tom. 2. fol. 5 num. 16.  
Serpentes mirè magnitudinis. to. 1. f. 26. nu. 5.  
Serui Dei per columniam Seductores vocati. to. 1.  
fol. 172. num. 70.  
Sicilia nomen unde profectum. to. 1. fol. 47 nu. 9.  
De Siciliā ad fidem conuersione error Buccin-  
geri. tom. 1. fol. 9 num. 2.  
Siciliā, vel eius pars an Ecclesia Rouennati sub-  
iecta fuerit: tom. 1. fol. 140 num. 7.  
Siciliā à Saracenis deuictā Africa Regi subiecta:  
tom. 2. fol. 21. num. 1.  
Sicilię laus à fecunditate &c. tom. 2. fol. 41.  
Siculum mare quibus finibus claudatur: tom. 2.  
fol. 38 num. 8.  
Simulacra Deorum innumera non raro Etnici  
penesse domi habebant. tom. 1. fol. 79 num. 9.  
Speluncas plurimas demones in Siciliā obsecrav-  
ante Euangeliū tenebant: tom. 1. fol. 50. n. 2.  
Spaccafurnus est Ipsius fundus. to. 2. f. 89. nu. 4.  
Sticharium tunica monachorum. to. 2. fol. 44. n. 31.  
Symetbus fluuius hodie dicitur Giarretta; tom. 1.  
fol. 53. num. 17.  
Syracusa quinque urbes olim complexe cum am-  
bitu 22. S. M. tom. 1. fol. 7. & 9. n. 2. & 16.  
Syracusanorum portu amplitudo. t. 2. f. 104. n. 10.  
Syracusanorum clades à Saracenis ann. Cbr. 669.  
tom. 1. fol. 154. num. 4.  
Syracusa à Vandalis passae cladem to. 1. f. 182. n. 23.  
Syracusanum Bxcidium ultimum per Saracenos  
quo anno contigerit. tom. 2. fol. 102. nu. 1.*
- Syracusana matrix Ecclesia antiquissima obisita,  
tom. 1. fol. 4. n. 5.  
Syracusana crypta D. Io. & D. Lucia an fint sepul-  
cra Gentilium an Christianorum. to. 1. f. 5. n. 11.  
  
T Anager torrens in Lucania: t. 1. f. 7. n. 13.  
Tauromenij urigo, & etymon: tom. 1. folio  
10. num. 5. & folio 16. nu. 2.  
Tauromenium quo anno à Saracenis expugnatū:  
tom. 1. fol. 21. num. 2.  
Tauriani reliquijs cōstitit Seminara: t. 1. f. 138. n. 7.  
Templum Diva Lucia cum Monasterio ubi fue-  
rit Catane: tom. 2. fol. 10. nu. 15.  
Terias flunias hodie dicitar S. Leonardi: tom. 1.  
folio 59 num. 2.  
Territoria quid sit: tom. 1. fol. 182. nu. 27.  
Thaumaturgi nomen pluribus Sanctis Siculis tri-  
butum: to. 1. fol. 19. nu. 2. & fol. 174. nu. 108.  
Tiberisstrum vel vehis vel capitis regmen: tom. 2.  
fol. 14. num. 5.  
Tibernia plures in Sicilia: tom. 2. fol. 41. nu. 6.  
Triocala Sicilia urbs: tom. 1. fol. 26. nu. 3.  
Troina Sicilię urb.: tom. 2. fol. 59. nu. 2.  
Trisagium qua occasione cani cœptum: tom. 2.  
folio 44. num. 35.  
Tyros Vjcus olim prope Agrigentum: t. 1. f. 169. n. 6*

## V

- Vrgines templum & altare Dei sunt: Tom. 1.  
folio 87. num. 9.  
Vrgines Christianas ad Lupanaria tractas Deus  
miris modis seruauit: tom. 1. fol. 87. n. 10. & 15.  
Vrgines Sanctę plures habitum virilem induerūt:  
tom. 2. folio 40. num. 5.  
D. Viti templum ad littus maris pluribus miracu-  
lis celebre: tom. 1. folio 66. nu. 10.  
D. Viti reliquie vbi cotantur: to. 1. fol. 72. n. 2.  
Vulcani Insula dinicitus recessit à Lipara: tom. 1.  
folio 136. num. 14.*

**FINIS.**



# DE SANCTO AGATHONE

PANORMITANO ET ROMANO PONTIF.

Ex Graeco Menologio Imperatoris Basili.

**A**GATHON Thaumaturgus, in Italia, parentibus pijs natus, aetate ab ijs summo studio omnibus sacrae scripturae literis eruditus; tantum ex ea utilitas, tantumque emptionis cordis percipit, ut mortuis parentibus, congestas statim vnum in locum facultates, die uno, pauperibus diuerterit: deinceps in monasterium inclusus, totum se divino cultui mancipauit, dies noctesque

Deum pro mundi salute precibus fatigans, a quo miraculorum munere dignatus, Thaumaturgi cognomen talit, Posthō vero Ecclēsī Pontifex creatus republika optime administrata, scipium & viamque iuam omnibus singularē bene vivendi exemplum reliquit.

Vide Annotatōrē, fol. 1.

## VITA S. AGATHONIS PAPÆ.

Ex Anastasio S. R. E. Bibliothecario.

Agatho ex  
Monacho  
Pontifex.

**A**GATHO ratione Si-  
culus, ex monacho Pō-  
tis, sedis annos tres  
menses 8. dies 15. tan-  
ta benignitate, ac mā-  
suetudine fuit, ut ne-  
mini non esset iucun-  
dissimus. Clerum di-  
uersis ordinibus, & honoribus ampliauit.  
Arearium & per se p̄ter confuetudinē  
agere voluit: sed morbo detentus alij  
de more instituit: Se Pontifice, Theodorus  
Rauennæ Archiepiscopus, post multos tan-  
dem annos Ap̄stolice sedi se p̄fendantuit.  
Dedērunt p̄jūlī Principes Constantinus,  
Heraclius, & Tiberius Augg. literas per  
Epiphaniū, qui erat ijs & secretis, ad Do-  
num, quem adhuc superstitem putabant.  
Agathonis antecessorem, quibus hortabā-  
tur, vellet Pontifex sacerdotes, aliosue in-  
vrbem regiam legare, ad Ecclesias & ali-  
quando consociandas. His acceptis, Aga-  
tho tantam rem segnus, aut lentius agendā  
non putauit, legat igitur ex templo Abun-  
dantium Paternensem, Ioannē Reginum,  
& Ioannem Portuensem Episcopos: Theo-  
dorū præterea, & Georgium presbyteros  
Ioannem diaconum, & Constantinum Sub-  
diaconum; Theodorū item presbyterum  
Rauennatē, ac monachos Dei seruos. abeūt  
Constantinopolim, ab Imperatore per-  
honisce accipiuntur, monentur ne per-  
multum, turbasq; sed placide, moderatoq;  
negotium transfigant, interfuerū Synodo,

præter Imperatorem, Macarius Antioche-  
nus, & Georgius Patriarcha Constantino-  
politanus, ipsique Apostolice sedis legati,  
& ex Oriente 4 Episcopi CL quisitum, ut  
explicaretur apertius, vna nean, duæ sint in  
Christo Domino voluntates, invertunt Ma-  
carius, & Georgius veras Patrum sentētias,  
Synodos corrumpunt. instant orthodoxy,  
adductisq; SS. Chrysostomi, Cyrilli, Athana-  
si, Basilij, Gregory, Dionysij, Hilarij, Am-  
brosi, & Leonis sentētias, Georgium adi-  
gunt, mutare mentem, & vera sentire. Ma-  
carius vero pertinacem, nec ad Synodicam  
Agathonis, cui sub scripserant, 6 Occidētis  
Episcopi CXX, acquiescentem, anathema-  
tizant, ē Synodo exturbant, Romamq; 7 cū  
suis eiiciunt in exsiliū; eiusq; & aliorum 8  
nomina, figuræq; vbi vbi forant, expungunt  
ac delent: in locum 9 Macarij, Theophaniū  
sufficiunt, Abbatem in Sicilia Monasterij, q;  
Baias dicunt. hic exitus improborum, sic  
quas texuerant, aranearum telæ dissipata  
sunt. quod eò nimirum prodigio monstra-  
rum. eò quippe die, quo die Macarius ex-  
pulsus est, tot ac tam nigræ, spectante popu-  
lo, Constantinopoli cecidere aranearū telæ,  
ut non mediocris omnes coperit stupor. ita  
discidio sublato, ciliiq; inter Christianos  
bello compedito, Ioannes Episcopus Por-  
tuensis, Dominico die Paschæ, coram Prin-  
cipe, ac Patriarcha, in Ecclesia B. Sophie,  
Missam latine celebrat; latine etiam omni-  
bus acclamauitibus, p̄i, simorūq; Augg. Iau-  
des predicantibus. Ceterum postulauit ab

Impe-

3  
Sextam Sy-  
nodum in-  
dicat.

## Vita S. Leonis Papæ.

Imperatore Agatho, de ea no pecunia st̄-  
qua, que dari ad Pontificis ordinatiōem,  
solita erat, remitteretur, ac defraheretur. It-  
teras ea d. re. a Constantino accepit ex se-  
tentia utrū tamēa, i. vt. pacifex, qui ab  
inde eligeretur, non ordinaretur prius quam  
generat dicitur, in regim̄ ex eo ad Pan-  
peratō. et deferebatur, sicque ed conscio; ac  
iubente res tota conficeretur. Idem quoq;  
Pontifex rogans, i. vnap̄ Clero ministro  
dimisi; ad lumbaria quoq; apostolū  
& S. Mat̄i ad p̄fsepe solidos dedit. C. I.  
C. I. CLX. creavit vna ordinatione pres-  
byteros X. Diaconos tres. Ep̄scopos per di-  
uersa loca. 18. sepultus ad B. Petrum 4.  
idus Ianuarii, i. vacavit sedes annum v-  
num, menses. D. V.

Pontifex rogans, i. vnap̄ Clero ministro  
dimisi; ad lumbaria quoq; apostolū  
& S. Mat̄i ad p̄fsepe solidos dedit. C. I.  
C. I. CLX. creavit vna ordinatione pres-  
byteros X. Diaconos tres. Ep̄scopos per di-  
uersa loca. 18. sepultus ad B. Petrum 4.  
idus Ianuarii, i. vacavit sedes annum v-  
num, menses. D. V.

Vide Annalium s. folio 1.

Anno Chr.  
624.  
28. Iunij.

## VITA S. LEONIS PAPÆ

Ex Anastasio S. R. E. Bibliothecario.

**L**EO y Natione Siculus, patre  
Paulo a tribus Ep̄scopis An-  
drea Ostiensi, Joanne Portuensi  
& Pietro Veliternensi (Epi-  
scopo enim Albanensis eccl̄ie  
carebat) Pontifex & Ma-  
ximus ordinatus. Pontificatum gessit mēs  
10. dies 18. vir eloquentissimus, diuinis let-  
teris satis instruētus, Græce, latineq; doctissi-  
mus; Musices vero in prisais peritus; qua m-  
aritatem exercitatio; quoq; perpoluerat; po-  
puli incitamento; singulare ad bona opera  
vel cognoscenda, vel obvanda: paupertatis  
studiosus: pauperum prouisor, non animo so-  
luna, sed & opera, & labore sollicitus. suscep-  
pit is 6 Synodus, sub Constantino p̄fissimo,  
clementissimoq; Princeps in urbe regia, re-  
gio 3 in palatio, cui Trullus nomen, cele-  
bratū; Græceq; 4 conscriptam: in qua pre-  
ter Apostolicā sedis legatos, & Patriarchas  
duos, Constantiopolitanum scilicet, & An-  
tiōchenum, interfluere Ep̄scopi CL.; in eaq;  
Cyrus, 5 Sergius Honorius, Pyrrhus, Paulus,  
Petrus, Macarius cum discipulo suo Stephano;  
sed & Polychrotius nouis imo, qui vna  
in Christo voluntatem predicabant, condé-  
nati sunt. x quibus Macarium, Stephanum,  
Polychronium, & Anastasiū in heresi per-  
titacius obdurantes, alium in alio monasterio  
Leo raffractus. idem vero Anastasiū 6 Pres-  
byterum, & Leontium eccl̄ie Constantino-  
politanum Diaconum, ex urbe regia Romam

cum eo, de quo dicti est, Macario, ceterisq;  
missis, neq; dura per Synodum & fidem  
communione sciunctos, festo Theophania  
die absoluīt, fidem suam & scripto (quod su-  
pra Synodus decreuerat) expōsset, om-  
nesq; hereticos, atq; adeo pr̄dictos eti-  
dem erroris consicos, quos sancta synodus  
anathematizauerat, excusat. Ceterū  
sub Leone quoq; Ravennas eccl̄ia per Di-  
uales iussiones clementissimi Principis in-  
ordinem sedata, & apostolica sedi restitu-  
ta est: vt Archiepiscopo mortuo, qui sicut  
fuerit antiquo mores, Romam veiat or-  
dinandus. Huius 7 Pontificis est constitutum  
illud, quod in eccl̄ie Archiuio serua-  
tur, ne qui fuerit Archiepiscopus ordinatus;  
aut pro v̄lo pallij, aut pro alijs officijs Eccle-  
siasticis, quidq;nam persoūat. Sed ne Mauri  
8 quondam Ep̄scopi dies anniuersarius ces-  
lebraretur, veruit. Hic eccl̄iam posuit in  
Urbe, intra S. Bibianam, vbi & SS. Siphlicij,  
Faustini, Beaticis, atq; aliorum, Martyrum  
corpora condidit, quam D. Pauli Apostoli  
nomine dedicauit. alia quoq; eius iusu in  
honorem B. Sebastiani, nec nō Georgij mar-  
tyris eccl̄ia costructa est ad velum aureum.  
hic Junio mense, die 27. Presbyteros ordi-  
nauit nouē. Diaconos tres. Ep̄scopos alios  
alijs in locis 23. sepultus 9. tandem est ad  
B. Petrum Apostolum 4. Kal. Iulij. Vacat in-  
terea sedes menses 2. dies 22.

Vide Annalium s. folio 6.

Ago. Sexta  
Synodi re-  
cepit

3

4

5

6

Anno Chr.  
687.  
22. Sept.

## VITA S. CONONIS PAPAE

Ex Anastasio S. R. E. Bibliothecario

**C**ONON 1 oriundus ex patre Tracesio,  
apud 2 Siciliā educatus, Romā inde  
aduenies, vbi in Romana eccl̄ia, inter pres-  
byters meruisse, 3 Pontifex creatus, ses-  
dit menses 11. D. 23. in cuius tamen elec-  
tione, non leuis extitit inter clerum, exerci-  
tumq; dissensio, ille Petrum Archipresbyterum,  
hic Theodorū presbyterum, in demor-  
tui P̄tificis locum, sufficere conabatur. sed  
facerdotes tandem, clerisq; p̄scopū Late-  
ranense ingressi, Cononē vñanimes eligunt,  
eius proœcta zatas, veneranda canities, An-  
gelicus aspectus, sermo verus, simplex anima  
quieti mores, religiosa vita a cauſis, adibit  
quæ secularibus abhorres animus, tanto ma-

gistrata, dignissimum praedicabat. Probatur 4  
elecio Iudicibus, exercitusq; primatibus, &  
exercitu vniuerso, necnon Exarcho Ravennati  
Theodoro, qui eam per nuntios de mo-  
re accepérat. vbiq; digno, atq; adeo caro P̄o-  
tificij acclamatur. Pontificatu suscepto, nihil  
Conon, q; tantū munus postularet, pr̄ter-  
misit tñquā. Ep̄scopos creavit per diuersa  
loca 16. sed diuturno implicitus morbo, vt  
vix etiam sacerdotum ordinationes explere  
potuerit, obiit, tanta clero, monasterijsq; re-  
licita auri summa, quantā Papa Benedictus  
ante legarat. sepelitur ad B. Petru Apostolum  
20. mensis Octob. Vacat interea sedes mē-  
ses 2. dies 13.

DE S.

Anno Chr.  
690.  
25. Octob.

3

# DE SANGTO SABINO EPISC. CATANENSI, ET CONFESS.



ABINVS Catane Verbis suis  
Episcopus, eius sanctissimi  
vir gentes res interiere; sed in  
terire nomen, minime pa-  
tiar; testimonij de sancti-  
tate eius allatis, quæ tem-  
pora reliquere. à scriptore vita B. Leonis  
hoc exornatur elogio: Sabinus vir meritis  
conspicuus, fide, vita, moribus Deo dignus  
Antistes, quem non vniuersi modo, qui ex  
eius diecessi erant, verum etiam Siculi om-  
nes præ sanctitate venerabantur. Explora-  
cursu migravit è vita, possessurus in calo  
vitam cum Christo aeternam. Hoc habet is  
scriptor de Sabino, claruisse spiritu propheticō,  
testis est Iambographus Græcus in  
Leone; de quo moriens Sabinus oracula  
que Iambis item transferimus, hæc edidit.

Id cum videret Catana Antistes integer  
Sabinus, hæc haud mendax vates edidit:  
Simulac, inquit, natura nos cesserimus,  
Nostras subibit optimus Pastor vices  
Leo, sancteque suos sibi pascat greges.  
Salubre inigens ad pabulum felix pecus.  
Fulgebit idem signis ac miraculis,  
Vt efferratur superum Regi gloria.  
Ponetque templum Lucis inuictissime.  
Hoc cù dixisset post paulo emoritur sinece  
Cunctis potenti Deo commendans spiritalia,  
Beatas ad priorum se des euolas,

Ad hec Breuiarium Gallicanum in San-  
to Leone, Sabinus ait, vir sanctus, Catane  
Episcopus, ad Dominum migravit. cere-  
ra ignoramus. causas repetere, acerbissi-  
mata est.

Anno Chr.  
700.  
20. Maij,

# DE SANCTO THEODOSIO EPISCOPO SYRACVSANO.



THEODOSIVS, beatus memo-  
rize, Syracusanorum Episco-  
pus, aeterna laude dignus,  
Dei miles eximius, Spiritus  
sancti virtute, aduersus Di-  
mones strenue decerarunt,  
gloriose debellavit, hand procul Syracusis  
 speluncæ quædam erant, ultra Sancti Mar-  
ciani templum, atque adeo subterraneæ  
specie, quæ à templo occupabantur, sibi  
ipsis imicem peruixit. eodemque nomine  
Pelopia appellabantur. hæc vi quadam,  
& arte (ar chiteus dolii, veterator serpens  
erat) sibilum, sonumque ex se se funde-  
bant, & spectrorum inania obiectabant. in-  
firmiorum animi tucato pellici sibili, visi-  
que percussi; dein in fraudem induci; mox  
in apertum impie superstitionis barathrus  
deuolui, quæ ubi Beato Theodosio Episco-  
po innotuere, prestigiosum hunc sonitum  
muleorum perniciem esse, & Ecclesia-  
Christi sponsa indignum ratus, non tulit.  
igitur occultis primum precibus, abstinen-  
tia cibi, perniglijsque numen infestat. ubi  
exalo exauditas preces persensit suas, ho-  
stem aduersus accingitur, apertamque in-  
aciem prodit. itato die, sacerdotum ad  
scito ordine, Cleroque, & vniuerso popu-  
lo, cum coniugibus, ac liberis, ad spelun-  
cam supplicabundus contendit. ea pietatis

palaestra, & gloriæ campus fuit. horas ali-  
quot, ab omnium coru oratum est. altare  
dein fixum è regione aditus speluncæ: diu-  
naque liturgia rite peracta, Iesu Christi  
myteria à singulis percipiuntur. quo facto,  
Sanctinus Antistes speluncam facro cruce  
signo ter ob laxit, continuas preces addens. tu. n. dato plebi signo, saxis penitus  
obstruxere. sacerdoti. n. finis, atque praefi-  
giarum iuxta fuit. prostratus Demon ob-  
mutuit, ac nihil ausus. O mira n Theodosij  
fidem, quæ inani illa superstitione, spectri-  
que hominum animo, liberauit, victumque  
Demonem procul egit. narrantur hæc in  
Panegyrica oratione Sancti Marciani ex  
Vaticana bibliotheca exscripta. quam velu-  
ti coronidem ad eiusdem Sancti Marciani  
vitam addidimus. Ceterum Theodosius  
cum præclari sedem sacerdotij sum-  
ma sanctitatis, & iustitiae laude  
obtinuerit. beato fine quie-  
uit. colitur in ecclesia.

Syracusana, an-  
niuersario  
festo  
die, decimoquin-  
to Kalend.  
Junij.

A 3

VITA

Anno Chr.  
7011  
9 Sept. ebd.

## V I T A

SANCTI SERGII  
P A P Æ

Ex Anastasio S.R.E. Bibliothecario.

<sup>8</sup>  
Sergius Pa-  
normo Ro-  
mam pro-  
fessus.



<sup>1</sup> SERGIVS ex Antiochia, Syria regione, oriundus, Panormi natu est, Italia vnde, ex Tiberio. sedit annos 13. mens s 8 dies 14. is Adeodato Pontifice, Romam veniens, in clero adscitus, pjs cantoribus, quod in ea arte valeret, praefectus est. mox ceteris iniiciatus ordinibus a Leone sanctissimo Pontifice ad sacerdotium electus, tituloque S. Susanna, qua ad duas domos dicitur, doatus est. presbyter cemeteria frequenter, ibique sacris operari sedulo, pieque coepit. septemmo post Conone Pontifice mortuo, coorta de more in Vrbe dissensio: Theodorum Archiprebyterum alij, alij Paschalē Archidiaconum Papam expetebant, cum ergo nulla inter eos cleri posset animorum consensio, primates Iudicium, & Romanus exercitu, Cleri plurima pars, imprimisque sacerdotum, ac ciuium multitudo, Sergium Presbyterum ad unum omnes e media turba tollentes, in oraculum a primo B. Cesarj martyris, mox in Episcopum Lateranense, cedentibus ijs, qui locum occupaverant, facto impetu, sauis acclamationibus introduxere. Eiectum Theodorus Archipresbyter libens, volensque salutat, & osculatur. idem quoque Paschalis alter competitor, tametsi inuitus, tandem facit. sed, qua erat improbitate, Ioannem Patricium, & Exarchum cognomento Platyn, eiusque Iudices, literis, nuntijs, muneribus, pollicitationibus que clanculum ita concitauit, vt Romam ille improbus aduenierit. sed ubi omnes in Sergium consensisse animaduertit, Paschalis quidem in praesenti, libidinem explere, non potuit Exarchus: sed quas Paschalis ipsi promiserat, ab ecclesia centu auri libras flagitat, aduersatur Sergius, ac proclamat, nec se id umquam pollicitum; neque vero esse, vnde tantum auri persolitatur. iubet nihilominus, si hac forte ratione furor hominis resideret, cantharos, & coronas, quæ ante 4 sacram altare, & B. Petri confessionem pendebat, deponit, ac pignori dari. quamquam nec sic quidem ille acquieuit, donec promissum aurum numeratum est. nec tamen Paschalis improbitas obstat. quo minus ex diuino consilio Sergius Pontifex ordinaretur. quin & improbitatis penas non multo post ille persoluit: nam ma-

<sup>2</sup>  
Cononi in  
Pontificatu  
succedit.

gices accusatus, & sortilegij, Archidiaconatu priuatus, & in monasterium retrusus, quin quennio post in eadem usque pertinacia persistens mortuus est.

<sup>3</sup> Per ea tempora, quibus Reipublica Christiana glauum tenebat Sergius, Iustinianus Imperator s. concilium habeti iussit in urbe regia, in quo capita quedam adnexa fuere ecclesiastico ritui aduersantia. cuncta ergo quasi rite definita per synodum in sex digesta tomos, & 6 ab tribus Patriarchis Alexandrino, Constantinopolitano, & Antiocheno, ceterisque Praesulibus, atque Apostolicę, sedis legatis, quos etiam in fraudem induxerant, subscripta, & Imperatoris chirographo confirmata Romam ad Sergium deferuntur, caput omnium sacerdotum, ut & 8 ipse subscriberet. Itetit intrepidus copera Imperatorem Pontifex, libros respuit, abiecitusque indigabundus, mori potius optans, quam nouarum rerum studiois, & à veritate descendentibus consentire. Ita percitus Imperator Sergio Magistrano, in contemptum scilicet Pontificis, Romam misso, Ioannem ortuensem Episcopum, & Bonifacium Apostolicę sedis consiliarium in Vrbem regiam abduxit. deinde Zacharij Protospathario suo immanissimo imperat, Sergium ad se Constantiopolim trahat. quod ubi resciuere (Deo nimurum ecclesiam protegente, Beatoque Petro Apostolo suffragante) milites Rauennates, Ducasque Pentapolitanus, ac finitimi quaque gentes, conuenere omnes, vt Zacharij audiaciam contunderent, Pontificemque fortiter defenderent. Perterritus multitudine, animisque Zacharias, presentesque mortem extimescens, ad Pontificem aduolat tremebundus, misericordiam implorat, ab se omnem repellat iniuriam, rogat. adstant illi contra armati, in Lateranense Patriarchium contendunt, Pontificem visuq; quem fama ferebat, per noctem sublatum, & in nauigium immassum. itaque obserata fores perumpere dum volunt, rebus suis desperans Protopatharius sub Pontificis testam se coniicit, mente pete, sensibusque destitutus, confirmat hominem pius Pontifex, afflictum erigit. Egressus inde frequentem multitudinem perhonoris, gratoque acceptam suauissime allocutus, lenit feroces animos, a furore reuocat. quamquamque ipsorum erat in ecclesiam, sanctissimumq; Pontificem reverentia a Patriarchij custo-

<sup>4</sup>  
Pseudo Sy-  
nodum re-  
probatur.

<sup>5</sup>  
Ab Italia  
militib' de-  
fenditur.

# De S. Leone Thaumaturgo Catanae Episcopo. 5

custodia usque non destitere, dum Zachariam murijs & contumelijs onustum ex urbe exturbarent. nam & is a quo immisus ipse fuerat, Imperator, eodem ipso tempore regno eius meritas dependit impiz temeritatis poenas: & ecclesia cum suo pastore seruata, tuta, tranquillaque pace vfa est.

Multis optimus Pontifex rem sacram ornatū monumentis, institutis auxit. is enim argenteam capsam peruetustam in angulo sacrarij B. Petri iacentem a Deo monitus inuenit; inuentamque, peracta prece, resignauit, crucem vedit varijs, pretiosisque lapidis perornatam: detractusque inde quartuor 10 laminis, in quibus gemme coniabantur mira magnitudinis, pulcherrimaeque, parte in reperit Dominicæ crucis, quæ jam inde ab eo tempore, festo quoque Exaltationis sanctæ Crucis die in basilica Santatotoris, quæ Constantinianavocatur, Christiano populo proponitur adoranda, & exosculationa. huius item Pontificis opera sunt, imago B. Petri, quæ est in 11 parte mulierum.

acerra aurea maior cum columnis, & operculo ante tres imagines aureas B. Petri Apostoli suspensa, in qua festis diebus, dum sacra fissa, odores incenduntur Deo suauissimi, posuit & in eiusdem basilica apside super sedem apollaream argenteam libraru 120. & pharos item argenteos sex, singulos librarum 30. qui supra trabes sunt ad confessionis ingressum in altaris quoque circitu trabes 8. albas 4. 4. verò coccineas; tectu præterea, & cubicula, quæ circa basilicam sunt, iam diu diruta in pristinam formam restituit. musium in atrij basilice fronte, pene deletum, & specula, quæ supra sedes, ac regios arcus maiores sunt, renouavit. Leonis sanctissimi corpus in inferiore secretario positum, extructo tumulo, publice, ut ei fuerat reuelatum, depositum, locumque ipsum ornauit: fecit & auream patenam maiorem, albis insignem gemmis, mediumq; ex Hyacinto, & Smaragdo locauit crucem, pondio XX.

Nec vero minus diligenter B. Pauli basilicam ornatam curauit, quod enim circa illam erat tectum, itemque cubicula vetustate collapsa, reparauit; vetustissimisque è basilica sublatis trabibus, nouisque è Calabria aduectis, eam stabiluit: ex veterem Apo stoli statuam, quæ supra templi fores erat, repoliuit. in æde autem SS. Cosmae, & Damiani præter alia plurima, quæ obculit, dona, ambo nem, & ciborum fecit. trullū 12 eidem ecclesiae plumbeis laminis operuit. præterea S. Susanna ciborum, ex ligneo, mat morenum posuit; diuersisque eidem illâ cimelijs aureis, argenteis, locisque immobilibus donauit. SS. Fupheiniæ, & Antæ basilicas iam pridem detectas contextit, renouauit. oratorium quoque S. Andreae Apostoli a solo restituit via Lauicana. fecit etiam in basilica S. Laurentij martyris, quæ Lucina titulus appellatur, arcus argenteos quatuor, plura denique opertoria, vasæ aureæ & argenteæ ad multarum ecclesiarum vsu, & ornatum. Ea porro sunt Sergij constituta ut interea duæ corporis Domini frangitur, decantetur a Clero, populoque, Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis, ut festis diebus Annuntiationis, Nativitatis Domini, & Dormitionis Sancte Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ, ac S. Simonis, 13 quem Hypapantem Graeci appellant, supplicationis initium sit a S. Adriano, populus vero ad S. Mariam occurrat. Ecclesiam 14 Aquileensem 5. Synodus minus approbatam, ad sanitatem, qua doctissima, qui auctoritate tandem perdixit Damianum Rauenatibus, Fratibus 15 Clementem, Britannis, 16 Berechyalum Archiepiscopos dedit ordinavit, per diversas provincias, Episcopos XCVII. duas habuit ordinationes Mensis Martis, initiauitq; presbyteros 13 Diaconos 4, sepulchrum citad B. Petrum 5. idus Septembbris indicit. 15. Tiberio Augusto Imp. deponeravit ab eius obitu ruptu forem ecclesiæ mensim unam, dies 20. Vide Annotaduas folio 4.

One 3 6  
lasci 10 11  
Pauli & alii

12

R. Sacras  
consti uit.

13

14

15

16

Sanctissime  
obit.

Religio, &  
munificècia  
in Basilica  
D. Petri ex-  
emanda.

Ann. Chr.  
925.  
26. Febr.

## DE SANCTO LEONE THAVMATORGO CATANAЕ EPISC.

### Ex Graecorum Menæis.

**L**EONEM, admirandis operibus, & sanctitate clarissimum Rauennæ tulit. Parentes illi nobiles; & que, ac pijs neque porro vulgaris homini fuit sacrarum literarum scientia. Cetera, quæ ipsius erat vita puritas, & animi, mentisq; prouidentia [Rauenne] primum Presbyter, deinde Catanae, (que a tum Ecclesia erat Metropolitana, in nobili Sicilia nobilis, ubi hodieque defluit Aetnæus ignis) Episcopus declaratur. Is igitur apto, videli-

cket nomine Leo, confidentis animi vir, & luminaris instar effulgens, omnes illustrauit; sedulam gerens animorum curam, defendens vidua, egentibusq; [prospiciens]. Sed eo nimis semper exarsit in hereticos odio, tam acriter aduersus impios, nunc coram disceptando, nunc scribendo, se gessit, ut nemo manus cum eo conserere ausus, sine summa insignis ignominia nota victus, afflictusque discesserit.) Ita supra naturam longius euctum florere eum Dominus voluit ope ribus.

## 6 De S. Leone Thaumaturgo Catani Episc.

ribus naturam ipsam excedentibus. Prius n. quam augustissimum illud egregiae victri Martiri Lucis templum, suo elaboratum, artificio, poseret, Idoli 3 simulacrum, precum opera dumtaxat vbi, effregit. sed ex ea in primis Thaumaturgi cognomen merito tulit quod Heliодорум ad miranda quedam per veneficia, malaque artes edentem prodigia in cinereum plane redigerit. Is enim cum passim in vulgo editor miraculorum audiret, vanisque homines imposturi, illuderet; atque adeo sacrosanctam Dei Ecclesiam adoriri suis maleficijs ausus esset improbus, cum vbi euangelio domuerat Leo, sacraque sua stola deuinxerat, ingenitam urbe in media adorari pyram iubet. inde cunctas hominis imposturas, capitio, et que cum detexisset, collo eum arce colligatum tenens, fornacem (deuocatio calitus igne) succensam iugreditur; neque

vero prius inde pedem extulit, quam in cineros tandem redactus est miser. id enim vero magna in omnibus admirationem, stuporemque concitauit. neque enim solum magnus vir extitus ab igne non est; sed ne sacras quidem illius vestes quidquam attigit flamma. Quod sane miraculum, cum ad ultimos vique fines peruersisset, inaudientque Imperatores Leo, & Constantinus, accersiri virum sanctum ad se se iubent, pedesque 4 ipsius prehendentes, obtestati sunt, pro ipsis ut precatetur. Exinde per honorifice dimissum ad Ecclesiam suam, vitaque functionem sumamus omnium imperator euocauit ad se. Iam vero hic non modo dum viueret operibus existit supra natura editis maximus, verum etiam vbi e viuis excedens, terre mandatus fuit, pluribus clausis miraculis in omnium animis vivit.

## VITA ET GESTA

### B. LEONIS EPISC. CATANÆ

Ex Græcis Versa.

Anno Chr.  
725  
20. Feb.

3

4  
S. Leo Ra-  
uennas.  
S. Sabino,  
Catana Epi-  
scopo, suc-  
cedus.

**P**ATRES, & filii, ac fratres, Hortatur nos Catholica, & Apostolica Ecclesia, dulcis illa, ac spiritualis mater nostra, ut abieatis Gentilium, hereticorumque profanis sententijs, a Deo missam ad nos sapientiam amplectamur, nouique ac veteris testamenti codices, ve Christianis conuenit, enoluamus. In his enim fons residet vita nostra: quo ex fonte mysticus Ecclesiae hortus sacra piscina fluens irrigatur, unde & natura antiquus hostis Diabolus, & Satanie discipuli ac satellites heresiarchæ Manes, Arius, Nestorius, Sabellius, Marcellus, Basilides, certique omnes sanctorum Patrum indefessu studio, vigilancia laboribus prostrati, ac penitus oppressi sunt. Sic igitur & nos orthodoxi Prophetarum, Apostolorumque doctrinæ adhaerentes, fidemque integrum iuxta 3 sacras sex synodos firmis animis conseruantes, spem nostram semper in eo defigere debeimus, qui per Euangelistas adipetendum nos prouocat, & dicit, querite, & inuenietis, pulsate, & aperiatur vobis. qua quidem spe fretus ego, facundis expertis, in medium prodij ad laudandum Leonem, sua ipsius laude clarissimum, & celeberrima Rauennatum 4 Metropoli ortu, vbi rerum etiam Ecclesiasticarum curam, sibi commissam strenue administravit. defunctio autem Sabino Episcopo, cum in successore, qui Sacerdotij manere dignus esset, inuestigando, huius urbis incolæ tumultuarentur, vnum hunc apitissimum delegerunt B. Leoni, virtutum omnium,

columnam, nec nomine solum illustrem, sed factis multo magis, ac moribus S. Berilli Archiepiscopi nostri cathedralm illustratum. Dei enim, a quo electus fuerat pracepta sedulo exequi studens, nullam officij partem omittebat: in primis vero fiduciam pauperum curam gerebat, viuas, & orphanos complectebat. illud sape orando repetens: siat, Domine, oculi tui aperti, & aures intentæ ad preces eorum, qui ad te veniunt. Fuit ergo eius tempore, magus quidam Heliодorus, Barbaræ 6 patricie filii, verbis factisque nefandus Demonum cooperator. Christianus quidem, & a Christianis progenitus sed cum Praefectus adipiscenda desiderio flagaret, nec eloquì auderet, ne iniurias ob ambitum redderetur, Hebreum quemdam, magicis artibus nobilem, ad se aduocans, quæsiuit ex eo, num posset, quod velit, efficere. Cui Hebreus: si vis, ait, quidquid animo sedet, exsequi, ea tibi schedam offero: abi futepta nocte ad Heroum 7 sepulchra, magnam columnam concende, ibidem schedam in auram discerpe, nec est praeterea quod cures aliud, nisi cum ad te venientem quempiam conspexeris, nihil pertimeras. & si descendere te iuferit, ne descendas; mox enim obsequetur ille tibi, quidquid ab eo flagitaris. nec mora paruit Heliодorus, columnam insecedit, schedam discepit, ita imque se eius oculis spectandum præbet Dæmon & quorsum hic, inquit, ad eum, o iuuenis? & ille, tua caufa, respondit. tum Dæmon ceruo insidens, si modo, ait, Christum ciuras ex animo, iubeo tibi

5  
Pastorali vi  
gilantia exi-  
mius.

6  
Eius tempo-  
ra ab Helio-  
doro Magi-  
caturba.

7  
a

tibi utrum e famulis meis, Gasparem adf-  
fe, qui tibi affidus sit; & obsequatur in-  
omnibus. infelix vero Heliodorus, cincto  
Chr sto, descendit, Demonis dextram ex-  
osculatur, qui Gaspare illi delinato, con-  
fessum cuauit. opere pretium autem est,  
ut B. Leonis laudem aliqua referre ex ijs,  
que Demonis ope, postea geste Heliodo-  
rus; ignorans enim post dona gratias, ex  
quoniam sanctis, quae sunt in terra patrum, mit-  
ificare Dominus; non verius est tandem  
in B. virum arceris telexere. sed quod  
admodum aduersam conditore inservit extol-  
sens se ipsius mythago, cum dicere, pos-  
sum throatum meum super columnas eri,  
sibi ipsi superbia sua rotae auctor fuit: ita  
Heliodorus malum sibi accorsens, incidit  
de foream, quam fecit: quedam ergo die,  
cum Circenfia, & ve mos est, Catana cele-  
bratur, Chrysif allocutus, S. Leonis con-  
subrinus, possum, inquit, sixib cordi eti  
equum dare, qui tuis omnes anteuerat y  
coram Prefecto. Chrysif autem de magica  
eis arte nihil suspicans, opere se dixit sta-  
tisque fistitur ipsi equus candidus: quo iu-  
natis incenso, ceteros vinos longo inser-  
vile vicit, adeo ut stupescit vniuersi atq;  
ipse cum prius Präfectorus, qui prouinus mil-  
ites duos, in itie, qui equum via, se forem-  
que ad se docant, at equus peractio Ludicra  
repente ab oculis subductus est: erat quip-  
pe Demon, iten vero elinguis solus ma-  
st. Hunc igitur ad Lucina Präfectum du-  
cunt: quem ut videt, Age, inquit, Präfec-  
tus cedo equum illo, ut in urbem mittas:  
cur ad Augustos, neque eam decet, te equum  
bonum retinere, sed ad Imperatores  
mitti, ut ipsorum Circenfibus inferuiat: at  
iuuenis hec audiens, mente consternatus  
obmutuit, & carceri spancipatus est: inter-  
im cum ad B. Leonem fama peruehisset,  
Präfectorum adiudicaretque, iuueni illi nec  
strum vagiati, nec candidam equum suu-  
le, sed auctorem omnium horum esse He-  
liodorum: quo cognito Präfector hominem  
cepsit, interrogar, an Chrysif sequarit,  
equum tuis dederis; cumque magnum illum  
se pro certo competueret, ac iuueni im-  
pulsisse, iuuenem B. Leonis mox reddi in-  
bet, magnum vero in vincula compagium cum  
autem a militibus duceretur Heliodorus,  
etis cupiens, aurib[us] fibras tres se daturum,  
libes dimitteretur, lapidem e via subla-  
tum atque sua clam iuaurauit, & pro auro do-  
bit, hiberque dimissus est. milites ad Präfec-  
tum reveru, fabulatique commenti sunt;  
Heliodorus, & quo sibi per magiam fabri-  
cato, rufugio. & quoniam id Präfector,  
et de thago, verisimile iudicabat, innocen-  
tes illos pronuntiatus, & innoxios esse iustificati  
bi ergo aurum, quod acceperant, penitus  
aspiciunt, lapidem esse deprehendunt. &  
ritinie impostum tres libras pendere: ta-  
cavulgo faciens Heliodorus non Catana-  
num tantum ciuitatem, sed & Siciliam uni-  
versam conturbavit: Tanta enim erat in-  
oris prædigiorum, & resonancia magistris  
operata, quædam Petrum, & Pachys inservi-  
t

comites oratione sua prostrauerunt. cum  
obuij aliquando facta essent mulieres, ad-  
stantibus impuris sodalibus, atque quid si  
mici facio, ut deaudentur ista in oculis om-  
nium? atque illico nefaria arte maledicentes  
quasi flumina præter labentes eorum se-  
libus ostendit, ita ut, velut aquæ ingre-  
soræ, tunicas genua tonus attollerent. Ne  
que hec tamquam, quin propolas etiam, emig-  
rantesque fraudantur, lapidem plorumque,  
aut sale quid aliud, aut specie, porrigeno-  
rum postmodum ad præstigiari formam re-  
deunte, iacturam suam misericordiamque  
deplorabant; adeo ut nec venders iam tunc  
pius, nec emere per inopia possent. Hujus  
omnia cum Heliodori fraude, & fieri posse  
scerente, eum grauitate apud Præfectum accep-  
tus fuisse, & adductus ad scelus, & cœsareos  
cœsariunt, & addentes, ab eodem clarissimo  
rum virorum filias amoris pulchra, ita pars  
ciras tuisse, ut paternis adibüs profiliuntur, q  
quo vellent, & ad quoniam libet, & quodlibet  
Hæc isaque audientia Præfectus, quatuor iubet  
Heliodorum, & ad se ducit, ut supplicio af-  
ficiat. Ceterum donum quiescit in bus quæ  
apparet, cum ergo ante ipsi apiani, & consil-  
lij esset Præfectus reiacionem in hoc verba  
misca ad Imperatores, & ad populo  
Magnificentissimis Imperatoribus, & De-  
missis in primis  
**LVCIVS PÆPÆCTVS**

**A** Equum est, Domini, quæ apud nos ge-  
runtur, sacras autes, vestras mihi  
celare; sed patet facere omnia diligenter, quæ  
sub felici imperio restro nobis contigerunt.  
Est: siquidem in hac civitate nostra Magos  
quidam, Heliodorus nomine, filius Barba-  
ri patricius, adeo pestilens, & efficax, ut Si-  
moni Mago nihil cedat. Hic inuictam ci-  
vitatem misere affixit; vidimus clarissimo-  
rum ciuium filias, eos artibus ad philturam  
incitatas, patetos dominibus exfiltrare, ac pa-  
ris peruvagari: Alias item iter facientes,  
alta lumen specie obiecta, indecora nude-  
ta compulit, & per siccum pularem, quæ si-  
quacum, inambulare: lapides aurum esse per-  
quisit. Quin & populum ad Idololatriam im-  
paganit; Præsens. & enim statua, clementia  
estis est, ne quando protumpeps. Aer-  
e flamma vibratæ accendat, quia ingens illa  
aons est, aurisque vulcani. Hec sunt quæ  
auris auribus suggerenda erant; Imperato-  
res, valete, Dominus noster. Accepta te-  
ritide, Imperatores nostri, Leo, &  
constantinus, coquæ maxime indignari,  
quod Ecclesiam ipsam attentaret, Herach-  
é 13 protocursorem in Siciliam mittunt e-  
stigio, Heliodorumque intra dies XXX  
constantinopolitan perducere iubent; vide-  
lunt, rem sedulo agas: nullam ab eo cau-  
m admittas, quia hic illum sisbas, præ-  
die. Solueris ergo: cum comitatu Hera-  
ches, ad insulam apputis, eodem mense  
cum forte ipso in litore obambulabat He-  
liodorus, & nautas conspicatus; salutem in-  
sulæ, fratres, numquid Heliodotum quitem  
iniquitatis? ne vixemisi. ego ipse sum,

*Ad ignorantes scribit  
Profectus  
adversariis*

13

13

Mis, qui  
Constanti-  
opolis per-  
tahaçina-  
rum.

## 8 De S. Leone Thaumaturgo Catani Episc.

dec alium profecto reperire est Heliodorus ac certe mori maliti ad pedes Imperatorum, quam vivere ipsis aduersis. Ideo fugere nolui, cum facile potuerim, sed vix tibi vobis occurri, quis audiens Heraclides, militatus, quid sponte occurreret, teneri cum minimis fuisse. sed oblatâ securitate quadam invrbem redire, ac vitam, panem aquam, & cetera necessaria comportare. Herence interim Heraclides, ac subdubitante, num reuera is esset, quem quererbat, dicitur militavit Heliodorus, securitatem vestram, & Imperatorum, faciamus, ut uno die Byzantium appellatus. Admirans Heraclides, exigithe inquit, dies praestiti nobis fuerunt, & iam quindecim exacti sunt. Tum ille, quaecec igit reliquis his diebus, & cum ultimus illuxerit, soluerimus hinc una, & Byzantium illo ipso die perueniemus, ut dixi. cui Heraclides, atqui ait, nisi hoc ita, ut dixisti, praestiteris, domergam te in profundum deinde Heliodorus, ingrediamur. ergo si liber in balneari, cumque essent ingressi, infit omnes in imam cellam descendere, vertuitque ne Christum uno modo nominarentur: mox capita eorum in aquam depresso sunt: quo facto repente vident se in regia urbis thermas translato: esse, seduloque circumspiciens Heraclides, regium balneum prorsus id esse coghavit. Egressi ergo uestes suas reperiunt, nullo custode intactas: profectique e uestigio ad Imperatores Heliodorum sicut, omniaque enarrant, & quodcum admodum cū pridie Catanz adhuc essent, Byzantini eo die pertulerunt, quibus omnibus adeo indignati sunt Imperatores, ut ne inquirendū quidē amplius celerent, sed hominem capitali statim sententia damnaret, & capite plecti preciperent. At Heliodorus Cesares per Christum obtulans, aquam saltam sibi dari petiit: dari iubent Imperatores, & quia facilius atque bibendo non poterat, peluum adferri, ut autem allata cibis contineo in eam se coniicit, & ex oculis abicit, cum hoc dicto, salvis sis, Imperatores, quare me Catanz. Actionis tanto prodigio Imperatores, diu conticuerunt, tandemque ad se reuerteri, quia Catanz nominarat, Heraclidem in Siciliam redire iubent. At ille vix ad litus iterum appulerat, cum obnubilus pariter sit Heliodorus, & ne dubites, inquit, psum me esse capo argentum: uno die faciam iterum, ut Byzantium attingas: quod quidem Heraclides, ita sicuturum, nihil dubitans, habuit, usque ad extremam diem in Cataniensem ciuitatem. & ipsos aduenerat dies praefixa, cum primus ad portum Heliodoru; inlectabantur enim illum cines, vniuersi, & flammis eradere cupiebant, quod intuebas Heraclides, absit inquit, non decet eum, in quem reges ipsi iudicium exercent, ab aliis pena multari. amroptas agitur, virga laurea Heliodorus, anagium in mari effingit, & remiges ad puppim, proramque distribuit, viaticoque omni, & si quid preterea tecum aduenerat, illato, ut tunc ipse cum Heraclide ingressus est, statimque nulla impelleente, in alium sciri maris cepit.

24  
E Catanz  
balneis, ope  
Dæmonum  
Cœstantino-  
polim cum  
comitatu  
transfusi  
tur.

25  
Sed delufis  
omnibus, ex  
oculis abiit.  
  
26  
Naue demo-  
niae, Con-  
stantinopolim,  
uno die  
Catanz navi-  
gar.

27  
tus ad Narochum, ubi nam synaps, in qua  
Se ille, in conspectu Rheygi, responderet, grec  
iterum, ubi nunc sumus? ad Crotoneam, in-  
quiebat rursus ubi? & ille ad Hydruntum.  
atque ita unius diei spatio Byzantium navi-  
gauit, cumque Bycoleontem 18 portus  
manis intrasset, excisione facta, statim sup-  
nubus rotore ad Heraclides vir, sui conspec-  
trum, & triclinio sine expens, stratoris, Tha-  
lia, ynaque cum illo vide Heliodorum, sal-  
vum esse de compressione, egerit, illoque fa-  
ciens sapientem, dicens, videlicet, qualis hic  
Manducus, qui nunc meum bis in Siciliam  
navigare compulit, exceduit, hac injuria  
Heliodorus, & ferina in iniurias, quae inven-  
quit, insamem in utbe hac facio, non sum  
ego, ac proximus magicius suis technis ignis  
omnem cora, vnde extingit. Postquam ergo  
audierunt Imperatores, qua de causa ignis  
extinctus esset, Heliodorum fama, confusus  
iussit. At postulus necari, eusa quarectus  
us rogabat, quod ciuicas ipsa facie, veraro-  
tur, producto itaque ad Imperatores, Helio-  
doro, tu ne, inquit hec fecisti? ut ciuitas  
fame tabescat. utique, ait magus, & si quis  
dem me aduersus iniuriam istam publice  
vindicaueritis, faciam ex ea ignis erumpere,  
alioqui eam, ignem visuram non eritis, quibus  
verbis graviter commotis, Cesares, & obtrunci  
cari eum statim subent. Sed cum dexteram  
sustulisset spiculacor, ut gladio, statim infec-  
ret, repente velut globo dno. exsilierunt, ton-  
duum bis tardam dissecuerunt, elatusque inten-  
tivusque Heliodorus abstessit, hoc repon-  
tens, saluus sis, Imperator, quare me Cae-  
sare, cines autem cū rego ferrent, ad igne-  
usque processisse, magis, stratoris  
sam Thaliam in medium pertrahunt. quid-  
porro de ea statuerunt, super vacaneum 19  
duco commemorare, quin hac ipsa non alia  
de causa retulimus, quam, ut B. Leonis vir-  
tus elucescat. Sepe enim tonatus est insa-  
num hominem ad mentem reducere, atque  
ob eam rem, cum mortem illi Lucius non  
semel inforre pataret, dehortatus est vir san-  
ctus, expectans ut resipisceret, tantum ve-  
ro absit, ut consilij parceret, ut Sandrum  
ipsum suis artibus aggredi non dubitarit, ali-  
quando enita, cum sacra mysteria perage-  
ret, Ecclesiam ingressus, ut pote Chrikianus,  
in conferta populi turba, mulorum  
more, calcibus impetrere coepit, partim  
quidem rursum quibusdam mouens, partim  
dolorem alijs, & indignationem, imo iacta-  
bat etiam factum se, ut Episcopus, cum  
Presbyteris suis chorum ducens, publice  
saltaret, quod ubi animo cum tractare ser-  
sat Leo, genibus ad aram adiungens, preci-  
busque peractis, ad Heliodorum festinat,  
eique orarium 20 sum in collam innedit  
dicens, Per Christum Dominum meum, ni-  
hi hunc valebunt magicae artes tue, deduxit  
que 21 ad locum, cui nomen Achelles, ibi  
que flaminis 22 exurendum dedit, nec ma-  
num suam, que illa cum orario manebat,  
ante subduxit, quam miser ille in cineres re-  
digetur. Sie itaque nos via sandissimum  
præsancti opere ab illius importunissimi mag-  
gi

Inter spicu-  
latores per  
Magiam e-  
mendat.

in D. Leonis  
artes suas  
verit.

21  
22  
D. Leo ora-  
rio hominē  
ligat, mox i-  
gnem mediū  
cum Mago  
ingreditur  
ille nihil a-  
flammis la-  
sus; hic cō-  
buritur.

gi periculis eripuit. minime vero præterea dum est quod senatorij cuiusdam viri uxori contigit, que cum in Syracusarum 23 metropoli, sanguinis fluxu laboraret, magnisq; in medicos facultatibus impensis, sanari nusquam posset. Dei admonitu ad sanctum hunc pastorem nostrum Leonem contendit, sed cum ad portam 24 Arianam pertuerisset, signumque in Ecclesia dari audiens, percontata crux esset, obitum cognovit diuinis miraculorumque opificis Leonis, gradaque festino properans, simul ac sacra eius ipsiana cum fide actigat, letali ex morbo, Dei gratia, statim conualuit.

<sup>25</sup> Sed neque illud etiam filatio regatur, quod mirabiliter gestum est a B. Leone. precibus quippe suis ac lacrymis, dexterandum 25 Idolam, quod impius Decius colebat. (erat

que in eo, quod olim quidem Gentilium dekubrum, nunc vero venerabile fanum est SS. Martyrum quadraginta) minimo negotio disturbauit, eiusq; loco viuificam, ac salutarem crucem impostruit. vt autem ad exitum veniat oratio, quoniam, vt Paulus ait, memoria iustorum cum laude est & memoriæ eorum in generatione, & generationem, quibus scilicet vivere Christus fuit, & mori lucrum. O dormiuit 26 admirabilis Leo Presul, ac parens noster, vicesimq; die februario, sanctam, & vndequeque, colluciente, animam reddens Domino, cui gloria, & imperium in secula seculorum.

Vide Animaduers. folie 6.

<sup>26</sup> Sunt illi annis in D<sup>r</sup> mino redit

## VITA S. AC BEATISSIMI LEONIS CATANENSIS EPISCOPI Ex M.S. Cod. Syrachiano.

**E**O virtutis eximia vir fuit, visus memorabilis initium sui ipsius voce vocabuli, quod erat infantis fortius ab annis, iam tunc patenter insinuans, quis esset, quantus futurus futuras in fortis miles, pugil invictissimus, pastor vigil, nullo magis nuncupari debuit, quam illius nominis vocabulo, quo futura signaretur viri virtus, fides, & operatio. Nam quoriodo bestiarum est Leo, Salomon testante, fortissimus omnium, qui singulas quasque sic terret, ut ad nullus panelectat occulsum; sic vir iste Sanctissimus contra spiritualium bestiales nequitiarum impetus, non enerviter in tempore suo, sed constanter Ecclesie pugnaturus in campo, sui iam satis nominis portendebat in voce, quod mirum in modum esset ab illo complendum in Sanctitatis opere. Tradunt quoque Physiologi, Leonis hanc esse naturam, ut cum forte sopori membra contulerit, infidantium more, sui semper in prospectu locatus, & hostium oculos cernatur habere patentes; quatenus totis pupillarum orbibus circumquaque reiectis, vigilem mentitus audaciam, nec tum etiam cum soporatus est, desuisse paretur inieccare terrorum. & Salomon in Canticis hoc inquiens; ego quidem dormio, sed cor meum vigilat, sub persona loquebatur eorum, qui mundi suppressis in se iam ex toto turbinibus, sopita iam carnis omnino molestia, tota cordis ad Dominum intentione suspirant, tota mentis vigilantia, tam in aduersitatibus ex-

cubitu, quam tranquillitatis somno statuerat vita vias, ac mortis obseruant. Quorum in numero quia vir sanctus hic fuerat quandoque iungendus, ut perpetuas vigilias, pastores excubias Dominici gregis exerceret in caulis, non inane profecto, nec otiosum existit, quod ab ipsis Leo nuncupatus sit incunabulis. Fuit ergo vir præfatus Italicis infinitibus Rauennatum oriundus opido ingenuos quidem habens pro seculari dignitate parentes, sed secundum Christi fidem molto amplius ingenuitatis habentes, qui cum opes innumeræ, & ambitiosos haberent indumentorum ornatus, censiisque terreno locupletes in humanis florarent aspectibus; pluris erat omnino, bona quod intus conscientia, quod virtutum florebant in Christo dicitis, quod morum ornatus, quod fide non ficta; pluris erat procul dubio, quod diuinarum eloquio scripturarū, quod spiritu sapientiae, & intellectus, ipsoque simo angulari lapide Christo Iesu, homo incedebat ornatus interior, quam quod argentum auro, geminis aurum addentes, hominis coloraretur exterioris aspectus. haec enim esse perituri bona corporis, haec vita scientes oblectamenta caducæ, plus æternis insuebant occupari profectibus, ibique sua simul, & se totos impendi, quam temporalis arrisu latitiae decipi, vel commodo præpediri transitorio. & cum longe, lateque creuisset illorum in terra possessio, ibique cum timore famulantium vallasset omnipotens oranem substantiam per circuitum, ipsi ramen faculantes sibi mercen-

S. Leo Ra-  
venna in  
Italia natus  
ex ingenuis  
parentibus.

Jacob. I. 27

Prov. 30. 30

Can. 5.2.

B  
ban-

# qo. Vita S. ac Beatissimi Leonis Catani Episc.

benevoli celo, & viduis, orphelis, pauperibus, & genitis, omnibusque necessitate, prae-  
grauatis atque, prout erat opus cuique, larga manu diuidentes, impendebant omnia. Meminerant quidem: A postoli verax  
illud esse dictum Iacobis: quoniam haec esset  
vnde Dominus & patrem munda, simplex  
& sincera religio; visitare pupilos, & viduas  
in tribulationibus eorum, & immaculatum  
ab hoc seculo se custodire. nihil minus & illa  
Prophetæ verba tenaci seruabant affixa me-  
moria: trage esurienti panem tuum, & ege-  
nos, vagosque induc in domum tuam: cum  
videris audiunt operium, & carnem tuam,  
ne despixeris. cauti prorsus credorescum  
vñs creditum exacturi: pro simulo, quod  
tradebant, spectantes, se contulit. Receptu-  
ros; & quos sibi prouidebant hic amicos ex  
iniquo mammona, a quibus se corridebant  
recipiendo in eterna tabernacula. Hi deni-  
que cum hunc solum genuissent infanteum,  
propitia sibi Deitate concessum, non tam car-  
nis in illum, quam spiritus amore fetuente,  
secundum diuinum studiuere educare mada-  
sum: studiis incepsit hunc monachus im-  
buiens salutaribus, quantum illa patiebatur  
statula, teneraque mentis infantia, solidi nec  
dum cibi capaces, qui dulcis quam virtutum  
laetare præludijs, non ignorantes, quo-  
niam quæ pectori puro imbiberet docu-  
ta pueri, nec seni subripuererat: quæque pueri  
libus annis quis acceperit, hac sacrostanta  
iudicans, aut obliuisci vix præualet, aut faci-  
t recordatur oblija. Quibus ita pie prouid-  
entibus, Deitatis aderat clementia, que in-  
vare semper solet pietatis studia. quod autem  
bona parentum voluntati cooperaretur pa-  
rens gratia, testabatur in pecto pene sonex  
pietatis. illi fortis adhortantes, informare  
fatigabant nesciunt nec præbere poterant  
fesentiam intus. illi præsidebat, nescienteim  
effectura sciolum, quæ sciendi ministraret  
nescio potentiam. illi dum verbis instituunt  
in dies, quasi plantavit, quasi rigant arbutis  
forinfecus; in relectum illa prebens, duni rem-  
mater, & pertumpit cordis ianuas, increma-  
tum ad medullas exhibet intrinsecus. nam  
neque qui plantar est aliquid, neque qui ri-  
gat, sed qui incrementum dat Deus, adaug-  
eret; & viuificat. qua parentes circa nubes  
occupatos sollicitudine, nec carnalis affectu  
seueritatis nescia; nec vñgeniti caritas  
plus & quo indulgentior, nec successuræ spes  
protis; que latere timet, besa blanditur, in-  
hibuit, quoniamius alium, propter tantillam de-  
debat statem ad normam seni facti, seu ver-  
bi correctoris affuefacerent; aut quo magis  
illi remissiores, pueris indulgerent ad cur-  
sum luctari habendas. nouerant enim quod  
niam & equis indomitus euddens, in casu  
præcipitiose ferunt impetu. & quo semel effe-  
mitibus recent, feruunt odorum volta diu-  
er Veneficii vatis oratuto. Ad id nempe  
totæ prouisæ eorum penetebat in quo loco  
vias amissæ verfabatur, affectus ne quom pisi-  
stando carne genuerant, quoniam Christus  
spiritus, plus mundo quam Christo & plus  
carnis quam spiritui, duruisse loqui, quoniam

Iacob. 1. 27.

II. 8. 7.

Ab his annis  
caste edo-  
catus.

I. Cor. 3. 7.

pote deligeret. Quoniam non hunc sibi  
terrena solebant facultatis barefacta, sed  
religionis emolumen, fidei compliogno, vi-  
tæ confortem, probitatem,

et que mortales & queaque sequaces illæ  
itaque domini pueri educatus, parebat ardile  
gentia, tandem magistris duerantur, tunc  
buendus studio, & adiutorio idoneo, quod non  
ilium leuius edocerent posterum oblega-  
ri fabridis, sed qui imaginis diuinorum sacra-  
mentis apicem cum instruerent morationes  
& mysticas, nec superius maiestatis, vel do-  
centi, vel docendo defuere beneficia; quo  
qui docet, in doctrina perseverans exstet,  
erget, absque fastu, sine fraude, nisi suu  
inuidia docendos autem eo usque docili-  
quod docetur, adibit astutia: ut plena-  
re que se docent, arcessat magister. Cui  
uit inter haec etas, crenit & sensu, adole-  
vit & caro pueri, nec carnem in pubes pu-  
bes tardat animi, immo magis mente coepit  
adolescere, cum in cultu plus diuino coepit  
eternaliter. tunc etenim exorsus est ape-  
rire, quidquid a parentibus in primaria  
didicisti, & late. Cum lac illud, quo vir-  
tum luxerat prædicta, pentem ab ob-  
ribus, iam in panem sanctitatis transfigu-  
rans, olicet Veris cibis, animum virtutibus.  
nam quemadmodum cuiquam palam  
est intueri, negligenter a pueris eruditos  
qui dum pueri erant, concretam non  
solum minuere, verum etiam magis, ac  
magis adaugere malitiam: nec in potiora  
mores, sed portas in peiora didicere, rite  
diuino complacuisse adolescens iste con-  
spexit, quem paterna diligenter eruditus  
erat a patre sed usus & rite beatum adulice  
concretum habebat etatis, inde semper de  
bono promoueri studebat in melius, & non  
animum apponebat ad dexteritas protuber-  
entia mala profectio: nulla vel paucus didic-  
ratur. At primum vbi carnis adulcie, ita si  
miles in se sensit vicioem minantes inter  
nua grasiari, & hoc & discensata exerceit  
manum jaculantis remian spiculæ; iam au-  
ta vibrantem, prospexit ex aduersorū con-  
fugore, mox carcerum Christi fortis  
tyro fuchi assuntes, horrea contra munitionem  
sunt se strinxerit. Scipio: breuissimæ semitiae  
sum in se fugientem adspicit, in semitiae  
sum & ipse surrexit, & condicet stabitur ionu  
logi Dei secundum interiorem rhombinem;  
sed videbat iam aliam in membris subtili  
gem carnis oriri, & repugnare legi theo-  
ris sua, & in lege peccati se caputum: now  
lentem. nec a corpore mortis quibat illa  
luna elabi, si non summa gratia procederet  
ad iudicium ipsius se sibi subrigate, & parentes  
abnegare satageret. Primum igitur em-  
miant enstodia se casticatis exercebis vides  
panis; potus; raro cibis suis, ventris vacabas  
ingloriosus; pulchritate nuda nesciens et illa mor-  
tus radice fascinos, & cunctis tenuis, & plenis  
rate granular qælebas, & fermentens ad  
infectus, confusus, voluptuosus, atque carnis  
affectione facilis. & quoniam Apóstolo mo-  
rantes ineminassem, non esset ei collaudas  
consecratus, sed se cibis, & sanguinem ad  
ad.

Magistris  
traditur im-  
buendus lite-  
ris.

1600. die 1  
decimus und  
300

Magnis  
progressi-  
bus, tum in  
doctrina tū  
in virtutib.

eg. 6. 2011

Ceteros principatus, & potestates, aduersas mundi rectores tenebratum harum, contra spiritualia nequit in celestibus; Christi nouus athleta contra spirituales inimicos preparare procurabat arma spiritus. preparatus erat die semper in specula, nocte semper in excubijs, non ignarus quantum esset praeauendam in visibilibus ab aduersariis, qui sunt semper in procinctu, semper in insidijs. Stabat ergo Christi miles, fusi lumbos mentis adstrictus abstinentia fuit, & castitatis cingulo: bonorum pedes operum coturno legis calceatus, & pacis Euangelio: iustitiae lorica triplex, indissolubili concatenata caritatis artificio, terga viri, pectusque tegebat. ne singulis quibusque membris defuisse debita munitione, a leua scutum fidei, nequid leuum sentiret, habebat; in quo posset omnia tota nequissimi ignea extinguiere, a dextra gladium spiritus, quod est verbum Dei, ne aextrum quid illi decesset, euaginauerat; in quo necem obtenturus hostis esset, & ruinam partis aduersarie. hastam vero ferebat crucis cum vexillo, quod & ipsum erat valde pugnaturo necessarium, cui succumbit omnis virtus, cui potestas obstat nulla; cedit omne, quod est aduersarium. pro salute pugnaturus, spem coronaz, spem salutis habuit pro galea; quam obryzo circumtextam, sub gemmarum quadriformi linea, virus lapidis adornabat, summitatis eius infitus, specie fiderea, quia Christus peccata viuens, sumptum fidus, lucem praebens caligariis, hos gubernat, hos tuetur, hos conservat, & eorum principatar amentibus, qui virtutum sapienter ornamenti se munire student principalibus. sic armatus ibat semper ad locum certaminis, nec vim paruens, neque minas intimide multitudinis: quia Christus erat tutor, erat viñdex, & adiutor, erat turris, erat murus, vrbisque fortitudinis, erat illi Zona, thorax, calcetus, cassi, hasta, telum, mucro, chlypeus, ipse quippe cunctis, qui se colunt, timent, diligunt, hostem calcaant, aduersantur, & oderant, fidelis est custodia, causa pugnae præmiumque, caput, finis, virtus, & vis, labor, quies, opus, metes, tam lex, quam lux, tam rex, quam dux, via, vita, auxilium, & patria. huius igitur cautelæ sub studio, indolis adolescens egregia, seria ludis, & vtilibus honesta, laborem otio, vitiisque nrebatur anteferro virtutes; adeo quidem, ut in illa etate, quis ferri solet per præmpcta voluptatis infreniger, se iam propter celorum regna castigaret; tanta se rerum ubique temperie, tanta penitus morni erga cunctos venustate composita; quatenus nemini foret onerosus in facto, nulli in verbis iniuriosus magis, salvo fisi rigore propensi, singulis concors, cunctis gratus existere, aureq; sane mediocritatis approbans mores. audierat siquidem apud antiquos celebrissimum genusexstitisse viuendi, quo pene nil magis humana reperiatur in vita laudabile, cui videlicet in rebus agendis quicunque libet, id summae causa deliberatione per-

penditur, ne quid nimis, ne quid plus iusto, vel minus agatur. adhunc ergo summopere se modum discretionis vir sanctus accingens, sic se cunctis affabili, sic universis humanum, sic communem exhibebat omnibus, vt cum pueris puer, cum adolescentibus adolescentis, cum iuuenibus iuuenis, cum senibus senex, cum diuitibus diues, cum pauperibus pauper effectus, nec illis naturæ negaret communis officium, nec lux fibi censura laxaret institutum, nec debite Deo cultura fraudaret obsequium. legerat namque frequenter illud Apostolicæ condescensionis exemplum, quo Paulus scribens ad Corinthios, cum liber esset ex omnibus, ipsum se seruum fuisse testatus est omniam; factus, inquit, Iudaïs fudans, vt Iudeos lucraret; Gentilibus Gentilis, vt Gentiles lucrifacere in factus sum infirmis infirmus, vt infirmos curarem: omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos, sic misirum, sic iste iam suæ negotiationis lucra præueniens, que credenda sibi quin, que verbi talenta dimini, suo creditori multo erat cum scinore redditurus, initabat, vt poterat, in nullo celestis se putans ab executione profectus areendum. dum id modo videatur exequi, in quo nec diuinitas maiestatis offendat aspectus, & humanæ fibi conciliat voluptatis affectus. Neuerat enim ab illo, qui Gentium doctor in fide, & virtute fuit, hoc esse præceptum omnibus, ut bona non tantum coram Deo prouidere, meminerint, sed etiam cocam hominibus. erat itaque, sicut supra diximus, cum pueris puer, non ut in fato quolibet, aut verbo puerili lenitate gauderet, sed ut in se pueris exempla puritatis ostenderet. erat cum adolescentibus adolescentis, non ut illius ambiens, etatis amplecti lasciviam, sed ut ipse lascivientium errata coarguens, sui exemplo, continentia reuocaret ad viam. erat cum iuuenibus iuuenis, non quod ipse iam iuuentutis attigisset etatem in corpore, sed quod per robur mentis inuictum, iam plenam generat virtutem in pectori. erat cum senibus senex, non quod illi iam caput, vt seni, canis, albesceret, sed quod sensus maturitas integrum corporis canos, animi canis antenneret. erat cum diuitibus diues, non quod ipse speraret in incerto diuiciarsi, sicut huius mundi diuitias; sed ut jis in se daret exemplum, non superba sapere, non alta sentire, prosperi fluxas mudi diuitias, vero citius flore marceres. erat cum pauperibus pauper, non quod hunc villa rerum arctaret in opia, quippe cui plena domus amplique lares, cui patras, vt vellet, opes tractare licet; sed ut pauperi copassus indigentia, largiteretur his, qui rebus essent pauperes, quod ipse iam spiritu pauper, habere respueret. In quo strenuitas non mediocriter erat admiraada parentum, & patientissimus eorum ad cuncta eosensus, quod non solum ut fieri solerent prodige parca senectus adolescentium stomachatus etatis, opum nulla suarum iactura mouebantur, aut damno, per quod munificentissimi eis ad inopes manu molestia qualibet, aut

Miseri cœdia, & munificencia in pauperes existentes.

## 12 Vita S.ac Beatissimi Leonis Catani Episc.

tencitate frenarent : verum etiam ipsi , quanta decebat instantia , feruentissimi eius autores officiositatis existerent . sciebant etenim quod nec in tristitia , nec ex necessitate Christo esset in pauperibus ministrandum , cum hilarè datorē diligat Deus ; nec in parcitatis auaritia , quandoquidē , qui parce seminat , parce sit & ipse messurus , & qui in benedictionibus seminauerit , in messe gaudebit . longū est singillatim notabilium eius gestorum narrationem texere , caudendumque videtur enixius , ne forte dum alii alia subnestant , lectori satisfacere de viri probitate sanctissimi querinus , auditori fastidium prolixitate gignamus . Vigesimum tertium iam annū etatis attigerat . iam adolescentiae fines egressus , cū robustā iuventutis capillae intrare militiā , visum est ei de præteritis per pauca fecisse , nisi etiam pro robustiorū soliditate membrorū , corroborare virtutū acta curasset . nam sicuti qui iumenta , camelosq ; vel alia natura stolidioris animata vestigandis oneribus nutririunt , hoc fortis procurant arte regiminis , vt a minoribus ad maiora , parvularum assuefacta , rigidius impositam sibi sarcinam ferre condiscant ; ita vir sanctus , asinum , vt ita dicam , sue carnis , quam menti seruiturum instituens , non delicate , sed dilaticie satis a pullo nutriuerat , ne pōit onerum in tempore gerendorum contumacem illum else sentiret ; cum tempus aduenit , seruum fidelem , seruum paratum ad cuncta , quæ velle , inuenit . Tunc facientis fasces , sarcinulis sarcinas , iejunias , vigibas vigilijs accumulans & ceteris cetera sanitatis opera operibus iangens , quāta se denum mæcratione multauerit , quam strenuo quidquid inchoasset , mancipariet etiā sui , vel inde perspicuum est , quod qui in pueritia fortis , in adolescentia fortior extitisset athleta , non nisi fortissimus else poterat in iuventute luctator . Posthęc quid egisset , quid ageret , aut sibi quantum adhuc ex probitatis actione decesset , subtili apud se volvens indagatione scrutinij , & quoque perpendens cuncta libramine , tandem secum de se paucis ita stomachando conqueritur : quid est , alumna , quid est quæsita , quod huc usque peregrinus ludus est totum , non pugna , imo pugna pax similis . quod vero nunc agimus , quanti rogo , credis else momenti , bellum est quidem , sed in imaginis umbra potius , quam in rei veritate commissum . nam si veros Christi belatores attendas , quantum homo pictus a vero , quantum umbra distat a corpore , tantum tuos illorumque certaminis disces esse distantiam . quod si faciendis facta componas , eousque sunt pauca , quæ fecimus , vt præ illorum multitudine , hac pene nulla cernantur . & certe summi te militem regis esse commemoras , nec unquam eius vello cum hoīe congregatus , aut spolia detraxiisse viuis es , aut arma diripiisse . qui fortiter agere volunt , sunt semper in acie , semper in campo decertant . fortis est militis , dum sui causam nititur imperatoris ase , rere , nec ferientis trepidare sub iusu , nec

irrepercussiū audacter pati se forsonem euadere ; nec natum reneneri , nec fratrem , ipsos etiam , si sit opus , trucidare parentes : in pace non minus quam in bello pugnare ; imo ipsam pacem sic beili . exasperare frequentibus , vt cum etiam hostis defuerit , ipse sibi sit hostis , si vicerit est præsto corpora : si victus corruerit , est ruinā laudabilis . ubi spes collata surgendi , victus tanta de suo solet animare constantia , vt de timido fortem , de viro yictorem efficiat . in quo tuas non possum ferre delicias , que semper in urbe , semper in domo , semper sub umbra parentum , semper in abdies lateos , memocio quod molitis ignava conflictus ; & uiuente reris ecclise constanter , si aut holtem latendo deuites , aut ab hostiis incursu te fugia saluanceris . iam ergo , ne multis te impeller , perpende , quid Iesus Christus ipse sex noster , & dominus mettere venit in orbem . non utique venit mittere pacem , sed gladium . venit enim separare hominem a mundo , mundum ab homine , patrem a filio filium a patre , matrem a filia , filiam a matre , fratrem a germana , germanam a fratre , sororem a fratre , socrum a nuria , imo ipsi homini in semet ipsum hanc pugnam indixit , vt qui domesticiores ipsius exitereat , cise fierent inimiciorum . Denique tanta caricatio ad se nos affectione viaciendos inituit , ut semotis omnibus excusandi versacijs , & de præcepti certaminis labore sollicitos , & de mercede labori promissa securos efficiens , seipsum tamquam gemina sub estimacione ne concluderet , inquiens : qui non haec cuncta propter nomē meum reliquerit studiorū , nec me dignus , nec meus else discipulus poterit qui autem hec universa relinqens , secutus me fuerit , centuplum accipiet , & vitam æternam possidebit . si studij cursum longinquai formidas , attende brauium ; si dubium expauefcis agonem , contemplare oportet . omnis enim qui in agone contendit , ab omnibus seabitur . & illi quidem , vt corruptibilem coronam accipient , nos autem incorruptam , sicut enim nemo s . qui certat in agone , coronabitur , nisi legitima certaverit ; ita nemo secularibus implicitus negotijs , militare Deo potest , nisi se prius ab utili uera explicuerit . haud his plura monetur , vt dixerat , deliberavit agere , nec quicquam secreta cōscium deliberationis adiicit ; ne forte dum facti consortem quereret , derectus & ipse a facti sorte decidere . Parentes si quidem eius quodam ducti superoū præfagio , solliciti ne fugeret , cum alterius sub occasionis obtentu , custodiri præcepissent . inquietentes , ne si se custoditum ob id a se perciperet , aut exasperaretur in illis , quod uolebat accidere , aut id ipsum obstinatio inlinetur efficere . custodiebant vero illum , nam quia de sanctitatis eius augmento , profectaque non gaudenter , quorum ipse doctrinam moribus , & exemplis ad sanctificatorum in uitatus fuerat , verum ne forte illis illius sanctitate priuatis , illoque in exteras nationes abducto , alij frugem meteterent de semine , quod ipsi incisent , sed quoniam contra regem

XXIII. ac  
tus anno vi-  
ta seuerio-  
ris institutū  
a greditur.

Operum sā  
ctitatem ani-  
mū dūrū  
ne firmat.

gem omnipotentem non est ratio, non est prudentia, non est consilium, circa viri custodiam, terrenis frustra deputatis custodibus, Christus custos celestis accessit, qui ex hac illum custodia edidens, nescius custodiuit.

**In nocte clausus parentibus, ut de cedet.**

Cuius misertus, vti de Christo accepitrus,  
Qui se tangentem seminam morbo eripit.  
Però illud in cunctis prodigium maximū  
Aduersum Heliodorum, desertorē impium,  
Monstrum ingens, horrendumque, quem

Catana edidit,  
Ortum paretq; Barbara, & quidem sacro  
Lustrata fonte, isdem vt detestandū genus;  
Sed is Christi abiurauit postmodum fidem,  
Vino, & delitijs turbibus deditus miser,  
Adamant latroneq; ad interitum viam.  
Hoc vitiorum itaq; dum versatur turbite,  
Irridensq; irrisusq; male xfatem exigens,  
Infantis amittens ad studium adiecit non  
bonum.  
Sub Iudeo, qui Christum etiam deferuerat,  
Sane artium magicarum consultissimo,  
Iisdem magia operam dat studijs sedulam,  
Et sic peritus stygiorum mystes canum.  
Nec fessus vquam fanda, nefanda per-

petrans,  
Adulterare, vitium offerre virgini,  
Castas mulieres pellicere ad petulantiam,  
Vt se remitterent fenestra, clam viris,  
Sanctos maculatras maritorum thoros,  
Poticō aut patrem dormitatem fallerent,  
Dolis peruerrens, & nefarijs artibus.

Ad hæc cum ille media sederet in via,  
Honestæ qua matronæ essent habituræ iter,  
Illas frustra habuit dedecore turpissimo.  
Itinere fluuius magico surgit carmine,  
In oculis matronarum prætereuntim;  
Nudatis genibus, pube sustollunt tenus,  
Miselle vestes, cœtus attoniti stupent;  
Ters cachinnos vulgis tollit; sed boni,  
Quibus pudor cordi esset, tristantur, dolēt.  
Quin & videntur aurei lapides fulgere,  
Scatæ suapte sponte per urbem incedere,  
Suisque mercatores spoliari lucris.  
Demum alterum Simonem se se præstitit,  
Quem Petrus, ac Paulus Apostolorum

maximi,

Humi dedere præcipitem alto exæthere.  
Hæc cum videret Catane, prætor Lucius,  
Princepsque in ciuitatis optimatibus,  
Vrbisque clades, & squalorem ciuium,  
( Neq; enim aliud, nisi fletus, & querimonias  
Vrbis plateæ resonabant, & compitæ.)  
Cives, ac populares ad concilium vocat.  
Idem omnibus animi sensus, per epistolam  
Quamprimum vt Imperator fiat certior  
De Heliodori rebus, & eius prestigijs.  
Vbi itaque de re edoetus Imperator est.  
Quem a latere habebat, Catanam ablegat

4 protinus

Lictorem, cui Heraclides nomen inditum,  
Vt pestem, perniciemque animorum ab-  
duceret

Byzantium, vigesimo, 5 ac tertio die,  
Meritas daturum pœnas coram Cæsare.  
Verum ille, vt hominem vafrum, & calli-  
dum decet,

Simul vt aduentum subodoratus militis,  
Litus petit, Heraclidi iterus obuiam,  
Hilari, blapoq; aspeetu. tandem vbi videt,  
Nauim accedere, vt fit, ipse è terra subsit.  
Nauim conſendit versipellis peſtilens:  
Blade appellare militem, amplexarier,  
Latè ore excipere, rogare, adueniat domū.  
Iam splendide, pellucideq; apponitur  
Menſa, epulisque struitur apparatus regio.  
Pelleetus leni orationes, deinde  
Oblatam conditionem miles accipit.  
Profactioni dictus venerat dies,

Præstigiarum ex urbe egreditur potens,  
Vna cum Heraclide, simul adeunt ad mare.

Radio, 6 nauigium in liquido deſtribit

mari,  
Conſendunt ambo nauim, quam præstigij  
Effinxerat ſceleſtus; monx clamat ſuum  
Ministrū, 7 à ſacris, cui Gai nomen inditū.  
Et iam ſecundo curſu nauigant mare.  
Ille autem Dæmonē, 8 quem à consilijs ſibi  
Habebat, id rogar: amabo te mihi  
Sodalis, indica dum, vbi locorum ſumus?  
Et Dæmon, præteruehiatur, inquit, Rhegiū,  
Mellanensiq; angustias legimus freti.  
Scitatur iterum, quas oras percurrimus?

Contra respondit ille: tenemus, 9 Crotiam  
Tum poſtero Byzantium appellunt die.

Coram Imperatore, vrbisque optimatibus,

Heliodorum Heraclides ſitit. tum incipit

Narrare rem om̄nem, quo ordine geſta eſt,

Cæſari.

Cum noſſet hæc Leo, & Constantinus, 10  
ſtatim

Mandat caput obtruncari hominis ne-

quiffimi,

Fœdiſſimumque corpus inhumatum dari

Canibus vorandum, & vulturijs rapacibus.

Verum ille vbi ad damnatorum ſedes venit

Aquam rogar ad ſedādam paulisper ſum:

Cumq; allata eſſet, coepit ſe illa inſpergere.

Mox in 11 phiala ſe ſe cocludit vitrea.

Et inde voce miſta, amici heus, air,

Valetes, tuque, Auguste, cum tuis vale.

Si quid me vis, Catane; eo enim me cōfero.

Potilla ex omnium conſpectu euauit.

Tunc cōſternati animo omnes, admirarier

Id monſtri ſimile, ac nullis aucti ſenſibus,

Hæcere inamobiles. tandem vt ceſſit pauor,

Magno clamore contendunt ad Cæſarenā,

Referuntque; Heliodorus quid rerum geſ-

ſcrit:

Nos, vero obſtupefacto, inquiunt, animo

hæſimus,

Auguste, qua ratione homo perditissimus,

Lutum, fordes, ſedusque maſter

Nos fruſtra habuerit nuper ſutelis ſuis.

Perinde enim ac ſumus, vel aura euauit.

His Imperator auditis, mirum in modum

Animo perculsus, qua prodigio, qua metu

Miratur rem; tandem ſecundo militem

Siciliam mittendum statuit, vt deruo

Ilinic hominem Byzantium reduceret.

Et iam ad Siciliam traixit, ad pugnā nouā

Gata.

Catanz pugnandam in urbe præclarissima,  
Miles paratus. illi rursus obuiam  
Procedit veterator confidentissimus,  
Risu, ludoq; saltu ac turpibus iocis ,  
Vel histrionem simulans se se, vel animi  
Insanum. mandat operis robustissimis  
Miles , rapiant , trahantque hominem ad  
nauim ocyus.  
Tum tetra bellua blande appellat militem  
Quid haec vis, bone vir? ego nequaquam  
Cæsar  
Detrecto imperium : ita ius , fasque omne  
præcipit.  
Sed age sis interea loci domum meam,  
Veni, hospes optime , vino , & epulis lan-  
guidam  
Hilaremus animum ; post , vt nandas,  
tempori  
Iterum viæ nos dabimus ad Byzantium .  
Ad hunc modum itaque insidias militi  
locar,  
Blandis prætexens verbis impostor malus.  
Remoratusq; illu est, status dum venit dies  
Et iam abeunt animi causa vterque ad  
balneas  
Catanz vrbis ibi simul tunicam exiunt,  
Vti lauent, ac Bolymum 12 ad Hymeti  
aqua  
Perueniunt . mandat nusquam genitum  
magus  
Aut appellari Christum , aut sacrosanctæ  
Crucis  
Effigi signum, dicto citius balneo  
In Byzantino cernunt se se: tum prope  
Thermas, cum vestibus vna calceos vident.  
O peruersam cacodæmonis fallaciam:  
Attonitus miles , o summam deinentiam,  
Exclamat: qui de balneis Catanzibus.  
In Byzantim nunc adsumus extemplo?  
Rursum igitur sigillatim rem omnē Cæsari  
Ostendit Heracles : tum magni vndeque  
Populi concursus fiunt, prodigium insolens  
Studio videadi , & plane attoniti omnes  
stupent.  
At Aethalia vxor militis vbi inaudijt.  
Reditū impositoris , è fenestra mox caput  
Irata exertans, vt erat, spuma ore illita,  
Repeate illius vultum indignas compuit.  
Mittensq; vocem ex intumis præcordijs;  
Videtis, inquit, quod monstrum, ac piaculū  
Fuit in causa, meus vt coniux Byzantio  
Ad se capiendum bis migraret Siciliam?  
Tunc homo totus cōstans dolo, ac versutijs  
Suspensus, toruoq; illam aspectu contuens,  
Ne viuam, nisi ego te hodie documentum  
omnibus  
Efficiam, ita vt admirari te non desinam.  
Quantus , quantus enim ignis tum erat  
Byzantij,  
Extinguit: omnis vrbis hoc casu ingemit.  
Verum pyram ille in 13 Aethalia suscitat,  
Quo sanctus vetat accedere aspectū pudor.  
Itaq; omnes Heraclidis confluent domum;  
Petunt, pro turpe dedecus, ignē ex cōinge  
Nec iam quit alter, vt sit ignem ex altero  
Sibi sumere: namque extemplo ter extin-  
guitar.  
Quare compulsi homines, cuiuscūq; ordinis,

Ex Aethalia ignem capere necesse habet  
Ingenti cum rubore misera mulieris.  
His Imperator auditis , & Satrapæ  
Omnes, nefarium hominē, ac perditissimū  
Dire plectendum statuunt, ille in omnium  
Rursum conspectu de repente euanuit,  
Catanzamq; repetit, ope suffultus Dæmonū.  
Ibi anteacta scelera exaggerat nouis.  
Tum Rex, omnisque ciuitas cum lacrymis  
Configiunt ad superos, pieque supplicant  
Deum immortalem: Rex hominum, atque  
cælitum  
Respic de celo hereditatem nos tuam:  
Tetraque belluam è tuis extermina;  
Pestem, animorumq; exitium, impostorem  
improbum.  
Lacrymas precesq; inaudit optimus pater  
Vicificturque probe suorum injuriam.  
Adolescens quidam Catanz est, Chryses  
nomine,  
Egregia sane forma, fratribus 14 filius  
Leonis integerimi , qui tum pie , ac  
Sancte administrabat Catanzē Ecclesiā,  
Adolescens ergo cum iam 15 esset in hip-  
podromo.  
Stipatus magna familiarium manu,  
Ludisque adessent spectatores plurimi,  
Intenti, qua ratione equites identidem  
Stimulis, lorisque ad cursum equos impel-  
lerent;  
Interibi præsto est Heliodorus improbus,  
Blandeq; appellat Chrysen; heus pulcher-  
time  
Adolescens, interq; omnes mihi carissime,  
Ecquid velis amabo te, equum nūc præbēas  
Qui forma, & cursu ceteris facile ante stet  
Cursura omnes præuerentes simul inscéderis  
Et in certamine cunctos vinces 16 milites.  
Hæc cū sine omni adolescentis audiuit dolo,  
Lætitia perfusus, nil suspicans mali,  
Vtinam, Heliodore, inquit, vere id præ-  
stes mihi.  
Ecce autem de repente equus præstigijs  
Apparet: in illum confestim insilic puer,  
Tunc cernere erat monstrum, prodigiumq;  
insolens,  
Volucri, ceruoq; similis quadrupes volat.  
Tum præfectus, equitesque omnes merito  
stupent:  
Mittitq; statim, eqium, atque equitem ad  
se adduceret.  
Tum prospiciens Chryses equū tenuissima s  
Abiisse in auras, sine voce attonitus stetit.  
Vbi verò multo post sensus revertitur,  
Libenter præfecti iussis obtemperat.  
Verum Præfectus Chryses aduentu cognito  
Scitatur, qua ratione equus ad se venerit.  
Tum Chryses magno sic respondet c um-  
metu:  
Ego verò, Domine , cum adessem in  
podromo,  
Bonorum & spectarem certamen militum,  
Ecce tibi Heliodorus præsto est; mihi dat  
equum ,  
Quo vectus palmā præripui omnibus puer  
Post illa, quadrupes nusquam viuis gentiū.  
Nullam his Præfectus habet fidem , at ira  
percitus ,  
In carcerem adolescentem coniici iubet.  
Dum,

14

15

16

Dum quo nuper equitabat, sibi equum redderet.  
Hæc verò vir admirabilis Leo prouidens, Et Heliodori technas, ac versutias, Queis adolescentem candidum male decipit,  
Magna demissione animi, atque modestia, Sacro stipatus cœt., ali sive cuiibus, Pedes ad præfectum ingenti cum rubore adit; Orando, obsecrando, vt sacerdotem addebet.  
Nosti enim, præfecte Luci, inquit, præstigias Ac fratres Heliodori perditissimi Hominis, & si qui alius, flagitosissimi, Quibus peruerit, atque evertit funditus Nostram vniuersam urbem, atque finitos suos, Turpissima, ac nefanda facinora perpetrâs. Quid ille non est ausus, lapides splendido Pro argento ostendit, spôte statuas ingredi Iubet per urbem, fluuius frustratur nurus, Ut adulteria taceam, aliasque insanias, Quæ Sycophanta hic gesit, ut quondam ferunt

17 Ioannem, 17 Ambréq; desertores impios. Nunc vt dicam de Chrysè equo, quem postulas, Qui cursu velocissimo omnes vinceret; Sane tibi affirmo nepotem numquā meum Huiusmodi habuisse, quem rogas, equum. Verum qui visus est nuper in hippodromo. Hunc Dæmones effinxere suis præstigijs. Præfetus simul incomparabilis viri Orationem huiusmodi audiuit, statim Obscuro Chrysen missum facit è carcere, Redditque nepotem insontem sancto Antistiti,

In se suscepit facinoris veniam petens. Sed non hic finem sceleribus statuit suis, Præstigiarum iam famulos artifex. Nouum init consilium cum nequissima Sua scelerorū hominū, pro facinus, manu; Decreuerat enim cum Præfus sanctissimus Iam sacrosanctis operaretur mysterijs, Inter sacrificandum saltare, ac ludere. Hæc meditabatur impudentissimus homo, Sed perficere vlo pædo non fuit facul. Verum doli, astus, atque insidia denique In molientis recidere, vt decuit, caput; Atque in lacum, sive aquam, quam perfoderat, In eadem machinator præceps corruit. Obseruat itaque ille celeberrimum diem, Quo venerandam, incruentamque faceret hostiam

18 Sacerdos, qui cælestem traducebat hic intermortales vitam, & in 18 templum vndeque Cœtus concurrit Christianorum frequens. Quibus intermisces se monstrum execravole, Nec foedissimus homo veretur templum ingredi.

Itaque re diuina inchoata, sacrilegus Nefanda primū incepit, nunc colludere Perinde ac faciūs, mentisque impos, nunc pede, Tellurem pellere, nunc saltare turpiter,

Tom. 2.

Nunc vocem mittere asello, muloq; familiis Sic populi animos à diuinis mysterijs In risu, atque cachinnos facili negotio Auertebat non recte. hæc igitur iaclytus Animum aduertens Christi famulus, ad omnium Regem, atque dominum sanctas effudit preces: O, inquiens, sanctissime rex cælestium, Ne surdis auribus vñquam famuli despice Tui precationes contemptissimi. Ac monstrum immane, tæuanque animorum luem, Tuæ qui male prædatur opera dexteræ, Tui nunc, Christe, famuli pedibus subiace Mihi da victoriam hanc, ad gloriam tui Numinis, & ad populi emolumentum tui. Hæc effundebat sanctus præfus affatim Lacrymarum ex oculis mittens, atque ex intimis Singultus, suspiriaque erumpens sensibus. Iam vero rei diuinæ finem fecerat, Cum ex præpotentis ara procedit Dei, Satis forti, constantique animo, illi obuiā. Hominem magna vi comprehendit itrenue Et, qua collo prædictus erat, stola alligat: Inde hæc te Christi 19 increpat, fallax satā: Tunc cernere erat portentum formidabile; Nam quem nemo mortalium peruercerat, Quin vincetos ipse mortales peruercerat, Probe hunc deuinxit sancti virtus numinis. Tum sui sibi adiutores solum deserunt, Cum sancti ferre verba non queunt patris, Ac veiuti sumus euangelunt, cum graui Gemitu in clamantes: Eheu nos miserrimos. Viden, ut in flamas tradimur Orci ingratij, Pijs nimirum præcibus sancti Antistitis, Populo mox mandat, succendi ingentem pyram

20 Cordatus pastor, in 20 tēplo augustissimo. Nec ipse iam veretur ardente in rogum Se se penetrare cum prehensa bellua. Neq; misit vñquam, nec concessit ignibus, Nisi totum absumeretur à flammis ferum, Horrendum, infameque monstrum, in cineremque rueret.

Verum incolunem, indemneque Pontificem flagrans Rogus seruauit, vt pueros Babylonica Fornace, nihil ab igne passos autemant. Nec indumenta quidem viri flama attigit. Sed lepide parricidam detestabilem, Orcique hæredem, ac Demonaum fidum asseciam,

Ignis adussit, tot, tantaque vltus facinora, Aeternis poli cremandum flaminis tartaro. Ac tale, ac tantum quod gestum est miraculum,

Merito suspiciunt omnes vrbis incolæ, Ipsumque auctorem laudibus tollunt Deū, Qui talia per famulum gerit in dies suum, Ad maiorem suorum splendorem, ac decus Populique ad ornamentum, ac subsidiū sui. Quin igitur perlubenti animo omnes; in clyti

Ad sacrosanctū sepulchrū adimus præfusis? Ut, quid quid est peccatum à nobis antehac, Deus beati præcibus condonet viri.

D

An-

Animique corporisq; salutem praebet.  
Quā Christus consuevit per illū iōpendere  
Qui eius pie, sancteque memoria in colunt.  
Quamobrē a contēptissimo, ac miserrimo,  
Tuam qui præoptaret degere sanctissimam  
Beate Pater, vitam, hoc carmen accipe.  
Vt Obolum Christus, & minut i traditur  
Non dignatus viduæ olim pauperiæ.  
Vtinam cum iusta lance præpotens Deus  
Appendet orbem, te patronum sentiam.  
Nam cur tuæ negatum istud p̄tentia  
Rear, Deo sacerdos acceptissi ne,  
Mythesque ir reprehensus, cui cælitus datum  
Ligare, dissoluere que vt collibitū est tibi,  
Quātum est turpissimorū in orbe facinorū.  
Proinde ego nequam, & nihil homo tibi  
supplico,

Meorum erratorum veniā à Deo impetres.  
Iam enim vides, vt imo in barathro tartari  
Iaceam demersus, dirz proximus neci.  
Cedo dum tuā propitijs mihi pater, manū,  
Vt Christus Petro in fluctibus dedit maris.  
Eripe me ex Acherōtis tenebroſi faucibus,  
Fœdasque peccatorum sordes elue,  
Et tamquam ē cœno peccatorem hunc  
extrahe,  
Labera omnium malorum, ac sterquilinij  
Nec Dæmonum esse me ludibrium sinas.  
Sed vita anteactæ penitidinem impetras.  
Vt Davidi, vt Manassi, vt Meretriculæ,  
vt datum est  
Furi, & lacrymanti Apostolorum principi:  
Amen da, Christe, da rerum omniū potens.  
*Vide Animaduers. folio 21.*

# IN S. LEONEM EPIS. CATAN.

## H Y M N S.

### S. JOSEPHI HYMNOGRAPHI



E i diuinam pharum, sapiēs  
Leo, hilaris Christi Ecclesia,  
nacta, virtutum, ac miraculo-  
rum tuorum facibus longe,  
lateque collucet.

Ipse te omniū Domino iam  
inde à pueritia deuouisti, voluptatumque  
morte, viuum illi sacrificium extitisti; ipsū  
te, o beate, haud profuso sanguine sacrificās

Tua, o Deifer, vita virtutum splendore  
nitens, miraculorumq; ornata fulgoribus,  
illustrem te apud omnes fecit.

Nuncupata es, q; incorrupta puella, tem-  
plum Dei, qui in te, o Deipara ( quod in-  
mentem cadere cuiuspiam, nedum capi  
possit ) sedem collocauit, erroremque ex  
mortaliū animis extrusit. V

#### O D E II.

S alutaria, pater, ac pia rectæ fidei dog-  
mata integra custodiens, aluisti gre-  
gem vitali pabulo, atque ad cælestē ouile  
duxisti.

Vbi ad virtutum fastigium, o sanctum,  
caput, ascenderas, sacro 3 perunguis es  
oleo, altissimumque regem ex 4 altissimo  
suggesto, sapientissime, dilaudasti, ei, qui  
cum gratia coniunctus eras, tamquam An-  
geli ministrans

Hostiles impetus, vir innocentissime,  
Christi causa sustinens, immortalitatis cō-  
pos, & particeps factus, cælestium in nu-  
merum relatus es. vnguentum 5 porrò  
fragrans, ac perenne emittens, eos, qui te  
fide fulti adeunt, sanitatem donas.

Diuini, splendidiq; carbunculi fibula,  
rubus nequaquā diuinitatis igne cōbustus,  
fructicosas animi mei perturbationes oēs  
cōburito, ignibusq; me eripe sempiternis.

Domine, qui cælestē fornicate concame-  
rasti, Ecclesiāq; condidisti, tu me in tui ca-  
ritate firmato, sanctissimorū rectorū apex,  
fidelū firmamentū vnum hominum amans,

Magnus terrarū orbi solexortus es, vir-  
tutum tuarū emicans, ac miraculorū splen-  
dore, fidelū cœtibus lucē afferens, libidinū-  
que caliginē, Leo sancte, dispellens. Christū  
Deū deprecare, magnā in nos, singularemque,  
qua pollet, misericordiam explicet.

#### O D E III.

E xculto iā mentis tuæ aluo, spicam, bea-  
tissime, centesimā tulisti, virtutum di-  
uinarum, & multiplicis sanitatis.

S anctum tuum, vir sancte, sepulchrū, sau-  
cto iugiq; manat oleo, fide ad te accurren-  
tium animas afficiens sanitatem.

P ræsus morborum medicamentū, am-  
lorum Dæmonum fuga, fideliumq; hominū  
perfugium, appellatus es, Pontifex.

Tu, cuius purissimo ventre capitur, quem  
nihil vquam comprehendere potest, me  
peccatis obrutum, demersumque tua beni-  
gnitate elatum seruat.

#### O D E IV.

N oxiam, omniū mentē, purissima inspi-  
ciens mente gratiarū lamen à Deo,  
o diuino afflate numine, accepisti; itemq; vt  
sacra, & illestria medicamenta benigne, lar-  
geq; cōmunicares, ijsq; profundā furentiū  
perturbationum noctem dissipares.

Qui cunctos Christū audientes, Damo-  
num fraudibus captos, extinguebat, cū tu,  
Beate, iustis ignibus, censuræ lege adiudi-  
casti, animalq; ingenti cū illius dāno interri-  
tuq; vt verus ac salutaris Pastor, vindicasti.

Medius, dū ille cōbure retur, stetisti, nihil  
omniāq; numquā nō celebrande, Namq;  
... Iesu.

# In S. Leonem Episcopum Catanensem. 27

Iesus, datus enim te sancti spiritus nos circumfusus tegebat, ut sacrorum Antistitum, ut diuinaz gloriae misericordia, ut superi splendoris copotem. Diuino olim vel maxime corredi spiritu sancti vates, o Deo carissimam, contemplantes incredibilem, inauditaq; mysteriis altitudinem inuolati partus tuisid, quod in eis fuit, non una ratione cecinere.

## O D E V.

**C**OECIS lumen diuinaz mentis, Pater, tua deprecatione restitutum est. Christum enim, adiutorem nactus, animique oculos in illum coniectos habens, quae petiesset, numquam non abunde; cumulateq; cerebas.

Sane quam formidolosus, o præclare Regi exististi tum, cum in ipsius regia procedens, ardentes veste carbones gestabas, nempe celebravit te Christus, quem vita ipse tua, Leo, celebrabas.

Animus mihi, Virgo, te inuante, sanctitate florescit, quæ sanctum concepisti Verbum, quod vere in sanctis, ut pat est, acquiescit, unus Deus noster. cedo mihi, omni prorsus culpa vacans, veri doloris imbræ.

Leonem omnes, qui se Domino a puerio dedicauit, primisque ab incunabilis ei gratiosus fuit, cantibus coronemus, Ecclesiaz luminare, ac propugnaculum eius enim est firmamentum.

Plana mihi, te auctore sit, disertaque, mihi Christe, lingua, orationemque tutam ministrat, qui verba nobis, vitamque præbes; totam ut possim boni, sapientisque sacerdotis vitam ornare laudibus, quam cælitus acceptam, non satis cognita caritate peregit in terris: innumerabilium pelagis miraculorum; dogmatum vim, atq; virtutem, quibus Ecclesiam illustrauit; eius enim est firmamentum.

## O D E VI.

**D**iuinorum, corporeque vacantium spirituum instituta corporeus ipse, o diuinaz prudentiaz vir, imitatus, publicum obibas in Dei gloriam, honoremq; ministerium, perpetuo illum carmine celebrans: Benedictus es, Domine Deus, in secula.

Quæ obscuruerant aures, diuina plane, deprecatione, Beatissime, referasti, claudis que agilem, contumolumque propalam redidisti gressum. Benedictus es, Domine Deus, in secula.

Medium, Deifer Pontifex, ingressus ignem hand quaquam arasti diuino anniente Numine; cuius qui expers est, iure damnatus exuritur.

Tuam, Virgo Mater, alium minime adurens ignis diamitatis, fit ex te corporatus, omnes vadit; fines diuinis illuminans fulgoribus, proinde meritas tibi laudes dicimus,

## O D E VII.

**D**issuta est gratia, Pater, sacrifici presepe, in labiis tuis: propterea te, Leo, unxit Deus populo Antistitem, exclamantem, laudate Dominum, & superexaltate in omnia secula.

Aeterno Regi acceptus, Beatissime Leo, apud terrestrem adstitisti, candentes carbones deferens, eiusque mentem admirabilibus, ac longe opinionem superantibus operibus, in stuporem adducens.

Vt oliua fructifera, Pater, plantatus in domo Domini diuimum oleum ex tuo corpore post obitum emittis, omnemque semper a fidelibus abigens morbum, qui te per petuis, meritisque afficiunt laudibus.

Qui cuncta voluntate perficit, o Virgo, cui ut nemo obloqui, sic benedicere omnes debent, in vteri tui tabernaculo volens habitauit, & assumpta carne aspectabilis, meo impostoris pessimi consilio ante perditum, Deum fecit.

## O D E VIII.

**V**T diuiniste, incundisque precibus efferamus, beatumque decantemus, sancte acta vita præclarum, & supra, atque celestia circumuenientem, exultantemque eripe nos precibus tuis, Pontifex, ac Pastor admirabilis, ex impotentibus animi motibus, ærumnisque, atque infortunijs.

Qui vitis veræ quasi palmes fueras, Pater, virtutum vuas protulisti, mirabilem operum stillantes vinum, ex quo qui fideliter bibant, sanitatem, hilaritatēque consequuntur; te, sancte Leo, semper deprecantes. sancti, venerandique spiritus templum corpus tuū exsticxit, Pater, & nunc quidem in diuino templo, quod in Lucie Martyris gloriam, honoremque exereras, positum iacet: ex quo miraculorum nobis emanauit flusus, pie te religioseque venrantibus.

Sol apparuisti splendidus, omnia sépè virtutum splendore collustrans, nunc vero ad lumen ascendisti, quod non licet oratione complecti: ideo lucem afferentem dum celebramus memoriam tui, Beatissime Leo, ab omnibus me redime malorum tenebris.

Alterum, vnicce Rex, horre aduentum tuum, ac mirum quantum extimesco, qui innumerā in te facinora admiserim, neque tamen per pénitentiam melior efficiar. ceterum, quæ tua bonitas est, respice, salutare, Iesu, per acceptissimas, gratissimasq; parentis tuae deprecationes,

Facem, ac doctorem, eximiumque Pontificem, te Christi Ecclesia, Antistes, agnoscit. ipius quippe filios, diuine, saeque Leo, salubri pabulo præclare pavisti, hereticos, quasi agrestes feras, propellens.

Catanzæ lucidissimum, ac luculentissimum astrum, mirabilem operum auctor, Pontifex Leo, Trinitatis myites, proprius

Deiparam te puramente ani-

moque, ac voce prædica-

vit. Quam & nos Dei

parentem aper-

te te, pa-

lam-

que lauda-

mus.



D 2

VITA

## V I T A

Anno Chr.  
772.  
2. Febr.

## S. STEPHANI PAPAE

Ex Anastasio S. R. E. Bibliothecario.

S. Steph. in  
diuinis scri-  
pturis eru-  
ditus.



STEPHANVS 1 IV. Pontifex Maximus, natione Siculus, Oliuo patre, sedit annos 3. menses 5: dies 23. vir sanc strenuus, & in diuinis literis, Ecclesiasticisque traditionibus apprime versatus, quarum & cunctis erat acerrimus. Is vbi primum ex Insula Sicilia Romam aduenit, a Gregorio III. Pontifice Maximo in S. Chrysogoni monasterium, quod iactum Papa fundabat, cooptatus, in clericorum, monachorumque numerum adscitus est. quem Pontifex inde Zacharias in monasterio euocatum, cubiculo suo praefecit in Lateranensi Patriarchio; autemque mox sacerdotio, tituli S. Cecilie, non ab se tamen dimisit unquam (adeo modestiam hominis, & integritatem amabat) neq; eum a pristino munere desistere passus est. Sed et reliqui Pontifices Maximi Stephanus, & Paulus familiarissime vsi sunt Stephano, vita, morumque sanctitate magno, tantumque virum apud se detinere. interea Pōtifax Paulus in æde B. Pauli, in qua per æstum commorabatur grani implicatur morbo, quo & mortuus est. laboranti Stephanus numquam deerat, sed affidebat usq; impiger, diligentissime que curabat omnia.

Monachus  
S. Chrysog.

Petri Pon-  
tificis mor-  
te turbæ in  
Ecclesia co-  
citatæ.

Per vim a  
Georg. Epī-  
scopo con-  
secratur Cō-  
stantinus.

gio adlegitur. ita populum sibi vniuersum solemni obligat Sacramento, atque vbi Dominicus adfuit dies, armatorum stipatus multitudine ad B. Petri basilicam properas ab eodem Georgio Episcopo Prænestino atque alijs duobus Episcopis Eustatio Albanensi, & Citomalo Portuensi Pontifex Maximus consecratus. sedemque Apostolicam, quam per vim, ac summam impietatem, invaserat, per annum tenuit. & mensem unum.

Tantum nefas iniquissime ferentes Christophorus & Primicerius, & Confiliarius, eiusque filius Sergius, 3 qui tum facillarius, mox secundarius fuit, mori magis decruere, quam impium pati facinus in Apostolicam sedem admisum. Afflicti ergo, confectique quotidiano lucu, vetanto malo consulerent, illud communiscuntur. summi lat velle se Saluatoris Domini Iesu Christi monasterio nomen dare: det veniam Constantinus, rogant. rem dicto Sacramento impetrant. fuso facto, in fines Longobardorum profiscuntur, cumq; vellet Abbas predicti monasterij intra sepra eos adigere, ab itinere declinare ad Theodicium Ducem Spoletinum, etiam atque etiam obtestantes hominem, vesti eos ad Desiderium Longobardorum Regem trans Padum deducere. nimis sanctam Ecclesiam in pristinam vindicare libertatem cogitabat. annuit ille perhumaniter. deducti ad Regem, opem implorant Ecclesias, sub impio, falseque Pontifice laboranti. Ceterum Constantinus per annum, & mensem Presbyteros creavit octo, Diaconos quartuor, Episcopos, qui diversis in locis præsiderent, octo. nec verò interea Georgius ille, qui Diaconum, & Pontificem cum consecraret, vel tardas dependit, vel certe leues admitti flagitijs poenas. etenim non multis post diebus à consecratione, in acrem delapsus est monachum, vt mouere se minime posset, neque iam arefacta contractaque dextera, sacrum facere. itaque frenens, ac languens vita decessit.

Iam vero Christophorus, & Sergius a Regge dimissi, minime infecta re, Reate contendunt. inde collecta Reatinorum manu, cum Furconinis, Longobardisque ex Ducatu Spoletino, Sergio, Vualdipertoque Presbytero præcūtibus, Romam iter matutuant: quo cum peruenissent die 28. Iulij. Indictione 6. sub nocte perugilijs BB. MM. Abdon, & Sennen, Pontem Salarium occuparunt. postridie eius diei, per Pontem Milium ad B. Petri, hinc ad B. Pancratij portam pergunt.

2  
3  
Christoph.  
& Sergius  
Eccl. liber-  
tatem vī-  
dicant

Hic ex Christophori Sergijq; propinquis quidam, qui ad portam custodes aditabat, Sergium conspicati appropinquantem, portam aperiunt. ita Sergius, & Vualdipertus eum Longobardis Urbem ingressi, sed Romanum populum metuentes, per muros ibant cum facibus: neque à Ianiculo descendere ausi, ibi pavidi restitere. docetur de eorum aduentu Toto, & Passiuus, ignari rāmen sibi dolum parari, ad prædictam portam accurrunt; concidunt & alii, in quibus Demetrius Secundarius, & Gratiofus tum Chartularius, postea vero Dux, insidarum scilicet conficij. dum vero ad Longobardos appropinquant, in Totonem impetum facit Racipertus, qui totum sustinere bellum posse videbatur, in quē contra Toto irruēs eum inflicto vulnere confecit. tanti viri causa exterriti Longobardi, iam fuga sibi consulebant; sed Demetrius, & Gratiofus à tergo Totonem aggressi, confossum lanceis, interficiunt.

Hic ergo Passiuus in Lateranense Patriarchium aufugiens de re tota Constantiū docet. qui cum Passiuo, ac Theodoro & etiam Episcopo, & Vicedomino suo, in Salvatoris basilicam se recipiunt. tum descendentes ad fontem, in ædem S. Venantij tantisper inibi confedere. sed accuratius perspecta re, in Vestiarium 5 ascendunt, meliore concepta salutis spe. ibi S. Cæsarij Oratorium ngressi, oculis foribus residebant eo, post aliquot horas, veniunt Romanæ militiæ Iudices, homines ex Oratorio ejiciunt, curantque custodiendos diligenter. alio verò die Dominico, Vualdipertus Presbyter, inscio praui consilij Sergio, aliquot sibi è Romanis adsciscens factinoris ministros, è S. Viti monasterio Philippum Presbyterum extrahit, quem à S. Petro electum dicentes, atque adeo Pampham omnes lætissime consuluntantes, in Salvatoris ædem de more deducunt. vbi persolutis ab Episcoporibus, pacem cunctis, ut assolet, impertiens, in Lateranense introducitur Patriarchium. ibique Pontificia è sella prius pace similiter impertita, dapes de more apparantur Pontificiæ, adhibitisque nonnullis ex Ecclesiæ, militiæque primatibus, conuiuum celebratur. resciuit paulo post rem Christophorus, excanduitque vehementer, cum cts Romanis iureiurando confirmans, numquam se pedem in Urbem illaturum, donec è Lateranensi Patriarchio Philippus exturbaretur. tum Gratiofus, aliquo ruis Romanorum opera, in Philippum aduolat, ex arrogata potestate deturbat. electus ille per scalas, quibus iter ad balneum descedens, rem placide ferre visus, monasterium repetit.

Christophorus igitur fæderotes in tribus Fatis continuat, ac primores Cleri, militiæ quoque principes, atque viuierum exercitum; honestos ciues, omnesque omnino Romanos: qui cōsentientibus animis, voeibusque Stephanum conclamant Pontificem Maximum. euocatur ergo ex æde S. Cecilia, ubi agebat, consequentibusque

acclamationibus in Lateranense dicitur Patriarchium, omnibusque rite peractis, verus & Pontifex lætissime salutatur. interea nefarij aliquot homines, neque diuini numinis reveritatem reveristi, neque futuri iudicij terrore à scelbris consilijs deterriti, submissi à pestiferis quibusdam malorum auctoribus, quos & digna factis poena est consecuta, Theodoro Episcopo, & Constantini Vicedomino comprehenso, oculos (quod sane vel dictu impium est) erunt; linguam crudeliter excidunt: sed & Passiuus oculos effodere conati sunt. adeoque in eos deservere, vt ne ad proprias quidem ades illos deduci, passi sint, bonusq; etiam omnitus spoliauerint. ac Theodorum quidem in monasterium clivi scauri contrisse, vbi fame sitique enecus, miser interiit. Passiuus verò in S. Silvestri monasterium includitur.

Nam Constantiū, qui Apostolicam sedem violentus occuparat, compeditum produxere, iussumque insidere equo super muliebri sella in monasterium Cellasno, uas, omnibus inspectantibus deduxerunt. Sabbatho verò manè pridie, quam Stephanus Pontificatum iniret, Episcopis aliquot Presbyteris, Clericisque congregatis in basilica Salvatoris, eo perductus est Constantiū. perfectisque de more sacris canonibus, Maurianus subdiaconus orarium 7 è Constantini collo extrahens, proiecit ante ipsius pedes, eiusque 8 compages abscidit. itaque Pontificio habitu deposito, exauktoratus est, consecrato igitur in Pontificem Stephano, Romanus populus viuiversus, actus præteriti flagitij conscientia, quod de Constantini nefaria ordinatione consensisset; neque adeò, vt parerat, acriter obstatisset, mutata mente inique se, ac sogniter fecisse confitebatur, diuinaq; e misericordiam implorabat. ita in B. Petri basilicæ ambone à Leontio 9 Scriniario eadem est perfecta confessio.

Sed excitantur interea motus, tumultusque bellici, quibus Ecclesiæ non mediocriter est perturbata pax. nam coactæ in vnu è Roma, Tuscia, & Campania, copiæ Alarum Campaniæ urbem inuadunt: Gracilemque Tribunum, Constantini asseciam multorum in Campania malorum auctore inde extractum Romam adducunt, in custodiam tradunt. at Campani quidam deinde Romanam aduentantes, in amissi videlicet à nefarijs hominibus, auulso a custodia, quasi verò eum in monasterium ducerent, ad Flavium 10 amphitheatrum Gracili oculos erunt, linguana euellunt. post hæc Campani, Tuscique, qui Romæ coierant, inito consilio cum Gratiofuso, aliquique fortissimis viris, quibus auctoribus tanta sclera perpetrabant, in monasterium ad Cellasnovas primo mane pergunt ad Constantiū, inde exturbatum, effossis oculis, iacentem relinquunt. nec modis tamen imponitur turbis, nam increbuit vulgo rumor, Vualdipertum Presbyterum genere longobardum conspiracie cū Theodicio Ducis spoli-

Constantinus occupe sedis poenas luit, & exauktoratus.

Nova tempestas exeritatur.

10

Philipp. acclamatus in Pontificem.

Sed male electus statim deturabatur.

Steph. eligi tur Pontifex

Spoletino, nonnullisque Romanis, ad Christophorum Primicerium, primatesque alios Romanos interficiendos, Romamque Longobardis prodendam, immittitur ergo cum populi multitudine Christophorus quidam Vicedomitus; qui Vualdipertum in æde Peiparæ, quæ ad martyres dicitur, re cognita latitatem, extrahunt ipsius Virginis imaginem gestantem; tetricam in custodiā, cù Ferrata nocte in Cellario maiore, coniuncti, sed inde paucis post diebus educunt, ac prope Lateranensem capum in terram afflūtum, oculis, linguaque priuant, & in Valeri Xenodochium amandant, ubi vitam præ dolore finiuit.

Iam turbulentas tempestates subinitium sibi Pontificatus in Christianam Rem publicam excitatas, ut sedaret optimus Pontifex Sergium secundarium, ac Nomenclatorem 11 in Galliam ad Pipinum, Carolem, & Carolomanum Francorum 12 Reges, & Patricios Romanorum cum literis mittit, eos etiam, atque etiam adhortans, ut Episcopos aliquot diuinarum literarum, sanctorumque Canonum, & initiationum peritissimos ad Vrbem mittant in Concilium, quod iam indicebat ad errorem à Constantino natum ex iis pandum, sed iam 13 Pipinus obierat, pergit itaque Sergius ad Carolum, & Carolomanum eius filios, & quibus & perhumaniter acceptus est, & imperata re, cum duodecim ex Gallia Episcopis probatissimis, spectatissimisque viris, in Vrbem redit, Aprili mense, inductione 7, conuocat & alios Pontifex è Toscia, Campania, alijsque Italæ regionibus Episcopos, qui potquam conuenere, initur 14 Concilium in basilica Saina oris iuxta Lateranense palatium, multa inter se de componentibus Ecclesiæ rebus collocuti, Constantium ad se perduci iubent, adest effossis oculis miserabilis, rogatusque, cur, nullis iniijatis sacris, ausus esse, sedem Apostolicam occupare, tantamque inurere Ecclesiæ notam: confessus apud omnes est, vim sibi à populo factam, ab eo se raptura in Lateranense Patriarchium, Pontificemque per vim delectum, ad levanda scilicet onera à Paulo Pontifice Maximo Romanus imposta, procidensque in terram, reuocitabat, neque se peccasse discebat, & Concilio delicti veniam suppplex imporbat, commiseratione moti, qui aderant, surges hominem iubent: nullaque de eo per eum diem sententiam proferunt.

Polidic vero productus iterum Constantinus, idemque rogatus, nihil se nouificisse, respondit: & Sergiu, 15 ex Laico Rauennati Archiepiscopum, Stephanum vero similiter Neapolitanorum Episcopum creatum, tantam hominis impudentiam indignati, qui in Concilio aderant, alapis eum cædi iubent, turpiterque inde deturbari. tum Constantini abrogatis actis, decrevisque, & eo Concilio, quod quasi ex eius auctoritate editum fuerat, in medio eiusdem Ecclesiæ Presbyterio cōbustis, Sanctissimus Pontifex Stephanus cù Sacerdotibus, Ro-

manoque populo vniuerso, procidentes misericordiæ ab offenso numine multis cum lacrimis exposcebant, male se imprudenteque fecisse profientes, quod è Constantini manibus Eucharistiam suscepserint, ita statuta poena est, quæ subirent omnes, ad hæc allatis, perlectisque sanctissimis Canonicis, institutum est omnium consensu, ne quis unquam laicus, neque ex alio ordine, nisi per distinctos gradus ascendens Diaconus, vel Presbyter Cardinalis creatus, posset ad Pontificatus honorem promoueri; qui secus ficeret, cum ab Ecclesiæ communione seiungendum.

De Episcopi autem à Constantino consecratis promulgatum est, ut magistratu se se abdicantes, si quis eorum Presbyter, aut Diaconus fuisset, ad priuitos rediret ordines. Quo si in populo suo probarentur, placere ut ad sedem Apostolicam cum Clero, ac plebe venientes reconciliarentur, idemque de presbyteris, ac Diaconis constitutum, veritum tamen est, ne qui itarum maiores gradus attingerent; ne tam impius videlicet error, ac ueritas temeraria pullularer, præterea sanctum est, ut quæ in re sacra egisset Constantinus, irrita haberentur, præter baptismum, & christia, postremo vero varia producentes Sanctorum Patrum 16 testimonia de sacris imaginibus rite colendis, decrevere sancta super hac re maiorum institutiona tenenda, adorandasque Christianis omnibus sanctas imagines, in quo execranda 17 illa synodus abrogata est, qua decretum nuper inter Græcos fuerat, ut Sanctorum imagines abolerentur. Confectare, Stephanus cum sacerdotibus, Cleroque & populo frequentissimo, maxima religione nudis pedibus, hymnis personatæ Urbe, in B. Petri Basilicæ iuere, ibi quæ in Cœcilio acta erant, atque descripta, in ambo ne templi, Leontij Scrinarij voce promulgata sunt, sed & a tribus Episcopis Gregorio filiis candidæ, Eustasio Albano, Theodosio Tiburtino ex eodem ambo anathema denuntiatum in eos, qui aduersus eam synodium facere conarentur.

Verum non multo post, mortuo Sergio Rauennati Archiepiscopo, Michael ejusdem Ecclesiæ Scrinarij sacerdotio, non initiatus, ad Mauricium, Ariminensium Duce, Ariminum proficiuntur, qui Desiderio consilio, collectoque inde exercitu Rauennam adit, Michaelem in Episcopio collocatum Archiepiscopum legit: Leonem Archidiacolum, quem potissimum elegerant, Ariminum abducunt in custodiā tradit, qui etiam Michael ipse, Mauritius, & Iudicem Rauennates missis ad Stephanum legatis, maria & montes pollicentur, si Michael vñ Archiepiscopus, confirmata electione, conscretur. Munera, pollicitationesque amplissimas reiecit Pontifex, numquam fore confirmans, ut Michael tum sedem occuparet, per nuntios ergo, ac literas monet hominem velit a coepitis impijs omnino desistere, ille verò non acquieuit, sed missis ad Desiderium munieribus, omnibus etiam Ecclesiæ sticis

Decreta in eis, qui à pseudopapa ordinati.

Pontifex legatos pro Syria ad fratrem in Regem mitit.

11  
12

13

14

Concilium in Basilica S. Salvatoris habitum

15

Seuera, sed iusta in Constantiū centura.

16

17

Michael se se iudicavit in Eccles. Rauennatem.

# Vita S. Stephani Papæ.

31

sticis opibus, & orpatu per annum, & amplius eam sedem per vim obtinuit. nihil tamen conuicere Pontificis constantia impij potuere. is enim legatos suos, & Caroli Regis, qui tum ibi aderant, oratores mittit, Rauennates admonens, quidfacto opus esset. ita Michael tandem ex Episcopio exturbatur, vnde Romam ducitur, Leone Archidiacono delecto; qui cum Sacerdotibus, Cleroque Rauennate Romanum contendenit, a Stephano confirmatur, cōsecreturq; nimirum ecclesiastica traditionis erat Pontifex cultor eximius: vnde & pristinum Ecclesiarum ritu, in diuersis clericatus honoribus renouauit, statuit, vt Dominico quoq; die, a septem 18 Episcopis, Cardinalibus hebdomadarijs, qui in ecclesia Saluatoris obseruantur, Misericordiam solemnia ad aram B. Petri celebrarentur, addereturq; Gloria in excelsis Deo. sed alia præterea decreuit, effectaque, summo Pontifice digna.

Nec interea tamen ille Carolum, & Gaiolomanum per literas nuntiosque desistebat in amicitia retinere, opemq; ab illis, si quid opus esset, dubijs in rebus exposcere, neque enim importuni motus usque quaue resederant. contentio namq; tunc erat inter Christophorum Prinicerum, Sergiuq; filium, & Desideriu longobardorum Regem, exigebant illi B. Petri, Romanosq; Ecclesiarum vires ne violarentur, persequerabat hic oblitinatus; quin etiam furens eos, & mediotollere adiunctebatur. ita simulat aliquando, per speciem pietatis, Romanum se velle conferre, eos videlicet ut facilius caperet. ergo Paulo cubiculatio, cognomento Aphiarta, alijsq; impietatis popularibus munieribus, largitione corruptis, negotium dat, vt in inuidiam apud Pontificem vocent, ac perdere, quia possint ratione, contentur Christophorum, & Sergium. rem curant illi diligissime, cognitis insidijs, Christophorus, & Sergius, Desideriuque iam Romanum aduentum inaudientes, coactis ex Tuscia, Campania, seu Ducatu Perusino copijs, se se ad oblitendum Regi accingunt. Vrbisq; occulsi portis, aliam construant, armatiq; adstat ad propugnandum. iamq; 19 ad D. Petru

Leo Episc.  
legitime ele  
ctus ordina-  
tur.

18

Desiderius aderat Desiderius, cum exercitu longobardorum. Pontificem ergo ad colloquium euobard. urbem cat. venit ille. inseritur de B. Petri iure serinfestat. ipso sed redire in urbem quantocvus Pontificis. PP. sicut oportuit. Paulus enim, & asseculari, imRegem adit probissimi. Populum Romanum in Christophorum, Sergiuq; incitare conabantur. Ecclesias. ac hirs edo, accito populo, armati ascendunt in Lateranense Patriarchium, insidatores ut capiant: iamq; facto agmine, in basilicam irrumpentibus Theodori, Pontifex Maximus Stephanus, qui inibi sedebat, occurrent, eos utpote furiosos, ac temerarios acriter obiurgat, inde arcet. Egreditur item alio die ad Regem in B. Petri Basilica commorantem Pontifex. Sermo de iure S.

Petri a Desiderio pretermittitur. vnu illud agitatur, vt Christophorus, & Sergius circumueniantur, itaq; B. Petri valvas obserat, cauet, vt nemo, qui cum Pontifice aduenerat, inde pedem efferaat.

Interē dimittit Andream Pontifex: Epscopum Prænestinum, & Iordanem Episcopum Signensem ad portam, vnde ad Diuū Petrum patet egressus; ad quam Christophorus, & Sergius cum populi multitudine residebant: monetq; homines, vt vel monasteriorum ingressi, sibi consulari, vel ad se properant in D. Petrum, recusat illi immanem veritatem sauitiam Regis; malle se afferentes in ciuium suorum manus tradere, quam exterritorum. offendit Christophori, filijq; respōsio adstantem populum; iniquiusq; ferentes Pontificis Maximi mandatis & Episcoporum dictis non obtemperatum, ab ijs descilicunt omnes. nam Graciosus quidam Dux, Sergius cognatus, suam se domum petere simulans, ascitis aliquot ex Romanis, iter, ad portam Portuensem, tendit, quam obseratā natus, alijs item connitentibus toto conueilit caridine, noctuq; Pontificem conuenit. Ceterū eadē ipsa nocte Sergius per inurū delicens, dum ad B. Petrum properat, comprehensus ad eiusdem Basilicā gradus à cultibus longobardis, ad Regem deducitur. quem consecutus est Christophorus pater. sed vbi vterq; ad Pontificem adductus est, iubet ille, vt qui saluos eos vel maxime vellet, monastico se se addicant initito, in monasterium adscribantur. misso ergo Rege, reliquisque in B. Petri basilica Christophoro, & Sergio, Stephanus Romanum ingreditur, cupiens videlicet eos noctis silentio propter inimicorum insidias, Romanum saluos introduci. sole autem ad occasum ver gente, Paulus, aliisque sceleris consici, populi cogentes multitudinem, Desideriu adeunt, impiatumque cum eo consiliū ineuntes, Christophorum, Sergiuque ē templo extrahunt, properantesque ad portam, usque cum catis amborum effodiunt oculos. ita Christophorus in S. Agathę monasterium educitus, ibi post triduum doloris acerbitate oppressus moritur. Sergius vero in monasterium primo Clivis sanctimox in Lateranense tellarium dactus, ibi ad obitum usque. Stephanus mansit; quæ sane omnia mala quibus, nisi longobardis, ac Desiderio Regi ferenda sunt expensa. Ceterum creavit Stephanus Decentri meas Presbyteros quinq; Diaconos quatuor, Episcopos per diuerla loca — sepultusq; est ad B. Petribasilicam, yacuit autem ab eius obitu sedes, dies octo.

Vide Animaduens, folio 12.

DE S.

Anno Chr.  
773  
28 Martij.

# DE S. IACOBO CATANÆ EPISCOPO, ET MARTYRE

Ex Menologio G. Illustriss. Cardinalis  
Sirleti Martij Die XXI.



Antiqui Jacobi com memoratio  
hic a puerō monasticam  
exercitationem edoctus ie-  
nijs, & vigilij, ac medita-  
tioni diuinarum litera-  
rum incumbens, Episcopatus  
dignitatem assecutus est: cumque Ha-  
reticerum sanctas imagines oppugnantium  
temporibus, multas tentationes, & perse-

cutiones perpeccus esset, postremo fama,  
& siti afflictus, in cruciatibus spiritum Deo  
tradidit. Hæc Menologium. sed Græci in  
Anthologio, mense Martio, eodem die  
XXI. ita habent: Sancti Patris nostri & Con-  
fessoris Iacobi Episcopi Catanae. sedem igi-  
tur, locumque Episcopatus S. Iacobi, quod  
Menologium tacet, Anthologium promit.

## PLVRES IN SICILIA SS. CONFESSORES, Episcopi, Abbates, Monachi incerto æuo.

**A**NTE Sarracenorum dominatū,  
Insulamque Siciliam scelerato-  
corum ferro, & igne vastatam,  
plerique Siculoru n fama sanc-  
titatis excelluere. haud omnes noti, sed  
perpauci, è tenebris eruti à me multo cum  
labore. nec certum quo regnante Principe  
fulserint, quod acerbus, tot stellas tāquam  
diffusa caligo obduxit, ex oculis abstulit.  
nuda nomina, natalesque dies ex sacris fa-  
stis habemus, latinis, Græcisue, quod argu-  
mento eit, diuinos illis honores olim tribu-  
tos. celebratar Catana ad 9. kal. Aprilis, S.  
Seuerus Episcopus.

Agrigentu, S. Hermogenes Episcopus ad  
8. kal Decembres, de quo in Græcorum  
Menzis duo, pro instituta eorum breuitate,  
verius asseruntur.

Cedens Hermogenes ex genere mortalium  
Pudore factus generis similes Damonum.  
Syracusis, ad 8. Kal. Maias, S. Robertus  
Abbas; eius quidem meminerunt sacri fa-  
sti Syracusanæ Ecclesiæ, & M. scriptum  
Chronicon B. Monach. S. Benedicti, quod  
scriptum est annis circiter 1489. & Bag-  
gianus in sua monastica historia satis com-  
mendat, dum s̄a antiquum Chronicon  
suum appellat, nunc verò est in Bibliotheca  
D. Constantini Abbatis mei germani  
fratris. in hoc ergo Chronico dicitur, S. Ro-  
bertus Abbas monasterij apud Civitatem  
Syracusanam, cuius nativitas ad calos 8.  
Kal. Maij veneratur.

S. Atalus  
Abbas.

Idem Chronicus. Benedictinum ait. S.  
Atalus Abbas monasterij positi apud Taurum  
enium Sicilia. cuius natale solemniza-  
tur 3. Nonas Aprilis.

S. Bernardus  
Abbas

Item 17. Kal. Iulias, S. Bernardus Abas  
Monasterij apud Messanam celebratur ex  
tabulis eius ecclesiæ, & eodem Chronicus  
paullo ante laudato.

Quod etiam his verbis celebrat S. Lucas  
apud Agyrium, [ S. Lucas Abbas monaste-  
rij S. Philippi de Agyrio positi in Sicilia  
admiranda sanctitatis vir, Kalendis Mar-  
tij secundum Vſuardum calos positis ] sed  
cum hæc verba in Vſuardo nunc non legā,  
crediderim dictum illud intelligi de Vſuar-  
di martyrologio manuſcripto, quod in mo-  
nasteriis legebatur, cui, vt opinor, vnaqueq;  
familia suos inserebat sanctos; atq; hic  
manauit, vt al quo: Vſuardi exemplaria  
ſæpe diuersa conspiciantur.

Siculi Manuscripti Codices, Beda, Vſuar-  
dus, S. Notkerus, Ado, Maurolycus in  
sua martyrologia retulere S. Simeonē Mo-  
nachum; is verò diuersus est ab altero Si-  
meone Syracusano, cuius Romanum Mar-  
tyrologium meminit Kalendis Iunij, nam  
iste Treuiris in Gallia Belgica kalendis Iu-  
nij obiit anno Christi 1033., ille verò in  
Sicilia deceſſit 16. kal. Augusti multis ante  
ſæculis. eius enim meminit, vt dixi, Beda,  
qui viuebat anno Christi 739. patria nobis  
incerta est.

Celebre etiam fuit olim nomen Sancti  
Nicolai Confessoris Syracusani, vt constat  
ex tabulis Ecclesiæ Syracusanæ, sacrificisque  
monasteriorum Regiæ Cappellæ S. Petri in  
Palatio Panormitanu, in qua etiamnum  
relicta Reliquie coluntur. dies natalis nobis  
ignotus est.

Beda & Rabanus 3. Idus Septembres in  
martyrologio aiunt, in Sicilia Civitate  
Catana Natale Euplij; Ado verò etiam  
Maurolicu, & Galesinius inquit, in Si-  
cilia Civitate Catana SS. Euplij, & Serapio-  
nij. Eosdem memorat Philippus Ferrari-  
us, sed Martyres appellant; quo tamen fun-  
damento nitatur, incertum mihi est.

S. Lucas Ab-  
bas.

S. Simeon  
Monachus.

S. Nicolaus  
Confess.

SS. Euplij.  
& Serapio-  
nij.

DE

# S. THEOCTISTO ABBATE IN MONASTERIO CVCVMIENSI

## Ex Hymno Græci Menologij.



**R**ecorum Horologium pridie nonas Ianuarij memoriam refert. S. Theoctisti Abbatis in *Cucumo*, seu, ut in alijs exemplaribus legitur, in *Cumio Siciliae*.

In eorūdem verò Græcorum Menologio hymnus est in eiusdem laudationem scriptus, quem mox latine redditū huic narrationi subnectam. Cum autem nil præterea de illo repererim, duo sunt quæ me præstare posse video. priuūm, vt lucem aliquam inferam ei monasterio, cui præfuit sanctissimus senex, vt vbi nam terrarum fuerit per coniecturas dignoscatur; neque enim in tanta rerum, ac tem porū obscuritate certis licet veitig ijs insisterem: mox ex ijs, quæ Hymni Auctor tanquam bene tūc omnibus perspecta innuit, quæ virtutum decora hominem exornarint, indicabo.

Ergo quis in Sicilia locus fuerit, qui olim Cucumum, aut Cucumium dicere tur, cui S. Theoctisti monasterium infederit, me late re plane fateor; nec enim eius nominis vestigium ullum in nostratis scriptoribus, aut membranis reperi proferam tamen verosimilem coniecturam. Caccabe oppidum est Panormo ad viginti quatuor miliaria distans, & illi insidens monti, qui Ther mis imminet Himerensibus. à Carthaginē sibus olim extructum esse creditur; nam ante eorum bella cum Romanis acriter terra, marique in Sicilia gesta, hanc insulæ oram Africæ aduersam & propinquiorem non incolebant modo frequentes, sed imperiū sedemque ibi fixisse videbantur, vt Polybius narrat, qui Panormum Carthaginensem Vrbium Caput appellat: supersunt adhuc eius originis vestigia, nam s̄pē in effodiendis nouarum domorum fundamentis, ibi numismata reperiuntur, equo, vel equi capite, quo Carthago symbolo vtebatur, insculpta; imò nomen etiam Caccabes à Carthagine translatum oppidanī gloriatur; Carthaginē enim binominem fuisse, & olim Caccaben appellatam cum plerisque alijs testatur insignis geographus Ortelius in suo thesauro; neque plane mirum aut nouum est, vt qui coloniam aliò deducunt, nouis vrbibus nomina imponant eadem, quæ originis suæ memoriam refricent, tanquam amoris monumenta; aut longinquitatis solatia. Hinc etiam profectum arbitror, vt Stephanus in eruditio opere de Vrbibus, dum vicina oppida huius Siculae Caccabes memoraret, ea prope Garthaginem esse dixerit; ratus, vt opinor, Garthaginem appellari posse, quam Caccaben dici inauduerat; sicuti eadem Caccabes &

Carthaginis nomina in eādem Africanam vrbem inciderant; quare immerito in eorum, qui hæc non aduerterunt, reprehensionem gratis auctor incurrit.

Hanc igitur Siculam Caccaben, vt ad ré propius accedamus, à Græcis aliquando Cucumum, & Cucumium appellatam sentio; cū enim vox illa Caccabi, vas æneū, aut testaceum sonaret, quod Græci Cucumum & Cucumium à sons feruentis in eo liquoris dixere, non mirum erit si eam vocem græco vocabulo retenta significatione red diderint. geminum plane huic rei exemplū in ipsa Vtbe Romā reperies. quam enim Valentiam dixerat iuuentis latina, Græci, ait Selinus, suo nomine Romam compellauere; seruata nimurum antiqui nominis significatione mutationem hanc, vel in proprijs Vrbium nominibus, licere sibi aliquid crediderunt exteræ nationes. imò cum eadem Princeps Orbis totius Vrbis triplici cohonestaretur nomine, vti Petrus Nannius refert, peruvulgatō & communī Rome, mystico Amaryllidis, sacro ac rituali in sacrificijs Florentia, aut Florentis, Anthusam Græce, quod in eamdem redit significationem, à Philadelpho compellata scripsit idē Ortelius: nec absit hile exéplū desumo ex mari Erythræo, q̄ licet ab Erythra Regē nomē habuerit, latini tñ vocarū mare rubrū; nā in proprijs etiā nominibus significationē illis aliude adnexā re spexere. eadē verò ratione oppidū q̄ in Sicilia Caccabe à Carthaginensib⁹ dictū fuit, à Græcis, ad rem alias eo nomine subindicatam animū intendentibus, aliquando Cucumium appellatum credo. Eò igitur inclinat animus vt credam S. Theoctistū Abbate fuisse vnius ex ijs duobus monasterijs, quorum vestigia prope Caccabum adhuc intuemur, & a litem S. Nicolao, alterum S. Ioanni dedicatura olim fuit, ea enim à Græcis monachis ante plura secula inhabitata fuisse, imagines sanctorum, & præcipue seruatoris nostri in pariete depictæ cum Græcis inscriptiōibus adhuc satis edocent. sed propendet animus vt eius monasterij Abbatem credam, quod S. Nicolai titulo insignitur, de eo enim in antiquo diplamate sub anno 1266. scripto lego, Qui locus consuevit esse Oratorium Eremitarum. ibi etiam plura esse consepulta sanctorum monachorum corpora fama adhuc vigens celebrat, demum plures pietate insignes cælestem quamdam, ac plane diuinitus immissam odoris fragrantia ibi sensisse retulere. cum ergo celebritatem nominis suo monasterio Tom. 2. vel

Philippus Clauer.

Papias in glossa.  
Isidor in etym..

Sylloge V.  
miscellar.  
lib. 6. c. 1.

vel attulerit, vel auxerit S. Theoctistus, huic S. Nicolai monasterij præfuisse crediderim, quod adhuc venerationem loci retinet, & sanctioris recessus opinionem; sed quibus bonis artibus ibi se falsoque mores vir egredius excoluerit, vt cumque potero ex hymno, vt dicebam, in eius laudationem scripto eruere conabor.

Amore in primis diuino Theoctistus incensus posthabitatis delicijs ac diuitijs, quarum inani spe, aut blandimentis vana hominum mens saepe deluditur, ad eternam sibi bona comparada solerter adiecit animum: non minus tamen id arduum esse ratu, quam excellenti felicitate præclarum, quibus ille gradibus subueheretur, sedulus deliberauit; quam proxime ergo sibi licet Christi cruci affixi illuc tendentis, & nobis faciem præferentis vestigij insitendum esse statuit; quare alacris per malorum patientiam, suique ipsius victoriam, crucem subiens, celeste iter arripuit; illud viuæ institutum secutus, quod si, vt par est, prosequaris, non aliud ages, quam ut sub labore, animi conflictationibus, corporisq; detrimentis religiomum Deo cultum exhibeas. Hic ille austera ieunia ad exsaturandum piarum cogitationum epulis animum exercere: rigorem pœnarum ferocientis sensus domitorem volens subire: cetera solitariae vitæ certamina ad debellandos rebellis animi motus secum suscipere: atque adeo flagellationes in propria membra, acriter desauientes; humi cubationes, soporis quietem interpellantes; taciturnitatis horrorem à caducis rebus euocantem; oculorum sensuunque omnium modelia iucundas rerum species repellentem, diurnas prostrato corpore preces lacrymarum imbre madidas in delicijs habere, vnde porro difficile illi nequaquam fuit, vt veluti deprimentis corporis sarcina magnam partem deposita, feruentis desiderij alis ad celestium amorem aduolâs, mundo egressus emineret. Angelorum ille mores, quibuscum frequens consuetudo erat, imitari didicerat, vigil usq; animus Deo ade-

rat venerabundus. candore mentis singulari, innocentia ratione à vitorum soribus liber nitidum præpotentis Dei domicilium seipsum extruxerat: & siquid laborum aut iniuriarum ingruisset, forte constantiq; animi robore tolerare assuecerat. Floruit plane Theoctistus ut rosa in amoenissimo virtutu horto, piorumque hominum cœnobio; quare aliorum oculos in se admiratione conuersos latere diu haud potuit. Sed cum sodales monachos diuinus odor suauissime fragâ mirifice recrearet, ad monasterij præfecturam suscipiendam hominem adegerunt: præficitur ergo cœnobio, ut qui tantos in virtutum exercitatione progressus fecisent, alios eadem duceret semita felicissima: normam ideo alienorum morum suos ipse constituit, ut exemplo praluceret potius, quam sola luce verborum: contra dæmonum astus & impetus quâ subdole, quâ ferocissime aggreditur sua se vigilantia suorum murum ac custodiad prætilit: iisque ex laboribus, tâquam radice facunda, non exiguum fructu suavitatem decerpit esse memorant. quare ad plenam aurorum laborumque senectutem cum perniciet, opimiis victoriz spolijs de triumphato humani generis holciam dues, celesti tandem patria exceptus est: Nec sius defuit honos ei corpori, quod materiam sanctis virtutum exercitati onibus sui absoctione, labore, conflictatione, & inedia suppeditarat; in fugâ saepe actæ sunt demonum cateræ horribili stridore viri sanctissimi gloriam extollentes; saepe morborū infana vis eius precibus remissa, vel etiam delecta est; beneficia demū omnibus ad eius nominis invocationem adeo copiose impertita sunt, ut perennium riourum more effluere viderentur. Sed quāvis plura de S. Theoctisto ad nos non peruenient, lateatq; etiam sæculum, quo fluerit; hac tamen abunde segnitiem nostram excitare poterunt, ut à caducis rebus amorem relocantes, eundem ad perennia bona eius exemplo & intercessione adiuti transferamus.

## S. THEOCTISTI HYMNVS

*A D V E S P E R A S*

**Q**vando in animo vulneratus fuisti amore diuino, ô Beatissime, iter latus arripuisti, & secutus es tuam ferens crucem, Christum; sensumque carnis mortificans continentia, viuam spiritus operationem adeptus es soluendi ægritudinum rigorem, gratiarum æstu depreciationum. Vnde te concordi vocce collaudamus.

Quando diuturnis precibus, austeroque ieunio animi oculos, Pater, deteristi, templum effectus es Trinæ fulgentis Veritatis, & sacerdotij sacrum donum, sanctumque

suscipiens, sancta Sanctorum ingressus es, offerens in sacrificium pro te immolatum per suam demissionem.

Mansuetus, iniuriarum patiens apparuisti in synceritate animi, Pater Theoctiste; ideo mitum vere Terram hæreditate possides, & Deo per participationem coniunctus voluptatis es particeps, & lætitias, veraque hæreditatis: vbi reminisci ne cesses ex corde te venerantium, tuamq; celebrantium sacram dormitionem.

*AD MAM*

# In S Theoctistum Hymnus.

35

AD MATV TINVM.

## CANON IN SANCTVM.

### O D E I.

**I**llustris tua commemoratio nobis hodie affulsit solaribus radijs tuorum re&te factorum, nostrarumque arumnarum fugantibus mortitiam; quam nos colentes, fide te, desiderioque celebramus.

Aliis Christi desiderio assumptis elevatus es, mundi colluuiioni superstaris. Quare recessisti ad solitarie vita arumosa certamina, & per continentiam Angelicam vitam duxisti.

### O D E III.

**B**ene olentis instar rose, spiritus cultu, incontemplatiu horto vita floristi, Theoctiste, diuini odoris suavitate replens iugiter & ubique canentes, quod non sit aliud sanctus praeter te, Domine.

Olea velut fructifera in domo Domini germinasti, tuorum oleo laborum nostros exhilarans vultus, o sancte, psalentiū, quod non sit aliud sanctus praeter te, Domine.

*Cantus dictus quando fit detur.*

**R**egens ad Dei voluntatem Christi ouile, prædicationis fistula, Deum portans Theoctiste, in pascua mortificationis, & vita deduxisti, se ruans illud Christo, ad quem contendens laborum præmium sortitus es dignum. Gloria sit tibi robur præbenti, Gloria coronanti, Gloria per te omnibus concedenti sanitatem.

### O D E IV.

**S**tillauere suavitatem tuorum sudores laborum, virus fugantes Demonum, o Inclite, ægritudinum fugantes amarulentos, perniciosos fluxus, o laudabilis.

Diuinus effectus rigore poenitentiaz, o Diue, lumen fuisti Monachorum splendidissimum, & norma accuratissima, & ductor, & turris inconcussa.

Divisisti animi passionum fluctus, Theoctiste, Virga fidei, & Pharaonem inuisibilem Pater demersisti, ad promissionis Terram properans, o sancte.

### O D E V.

**P**recum aratro in tellure cordis nouale faciens, in ea deiecisti sermonis semetem, o Pater Deum sapiens, & multiplicem collegisti messem omnium te laudantium piorum animas nutrientem.

Vigilem animum iugiter gerens, Pater Deum meditans, passiones sopiaisti anima corruptentes, ad diuam Autoram festinas peruenire, ad inaccessibilis splendoris fulgores, latantium ubi est inhabitatio.

Velut diuinitus lucens, & Phosphorus, plenusque donorum Sancti Spiritus cum etsi Pater, Ianocentiaz germanos mores preferens omnibus ostendebas, Angeli instar viuens cum corpore.

### O D E VI.

**M**alignos subegisti spiritus, spiritus Sancti apparen dom cilium, qui tibi vim inspiravit Dei gestator, Beatissime Theoctiste. Rationabili tuo baculo, sancte, herba ascetica pietatis, Pater, nutriuisti, rationabilem gregem ad celeste ouile direxisti.

### O D E VII.

**L**acrymarum profluuijs passionum restinguens incendia, Beate Theoctiste, prodigiorum emisisti, numquam deficientes riuos, quibus diluvuntur animorum, corporumque ægritudines, o Gloriose.

Davidis mansuetudinem, Pater, imitatus, adeptus es vitam inculpatam, Iob & quantumitatem, Jacob morum sinceritatem, fidem Abraham, & Petri feruorem, cum quibus cohabitans nostri reminiscere.

### O D E VIII.

**I**n simplicitate vitam degens verè Dei contemplator, Pater, Hostis malitiam perfectissimamente confregisti clamans, o Theoctiste, laudate Dominum, & superexalte.

Securis nunc fidelium minatur rescissio nem, Age anima mea, & passionum animi spinas defecans, fructus maturos Domino offer, sancti huius precibus adiuta.

Dei structura, es, Theoctiste, legitima, non temerans animæ tuæ pulchritudinem, o Diue, peccatorum rabie, sed totum temetipsum virtutum germinibus decorasti, id propter te laudamus.

Virtutibus decorus, charitate illustris, bonorum omnium specie coruscans ad tuos translatus es Patres, sapiens Pater in vbere senecta, frumentum veluti maturum in diuinis thesauris repositum.

Oule tuum hodie exultat le tabundum, celebrans splendidam commemorationem tuæ dormitionis, quod cœlitus benedicere ne cesses, Beatissime, Deo cum Angelis asp denses.



# COMMEMORATIO HIPPOLYTI SICILIENSIS EPISC.



Vitprandus Cremonensis Episcopus, quam legatione in pro Ottobus Augustis ad Nicephorum Phocam Imperatorem Constantiopolitanum obiuit anno 968. scriptis commendavit, in lucem iam editis opera Patris Christophori Broueri e Societate Iesu, Henrici Canisij, ac demum Cesaris Baronij. ibi vero, cum narrasset Graecos & Saracenos apud se tueri libos quosdam oraculorum, quos Danielis visiones vocat, subdit maximopere celebrari etiam vaticinia Hippolyti Siciliensis Episcopi; & quamvis nil unquam alibi legimus de hoc Hippolyto Episcopo, nec ipse Luitprandus honifico Sancti titulo commendet, aut ab alijs commendatum narrat; nolum tamen tanti viri memoriam excidere, cum sanctitatis opinionem indicare videntur vaticinia in maximo tunc pretio habita apud Graecos, & Saracenos Christiano nomini licet infensos. eius ergo narrationis partem, quae Hippolytum Episcopum attingit, hic transcribo ipsis Luitprandi verbis, quae sic habent.

Hippolytus a quidam Siciliensis Episcopus eadem 3 (vaticinia) scripsit, & de imperio vestro, & gente nostra. nostrarum nunc dico omnem, quae sibi velut imperio est, gentem: atque utinam verum sit, quod de presentibus scripsit iste temporibus. cetera, ut scripsit sunt usque huc completa; quemadmodum per ipsos, qui horum librorum scientiam habent, audiui. & ex multis eius dictis unum id proferamus in medium. ait enim, nunc comp' eum iri scripturam, quae dicit Leo & Catulus simul exterminabunt onagrum. cuius interpretatio secundum Graecos: Leo, id est Romanorum, siue Graecorum Imperator, & Catulus Francorum scilicet Rex, simul, his presentibus temporibus, exterminabunt onagrum, id est Saracenorum Regem Africanum. Quae interpretatio eo mihi vera non videtur; quoniam Leo, & Catulus, quamvis disparis magnitudinis, unius tamen sunt naturae, & speciei, seu moris. atque ut mihi mea scientia suggerit, si Leo Graecorum Imperator, inconveniens est, ut catulus sit Francorum Rex. quamvis enim utriusque homines sint, sicut Leo, & catulus uterque animalia, distant tamen moribus tantum, non dico solum quantum species speciebus, sed quantum sensibilia insensibilius. Catulus a Leone nil nisi tempore distat; forma eadem, rabies una, rugitus idem. Graecorum 4 Rex crinitus, tunicatus, manicatus, & theristatus, mendax, dolosus, immisericors, vulturius, superbus, falso humilis, parcus, cu-

pidus, allio, capite, & porratis vescens, balnea & bibens: Francorum Rex contra pulchre tonsus, a muliebri vestitu diversus, pileatus, verax, nil dolu habens, satis, ubi competit, misericors, seuerus, ubi oportet: semper vere humilis, numquam parci, non allio, cepis, porratis vescens, ut possit animis malibus eo parcere, quatenus non manducatis, sed venundatis pecuniam congreget. Auditis differentiam: nolite hanc interpretationem suscipere: aut enim futura est, aut hec vera non est: impossibile est enim, ut Nicephorus, sicut ipsi mentiuntur, sit Leo, & Otto sic catulus, qui simul exterminent aliquem. Etenim

*Ante pererratis amborum finibus, exul  
Aut Ararim Pribus bibet, aut Germania  
Tygrim,*

quam Nicephorus, & Otto amicitia cocant, & foedera iungant.

Auditis Graecorum, audite nunc Luitprandi Cremonensis Episcopi interpretationem. Dico autem, & non solum dico, sed affirmo, si scriptura haec praetentibus est implenda temporibus; Leo, & catulus, pater & filius, Otto, & Otto in nullo dispare, tempore distantes tantum, simul hoc praesenti tempore, exterminabunt onagrum, id est silvestrem asinum, Nicephorum: qui non incongrue silvestri asino comparatur, ob vanam, & inanem gloriam, & incertumque dominum, & comatris suae coniugium. Si onager non nascitur a Leone, & Catulo nostro Ottone, & Ottone, patre scilicet, & filio, Augustis Romanorum Imperatoribus, exterminatus non fuerit, nec quod Hippolytus scripsit verum erit: Graecorum eam illa superior abiecta interpretatio est.

Scribit etiam prefatus Hippolytus, non Graecos & debere Saraceno, sed Graecos conterere, qua lectione Saraceni animati, ante 9 triennium cum Mamiale patricio, Nicephori nepote, iuxta Scydiam, & Charybdim, in mari Siculo bellum parant; cuius immensas copias cum prostrauissent, ipsius comprehendenderunt, capiteq; truncum suspenderant; cuius locum, & coniunctionem cum caperent, qui neuerius erat generis, occidere sunt designati, sed vindictam, ac longa custodia maceratum tanti vendiderunt; quantitate utrum humus modi mortales sani capitibus emerent.

Nec in inferiori animo eadem confirmata lectione, haud multo post, Magistro Exarchontaz occurserunt, quem dum in sumam verterent, eius copias omnibus modis costriverunt.

*Vide Animaduers. fol. 14.*



COM-

# COMMEMORATIO INVENTIONIS SS. NICANDRI, GREG. PETRI, DEMETRII, ET HELISABETTAE.

Ex M.S. Codice Monasterij S. Saluatoris.

Anni Chr.  
800.  
19. Septemb



**P**RORTEBAT enim verò Auditores, nemine am- pellente, ad Sanctorum nos ascetarum lauda- tionem nostrapte spon- te percurrere; sed cum forte fortuna nimium rerum fluxarum studiū tamquam necessariò cum ignorantia con- junctum, rerum ante gestarum obliuionem, socordiamque creauerit, age iam in poste- rum, quando ita nos cogitis, & ardentissi- mo audiendi desiderio flagratis, deinanda- tam hanc prouinciam suscipiente, foedissi- mum torporis, socordisque cœnum excu- tiamus, sanctorum ascetarum prius ope, subsilioque implorato. & fane pulchra, ad quæ neque mens, nec oculorum pertingit. Obtutus, si menti nostræ aptentur, firmum, stabilemque sui amorem excitare consue- uerunt; perinde atque paratum somitem corripiunt admotæ flammæ; quin eos ani- mo stimulos injiciunt, ut qui omni discipli- naarum genere sunt destituti, iij vel quæ ne- gata sunt viribus humanis, non dubitent balbutiendo explicare. Quo fit, vt si pro di- gnitate sanctos hosce ad finem usque no- stra laudauerit oratio, ijsde sint gratia merito persoluendæ. Rursus si quid peccetur, vt peccandum omnino reor; id verò omne audacia, inficitaque meæ tribuendum pu- teris.

Et vero patria à sanctis hisce, de quibus est instituta panegyris, Italia agnoscitur, re- gio selecissima, ampla, & bonorum omniū ferax. sed, vt à Nicandro Sacerdote, famuloq; Dei integrissimo exordium sumamus (deinceps enim de reliquis dicitur) parentibus ille natus est pijs, & orthodoxis, non minus diuitijs, quam nobilitate insignibus; quamquam eorum, qui se Christo manci- pare statuerant, nobilitas minime quidem ex genitorum splendore metienda est. adul- latorum isthæc sunt lenocinia, & qui in- fluctuoso corruptæ huius vita Oceano mi- fere natant. verum iij profecto quidem no- biles sunt censendi, qui imaginem, ac simi- litudinem Dei ab omni scđitate intactam ad finem usq; vita conseruare studuerunt, vt pote ad diuinam naturam proxime accé- dentes, atque adeò ipsius Dei per adoptio- nem particeps effecti. sed iam eò reuerta- tur oratio nostra, vnde digressa fuerat se-

quaturq; sui laudationis cursum. ille igitur vbi in huius lucis usuram venit, cumquæ ad- huc in cunis infantium more vinciretur (di- canu enim, quod audiui, cum non desint, qui patrem id postea tradidisse autument, ac proinde nemo sit quin fidem nobis velit habere, etiam quæ supra vires, ac præter opinionem nostram sunt, Deus Optimus Maximus cum & omnia præstare possit, & mirabilium sit rerum Architectus, solo nu- tri, continuo perficit, vti nos in sui rapiat admirationem) quarta ille ac sexta feria, quemadmodum de magno Nicolao acce- pitus, semel in die, idque sub vesperam pâ- reatis vbera attingebat: omnen constantia, ac solitaria vita, quam in perfecto viuendi instituto ad antiquum sanctorum Patrum exemplum rite educatus, esset traducturus.

S. Nicander infans ad- huc in cu- niis. 4. & 6. feria, semel in die, sub vesperam, lac è matre fugit.

Verum cum primum pubesceret, paren- tes eius, vt qui in eo omnes spes haberent suas, cogitare coepерunt, qua ratione filius iam ætate grandior vxorē duceret. sed ado- lessens solitudinis studiosissimus, postquam diligenter rem est subodoratus, consilia sua rite silentio tegens, simulansque animum nihil à nuptijs abhorrentem, quin sibi grata, iucundasque futuras, tempus fugæ op- portunum expectabat. & nactus iam idoneum tempus, dat se in fugam, & in longin- quam, exteramque regionem proficiscitur. eo loci Episcopus integerius, ac Deo ac- ceptissimus, forte illi occurrens, quæ erat ho- minis mansuetudo, & in pastorali munere sedulitas, precibus à Nicandro enixe con- tendit, apud se manere negaretur ibi ma- gnis Nicander constant, alacrique animo se noctu, atque interdiu sacrarum literarum commentationibus exercere, ac penitus de- dere se spiritualibus studijs, ac cibo, potaq; abstinerè, humi cubare, ad multum tempus stare, in summa denique viuendi duritie, at- que acerbitate carnè spiritus imperio sub- ijcere continentibus laboribus, & perpetuis cum aduersario certaminibus Deo adhære- re, illumque sibi propitium conciliare stu- dens, in animo contrito, & spiritu humili- tatis, vt loquitur Propheta.

Verum vbi preclaras, feruidasque Nicandri exercitationes sanctissimus Episcopus cognovit, vas electionis futurum, non dis- mulanter omnibus predicanit. mox homi- nem hortari, docere, admonere, quos enim initio ferebat labores, iij futuræ vita sancti- moniam,

Patria horū  
Sanctorum  
Italia.

## 38 Commem. Inuent. SS. Nicandri, Greg. &c.

moniam, integratoremque portendebant, etenim semel in fertilem terram prolixiens, assiduarum adhortationum cultura studiebat, ut centum redderet. Ille vero tum Episcopi monitis, tum suapte sponte multo magis tamquam fru quoctus, ac maxime fertilis ager subactus, ac multiplici calore fatus, tempestuos fructus eders naturabat, Perculit animum Episcopi tanta, tamque insignis sancti viri in ferendis laboribus tolerantia, adeo ut omni opere ab eo contenteret, ne sacriss se ordinibus iniciari, vlo pasto recusaret, aut in aliud tempus differret, ille grauiter, molesteque rem ferre, mero re se confidere, nec anceps a nimi aliud dicitare, quam eo se munere indignum omnino, atque minim idoneum qui immortalis, ac viuifici corporis se ministrum alii quando exhiberet, ac instar Seraphin se praestaret in terris, semperque viu intem bearissime illius, ac felicissima diminitatis gemmam suis ipse manibus contrectaristi eorum tamen, qui praeferant vias, & suffragia Nicandru nolentem, & recusantem regia sacerdotis dignitate cohonestandum declarant. Itaque Episcopus, non Diaconatus tantum munere insigniuit, sed ad sacerdotij etiam celsitudinem euexit, vt celestes, viventesque hostia Deo offerret, licet vix sero id potuerit impetrare. Proinde grauis incessit hominem ardor spiritualium exercitationum, ac certaminum, spe praeiorum, quae in celo asceticis athletis proposita esse sciret, ad haec labores laboribus, defatigationibus, defatigations cumulabat, totum se celestem, ac pene materiam, carnisque expertem praebebat, ac maximo studio nitens, illum in suo corpore profigare, qui corpore molis particeps non esset, ope tamen subsidiante sancte Crucis.

Igitur simul sacerdotio est inauguratus, ac pie religioseque incruentam victimam, puramque hostiam magno cum timore, ac reverentia Deo Optimo Maximo obtulit, mox vis quedam, ac potestas in morbis omnibus depellendis celius Nicandro confessa esse visa est. hinc infinita prope hominum multitudo ad illum confixebat, ut monitis, ac praceptis salutaribus informara, ad salutis viam dirigerentur. Etenim videre erat non hominem quidem, sed omnis virtutis exemplum, ac documentum, normamque viuendi omnibus numeris absolutam, itaque vix unquam, aut ante, aut post quisquam illi par aut fuerit, aut futurus sit. sed seipso semper habens suspectum cordis sui desideria diligenter expendebat, ac veluti sedulus gubernator eo omnem operam ponebat suam, vt nauim in salutis portu incolumente perduceret: magno cum timore, & tremore vigilans, ne ab absurdarum cogitationum procellis, aliquid caperet detrimenti, probe enim tenebat illud Salomonis: fascinatio nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiae transuertit sensum sine malitia. Itaque nihil aliud sibi faciendum statuit, quam ut tres alias a seficias, ac in Christo fratres sibi conjungeret, sumu cum

santissima, ac prudentissima femina Helisabeta, atque i tam ardo inter se vinculo firmaque societate coaluerant, vt quamvis quinque esset persona vultu, atque imagine diuersa, una tamen omnino erat omnibus anima, unde, atque idem propositum, quo rite Deo vacare statuerant, ac totis viribus, totisque præcordijs illum exquirere, illi vni se mancipare, illiusque gratia, tamquam praecalvo indumento tegi.

Aliquot sibi sodales adsciscit.

Sodalium nomina, & sancticas.

Atque ex his socijs, & in sancto proposito commilitonibus primas tenebat Nicander, vt qui se pro lanceo sacerdotio, & ut diximus, esset insignitus, maximaque animi contentionem ad præpotentis Dei cultum se totum dedidisset, ac denouisset. Deinde Gregorius in sua custodia vigilantissimus, in diuinis contemplationibus assiduus, Deoque adiunctissimus. post hos sanctissimi viri Petrus, & Denetrius dux sedes, ac receptacula præpotentis, beataque Trinitatis, quae sacrorum noui testamenti mysteriorum ministros effecerat. Postremo Beata, & omnino memorabilis Helisabeta, femina, vt verum eloquar, prudens, ac velut altera Evangelij Anna, quae quidem vidua cum esset, corruptibilem, ac tertenum amorem cum sempererna, celestique pulchritudine commutauit, eaque selege in eorum societatem stabili, constantique sententia insinuavit, vt necessitatibus sanctorum communicans, quemadmodum est in Diuo Paulo, floridu esset inter mulieres pratum, ac paradisus, suavis regiorum, sublimumque thalamorum odor, & sponsa ornatissima ad celestes nuptias destinata.

Hi sane omnes nauigij velis, aliquae animalium expansis nauigantes, ac superatrici fluctibus maris, ventorumque tempestatis, periculosissimi freti augustias traiectentes ad præclarissimam Sicilię Insulam appulerunt; hic quietem, tranquillitatemque suis exercitationum studijs idoneam inuenire, etenim in collibus maritimis, qui Europę partem è regione spectant, rupis foramen ad speluncas formam, atque ibi torrentem forte naeti, eo loci habitare decreuerunt, angustissimumque antrum, dixerim melius sepulchrum, aptam sibi domum existimantes; haec, dicebant, carissima, iucundissimaque nostra sit domus, hoc tabernaculum, quo duce celestis Hierusalem ciues, incoiasque nos aliquando fore speramus, vilis haec, tenuisque nullis architecti fabricata manibus, sed felicissima, ac beatissima habitatio præpotenti Deo nos sedulo vacantes excipiet; haec, aliaque id genus summogaudio delibuti dictabant, ac procumbentes in genua ad precationem: Domine Deus, inquit, cui humanae carnis induimento tegi, (ea enim nostri tecepit commiseratio grava, ac vilis minime fuit, quicquid tue divinitatis societate respectam, abiectamque nostrę naturę conditionem ad Deitatis, vt ita loquar, dignitatem euexisti, in spirituali hac piarum exercitationum palestra fortitudinem, atque constantiam, ut nos, huius mortalitatis sarcina impediti cum

In Siciliam traedo frato, nauigas,

Sacris ordi-  
nibus ini-  
tiari, præ  
modestia,  
refugit.

Sacerdotio  
augustus, stu-  
dium auget  
caelestium  
exercitatio-  
num.

Vix aduer-  
sus mortbos  
diuinitus a-  
dep. us.

cum aduersarijs spiritibus cum victoria dimicemus, ad laudem, & gloriam sanctissimi, & gloriofissimi nominis tui, immense, expersque principij, Pater, vna cum filio tuo vnigenito, tecum mundi imperium tenente, ac spiritu sancto bonitatis, vitæque rebus omnibus auctore. Foue nos, benignis simus Deus, educa, atque enutri verbo oris tui; & quemadmodum communis omnium sensu quinque numero, animi uno, eodemque caritatis tuz vinculo arctissime colligati sumus, te vnum super omnia bonum, amabilemque fortissimo proposito, expertantes, ita etiam, atque etiam à te petimus ut vnum idemque sit tempus, dies, hora, punctus nobis omnibus, cum ex huic vita miserijs ad tuam misericordiam, & felicitatem euocaueris, unus, communisque omnibus vita exitus eueniat placidissimus, atque iucundissimus, ad tuæ pulchritudinis splendorem commigrantibus. ne siueris misericordiarum Pater, ac Deus totius conformatiōnis, nostram hanc societatem, coniunctionemque separari, aut in varias distrahi partes; sed sicuti in hoc carnis contubernio coniuncti sumus, ita in cælestes delicias trāslati neutiquam diuelli, aut se iungi patiare. Tu enim ex vetero matris Deus noster es, tua imensa bonitate nos ad te trahens. itaque tuæ curæ, atque custodie nos omnes tradidimus, atque committimus.

Habita huicmodi ad Deum oratione, ad spiritualia certamina seduo se comparant, perpurgantesq; internos animæ oculos, quo cælestes in diuina contemplatione radios melius reciperent, & in acerrimo cū nefarijs hostibus congressu certam victoriā reportarent. nunc quid referam de summa omnium contentione, qua in perfectæ veritatis via progressus facere studebant? integris noctibus pedibus stare, assiduas precatiōes Deo effundere, Diuinum Numeribz propitium, ac benignum reddere; parre, duriterque vivere, vt nihil de laboribus, de ieuniis dicam, deque humicubationibus, vtque vitam exigenter in vigilijs, in fame, & siti in frigore, & nuditate. non dererat tamta cælestium consolationum esca, atque ambrosia, quæ, sicuti Eliæ vati sanctissimo cælitus delatā à diuina prouidentia sacris literis accepimus, ita ijs perpetuo suppeditabatur, quasi fructus, ac præmium tam egregiæ virtutis. Quid enim causæ est cur huicmodi epularum delicijs eos Deus Optimus non remuneraretur, qui fluctuofissimum, omnibusque laboribus, ac mysterijs refertissimum huius seculi mare, velocissimis desiderii alis fugientes in tutissimum salutis portum, Christique obsequium se receperunt.

Sepulchrū eorum, per mira rerum pastori innotuit. Quæ cum ita essent non multis post annis contigit, vt pastor nescio quis per montem iter haberet, vbi sacrofæcum, ac beatum sanctorum sepulchrum condebat, is propter hyemis frigorisque sauitiam in antrum cum ouibus suis se penetrat, ibi cum esset, partim metu, ac tremore, partim in solito astu, & calore percelitus, nam de-

repente oblata est ei species inopinata, atque insolita, dignaque, quæ æternis literarum monumentis consignetur. statim veluti ex quodā foramine, remoto repagulo, purissimus, ac lucidissimus splendor exfilire per totum antrum videbatur, & odor suauissimus exhalare. hæc homo rultus, nec quid confilij caperet in præsentia scire. aspiciens verò in antri latus perterrefactus, ac pene exanimatus vidit condita 4 iam sanctorum corpora splendentia, ac micta, adeò vt sole in ipsum superarent. homo agrestis, ac plane rudis rei nouitate perterritus, animoque coniternatus, in subitam amentiam incidebat, nisi virtus auxiliuq; sanctorum præsto esset, sanamque illi mentem firmaret. Quippe vidisse hominem sude toto corpore manantem, surrectisque capillis hæc homo, animique angi. tandem resumpto animo se adhortans, paulloque audientior factus, relicto antro quoad potest se dat in pedes, ad Civitatis Episcopum, vniuersumque populum de ijs, quæ viderat, edocendum.

Vbi verò de tanto prodigio narratū est, mox vniuersi congregantur, sacer cleris, piisque religiosorum virorum monasteria, consequente infinita Christiani populi multitudine, procedebantque psalmos, sacrosque hymnos pie decantantes, & iam in nemorosum locum, vbi veneranda spelunca latebat, inscedunt. ibi antrum ingressi, e-pulchrum augustinum reperiunt, scatens suauissimis, odoratissimisque liquoribus: tū peractis, quæ in eiusmodi celebritatibus fieri consueverunt, ceremonijs, concinenteque gloriam in præpotentis Dei honorem, ac laudem, suauissimi odoris liquorem à penni fonte hauriunt quo, cæci visum, claudi in, eisam reciperent, fœdissima lepra contaminati emundarentur, liberarentur energumeni, omnes denique mortales, quibuscumque vexati morbis, curarentur. Mox tanti miraculi fama vbique diuulgata innumerabilem hominum multitudinem ad sacram tumbam ciebat, atque ex ingenti cursu, nullus omnino erat, quia recuperata valetudine reueteretur, modo fide, ac fiducia plenus sacras reliquias inuiseret: Quin sanctissimi vatis Helis ei miracula (quæ in sui amantes, studiososque præpotentis Dei misericordia semper esse solet) ea tempestate deuuo coruscauere.

Muliercula erat obscurō loco nata, quæ omnes spes viuendi suas in uno filio collocarat, eo, misella, fato concedente, orbaratur. femina, ardentermis desiderij facibus inflammata, ac firmissima fide prædicta, id cœpit consilij. simul animam edidit puer, cadauer iuxta Sanctorum corpora compotatum maxima cum spe, ac fiducia locat. fore enim, vt num quam desiderio fruitraretur suo, ex illa sanctissimorum corporum propinquitate, ac coniunctione. Protinus præter omnium expectationem viuus exsurgit filius, ac confessum parenti mandat esurientem idoneo cibo recreet, viresque confirmet; sic puer ad pristinam viuendi rationem

Episc. & Pa-  
pulus ad sa-  
ctorum cor-  
pora proces-  
tere.

Mortuus  
puer reuocatur ad vi-  
tam.

nem firmus, valensque est reuocatus, cuius etiam prodigijs rumor in omnes diffusus, infinitam prope dixerim hominum vim non incolarum modo, sed ab exteris etiā regionibus ad sanctorū corpo a pertraxit, qui tametis varijs morborum generibus es- sent affecti, sacrosanctum sepulchrum pie, ac cum fide tangentes pristina valetudine donabantur.

**Cognita horum SS. nomina.** Sed illud omnes dolebant, quod sanctorum nomina ignorarent, (neque enim id vīlā literā demonstrabant) quibus scilicet, scriptis tabellis, collata in se beneficia gratis animis testarentur. Verum enim verò cū tantæ, tamque admirandæ rei, vt dicebamus, fama per omnes regiones diuagata, Italiā etiam peruaderet, ita vt omnes co- confluendi ingenti desiderio inflammaren- tur; forte contigit, vti naturalis Nicandri Pater, ad sanctorum reliquias pie visendas, pedes aduentaret. is in antrū ingressus, sancto tamulo precaturus, proprius accede- re non dubitat, accensas faculas manu ge- stans; cum vero quinque numero corpora- videret, cepit filij peregrinationem me- moria repetere, nec non inter quinque ini- tiam olim societatem; atque inter hos suisse mulierem, tum sanctorum aspectus accu- ratius inspicere, eorumque lineamenta con- siderare, num inter hos Nicander filius etiā reperiretur, reque diligentius perfecta, cer- to comperit, filium ibi suum conditum es- se. tum exclamare homo, lacrymas, instar riui alicuius, affatim ex oculis mittere, in- capillos inuolare, humum facie verberare, eamque assiduo fletu irrigare. tandem bene- iuante rerum omnium opifice Deo, vix doloris acerbitatem consolationis freno potuit continere. iliorum enim, quæ vehe- menter amamus, presentia solet esse affi- dia dolorum recordatio, corumdemque aspectus mentē animi acris inflammare, initia silvae, facibus injectis. sic species per oculos ad animū transmissa, incredibile est quam grauiter cor afficiat, atque percellat.

Verum qui optimis studijs ab ineunte ætate se exercuerunt facili negotio in cala- mitatibus, aduersisque fortunæ iustibus con- solationem inueniunt, feruntque aequo ani- mo quamcumque iacturam: contra ignauis, inertesque in contrarijs fortunæ casibus, perinde atque in procelloso mari, misere- iactantur.

Verumtamen pater animi pendebat, qua ratione quæ ipse liquido nouisset, con-

iugi rite funtiaret, adeo vt illa, vt crede- ret, adduceretur. Sciebat enim incredulum esse mulierum genus, ac plerumque, quæ oculis videntur consueuisse in dubium vo- care. Itaque cum animadueteret, nati di- gitum certo, atque immutabili signo nota- tum esse, statuit hunc ad vxorem perfere, quasi indicem, ac testem rerum gestarum. statimque illum à sanctissima filij manu gla- dio recidens, ingentique gaudio delibutus, & ardentissimis amoris facibus incensus, qua decuit reverentia, vna cum suauissimis odoribus, in capsula reponens, in domum suam redditum ornat, ferens secum ipse sa- crosanctas, ac sibi lugubres nati reliquias & tum, & nostra tempestate certissimum sanctorum corporum indicium.

Atque hinc quotidianis hominum inue- stigationibus, quæ ardentiissimo desiderio de cognoscendis sanctorum nominibus affi- due fiebant, modus aliquis factus est. ille enim rei veritatem cuicūq; sciscitanti ape- riebat. Quin ex magnitudine corporum, eo- rumque facie, propria vniuersiisque digna monumentis sempiternis, nomina dicebat. Sed profecto quis parentis lacrymas, ac su- spiria possit oratione explicare, cum hac alijs enarrabat? quippe cui vim defuncti imago filij in oculis, atque adeo in animo semper obuersaretur? nam è durissimis etiā faxis, vt ita dicam, lacrymas extorquebat, & certe ibi diutius consedisset, nisi de re omni certiorem facere coniugem statuisset. Cum itaque de sanctorum nominibus nihil præterea esset, de quo ambigeretur, insti- tutus 5 dies est, quo die festa celebritate sacer cleris, ac pius Christianorum popu- lus præclarum sanctorum corporum inuen- tionem coleret, extructo 6 templo, adifi- cataque theca, qua veneranda reliquia in- cluse, ad curanda quacumque morborum genera, augendamque populi pietatem ri- te seruarentur. Quamquam particulae ali- que varijs Ecclesijs distributæ sunt, vt vbi- que sanctorum beneficia in omnes di- manarent, ad laudem, & gloriam sanctissimæ Trinitatis, Pa- tris, & Filij, vna cum Spiritu Sancto,

in secula  
seculorum. Amen,

Vide Animaduers. folio 35.



VITA

Anni Chr.  
Soc.  
6. Nouébr.

# VITA S. LVCAE CONFESSORIS TAUROMENITANI Ex Græcis Mænæis.

**B**eatus Lucas Tauromenij in Ciuitate Siciliæ natus est : qui vbi ad duodecimfimum annum adolesuit, sacrosancta Dei templa frequentare, ac diuina audire coepit. vbi vero parétes cogitarunt de ratione, qua filius uxori rem duceret, ipse noctu in secretum, inaccessumque locum secedens, cum feris versabatur, ac quadraginta dies ieiunus cum exegisset, dignus fuit, quem Deus Angelicæ visione solaretur. Hinc in quoddam Monasterium profectus, Angelicum habitum induit, arctiorique, ac duriori vita genere se conficiens. nam post tertium, aut quartum diem, pane, & aqua se reficere, neque per id tempus somni aliquid corpori indulgere; sic octodecim menses transsegit. ex eo monasterio in Aetnam monem, adiuncto sibi quodam monacho, migrat, neq; alio vtens cibo, quam ijs oleribus, quipassim fors obtulisset; & naturæ necessitate impulsus, parum somni capiebat, parua corporis inclinatione. vniqa yeste contentus, calceis ne vtebatur quidem. illam vero regulam

sibi præscripscerat. è cellula minime egredi, nisi integrum Dauidis psalterium prius recitauisset, post canonem tertiam (quod aiunt) horæ absoluere, reliquum diei tempus, ope re faciendo insumebat, quoad sextæ horæ tempus instaret. nam post sextam, de reficiendo corpusculo cogitabat, ac de reliquis horarijs precitus persoluendis. huiusmodi studijs deditus cum esset, magnam à Deo adeptus est gratiam, ac difficilium quæstionum interpretationem; plane ut aliqui ambigentes, de eo illud usurparent, unde literas scit iste, cum non didicerit; post Dei monitu, in locum quemdam concedit. ibi duo tecum monachis collectis, in eorum institutionem curas omnes, cogitationesq; confert; quæ caussa fuit, vt Constantiopolim nauigaret. nam monasteria eius regionis cum inuisisset, ac consilia sua cum patribus communicasset, reuertens, Corinthum tenuit. eo loci, in quodam vico com moratus non plus septem mensibus, in pace conqueuit,

## DE S. CLEMENTE ABBATE SYRACUSANO

**C**LEMENS Monasterij Sanctæ Luciae Praefectus, haud longe Syracusis. sacrum eius corpus magna olim veneratione, in eadem Ecclesia conditum, vna cum Sancti Eutychij Episcopi colebatur. inde ablata Georgius Maniacus, Dux bello clarus, Constantiopolitum Sanctæ Virginis, ac Marty-

ris Luciae corpore deportauit. ex Tabulis Ecclesiarum Syracusanae quo tempore Beatus Clemens vixerit, ac propter cuius Ordinis fuerit, sciendi à me certo non potuit.



# DE S. IOANNE IVNIORE

## FRAGMENTVM HYMNI

Ex M. S. Condacario Monasterij Basiliensis  
Sancti Philippi Fragalatis.

**C**hristi athletam condignis laudibus in cælum tolla nus magnum ascetam, diuinumq; e propugnatorem, Sanctum virum, ac de profligatis hostib; victorias reportantem, agite iam fideles, hymnis cohonestemus. tu vero Deum nobis propitium concilia, qui fide plenitam commemorationem pie recolimis, diem festum agitantes.

Laudemus, vt decet, Ioannem, lumen clarissimum. Sicilæ splendida fax, ægrotantium medice, atque eorum, qui tum morbis, tum varijs temptationibus vexabantur.

celeberrime Ioannes, qui tamquam pastor optimus, omnes animi perturbationes curabas, cæcis visum, claudis incessum restituebas, vt te laudibus efferre possimus, nostrum omnium, qui diem festum tuum celebramus, tuamque memoriam, summacum veneracione, usurpamus, benebole recordare, o Beatissime.

E tuo quoque sacro sancto sepulchro vnguenta fluunt, o Sanctissime. taeta enim virtutem à Deo adeptus es morbos depellendi ab ijs omnibus, qui magna fiducia ad tuarum reliquiarum thecam confugiūt.

## V I T A

Atini Chr.  
828.  
8. Aprilis.

# S. PHILARETI

## MONACHI ET MARTYRIS

Ex M.S.codice Monasterij S. Bartholomæi  
de Virgine in Calabria.

**S**anctus Philaretus in urbe Panormo natus, pro eximia in Deum pietate, genus illustravit suum. is ab ineunte aetate literis christiano homine dignis informatus, cum fluxa caducaque omnia, quæ in mundo sunt, atque adeo fallaces eius illecebras videret, seculo nuntium remittens ad monasticj instituti castra transfugit: in eo vita genere ita excelluit, vt ad summum virtutis fastigium pertinenterit. verum et cum Afri Panormo Sancti viri patria potitus esset, in Calabriam trajiceret, animo habebat ratus eam regionem à perditionum hominum barbarie, ac tyrannide liberiorem fore. sed res longe aliter cecidit, quippe non multis post diebus ab immanissimis barbaris captus in custodia detruditur, ac plurimos, acerbissimo soje-

pro Christo cruciatuſ fortiter fergens, in veri Dei confessione immobilis persistebat, ingenti plane gaudio, ac latititia incredibili delibetur. Ceterum Afri effrati eum grauissimis, crudelissimisque alijs supplicijs Martyris constantiam exercuerunt, Philaretum obruncant. quo exuta sanctissimam, Deoque acceptissimam vitam concluderunt. Porro et eius sacra reliquie in praclarissima Sici- lię Insula quiete- scunt.

Vide Annaladuors. folio 16.



VITA

## V I T A

Anni Chr.  
880.  
3. Aprilis.

# SANCTI JOSEPHI HYMNOGRAPHI.

Ex M. S. Graeco Codice Monasterij  
Sancti Saluatoris.



TSI et quæcumque sanctorum virorum vita studiosum virtutis animum ad imitationem prouocat, atque adeo vehementer impellit; tamen si ad vitæ sanctimoniam accedat etiā dicendi vis, atque cum contemplatione jungatur; mirum, quantum perfecta virtutis audius ad utraque consequenda inflammatur. quamquam enim ei, qui ad cælestē beatitudinem nititur, virtus satis sit ad illam parandam, tamen si eloquentia cum probitate morum copuletur, aliorum mores acris arguit, ac virtutis quoddam exemplar est, quod spectent omnes, qui cælesti gratia donati, ad illam aspirant. huius generis fuisse Iosephum comperti, in feredis laboribus, excuso, magnoque animo virum, & in parandis virtutibus contentione incomparabili, nec vulgari verborum copia, & vertate dicendi à Spiritu sancto donatum, ad veteres sanctimonia illustres viros hymnis rite cohonestandos. tantum igitur virum, qui non minus eloquentia, quam probitate valuit, silentio præterire, nefas omnino est. sed maxime consentaneum, quod ille alijs liberalissime præstitit, idem à tentitate nostra officium accipiat: nam ut verissime dictum sit, non est speciosa laus in ore peccatoris; studium tamen nostrum, probeque in eum affectus animus poterit nobis sanctum virum conciliare, ad accipiendum satis tenue, ac simplex nostræ orationis genus, quam suis laudibus parem minime ille quidem à rudi homine poscit: sicut enim utriusque nostrum vivendi ratio è regione opposita, mirum quantum variat; ita etiam in utroque dicendi facultas toto cælo distat, atque se iungitur. quæ cum ita sint, eum ne inconcinnne satis, insulsoque laudabimus, qui aliorum facta veniente, lepideque decantauit? at ille cum eo nos munere destitutos videat, nihilque præter promptum animum posse afferre, hoc ipso gratum sibi, acceptumque fore consideramus, neque enim facies, cui insignem pueritudinem natura indidit, fucum, aliaque medicamenta poscit; immo sordidatur potius adscitis, ex arte coloribus, ac pigmentis. sed

Tom. 2.

Beati Iosephi vitam Theophanes quidam, sacrò sacerdotio inauguratus, idemque monachus, literis mandauit, ita tamen, vt multa illum fugisse videantur urgebat enim, atque festinabat labores sudoresque suos. nos interim, quibus breue vita compendium transdedit, sedulo monens, vt eundem fusius amplificaremus, atque exornaremus. verum quæ commendatio tanto virtutis splendori parvumquam fuerit? quæ lingua tot res præclare gestas enarrauerit? sane oportebat eos nunc adesse, quos ille in vita, sua eloquentia exornauit, vt à quo laudationis beneficium in se collatum scirent, eidem cumulatius redderent: ceterum nos quales simus, nullo modo committimus, vt tantæ res in tenebris sepeliantur.

Iosephi patria Sicilia fuit, Insularum omnium felicissima, atque præclarissima, quam profecto non tam gloriosam redidit Dionysius, quam illius parentes, qui tam illi trii fetu immortale nomen patræ pepererunt. his nomen erat Plotinus, & Agatha, insignes ambo virtutis, diuinæque legis cultores; sed filii sanctimonia multo celebriores, nobilioresque effecti; quæ proles non nisi prectionis opus, fructusque debuit esse virtutis. ille siquidem magna in Deum fiducia, ac fide pollebat; hæc caducis, fluxisque seculi bonis valedicens, vni se Deo manciparat per sumam continentiam, ac temperantiam, huius vita fluctuosum mare transmittens; ut instar Dauidicæ vitis, efflorescerent, fermentque tempestuos virtutis fructus, quibus complures traherent ad sui imitationem. neque enim ita vitam ducebant, vt corporis libidinibus obsequentes, lege moreque vulgi, totos se voluntatibus traderent, ac delicijs inhiarent, sed solis necessarijs, iisque, quæ natura poscit contenti, cetera, quæ superessent, pauperibus ultro erogabant, ne forte in superuacaneis per luxuriam oblectamenta consecantes, Deum sibi infensum haberent, quorum eximiam erga ipsum caritatem tam præclaro pignore remuneratus est. sed Iosephini tametsi parentes, animi caussa, ad ludum, quæ propria est puerorum occupatio, incitarent, vix tamen ille adducebatur. neque

S. Iosephus  
in Sicilia  
natus.

F 2

A pueritia  
ad grauitatem compo-  
situs.

enim pueribus, iudicisque rebus oblectabatur; sed erat grayi indole, ac maturitate quadam prædictus supra etatem illam quin lingua adhuc balbutiebat, acra eloqua sedulo discebat. postquam vero iam adolescentem inceperebat, & inter adolescentes consilio, ac prudentia senex recenteri, iam tum continentiam, ac fortitudinem præseferre ad elendendas prauas animi curiositates, & quis esset, aequalibus suis se ostendere. cum enim artibus, libero dignis, a nimis serio, ac continententer appulisset, omnes cubito, & aiunt, regio excellere videbatur. atque id bono sane iure, cum non tanti disciplinas hanc faceret, quantum operas, ac curas in virtute paranda poneret, quo maiores in literarum studijs progressus taciebat. nam solo pane, & aqua ad vesperam contentus, certe ras epularum delicias respuere. hinc plurimum in disciplinis proficere, quia animus literarum, ac precationis studio intentus, mente adeo erigit, corpusque deprimit, ac debilitat, ut non facile ad voluptatum illecebras trahi se sinat, sed torqueratur in Deum, ac comparandis disciplinis sese dedit. sic sceleris puram, integramque vitam ducebatur.

Sed quoniam ies, qui ingenti sunt animo iam inde ab ipso vita exordio, dura, grauiaque solent imminere, barbarorum & multitudine Iosephi patriam aggressi, illam in suam potentiam redigunt; hic vero quid non fœdi ac luquosi patrarentur? quid calamitatis, ac misericordiarum non intulere? adolescentes per summam crudelitatem interfici, pars bonis spoliari, pars captiui in alienas terras misere abduci. alij, quos propitium Numen respxit, patria relieta fuga sibi salutem parare, in quibus fuere parentes nostri Iosephi, qui simul cum filio in Peloponnesum migrarunt; patria, facultatibus, amicis, necessariis parentes. verum enim Iosephi animus cum se exsule sciret, neutquam patria hic natus suam exitimauit, neque eum esse confederati locum, sed per veram peregrinationem, superiuam sibi patriam esse inquirendam, & accuratio viuendi instituto Deum repetendum. itaque nondum 4 pubescens, illinc Thessalonica Macedoniam metropolim proficiscitur, ne forte est nimio parentum amore præpeditus, per rerum omnium spoliationem minus libere posset ad dilectum suum euolare, ac totis pennis ad eum se attollere; eogenerosi adolescentibus spectabant consilia omnia. atque haec a parentibus sciuntio, qui rei exitus eset futurus, ostendit. ut primum enim Thessalonicanam tenuit, è vestigio cuidam viro continetia, ac sanctitate clara se tradit; qui propter eximiam eius virtutem, fratribus regendis erat præfatus, qui in monasterio magni Dei, ac Seruatoris nostri se exercebant, cui monasterio Latomi nomine, miraculum, quod ibi patratum est, nomen fecit, ibi monasticum habitum induitus, cu attonsa & coma, fluxa omnia, ac interitui obnoxia, quae sub luna sunt, abiecit. hicque ille facinus cum virtute coniunctum non gerit, quo se spiritualis palæstra genere non exercit; prorsus ut omnibus, qui illum in-

tuerentur atque imitari vellent, omnis industriz, accuratique eset exemplum. quin noua iejunij ratione excogitauit, quo ab alijs discrepare minus videretur, magisque studia sua occultaret. vigilijs adeo deditus, ut supra fidem sit eorum, qui laxius, voluptatibusque confertum vita genus consecrantur. mira taciturnitas, non ut alienas res animo inquireret; sed ne visus eset, qui ei studia sermonibus interpellaret: porro vox adeo submissa, vix ut à curiosis, aliqui intentis, posset excipi. quæ prima sunt vera philosophia elementa, atque adeo ciuidate perfectio, nam si sapientia initium esse timore Dei didicimus, ac timor Dei ad diuinis legibus parentum inducit, in quibus non illa minima est, qua ostium ori imponere iubemur, ut neque mens in absurdas cogitationes distrahitur, nec per inutiles, absconsonasque sermones interturbetur animi quietes. ex his sequitur, te te Dauide, ut custodia viarum Dei ducat, ac sequatur lingua continentiam.

Ex eo fonte alia virtutum decora in illum deriuarunt. quis vero tam ruditus est, qui non admiretur, atque obstupescat, eiusque inuidia in ferendis laboribus constantia non effusat in celum? humus eius cubile, quod natura necessitati eset indulgendum, lapidemque, promolli ceruicali adhibebat. sonus perpetuo minimum, cenza frugality in sequens, in quo sacrorum mysteriorum explanationes sanctæ illius menti se numero inscribentur. Erit qui merito suspiciat lacrymas ex Iosephi oculis, instar torrentis, fluentes, ac geniculaciones omnium opinione maiores; prorsus ut genua quasi lapis obduruerit è mutuis cum Deo colloquis, atque visu nocte pedibus insistendi ac flectendi tum oculorum cavitatem, palpebra, rumque, extenuatione è continuis lacrymarum imbribus, alias prædicet summa in sancto viro animi submissionem, cum vel homines abieciissimos capite ad terram vise, inclinato salutaret. præterea stabile, ac firma caritatis vi, qua oes sine villo prorsus discriminè cōpletebatur, quidam vero admiratur continentiam animaliumque ab omni euagatione immunitam. cum enim mentis legi membrorum legem repugnat, ex Apostolo videret, totus per Dei legem se attollebat, plane ut nullam in le subrepere turpem cogitationem pateretur, quæ est, ut ex D. Ioanne, insigni veritatis propugnatore, constat, vmbilico ventris infideli serpens, turbulentosque motus illis excitans, qui ad sensuum oblectamenta trahuntur. rursus nonnulli assiduum, intentumque psalmi studiū, ac laborem extollant, ac prope diuinum vocent tam generosum athletam. pars imitatrixem vim in eo verbis aplifiset, cum velut operosa apis prata sacrarum literarum peruvolitans, ac celestissima florū sincere excerpens, omne virtutis genus sibi cōpararet. continentia quideam, ac puritatis exemplar castissimum Iosephum ante oculos ponebat, cuius vim in prauis libidinibus coercendis simulacrum admirabatur maxime. neque enim erat ei cum sola Aegyptia bellum, sed cum peccato est, ut D. Paulus ait, vise ad sanguinem conflictabatur. non modo pallium abiiciens, vici è manibus bibidino-

Parētes cum  
filio in Pe-  
lopónesum  
fugiant.

4

Monasticū  
habitū in-  
ducit The-  
ssalonice.

5

dinosꝝ mulieris, ad nefarios ausus trah̄t̄is, elaberetur, sed carnē per tēperantia maco-  
rans, vt lethalia eius vulnera euitaret, quæ nos per externa hæc, sensusq; mouentia in-  
fraudē inducere cōsuevit. Iacobi vero imita-  
batur cādida, minimeq; fucatā mentē. nā si-  
cut is paternā benedictionē, matre suadēte  
furatus perhibetur, neq; Elsaum, quem vel ab  
ipso maris vtero oderat, cōfēt̄atus: ita no-  
ster supplātor per carissimā, suiq; amatis-  
simā Dei Ecclesiam, primogenita benedic-  
tionis accepit, nempe vt Deo vicissim bene  
diceret cātilenis suauissimis, quas ipse in ho-  
norē primogenitorū, qui in cēlestiū numerū  
sunt relati, pie, cōcīneq; decantat. sup-  
plantans cacodēmonē, & ab eo quā obigisti-  
me fugiens, qua mentē in se collecta, mini-  
meq; ad externā dispersa Deum aptius lau-  
daret, ac cū eo arctū cōiungeretur. Abraha-  
ni autē migrationē, animumq; ad Deo pa-  
rendū paratū, atq; intentū imitabatur; non  
sane ex Chaldais in Palæstīnā proficiscens,  
sed parētū amorē diuino postponēs, nihilq;  
penſi habēs fluxa hæc, caducaq; abie&tā vi-  
uendi rationem sibi ducēdam existimauit.

Quid vero attinet singulos recēsere, ac cū  
illo per mysticā interpretationē cōferre? p-  
fecto vix quicq; eit in sacris libris laude di-  
gnum, q; ille non geslerit; nemo in antiquis  
historijs celebris, quē ille nō eit imitat'. sed  
vt rem in pauca cōferā, videlicet vīa sanc-  
tissimi patris, veluti quedā catena virtutum  
cōmode pōt appellari, ac forma quedā, quā  
neutiquā possent, vel qui ōni ope ad pfectā  
morum sanctimonīā cōtendunt, in se effin-  
gere, atq; exprimere. exprimere autē! sed ne  
partē quidē de Iosephi virtutibꝫ emulari. ac  
proinde à monasterij Præfecto reprehēde-  
batur tā dura, aspera q; vicitandi ratio: neq;  
enīm ieiuniū corporis, sed prauarū animi li-  
bidinum pro ea, quæ inter vīrum, est: on-  
iunctio, ac p̄pinquitas, esse interfector. tū  
is qui nihil p̄terquam parere didiciset, neq;  
obſistere vīla ratione illis, qui se per submis-  
sionis, modestiæq; vīa ductarent, quæ iubeba-  
tur, libenter faciebat; ac quæ sibi appouerē-  
tur, comedebat; oīa in Dei honorē, & gloriā  
referens, atq; cōuertens. q; cum animū attē-  
diſet senior, videretq; hominē homine mul-  
to else p̄tētiōrem, cōepit illū ad virtutis,  
honestiæq; studium acrius impellere, atq; inci-  
tare; plane vt aliquādo cum abesset sanctus  
adolescens, fratribus ōnibus coactis, spiritu  
prophetico dixerit; enim verò hic adolescēs  
Christi verus eft discipulus, eiusq; p̄ceptis  
lōge obſequētior. is eft S. Spiritus sedes, ac  
domiciliū, qui per eius os cātiones eloque-  
tur, quādā sonus per vniuersū terrarū or-  
bem diffundetur. atq; is eft Iosephus, pla-  
ne virtutum ōnium receptaculum, ex quibꝫ  
veluti quedā spiritualē librum cooptauerat  
vbi legere erat scripta om̄ia. iā disciplinarum  
genera. animus enīm ſimilā inde à princi-  
pio Deum optimum in ſe cōtinet, & q; illius  
ſunt, accurate meditatur, totisq; neruis in-  
cumbit ad diuina p̄cepta rite ſeruanda.  
Cumq; etiā munitissimum anima p̄fidium  
ſit, cōtinentia, ieiuniū, vigilæ, certe nihil  
illā aggredi, ac cuertere pōt terrenis cogi-

tationibus, caducarumq; rerum imaginibus,  
quæ cum ita eſſent portenti ſimile videba-  
tur Iosephus, qui p̄fecto veluti qđam ele-  
gantissimum ſimulacrum, ōnium oculos in-  
ſe cōuertebat, adeoq; illos rapiebat, vt nihil  
extra vnum Iosephum morarentur. etenim  
cū loqueretur, ex eius ore melle dulcior flue-  
bat oratio, vel cū alios ſaluberrimis mouitis  
ad pietatē informaret, vix erat q; libros am-  
plius ſibi cōſulendo duceret. quid enim in  
homine erat, q; uō eſſet ſuauitatis, ac lepo-  
ris plenū ſi abditissima ſacrātū literarū ar-  
cana eſſent eruēda, atq; exponenda, hoc tāta  
numerorū ſuauitate p̄zitabat; vt fabulosas  
Sirenes facile obscuraret. ſi de moribus di-  
cendū eſſet ad populū, cum oratione ſimul  
eiūs turbulētos animi motus componebat,  
demum in illius ore gratiæ videbantur infi-  
dere, tātaq; in p̄ceptis tradendis vberitas,  
ac copia, vt fontes, fluuiiq; prius arefcere,  
quam illa deficere poſſe videretur.

Ioseph. vir-  
turem om-  
nium ſimul-  
acrum.

Ea igitur cū eſſet, & vita ſanctimonia, ac  
tōt tantisq; donis eluēceret, haud quaquā  
ad ſacerdotis culmē aspirare, aut tantā ſpi-  
ritus Sancti dignitatē, Deoq; ſatis p̄pinquā  
ambire, vlo pāto per ſtatē ſibi licere exi-  
ſtimabat. ſed vi coactus, ac nolens, & cū ab  
vniuerſio frātrum cōetu impulsus, tum à Ci-  
uitatis Episcopo etiā, atq; etiā rogatus, ſa-  
cro p̄ſbyteratu initiatūr. tū ea fuit Iose-  
pho vita ratio tā p̄fēcta, omnibusq; abſo-  
luta numeris. vt ne intendi quidē, ne dicam  
remitti poſſe videretur. perpetuo p̄zliū  
cum carne gerebatur, vt cēleſtium choro tā  
dem aliquādo fortis athleta intermīſcere-  
tur. tum videre erat perennes lacrymarum  
riūos, ſluminū lapsus imitātes, genuaq; in-  
tegris noctibus inflexa pene iā lapidescētia.  
ſed & pectus è crebris lapidis tunſionibus  
obcalluerat. porro tā duriter carnē afflic-  
tabat ſuā, vt vndequaq; diſſoluta membra  
diceret, vt qui vni ſe Deo totum dediſſet; il-  
lud vnum expeteret, cuperetque cūm Paulo  
dissolui vinculis noſtrꝫ mortalitatis, ſeq; cū  
eo, quē vñice, ardēterq; diliget, cōiugere;  
quæ cauſa erat, cur Deus tot tantisq; illum  
donis remuneraretur, quoniā vēto vīle ſa-  
tis, ac cōducibile eft, eiūdē ſtudij, ac ppo-  
ſiti virū inuenire, eoq; adiutore, ac ſocio  
in p̄fēcta virtutis via ingredi, Thessalonī-  
cam & ire ſtatiuit, vbi versabatur Gregorius  
inoribus, ac miraculis celeberrimus, Deca-  
politarum ſplēdor, immo vero vrbium om-  
nium decus, & ornamētum. is vbi ad mona-  
ſterium venit, vbi miles egregius Ioseph ad  
uersus ſpiritales hostes strenue iuxta, ac p̄-  
clare dimicabat, cognouitq; mores, ſtudia,  
animæq; ſtatum, ex ea, quæ in vultu gratia  
eminebat, (adeo p̄zoces ſunt ſanctorum  
virorum animi ad vñanda eorum ſtudia,  
quos eiūdē propositi in virtute ſectāda co-  
gnoscunt) cōtinuo capit, tamq; arcte illi  
corpore, animoq; eft aduinctus, vt ab homi-  
ne diuelli, ac ſeuungi minimē poſſet. pares  
enim cum paribus ſuopte ingenio congre-  
gantur, ſed tametsi negotijs vrgeretur diu-  
nus Gregorius, ac promiſe Thessalonica  
cedere ei neceſſe eſſet, tamen p̄fectionem  
diſſe-

Senior mi-  
ra de eo p-  
dicat, & p̄p-  
dicit.

Ad S. Greg.  
Decapolita  
contendit.

Cum quo  
se Constan-  
tinop. se co-  
fert.

differebat, impeditus, ut quisquam loqueretur sancto in Iosephū amore, ac benevolentia. quare cū ad magnam vrbē illi graibus de caussis proficisciendū esset, neq; ferret & quod animo carissimi sodalis discediū, monasterij Præfectū adit, apud quē omnibus vrens verborum lenocinaijs, omnēq; lapidē mouens, Iosephū sibi itineris comitē exorat. tū Iosephus, quā emicabat in Gregorio egregia animi virtus, illico homini sc̄ obsequentē, ac mortigerū p̄rāhet. simulaç Constantiopolim appu lī sunt, in tēplū Sergij, & Bacchi fortissimorū Christi Martyrū diuertunt; tum vidisses Iosephū perind: atque paulo ante virtutibus initiatu, Gregorij iusta sedu lo facessere, seq; omni exercitatiōnis genere veluti qui nunc primū incipet, obire. iam enim quā olim præclare gesserat, p̄ nihil estimabat, ad ea, quā ante sunt, se extendēs, quin anteacta omnia illi aperiebat, ac veinti puer ad certamina se accingēs in corpore, corporeq; molis expertū vitam traducebat, ac voluptatibus sensuumq; illæcebris omnibus poit habitis, vni se Deo tradebat, eiusq; suauissimis amplexibus fruebatur: sub diuo, humiq; cubare, si quando illi somnus esset capiendus, vt Gregoriū imitaretur, quem ea vti vitæ duritie videbat. eum enim virtutis exēplar, ac formā sibi proposuerat, q̄ omnino imitaretur, & in se effingeret. sic quotidie ascensiones in corde disponebat.

Sub diuo,  
humiq; som-  
num capit.

7 Leo bellum  
factis imaginibus indi-  
cit.

9

Roman ad  
Pontifice in  
Iosephus de  
legamus.

10

Sed quā sunt Dei iudicia, non & multo poti Leo Isauricus, bellua immanissima, imperij clauū tenens, omnē Ecclesiam turbar, sanctissimis imaginibus, antiquo & odio permotus, belū ônium crudelissimū inferens, tum quibus Christi yera religio, quam Cæsar is gratia, fuit antiquior, toto orbe dif persi, ac fusi vagabantur. ac nōnulli in Bosphorum, pars in Siciliam migrarunt. alij in summa niontiā egredientes esteratā rabiem truculentissimā belua fugiebant. nō tulit hoc generosus pugnax, sacrarumq; ico num cultor religiosissimus Gregorius, sed induens thoracem tidei, tota vrbe volitare, in plateis prædicare, forā, angiportus frequentare, ibiq; libere, ac sine vilo metu veritatem docere, ac suadere: ne Cæsar is dolis via in fidē abcerent, eiusq; perniciōsissimis nugis aures ônino obturarent, ac veluti res matutinus prata arentia, sic eius sermones bonorū corda recreabant, ac spiritualē valitudinem tuabantur, adgo vt infinita ppe monachorū multitudo, qui in præfētia magna in ciuitate versabantur, simul coacta, à magno Gregorio precibus cōtenderint, Romanā mittat Iosephum, hominē nō modo in sermonibus animo imperterritō, sed inferendis laboribus fortē, constantemq; qui 10 Papz, Romanisq; omnibus nuntiet, quanto maiorū turbinē ea ciuitas vexetur; simul aliquid opis afferant Dei Ecclesiaz grauiter laboranti: iam enim vides, dicebat. Pater, quā malorum tragediā hic quotidie agantur. vides quāto in discrimine versetur Christi ouile, cum non sit, qui illatā nobis iniuria vlciscatur, paruit libenter magnus Gregorius, cum ea de re ageretur, de qua non

tam solliciti erant, illi ad impetrandum, quam hic voluntarius, paratusq; ad dandū, tunc accersens Iosephum, nunc, inquit, fili, illud est, cum & tu orationis vim, & ardētissimum Dei amorem præferas, atq; is, qui iam diu parcere didicisset, inflexo capite, nāvum sine vilo viatico, descendens Romam irē maturabat, sed id fortasse non erat Dei consilium, qui s̄pē numero per ea, quā contraria vidētur, mira plane, ac præter nostrā opīssione moliri consuevit. itaq; in barbarorū & piratarū manus incurruunt, captis nōnullis nauigis, eoq; quo S. Iosephus vehebatnr. sic captiuus in Cretā abducitur, ibiq; iditis grauissimis catenis, in carcere cōiicit.

Sed mirifica erat eius in vineulis lætitia, blandis verbis eos consolans, qui eamē fortunā aleam subiūsset; nam, Deus bone, quid suauius; ac iucundius ijs vinculis est, quibus pro Christi amore deuincimur, quā inquam parumper aliquid tristitia, ac mōroris solent afferre? gratia igitur, dicebat, Deo persolvendā, cum Divi Pauli exemplum satis illustre habeamus, qui à vinculis tamquam ab aureis monilibus decus, ornamentiisque sumebat: ac mirum in modum gaudebat, quoniam dignus habitus fuisset pro nomine Iesu contumeliam pati. quā & Iesus Christus cū maledicētur, non maledicēbat; cum pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti se iniuste, quēmadmodum Apostolorum coryphaus tradit: at non nihil est mōroris, ac tristitia ē doloris sensu. at fieri non potest, vt Christi iugum quis ferre dicatur, nisi sine omni culpa, ijsdem, quā Christus pressit, vestigijs inhæreat; fērens, quā ille pro nobis tulit; qui cum Deus esset, ac omnia præstare posset, quā vellat, aliterq; ingratorum hominum afflictam salutem reficere, ac restaurare, voluit tamen virtutem labore gigni, quā iam pridē occulta cæli anua referaretur; nec seors nobis aditum ad salutem, nisi per æruminis, laboribusq; confertam viam, ostendit. Quā cum ita sint, quid causā est, quin nos salutem nostram in discrimen offeramus pro cultu sacrarum imaginum Christi Seruatoris nostri, eiusque castissimā, purissimāque Genitricis & ita enim nefariis Cæsar is conatibus aduersantes, atque obsidentes, diuinam nobis gratiam conciliemus, vt sacra docent eloquia, opportunumque subsidium. His, & alijs id genus sermonibus afflictos eorum animos, qui pro Christo in carcere claudοbaantur, excitabat, ac demulcebat, atq; ego fortasse crediderim, id causā fuisse, quod cura aliō mitteretur, mira Dei prouidentia in Cretam ablegari, vt & Insulæ, & continens viri sanctimoniam agnoscērent, eiusque eruditōnem non vulgarem, eo loci accidit, vt cum nescio quis Episcopus in carcera coniectus, more hominum, variis cogitationum fluctibus iactaretur, ac pene iu periculo versaretur, cedendi hæreticis sacrarum imaginum euersoribus; hanc inuisit vir sanctissimus, confirmat

Det prodi-  
dencia illuc  
ablegarus.

Fluctuant  
Episc. coe-  
cet.

verbis, corroborat exemplis, eoque hominem adducit, ut pro Christo, eiusque imagine mortem oppetere non dubitet: neque enim is, qui eius infirmas, debilesque vires satis pernoverat, sicut tentari hominem supra id, quod posset, cum tam præsentem illi opem attulisset, misso Iosepho, veluti anchora nautæ in magno fluctuantium cogitationum mari iactato. nec dissimilem se gessit vir insignis caritatis, erga hominem vulgarem, tenuisque conditionis: is cum minime posset ferre animi ægritudinem, ac mœrem, quem creabat tormetorum vis, statuerat iam ineffabile redemptionis nostræ mysterium, per summum contemptū negare, ac Christi Dei, pariter & hominis imaginem magno scelere conculcare. igitur Iosephus hominem aggrediens, quid ille verborum prætermisit, quæ vel durissima saxa emollirent? quid lacrymarum non effudit? nunc deosculando manus, nunc collum amplectendo, ut misellum ab instituto reuocaret, aliceretq; ad mortem pro Christo gloriose appetendam, quod postmodum præstitit. idque qua ratione euenerit paucis aperiam.

Alter eius  
monitismar  
tum moritur

Iam nox erat, cum salubres monitiones homo in præcordia transfuderat. mane vero cum iam lucesceret, ecce tibi ingens barbarorum multitudo ad carcerem it, gestans instrumenta, ad nudum distorquendum, tu ad alias carnificinas dire exercenda. mox hominem interrogant; num adhuc in eadē sit animi sententia, paratusque ea efficere, quæ paulo ante recensuimus, ac Christi fidē abiurare. sed is nihil perterre factus, abiecta tunica; ego, inquit, prompto, alacrique, animo mille, si fieri potest, mortes oppetā pro Deo, ac seruatore nostro. hæc ut dixit, è vestigio se in satellitum manus protrudit. tum eorum Præfectus iubet, hominē trabe suspendi, ac sagittis corpus configi. tu videtes oculos telis collimates fluere, visceraque, ut loquitur David, velut aquanti effusa. sed interim generosus athleta fortiter dimicabat, neo cessabat lingua, tametsi grauissimis laboribus, & dolorum acerbitate torquetetur, Christum prædicare. tum barbarorum immanitas, et si tam dire multatum videret, non tamen illius verba ferre poterat. itaque ingentem lapidem in hominis caput torquent, quo male diffracto fortissimam animam suo creatori reddidit. Atque hæc quasi obiter ab egregio Christi milite gesta sunt in Creta, hæc Deo optimo rerumque suorum moderatori victimam cōsecravit. neque enim captiuus in alieno solo, aut in carcere detentus, sibi utendum sientio existimabat, quin libere Christum ubique prædicabat, ac malis, ærumnisque pressus Christo Martyrum hostias offerebat, manicis, compedibusq; deuinctus, multos è crudelissimi Tyranni manibus liberabat. Nūc age iam de eius ad imperij sedem reditu, dicamus. Aderat nox, qua nocte Christi-natalem sacrosancta Dei Ecclesia, celebrare consuevit, nec interim ille, quamquam crassioribus compedibus inditus pre-

meretur, effetque collo ad equuleum alligatus, Christo, qui ~~casum~~ nostram induit, preces tota nocte ~~et~~ mandere cessabat, ac suos cantus usque ad gallicinium protelare; cum ecce tibi adest quidam, homine maior, coma incana, sacra ueste conspicuus, multumque leporis, ac venustatis cultu præferens: ego, 12 inquit, ex Myris Lycia profectus eo ad te missus à præpotente Deo, mira celeritate, iam lætos ad te nuntios affero. ille enim, qui 13 in Ecclesiam tot turbas concitauit, sacrasque Christi oves dissipare, ac in diuersa agere omni ope nitebatur, regno 14 excidens, supernis 15 iudicijs homo flagitosissimus, ac pernicioſissimus usque in diem revelationis, ut Diuus Paulus ait, iudicandus abscessit: nunc vero te oportet Constantinopolim remigrare, ut pro gratia à Sancto Spiritu in te collata, multos cōfirimes. verum quod 16 tibi, transfo libelli capitulum, tu vora, porro videbatur breue quamdam libri particulam dextera gestare, tum is ingenti gaudio delibutus, quam, inquit, dulces sunt gutturi animæ hæ scriptura! erant vero inscripta ea verba, accelerata misericors, festina miserator, adiutoriū nostrum, quoniam volens, potens es, hæc suauiter, arguteque canere à Sancto viro iubetur. mox videt è collo, pedibusq; sibi demi vincula, auditque dicentem, eo præ, tu porro me sequere, sed, o rem miram, o præsentem opem, o ineffabilia, ac supra omnē captum Dei Optimi Maximi mysteria; a nomine prorsus visus, aerem findere videtur, ac vento 17 similis ad magnam urbem ferri, nimirum ijs Deus alis suos, ctm opus est, donat, qui puro corde ad illum subuolant:

Porro tanti miraculi vis ad præpotentis Dei laudes hominem excitauit, accenditq; sed aliunde ad fletum, ac singultus mouebatur. nā cū vix aliquibus sui studiosis, ac cū pientibus se ostendisset, cognoscit 18 Gregorium hominem plane diuinum, communem omnium solatium, Ecclesiarum solidissimam gloriam, actuosum, ac spirans virtutum omnium simulacrum, infinitis prope laboribus, ac periculis defuctum, ex hac vita ad optatos Dei sui excessisse complexus. quare ad fletum, ac querimonias sacrosanctum illud tabernaculum suis ipse milibus capiens, quod adhuc viuum, animatumque videbatur; lacrymis affatim ex oculis manantibus, ac pedes pacem, ac bona euangelizantis abunde irrigans, his vocem emitit: qui feram tui orbitatem, pater? quomodo sine te spiritum ducam? quis mœre, ægritudinemque animi mei blandis allocutionibus lenire, ac demere queat? cui nam curarum mearum æstus, atque euripos ostendam, qui, veluti Christus Dominus olim præstít, dicat, fiatque tranquillitas magna, quin me ad Dominum præmittebas, pater beatissime, ut prope tuas manus animam efflans, tuis precationibus adiutans, rapacissimorum prædonum manus inquinatissimas, viam in aero tractu obsidentium, tuto effugere in quoniam vero, o generose, & ad labores ferendos animo sane duro, atq; impla-

D.Nicolai  
Myræ Epis.  
vicio.

12

13

16

Soluta eius  
vincula.

17  
E Creta Cō  
stantinopol.  
per aera  
traluehitur.

18

S. Iosephus  
in vinculis.

implacabili, tibi collibitū est præire; at oro te, atque obsecro, co<sup>r</sup>firmā infirmitatem, imbecillitatemque a<sup>n</sup>ini mei, tuisque, quibus nunc pollens, potensque es apud Deū intercessionibus, noctu atque i<sup>n</sup>terdiu, me, meaque omnia ad vnius Dei voluntatem dirige, vti sub potenti illius manu humilitus, tuis suffultus precibus, quas in conspectu sanctissimæ Trinitatis inge*sti* splendore ac gloria coruscās, effundis, huius vitæ procellosum mare incolumis na*uit*em, & i<sup>n</sup>tuū adue*ct*us portum, sine v*ll*o discidij metu, te perpetuo videam, frua*que*. hæc precatus à loco minime decessit, vbi diuinus Gregorius philosophicæ palæstræ operam nauauerat, vtpote qui optaret in laboribus commilitonem habere Ioannem, magni Gregorij a<sup>n</sup>ulum, atque sectatorem, in cuius consuetudine diu *stat*em exegerat, vi<sup>tro</sup> citroque editis virtutum documentis, in Ioanne Gregorij sibi videre videbatur. nam & in eo homine magna merat dicendi vis, postquam verò ie*uni*js, vigilijsque confessus ad Deum migravit, eam iedem relinquendam sibi esse Iosephus existimauit, petendumque templum magno Ioanni, quem ab aurea eloquentia Chrysolomū nominant, dicatum, sacrosanctum Gregorij, eiusque a<sup>s</sup>teclæ Ioannis corpus, tamquā opulentissimum thesaurum trānsferens, atque inibi tam ingentes tiebant hominum concursus, vt illius oratione, que melle dulcior ex ore fluebat, aures, animumque pascerent, plane vt à loci angustijs excluderentur. Ac cum locus vndique vaitus, deseritusque esset, ibidem tamen monasterium excitatum est, magna discipulorum frequentia celeberrimum, in quo velut in tuifino asylo sacras D. Gregorij, eiusque socij ioannis reliquias collocauit.

Porro in Thesalia finibus iam pridem versans, à diuino quodam homine, scientiaque incomparabili, sacratissimis 19 magni Apostoli Bartholomæi reliquijs forte donatur. igitur huic templum ædificare constituit, multa miracula quotidie patranti, quem per quietem sapenumero vidit cælestia fibi mysteria aperientem, ac sacra paginae difficultates explanantem. cum verò ingenti aliquando desiderio astuaret sanctum Apostolum versibus exornandi, tamen continebat se, metuens ne forte nimis acceptum, gratumque à se illi eueniret, ac instar Moyis quadraginta dies carnem macerans, vt diuinarum cantionum tabulas acciperet, oculisque sensum ianuis, ac mente ab omni euagatione in se collecta. Sancti Apostoli corpus pie, reverenterque complectitur. nec frustratus est hominem suus labor. nam pridie eius diei, quo D<sup>omi</sup>nus Bartholomæi memoria celebratur, videbat virum Sidonia veste indutum, cuiusmodi in Palæstina vulgo vntuntur, sacras templi valvas tenentem, ac Iosephum ad se aduocantem. is sacra mensa mappam pulsans, tollit sancti Euangeli codicem, & in ejus finu reponiens, benedicat, inquit, tibi præpotentis Dei manus, in qua in lingua tuam.

In templū  
S. Ioseph Chrysost. se recipi-  
vit, ibiq; uno  
monasterium  
constituit.

19  
S. Barthol.  
Templum  
condit.

Idem Apo-  
stolus Iose-  
pho benedi-  
cit, & sacrū  
poema ini-  
ciat.

cælestis sapientia maria, fiat cor tuum S. Spiritus sedes, tuique cantus vniuersum terrarum orbem demulceant: plane vt quisquā & verborum, & rerum suauitate captus spirituales sirenas appellauerit. his dictis, visu evanuit; sed verba in imos præcordiorum, fulcos defossa, ac seminata, vberem postmodum segetem tulere. Atque hæc fuit diuini charismatis incitatio; hæc diuitiarum dona, hoc incomparabile beneficium. itaq; simul ad scribendos versus manum admovuit. mirum quantum & soni suauitate aures demulceret, ac blanda sententiarum vi animos percilleret, ac commoueret: nam quod est musicæ genus, quod ibi non eluceret, quæ carminis suauitas, quæ in canentium ore non emicaret; omnem etiam sonum, ac torporem ab segnibus, pigrisque hominibus excutiebat, qui expeterent, non aures modo, sed nentem etiam suavi concentu delinire. hinc mirifice recreabantur ijs, qui in perfecta virtutis via progressus facere contendebant. quique efferauit animi perturbationibus iactabantur, omnem a<sup>g</sup>ritudinem, iracundiamque ijs audiendis, sedabant. ijs demum, qui gaudio, l<sup>e</sup>xitiaque essent affetti, pr<sup>æ</sup> ingenti animi voluptate, lacrymæ eliciebantur. quin ipsi scriptores pothabitis aliorum versibus, ex hoc uno diuini Iosephi thesauro, ingentes sibi diuitias in cantionibus scribendis hauriebant, seu, vt rectius loquar, quotidie hauriunt. demū omnes fere gentes, ac nationes illius carmina in suum idioma conuertentes, ijs adeo delectantur, vt suis cantibus noctis tenebras illustrent, ac vigilias pulso sopore vel ad solares radios producant. porro quis adeo ad fletum durus, & ab omni humanitate abhorrens est, quin perfectis de Beatissima Virgine, Dei parente, iucundissimis, ac suavisimis cantilenis, confestim ab extre lacrymarum abripiatur, animoque detinito sentiat quoddam sibi stimulos intijoi ad dolorem, culpasque deplorandas? verum quid de carminum varietate, ac multiplici illorum harmonia dicam? quid de suauitate, ac venustate, quibus veluti adoratissimis vnguentis, vsquequaque spirant Iosephi poemata? denique si Iosephi, quam hodie collit Ecclesia Dei, vitam scire quis studet, legat 20 illius monumenta præclarissima. nam in singulis hymnis, eius vivendi ratio luculentter exsicit. sedenim cum ibi omnium ferme sanctorum virorum vita, ac res gestæ à Iosepho laudibus exornentur, certe ipse in singulis immortali dignus laude deprehenditur, qui id præstare tam eleganter, ac venuste, pernoverit. Tollant in cælum alij sancti viri modestiam, anunijque demissio nem, alij singularem prudentiam, alij denū res ab illo præclare gestas, tamen vna omnes acclamatione sancti Spiritus gratiam prædicent, quæ tam larga manu huic viro incomparabili est exaltus donata, vt de eius carminibus dicit illud queat, in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

Nunc ad alia festinat oratio, quot ille ab  
inf.

Eius poësia  
vis, arg; sua-  
uitas.

40

Multos ab  
infidelitate  
reuocat; &c

infidelitatis caligine extractos ad Sancta Trinitatis agnitione adduxit? quot suis adhortationibus persuasit, ut seculo, rebusq; omnibus valedicentes, monasticum institutum amplecterentur? quot mulieres ad castitatem seruandam induxit? nimis ut lampades continenter ardentes haberent, itaq; vna cum sponso Christo ad nuptias ingredierentur, vt cumq; clamor de media nocte fieret. Hec cum ita se haberent, ecce rurum in exilium 21 pellitur, caudā pestilentem agitante Satana, improbumq; 22 Imperatore, qui ea tēpestate clavum tenebat, initigante. non enim fieri poterat, ut otiosus quiesceret is, qui bonos perinde atq; triticum cribrare vehementer expereret, eorumque animos in eosdem concitaret, quos sibi addictos, adiunctosque videbat. hinc atrox bellum aduersus iaconcussa, solidāq; Ecclesiā petrā mouetur ad demoliendas sacrosanctas Christi, sanctorumq; imagines, ad quarum tamē cultum horro fortissimus populusa totis nervis cum adhortaretur, & orthodoxe fidei dogmata, nō domi quidem, aut super tecta, sed in plateis magna cum loquendi libertate prædicaret, ab vrbe ejicitur. quo in exilio multas ille calamitates, zrumasq; pertulit, immo vltro ad se accersebat, sed nō multo post sedata iā tēpestate, tributisq; orthodoxis 23 Imperatoribus diuino nutu imperij gubernaculis, iterum in vrbe reuocatur, ad q; minime potuit adduci, vt qui exilio perinde atq; amēnissimis deliciarum hortis, propter Christū, frue retur. eorum precibus tamē enixe obsecratus, quibus obſtare aplius nefas erat, tum ille etiā caritate, qua in ciues sumimope re flagrabat, crebris Imperatorum postulationibus concedēdum ratus ab exilio Byzantium reuertitur. Otio ægre exorari potuit, vt poſthabitis alijs rei ecclesiasticae honoribus, custodiendis ecclesiā vasis præfasset. q; munus nō tā Principum suasionibus, quam diuini 24 Ignatij precibus permotus, suscepit. is enim cū zelo ardentissimo pro Christi honore flagraret, ac nuper sibi creditum Sacri Pōtificatus clavum suscepisset, eximia viri sanctitate permotus, eum in labore, ac negotijs socium, adiutorēq; habere studebat, ac prætextu huius ministerij inuento, suorum fit votorum compos. huius consuetudine vehementer delectabatur, queq; ipse ignoraret, à Iosepho discebat. neq; mirum cuiquā videatur, si aliqua ex incōprehensionis sacrae scripture arcans illi essent ignota, q; noster Iolephus cum assiduitate studi, tum insigni puritate mētis & intelligeret, & magna cum venustate explanaret. quod vnum est ex donis, quæ D. Paulus recenset.

Verum 25 Ignatius senectute, iuxta ac laboribus confectus, in cælum migravit. eius 26 in locum sufficitur Photius, qui in Senatu primas tenebat, quod vir esset insigni eloquentia, eximiaq; rerum cognitione præditus, tum præclaro ingenij acumine, ac sedulitate ad res gerēdas, componendasque; quibus artibus Pōtificatum est adeptus. sed ne omnia recensemus nunc, quoniam ipse Tom. 2.

locus nos admonet, ad eius cohortamenta aggrediamur. erat vero huic incomparabili viro eximie carus, magnoque in honore habitus, plane vt Dei hominem appellaret, ac veluti Angelum reuereretur, ac totius rei ecclesiasticae summa iinposita, patrem patrum nominaret. quin Principes ecclesiastici muneri viros hortabatur Photius, vt patri sanctissimo omnes animi recessus, cogitationesq; aperirent; q; i libenter præstabant, velante Patriarche adhortamenta. erat enim, vt est in canticis canticorum, bona admodum natura, aptus ad vulpeculas peccatorum cohibendas, & interficiendas rationalis terræ peccatores, vt loquitur David, tum ad animas virtute corroborandas, ac stabiliendas: contra qui instar volubilis globi ad carnis illebras præcipites, proclivesque essent, eodem excitabat, & à fœda scelerum colluvie erigebat ad Deum, continentiamque seruandam. porrò eos, qui in sancto otio, pacataq; viuendi ratione vitam ducebant, in augustinissimæ Trinitatis contemplatione demersi, adhortabatur, ne vñquam diuinam alam denitterent, aut contentionem laxarent, aut superbia, ventoq; inanis gloriæ efferrarentur; quandoquidem in eo studio multos insidiarum laqueos tendere communis hostis consuevit, ac proinde propriæ existimationis vento inflatos in æterni supplicij barathrum detrudere. Ad hæc docebat, qua ratione quies, ac tranquillitas animæ posset comparari; tum insita nobis à natura cognitionis semina, vt pro sua cuiusque temperie in singulis varient, & crescāt. Sed quid ego maiora, & meliora nō refero? Vir egregius oculos intuebatur, ipsoq; obtutu diuinabat, ecquoniam quisq; animi morbo detineretur; gloriā tamē declinabat, ne quis hominibus Angelus videretur. nequequam pudore afficeret peccantē, eaque gratia procliuorē redderet in peccatū. quia nimis conductus plurimū occuler crimen, idemq; nonnisi pudoris opus astimari, nam vbi ad multorum aures peruenit, patrantis scelus, impudens efficitur.

At vero quando ille homo esset humiliatis nostræ sarcina indutus, immo verò in fæculi vase virtutis margaritam celās, oportebat, vt ad Deum suum euolaret, fruētur luce inaccessibili, suorum laborum frumentum consecuturus amplissimum. Itaque ægrotavir fortissimus, ac per quietem à cælesti nuntio admonet, instare sūx ad cælum profectionis tempus. iam præterierant ieiuniorum dies, aderatque Dominice passionis veneranda parascue. eo die tabulam, vbi descriptæ erant omnes facultates eorum, qui sūx essent curæ concreti, Photio tradit, nec præterea aliud addit. ac Patriarche animus varijs cogitationum fluctibus agitabatur, secum ipse reputans, quid hæc sibi vellet, quæ non multo post esset dilucide cognitus. nam febris & qua cum sanctus vir conficitabatur, erat eiusmodi ut ipsa sine omni voce, satis aperte rem

G

Photio afo.  
Papa confir  
mato carus  
fuit.

Mentes ho  
minum in  
trospecta.

Diē obitus  
sui præno  
scit.

omnibus declararet; ea tamen ille pro argumento vtebatur, ad Deo gratias per soluendas. Benedico, dicebat, tibi Deus, quoniā sub umbra alarum tuarū me asserua sti, nunc ad extremū usq; spiritū me custodi ac præsta, vt tenebrarum principē, acriaq; spectra inuiolatus effugiam, ne quando gaudeat super mē inimicus meus, propter ignoratiā meas, & delicta vitæ mez, tuere gem tuū Patris Verbū, tuaq; ista, quā oīa cōdidi dextera, ad finē usq; seculi defēde. Ecclesiæ filiis amantissimis fāuo, da perpetuam spōlā tua quietē, ac tranquilitatem, regale sacerdotium tuis donis illustra. superbum Belial sub eorū pedibus, qui fidē, ac religionē tuentur, deprime. hæreses oēs tetras animarū pestes, ab Ecclesia propelle. demum animę mez da placide, pacateq; ab hoc corpore se iungi. & quāquā probe pernoui, minime quidē me esse ex ijs, qui digni habitu sunt, in quibus spiritus tuu, habitaue rit, quæ fuerunt mētis mez sordes, atq; maculæ, tu tamē qui immēsa bonitas es, ne respicias peccata mea, sed dignū me fac fortis filiorū tuorū. His dictis, ijsq; qui aderant, benedictione impertita; qui aberant, bona ūnia precatus, mox desumptis sacrosanctis mysteriis, tendens ad cœlum manus, veluti qui carissimo amico hilari, latoque vultu obuiam procedit, Deo optimo 27 sanctissimum spiritum edidit.

Hic videre erat undequaq; confiētia monachorū examina, qui p̄t multitudine, loci angustijs excludebātur, atq; infinitam vim eorū, qui illius curæ crediti fuerant, omnes fletu se conficiētes, alijs patrē inclamabant, pars educatore, nonnulli animæ suæ rectorē, quidā in calamitatibus consolatore, omnes demum, qui omnibus omnia factus esset, vt omnes luctaretur. effertur, itur, sub terra occultatur, lōgo luminū flamarumq; ordine qui æterna luce maxime dignus fuerat, gau debant beati illi spiritus desuper, chorosq; ducebāt, q; ciue suum ire ad se viderēt, contrā incerbāt mortales, q; eius diffidiū ægre ferrent, fremebant diaboli ob trāsitu sacrè illius animæ, quin & aera relinquentes, pcul aufugiebant. quidam vero ex longo itinere insaniētes in eā, quæ ducebatur, permixto, inquinatoq; aere, audiebantur. & frequētes querebāt, q; illius ascensum minime prohibuissent. redditur sacer eius transitu aer, ac terra tāti corporis thesauro dicatur. sed illud minime prætereundū. Quidam Sancto familiaris, cuius nō minus eloquētia mores quā mores eloquētia exotabant, is quo tē p̄t Josephus in cœlū excessit, sibi audire, videbatur (id enim lōge aberat) vocē veluci quę ad se aduocaret, egredere, inquit, adsta, & vide mira, diuinæq; mysteria. homo egressus ē domo, vt sibi videbatur, cœlestiū orbiū tractū cernit in partes diuidi duas, superū que omnium acies ē beatis sedibus decedere non permixtas, atq; confusas, sed præibāt Principes Apostolorū suo comitatu, consequebantur Martyres, deinceps Prophetæ eorumq; exercitus, qui sancte, pieq; in Pontificatu vitā duxere. hæc prodigia cernebat.

Letus motitū.

37

Vita de eius  
animæ glo-  
ria.

homo obstupefactus, nec intelligere tameū poterat, quid portenderēt, aut significarēt: hæc cum ita essent, iterum vocē audit, vigila, inquit, atq; attende, iam enim cōspicua tibi mox omnia sient, quæ vides. tum, quattuor adolescentes alis præditos cernit, inter quos puellā facie honesta, ac liberali, venustatēq; incredibili, hi choris sanctorum virorū præcipiebant, acciperent animā beatissimā, qui eorū recte facta, & vitā imitatus esset, & carmine cecinisset. ibi omnes illam incredibili letitia cōplete videbantur, eunte p̄t purissima Dei Genitrice, denuò stupore, atq; admiratione percusus homo, scū ipse quærebat, qui nā esset is spiritus, quē tanto hoāore cœlestium caterū dignarentur. hic audit Angelos, qui felicissimā animam in cœlū deducebant, clara voce prædicantes: hic est Iosephus, totius Ecclesiæ decus, & ornamentū, qui Apostolorum, Martyrumq; res gestas, & æmulatus fuerit, & literis cōmendauerit, Sancti spiritus gratia donatus. nunc ab ijsdē laudum, honorumq; vices rependuntur: nec quisquā in amplissimis cœli atrij, reliquis factus est, quin suarum virtutum præconi, æmulatoriq; obuiū processerit. nam omnes cœlestium virtutum ordines, magna cū veneratione illum complectentur. Ceterum homo totus tenui sudore perfusus, dire cruciabatur: q; reliqua diuinæ pompe mysteria videre, ei nefas esset: quo pacto ante Sanctissimam Trinitatē fuerit euectus, eamque pie adorauerit, dimotisque umbbris, ac tenebris dilucide videbit, cœlestiū mentium choreis admixtus. ab ijs ergo honore affectus est, quibuscū séper cohonestari fas est; quorū ipse vitā imitari studuerit; inter Apostolos, vt Apostolus habitus est, inter martyres, vt martyr. incruentus ille quidē, sed qui vitā 28 producerit ad labore, testimonia exultā propriæ cōscientiæ. Inter sanctos, qui futura prospiciunt, vt Sāctus, qui sanctā animā vel ad tenuē cogitationē purā setuarit, Vaticinij haud quāq; expers. quiu (vt ego B. viro quidq; maioris obsequij præstē) huiusmodi donū supra oēs habebat, q; per cōcinnā harmoniā reliquis omnibus, impertitus est. (Encomiastica carmina circa animā nō inornata canens) ipse vero vñ hūc ex omnibus honorē sortitus est, ad ascensū in atria cœlestia. Tu vero, o Pater sanctissime, qui lucē inaccesibile cominus intueris, age iā ab usq; sumo celi fastigio, nos hic mortales respice, vides n. quanto malorū pelago iactemur. dā, vt salvi, incolunesq; ad tuū istū salutis portum nostræ animaliæ cymbā appellamus. sedat tēpestates, turbinesq; quos caro aduersus spiritum continenter excitat, vt mens nostra, nullis fœdarū rerum imaginibus spurcata, ad Deū pure se possit attollere. Demum præbe, vt aures, vocēq; ad externum concentum, quē ex te sumus adepti, ita aptemus, vt interna etiam mens suam harmoniam seruet ad honorem Christi Domini, qui eo te honore, & gloria cohonestauit, cui honor, & gloria in secula seculorum. Amen.

Vide Annotadvers. fol. 16.

VITA

# VITA S. JOSEPHI HYMNOGRAPHI.

## Ex Græcorum Menæis.

Iosephus Si-  
cilius.



Iosephus, Hymnographus, in Sicilia parentibus Plotino, & Agatha ortus est. eius mores mansueti, animus facilis, & ad pietatem propensus. hinc pijs sacrarum literarum com-  
munitationibus assiduam operam nauabat. sed capta ab Saracenis patria, ipse vna cū matre, & carissimis fratribus, in Peloponnesum traijcere necesse habuit, & inde Mabitum. Thessalonicem. hic monasticum viuendi in Monasticū stitutum amplexatus, ad spiritualia prælia uenit in Pe strenuissime se accingit. terra corio strata eponneso. erat ei cubile, simplex tunica, tenuis cibus; ita vt pane tantum, & frigida famem toleraret, vigilie satis longæ. incumbens in genibus multum temporis precationibus exi-  
gere, assiduis hymnis Deum laudare; & exscribendis, & sacris literis legendis, ope-  
ram consumebat. Quare clementia, gra-  
uitate, temperantia, animi moderatione,  
præterea, sinceritate, ceterisque virtutibus  
animum cum exornasset suum, sacro Sacer-  
dotio initiatur. non post multo, cum  
Gregorio, cognomento Decapolita, qui  
ea tempestate clarissimus habebatur, Con-  
stantinopolim proficiscitur. Qui cum  
vna in Diui Martyris Antipæ versatur,  
horrida vicitandi ratione, & monasticis  
exercitijs se se oblectans. Quoniam verò  
pestilentissima Iconomachorum hæresis  
iam tum differri coepit, & nonnullis ro-  
gatur, vt tanto malo occurrat. quo Ro-  
manam deuenire cum maturat, & Barbaris  
piratis interceptus, desertur in Cretam,  
& in carcerem coniicitur. ibi quamvis ca-  
pite diminutus, nihil caritatis magnitudi-  
nem diminuit: nam & mortales de salutis  
via edocuit, & seruus ipse complures à du-  
rissima Dæmonis seruitute in veram liber-  
tatem asseruit.

Interibi Iosepho Pontificis Myrarum in Lycia verenda species visa; atque, ecce adsum, inquit. tu vero accipe schedulam hanc; quam ille cum accepisset, simul legebat, & canebat: propera, o misericors; festina, o misericors, in auxilium nostrum; namque potes, si vis. atque hæc mane canebat. tunc enim, teterimæ Hæreseos auctore sublato, sacrae imagines pristinam Religionem, cultumque in Dei ecclesia sibi vendicarunt. sed Iosephus carcere liberatus, Constantino-  
polim sanus, & incolmis venit. Hic, vt ef-  
ferebatur studio, Bartholomæum quam ma-  
ximis posset honoribus impertiendi eius reliquias sibi cōparat. ad hoc, quod maiore

honorem deferret idem simul & Grego-  
rius, homo virtutibus iuxta clarus, tem-  
plum Bartholomæi fecit, dicauitque, atque  
in maiore veneratione constituit: tum can-  
tilenis, & modulationibus eius conuentus  
exornare, lacrymisque, & suspirijs statuit,  
amantium more. nec irriti conatus. quo-  
dam enim die, hominem facie latè vene-  
randam sibi videre visus est, ijsdem vestibus,  
quibus vsos olim Apostolos, vulgo credunt:  
is sacrosanctum Chr̄isti Euangelium, ab al-  
tari acceptum, in ipsius sinu collocat, bene-  
dictionemque impertitur: eo facto, incre-  
dibilem in condendis sacris carminibus fa-  
cilitatem adeptus est, vt nihil id genus se-  
rogantibus nō annueret; quamquam non  
deerant, qui ea crederent, suppositos qui-  
dem, non genuinos partus. Postquam com-  
pertum tamen est, eiusmodi poesim è ca-  
lestibus hausisse fontibus, hinc omnium ore  
circumfertur, & canitur. His itaque studijs  
gratus, & acceptus Dynastis, Regibusque,  
nedum populo. tametsi per Bardam exi-  
lio mulctatus, quod illum liberius argueret;  
sed statim reuocatus, eique sacrorum Ec-  
clesia vasorum cura demandata est, sub  
Ignatio Patriarcha diuino, cuius post mor-  
tem, amatus, & in honore habitus à Pho-  
tio, qui post Ignatium, Patriarcha delec-  
tus est. sed vbi acerrimum Orthodoxæ fidei  
defensorem se præbet, præstatque, Cher-  
sona alegatur. inde vero sub vitæ finem, à  
Theodora Augusta, quæ Orthodoxam fi-  
dem colere semper, & tueri connisa  
est, in ciuitatem restitutus. Vbi  
cum multos hymnis cele-  
brasset, sanctissime  
diem obiuit spū.  
Corpus in  
Mo-  
nasterio, vbi nunc  
iacet, huma-  
tum.

D. Apostol.  
Bartholom.  
templum.  
struit.

Ob fidem  
ejicitur in  
exilium.

Ab August.  
Theodora  
restituitur.

Vide Animaduers. fol. 16.



Anni Chr.  
885.  
29. Julij.

# PETRI HVMILLIMI

## ARGIVORVM EPISCOPI

### E P I T A P H I V M

## I N B. ATHANASIVM ME- THONES EPISCOPVM.

Ex M. S. Codice Monasterij S. Saluatoris.



Viheroicæ virtutis splendoris  
dore vitam illustrarunt  
suam & ab omni se fa-  
culentè, humique repen-  
te secreverunt viciofita-  
te, atque ad diuinum il-  
lud, cœlesteq; fastigium  
sustulerunt, eos congruū  
est beatos iudicare, laudumque præconijs  
commendare, siquid aliud eorum, quæ bo-  
na vulgo existimantur, quæ cum facillimum  
vtrinque habeant momentum, commuta-  
tur à propensione hominum, qui ijs vtun-  
tut, illosque ad sui delectationem pelliciūt,  
etenim incrementum capiet, & in summu  
proficiet virtus, si eius sedatores debitus  
laudum honor, & admiratio consequatur;  
si lucis item splendores honorificè longè,  
lateque diffundentur, faustaque acclamatio  
in eorum sparsa aures, qui huc frequentes  
conuenerunt, vigiles, ac diligentes animos  
excitet ad virtutem capessendam. vitium  
autem omnino si cum virtute seniel confe-  
ratur, exulabit inuisum; de loco etiam, ve-  
luti nocturna tenebra diurnis splendoribus  
illi concedet: huiusc rei gratia vel ipse  
Christus, humanæ reparator naturæ, ac  
fieriſſimus moderator, eos viros, vt liquido  
suadet Euangelium, in album refert bea-  
torum, ideoque nos in eius ire sententiam,  
verbisque aditipulari, omni iure contende-  
mus; atque eos, qui Christum imitari stu-  
dent, quemadmodum sui imaginem capi-  
tis membra, pro virili parte laudibus arbi-  
trarum prosequi debere; & quasi musculu-  
lum aliquod, animo quamvis inope oblatu,  
orationem habere commendatiam.

Sed hisce me rebus insinuans, vereor ne  
mihi audacia inuratur nota, dum is mihi  
mortalibus exornatur laudibus, qui cognos-  
minem habuit immortalitatem, Athana-  
sius, tamen cum idem tantus sit ac talis, &  
sanctitate morum insignis exstiterit, eius  
vera bona tacere, quæque inde utilitas peti-  
posset, compressis labris occultare, haud  
quam decet, ne forte illi persimilis cen-  
suar, qui per indignos, ac absurdos timo-  
res creditum sibi in literis ponendū calentū

humo male commendauit: atque alius qui-  
dem dicendi ornatus fuit, qui encomio-  
rum finis, de industria studuerit translire,  
si ex his, quos subijcam toutibus in virtutem  
hunc celeberrimum laudum scaturigines  
corriuaret, videri sibi posset, cum exornare  
pro dignitate, quare de vita loco, ac splen-  
dore, de optima corporis constitutione, de  
florida, puraque verborum suavitate verba  
faceret, omnino sapientum more, breuitatem  
affectans præ ceteris rebus, dignitatē  
gradus, & quæ eas comitantur, commoda-  
eloqueretur; vt inde sibi quibusdam veluti  
blanditijs, auditorum benevolentiam ad  
reliquum orationis compararet, nos vero,  
vt pleraque alia vita illustria facinora, eas  
etiam dignitates consulto preterimus: sola  
tamen veritate, & præclaris facinoribus,  
quæ oratione fidem concilient, reporte ve-  
ritatis studiosi amatores, contenti erimus.  
atque hæc facile nobis dabitur excusatio,  
cum probe nouerimus, nec ijs quidem, qui  
totius vita florem, florentisque ætatis vi-  
gorem dicendo, audiendoque exercuerunt,  
facile sic Athanafij, qui in præsenti nobis  
laudatur, verbis asse qui dignitatem, sed ve-  
ro mihi contumacia crimen, & multam  
iuxta metuenti, atque elationis humilitatē  
fugienti, quæ vel re ipsa serpat, vel nutrita  
apud me existimetur, parendum omnino  
si quid supra vires aggrediar; etenim pete-  
ribus non modo diuites, sed egeni iubemus  
dilargiri; quandoquidem vicissim non di-  
gnitatum, aut munerum, sed voluntatis  
promptæ præmia à largitore Deo confer-  
tur. quocirca eius potentia fretus, qui ad  
primum oris hiatum facundiam submini-  
strat, ad solidas admirabilis, diuinique viti-  
laudes oratione complectendas adueni-

Patria igitur celeberrimi Patris Athana-  
sij, prima quidem, ac vera illa est caletis,  
ad quam à pueritia intentus, quod iam inde  
ab æternitate sanctis ciuium ordinibus ad-  
scriptus esset, per studiosas actiones à pro-  
posito numquam aberrauit. altera vero tan-  
tum à prima dittans, quantum à veritatis:  
S. Athanasij  
Catane in  
Sicil. natus.  
Cata-

**Catana,** remotior verò Sicilia celeberrima; cuius quidem nunc si vellem, liceret eximia recensere, situm, pulchritudinem, magnitudinem, aeris temperiem, saluberrimam aquarum naturam, ingentes feraciam, ac steriliū arborum silvas, frequentem virorum sapientia, prudētia, fortitudine, iustitiaq; illustrium multitudinem: quos inter longe celeberrima est virgo Agatha Christi Martyr, & quæ in hac est nata, atque educata, nec non cruciatibus Affida est propter Christum: quæque ut sacrosanctæ sui corporis reliquias ibi conquiescerent, gratum accep- tumque habuit; quas liquidi ignes ex multiplici superimpendentis Aetne fauce, fluminis ritu, defluentes, a longe, lateque diuagantes, cum supra omnium opinionem hac illac spatiando, debaccharentur, reuerti sunt; quemadmodum & olim pium su- periusque gratum illud onus, senio cōfectos parentes, filiorum humeris impositos reuerti ignes, iussi sunt recedere, atque in ipsā sulfureos nidores eructantem, piceas flammas, & crassos nigrores de summis faucibus exomente, nec non horrendos fragores, bombosq; inusitatos promentem Aetnam retro properare. quæ omnia cum non facile, immò admirabile habeant scrutinium, haud quaquam prole qui possumus, nisi ab ipso nostri argumenti instituto longius di- grediamur.

Et vero si laude dignus noster Athana- sius immortalium deliciarum alterius pa- triæ amoribus incensus, mortalem hanc, vt exilium, contempsit, ideoque beatum si- nem, vbi prima nobis domus, ac latantum omnium habitatio, sortitus est; qui fieri po- test, vt quam re ipsa despicere optimum fa- stu censuit, ex eadem nunc deductis in se- laudibus oblectetur? quo circa ex 6 huius patriæ ruinis, atq; occasu veluti nouus Phos- phorus exoriens, parentes & que religiosos, ac Deo amicos inde à puero declarauit; se- que per omnem vitam Christo enutriri à parentibus id votum nuncupantibus, pri- mimumque tructum Deo quam maxime arri- dentem afferentibus, comprobauit. quid au- tem refert, singula eorum præclare facta, recensere, cum sapor iucundissimi fructus arborem satis, superque manifestet, ac cele- bret? quamquam diffimulandum non est, celsum, ac singulare ingenui illorum animi robore declaratum esse ab illius tempestatis arumnis, quæ procellarum, grandinumque titu inguebant, ijsque acerbis & calamito- sis, sed haudquam illud labefactatisbus. quemadmodum enim ignis potissimum au- rum probat, ventorum itidem impetus, plu- uiatum mador, grandinum vis, aluminum hibernorum cursus probant, solida nec ne- sint ædium fundamenta: ita inopina cala- mitates, vel firmum ac munitum, vel imbe- cillum ac detritum animum detegunt. Is- maelitarum etenim, atque Agarenorum barbaries, per quam, sic nostris promerenti- bus noxis, Sicilia Insula devastata est, per- nas a nobis quasi legum violatoribus exi- gens ut carnifex, (cum nec patrio quidem

affetu vocanti Deo adhaerimus, nec faci- lem ceruicem eius iugo supponerimus) mul- tas tuu diripiuit ciuitates, ac vastauit, carū- que ciues cum finitimis accolis, alios quide- amarissimo mortis genere, internecione, & meque deiecit, marique submersos suffoca- uit: difficillimis miserijs, alios, ac perpetuis vinculis obnoxios damnauit; demuni alios è solo patro miserum ia modum aufugere, & per exteras regiones coagit diuagari, his temporum angustijs Athanasij parentes, vna cum communi filiis, domesticis rebus valedicentes, neque verò fas erat siccis oca- lis intier Christi ouile, nationem sacrosan- ctam, regale sacerdotium, ab impijs deri- sum; impios contrà alienis calamitatibus elatos, ac gloriantes, perque delicias, & io- cum insultantes: nec non contra rerum om- nium procreatorem Dèum de compacto, quasi iam percusso fœdere, conspirantes, ad rem à Christo tanq; præclare fundatam fun- ditus euerte adam, populumque Christianū ita extérminandum, vt eius nulla ad poste- ros memoria aliaberetur) in antiquam ap- puliunt Peloponnesi Patrarum urbem.

Hic loci olim qui primus iam ad Aposto- latum vocatus fuerat Andreas, qui & Petru fratrem natu minorem iam iam futurum beatæ phalangis principem, ad eum, qui se vocauerat, vocauit, & post bene longum Euangelicæ prædicationis decursum, felicis simum vitæ finem, auctus in crucem conse- cutus est, ipsam etiam mortem, sicut cetera præclara facinora. Domini sui imitatus, au- diuerant quippe Athanasij parentes diuinū illud Patriarchæ editum oraculum, patro- so, domesticis laribus, propinquorum so- cietate derelictis, eò loci transmittendum.

Quid verò in his calamitatibus angustijs aliqua ne in eorum mentes hæsitation, aut in corde ingrati animi vitium inuasit? an verò aduersus æquissima Dei iudicia, ac prouidentiam blaterando murmurarunt, quod non condigne, atque boni antea & vitæ mores promerebantur, indigna pate- rentur? minime verò, immò verò etiam, quidquid memorie dignum est, sectantes, & ab omni, quod neque laudabile, neq; Deo arridet, digredientes, ad summam eius be- neuolentiam peruenierunt. eorum verò fi- lius, qui ab immortalitate deduxit nomen, diuini a moris incendio inflammatus, æru- natus quibus obsidebatur, penè immemor, sed tamen victor, ad maiora, magisq; præ- clara certamina aggreditur: Etenim firmus ac stabilis animus Athanasij, & ab omni fœ- ce expurgatus, non ad iam congestas, sed ad acquirendas virtutum diuinitias adspiciens, illud exsequi studebat, vt quæ retro essent, ex Apostoli sensu, obliuisceretur; & ad ea, quæ ante oculos essent sita, continenter ocu- los adiiceret. idenidem etiam ad cœlum, quamvis terrenis vinculis præpeditus, ter- reoquè puluere circumfusus, eniteretur tam- men subuolare, monastico igitur iugo col- lum subiungit, quod cum a mundano stre- pitu, & intempestivis negotiorum vorticibus emancipat, tum suos candidatos in ex- pedi-

Patras in Pe-  
loponnesū  
profugium.

Puer à pijs  
parentibus  
Deo obla-  
tes.

Qui Sarra-  
cenis Sicil.  
parentibus

Athan:mo-  
naстicum in  
stitutum co-  
pleteatur.

peditam, tranquillamque vitam, velut in portum unde quaque tutum defere consuevit. itaque rebus omnibus, ipsi, etiam parentibus cum longum remisisset nuntium, ut remotis arbitris una cum Deo communicaret, cumque eo affidue versando, diuini amoris particeps fieret; quin etiam illi vacando diuinæ speculationi, quod rerum omnium Dominus, ac procreator ipse est Deus; inter primos, qui hisce vita rationibus operam nraurunt, plusquam secundas tulit; & quamquam admodum adolescentulus, in corpus tamensum dominatur. prater enim studiosas exercitationes à profanis negotijs, & negotiorum temporis statibus procul ad solitudinem profugiens, simul cum ijs, qui tranquillo otio perfruebantur, operam Deo iucundissimam dedit. quod laboriosum vitæ institutum, veluti iugum ferre à prima etate, ac per solitudines viuere, minimum quantum exoptarat.

Diutius ergo cum eius vita confuetudinem callere, atque luctam non aduersus sanguinem, & carnem inire, sed aduersus principes, & potestates, contraque spiritum perditam nequitiam dimicare Athanasiū animaduerteret is, qui inibi monachorum erat Antistes, (fortiter enim, ac strenue ex monasticæ legis instituto, cum communib[us] hostibus in arenam congreslurus descendebat, & ad supernæ vocationis bramū quam celerrimo cursu, merit que assequendum felninabat) collegio suo præfecit Athanasium: cui quamvis recusanti, ac deprecanti, ne qua ratione meas eius à diuina contemplatione interquiesceret, præfecturam tamen detulit. neque vero æquum erat plurima virtute stabilitam probitatē, diuturnoque spectatam tempore consenserere otiosam, & immunificam, quibusque usus esset, cum ijs haudquaquam communicare. Etenim qui vestimentorum affluentem copiam restricta tenacitate apud se retineret, neq; eam in egenos distundit; sous item latices haurire negans fitientibus; ipsa quoque tellus suis celans arcans adytis thesauros, non proinde sunt vituperabiles, atque is, qui apud se spiritales, ac diuinæ opes celat, neque alijs impertitur. siquidem non tam sibi quisque, quam alijs à Deo beneficia gratis collata percepit. ideoq; nos Christus edocuit, in hæc verba: sic lucet lux vestra coram hominibus, & videant opera vestra bona, & laudibus extollant Patrem, in cœlo commorantem. vbi vero maiores in Athanasio crescentium diuinarum celestium accessiones fieri perspexit, quæ plerisque omnibus locupletandis satis supererent, eiusque virtutis splendores idoneos fore ad illustrandas eorum mentes, qui se illi adiunxerant, post omnes honorum Ecclesiæ gradus rite, citraque cuiuspiam contentionem consensos, eum ad summum Episcopalis dignitatis apicem sustollere decreuit, ut ex editiore veluti specula errantium animorum tenebras luce dispellens sua, ijs regiam veritatis demonstraret viam in eaq; quomodo citra offendiculum, ma-

gnis contenderent itineribus, erudiret in dies: neq; enim fas erat in exiguis angulis angustijs magnam occultare facem, quemadmodum nec perenni ingentium fluminū inundatione pomarium, hortulumque exiguum irrigare.

Quam obrem Methones <sup>8</sup> Ecclesie Cathedram ingressus (est verò ea <sup>9</sup> Messenes præclara ciuitas in Peloponneso) multis illam, ut diligens agricola, pietatis plantis consitam reddidit secundiorem; atq; cū ad maturos, iucundosq; fructus procreando perennibus doctrinæ irrigationibus, tū ad delicias, & amores rerum omnium Domino adornauit. neq; verò etiā turpi otio, ac desidia languens, ut quis alius mercede conductus, assignatum sibi munus expieuit: sed vt bonus pastor Domini sui oves existimans proprias, vitam periculis expōnere, cum res postularet, nihil fane verebatur. quapropter in aduersis casibus auxiliis allaturus, præcedebat reliquos in rebus difficultissimis; propugnator fuit veteranus, agrotantum indagator, ac medicus prudentissimus, nudis tegumentum, nutrimentum famelicis, moestis consolatio, dolore exanimatis voluptas, spectandus erat, ut summatim dicam, pater parente destitutis, viduis patrōnus, nulloque habito delectu omnibus omnia faciūs, ut complures Christo lucrifaceret. quis autem commemoret nocturnas, ac longas pervigiliones, affiduos labores, ac sollicitudines, ne qua de suis ouibus ferarum præda interiret, neu qua (Euangelicæ prædicationis tuba non canente) diaboli transfigeretur telo, atque ab tandem, cuius fidei gregem crediderat, iugularum ouium sanguinis rationem repeteret Deus. neque noster Athanasius esse aliquis ex ijs censendus erat, qui pinguius mactaret, fortiora diuenderent, vellerent induerent, ut Propheta loquitur, qui que dicerent, Dei virtute, cui sunt laudes, atque gratia, diuites facti sumus; sed vero ex ijs, qui infirmos corroboraret, excitarent prostratos, debiles & mancos colligarent, ad currendum exstumularent, animamq; & vires sufficerent. agebat vero is Episcopatus non animi gratia, sed maiorum caussa certaminum, ac laborum, quam superiore vita exantauerat, sicut complures in fidē suam, administrationemq; suscepserat. atq; ideo nō eloquendo solum eos, quibus opus erat, erudiebat, sed exemplo potius ad eas quæ fuerat cohortatus, trahebat.

Et quidem illustriorum partes virtutum ita egit pro dignitate, itaq; subsequētibus reliquis virtutibus usus est, ut ne transuersi quidem vnguem præ exsuperantia, vel defectu, cum aurea potissimum virtutum mediocritate pugnantibus, de rectissima earum via deflecteret. neq; vero dum per eam maturaret, quidquam minus considerare aggregi videretur etiam ab ijs, qui inde longius aberrauerant, & primo quidem menti, vbi consilij vis inest, eos addidit prudenter neruos, ut omnes illius motus propereret Deum, atq; in Deum prouochere exoptaret.

<sup>9</sup>  
Methones  
Episc. crea-  
tur,

Eius in Epis-  
copali mu-  
nere præcla-  
re virtutes,

<sup>10</sup>  
Eius in solitu-  
dinem sece-  
dit.

Monachis  
quamquam  
reluctas pre-  
ficitur.

taret. eam deinde animi partem, qua rouptate capitur temperantie frenis moderata facili negotio, ut a terrenis ad celestia subuolaret, condonoscepsit Athanasius. & illuc omne desiderium ita deduxit, ut quasi ad res caducas, earumq; amorem, qui imperitis innatus censemur, non nata esse, sed potius hac in patre mortua videretur. robore animi eatenus iracundiam edomuit quoad dominaret contra serpentes astutiam, unde ad nos mortis venenum perusit, cumulusq; calamitatis impositus; quoad etiam aduersus malas perturbationum appetitum, easq; suggestentes cacodæmonias audacter castrametaretur, strenueque manus conserceret, tum si quid modum excederet, atq; in vita partibus adulterinum censetur, per iustitiam repressit; æquabilēq; distributionem diuidens omnibus, corpori inquam, & animo, opportuna tempestive subministrabat; seruabat vero ita firmum librile illud inter iustitiae lances interpositum iugum, ut ne tantillum quidem nutaret; atq; ideo iustum omnibus sententiae sua tulit suffragium; violenti commercij fraudes dissoluit; prostratis fuit præsidium munitissimum, constantibus propugnaculū, vberrimaq; omnibus ætumnosis liberalitas, corpore, vel animo claudicariibus idem pes fuit, & fulcimentum: hominibus de via sua domus fore, secundum diuinum Iobum, patebant omnibus; nudorum humeros vestimenta ab Athanasio distributa, ad vitam tutandam mirum quantum sousebant. quas ob res a Deo tandem illud impetrare meruit, unus inter omnes sine cuiuspiam querimonia, iustus, verax, virtutumq; omnium testimonio iam comprobatus, ut qui superbas ceruicem in altum effertur, suaviq; Christi iugo nollent subiungere, magna cu prudentia conuinceret, qua exemplis, qua adhortationibus, qua etiam idoneis obiurgationibus, nunc terrifica oratione delineans horribilis iudicij tribunal, Seuerissimi in throno sedentis Iudicis æquitatem, acerbissimas penarum dissolutiones ab omnibus pro suis cuiusq; meritis exigenter; ipsas quoq; Angelicas mentes toruis, ac ardentibus oculis despicientes: nullο demū miserantes æternis ignibus mancipatorum mortalium vicem, eo quia non pœnitētiz, sed remunerationis, atq; vicissitudinis tempus iam aduenisset. his igitur alloquijs coplures ad bonam frugem correxit; in suaq; coegit retia, ut Christi mensa, cui maximopere in pretio, ac delicijs est salus humana, veluti opiparum obsonium transmitteteret.

Eius laborū fructus.  
Sic igitur attributum sibi talentum multo pluribus adurgens Athanasius, vir iam spectatæ fidelitatis, honorificum multarum urbium principatum obtinuit. sic in Domini sui gaudio gestientem regiam ingressus, se, susque curæ commissos filios intaminatos. atq; innocuos exhibuit, ea propter amplissimos glorie honores: a Deo est consecutus, omnesq; suppeditatam sibi bonorum affluentiam concelebrant mortales, ex una

eius memoria insolitos ueritatis fructus decerpentes. sicut enim rerum natura veterarum cogitatio, ac collocutio auditoribus pariter, pariterq; allequentibus, quin etiam secum ipsis reputantibus identidem nocuit; sic è contrario bonarum rerum cōmemoratio non mediocre conciliauit ueritates. itaq; docens, & faciens, ut diuinum ait oraculum, omnes docebiles Dei efficit, atque perspicaces ad bonum a malo, honestum a turpi discernendum; non quemadmodum Zamolxis, & Anacharsis olim, quorum quāuis barbarorum sapientiam suspectit Græcia, neq; etiam ut apud Spartiatas legum lator Lycurgus, Mnesion apud Argiuos, apud Pelios Nestor, cuius melle dulciorem orationem vocauit Homerus, non demum uti legum Sanctores Solon, & Clysthenes apud Athenienses, qui sane non modo finitimus Græciæ populis, ut suas reciperent leges, earumq; præscripto viuerent, non suaserūt, sed ne illis quidem, ad quos leges tulerant, ut ad finem usq; retinerent. nunc etenim velleribus iam omnes coronati, & vnguento barbarorum more delibuti, nequaquam æquabili tenore, & constantia eorum tollerant sanctiones sed vero Christi, optimi assertoris, eiusq; afflictionum, & perpectionum leges suo ferens gregis, effusa admodum cū letitia complecti, & illas ad finem usque vitæ custodire persuasit noster Athanasius. vir enim vero beatus, quippe non ruderem & Deo seruire agredientium proprium, sed perfectum sibi comparauerat diuinum timorem. etenim vehementi Christum amore prosequebatur, cuius propria rei nota, nobisque fide dignum esto argumentum, diligentissima in propriis greges vigilancia ac prouidentia, quam vnam præ multis virtutum formis, Petrum interrogans humanz salutis assertor præoptauit, eamque aggrediendā præ reliquis discipulo sui amantissimo iam iam rei Christianæ imperium capessenti, proposuit.

Operam etiam dabant Athanasius secundum Prophetæ oraculum, ut in diuinis præceptis non quidquid esset satis, sed vero ad nimium, ac summum adspiraret. ideoque in cælestium mandatorum terra permanuit diuinæ eius facundiz semen; siue id in auditorum, atq; intuentum cordis agro, per admirabilia opera disseminatum, extiterint monita præceptoris; siue etiam ij, qui per eum veluti concepti, in lucē editi, atque educati, genuinos seminatis se filios dictitarent, reque ipsa comprobarent, omnino gloria, maximeque diuitiae in domo, in eius, inquam, Ecclesia; cum eius item iustitia, & sanctitas in æternum perseveret. non vacuus vero gloriolæ inanis tumor, & quasi inflata, quæ oxyfime evanescit, aquarum bullæ, neque etiam illæ dinitiz, quæ in cælesti regnum contendentibus relustantur, quæ suis amatoribus sexcentas calamitates conciliant, quæ in laqueos, & insidias Diaboli impellunt eos, qui effrenata quadā cupiditate insaturabiliter se illis inhiant mancipare; non demū illæ scelerum apari-

Vehemens  
in Christian  
amor.

paritores, expeditaque administra, quæ abunde materiam illorum incendiis suggerunt: sed illa, illa quidem gloria, quæ beatis Angelorum mentibus æquabiles, paresque præstat honorum dignitate; quæ sanctum inter Santos degentem nobis quantumvis in terra vexatis, tandem tamen venerantibus, conciliat Deum; quæ præfens certe est pignus ælestis sanctorum gloriae; quæ nostra mortalium præcordia eo complet gaudio, ut inde letitie immortalis cumuius accedit, diuitiae demum non inanes, quas nec fures, nec latrones effodiunt. Beatus, & re quidem vera sacer Athanasius; neque enim in impiorum concilio vniquam versatus est, neque blaterantium obscoena, turpiaue perpetratum cathedra consedit, sed quemadmodum immortalitatis arbor, sata iuxta irriguum Christi profluentem, quem ex ventre in se credentium emanaturum pollicitus est idem salutis humanæ assertor. nullus in ore eius dolus inueniebatur, sed vero sola Dei eloqua, in quibus sanctissimum sibi hospitium secreuerat. visus etiam est ter ille felicissimus apud nouam Hierusalē situs monsion: nulla enim tempestate de loco dimotus umquam fluctuauit: in cœlum sustollens oculos non tardum inde subsidium sensit.

Quapropter quæ gaudia, atque hodiernæ lucis lætitia proponuntur, iisdem non ad breue tempus, sed immortaliter frequens hic auditorum conuentus oblectetur, quippe quæ cum animos volvante quadam perfundant, ad diuinitatem ex Athanasij imitatione sustollunt: eò quia etiam is adhuc mortalitatis puluere obductus, cum ad hoc virtutis fastigium, tamquam procerus, comataque arbor peruererit, ad eos tamen identidem respiciat, qui hilare affecti sibi iacuerant gratiosi, atque eorum vita conuersatione, quasi quadam luce, ad virtutem fuerat inflaminatus. quis enim Athanasij hosti

**Virtutes A**thanasi j & antiquorum Partum cōparata.

pitalitatem, & erga hospites perspicuum, ac sincerum amorem, fidei quoque inimitabilem puritatem intuendo, Patriarcham Abramum videre sibi non videatur, quis constat eis tolerantiam, atq; in rebus omnibus, quas destinarat Deus, tractabilem facilitatem considerans, oculis alterum Isacum cernere sibi non persuaderet, quis in aduersis casibus eius animi magnitudinem ac soliditatem, morum etiam sine fuso, & fallacijs integratatem attendens, Iacob sibi iam adesse non opinetur, quis in Athanasio Iosephi temperantiam, modestiam, & iniuriarum tolerantiam à fratribus odiose prosequentibus, ac diuidentibus gratiam inire studentis, ante oculos habere non censeret, quis eius nequaquam abiectum, sed vero generosum animum in occursantium ærumnarum repentinis molestij exantlandis, iniunctissimam Iobi imaginem ob oculos obuersari pernegraret, Moysis etiam, & Aatonis placabilitatem, mores citra reprehensionem mites, diuinamque contemplationem, mortales rapientem sublimes, imitabatur, iustum quoque Phinees indignationem ænulabatur, nouo ferreo pugione le-

gum violatores confodientem; sed nunc asperis, & seneris mulcentem, nunc molibus, & blandis alloquijs coercentem vitiorū cursus, & iniuriosos in obvia quæque impetus. verum enim verò eum se prætitit, qui dehinc etiam terram efficeret sepulchretum, nec eorum qui in sacrosanctū sacerdotium audacter, petulanterque per superbiam effrebantur: nec impij legum violatores addicerentur igni, quem tulerant; huiusceniodi enim prodigia id ætatis exposcebat. sed vero Athanasius haud longe similia patrarent se ostendit, atque precum suarum vi hominem quendam insensibilibus exuit solum capillamentis, quæ quidem corporis ex superficie adnascentur, neque cum adsunt ad humanæ essentiae faciunt constitutionem, neque ablata nocent, sed tantum cum piaculare crimen contra dignitatem audaculo, ac temerario indicent, ad poenitentiam adiungunt, atque ad sceleris fugam, demum etiam ad pullulantis vitiolaris tonsuram.

Imitandam etiam suscepit Davidis malorum, atque iniuriarum perpetrationem, & eximiam erga Deum pietatem, quapropter non in cacodæmonas modo occinuit, sed in eas, quæ ipsis suggestoribus extimulantur, magisque effterantur, animi perturbationes, atque horum facinorum teles sunt plerique quorum quidem aliquot, dum adhuc superuueret, curauit, bonaunque valitudinem impertiuuit Athanasius. aliquot vero etiam, qui ardenti cum fide, ac desiderio accederent, dum is ad cœlestem dignitatem festinabat vitam, propter quam corporeis vinculis animum soluere desiderabat, ut liberius, ac sanctius Christo conuiuens, illustriore eiusdem contemplatione frueretur. Eliz, atque Elisei asceticam, duramque imitatus est vitæ rationem: Zelum etiam, sed non ignes exspirantem, est imitatus, neque flamas de superiori loco deducens, impiosque cœlestibus incendijs devorans; neque vero etiam iniuriosis contumelijs conuiciantes famelicæ immanitati ferarum epulium exhibente, (nam quoque iñhæc illa ætas exposcebat, si Deus calamitosis cladiis securiora remedia adhibere decreuisset) sed grauibus, quæ talem decebant doctorem, alloquijs diuinæ sapientiae conditis, vitaque innoxiae consonis, cōplures facinoribus, ac virtijs deditos ad bonam frugem correxit. nouit enim Christi Domini vestigijs insitens bonos alloquijs, sed aliquanto seueriores, ac non Euangelicos diuini spiritus impetus, ut bonus pacificator mitigate, ad hæc Beatum in Leipso Daniëlem effinxit, atque vitæ cœlestium quidem desideriorum effectus est, itaque corporis luxu, atque illecebribus viriliter obsistēt cœlestiaque solum ac diuina, & in quibus Deum inueniret, deperibat. idem ex exemplo trium adolescentium, apud Babylonem, corporearum flamas voluptatum, veluti soptas iam fauillas despiciens, superior inde evasit, & reuulsus subinde incendium de subito conculcauit, ne qua ratione sibi in corde

Christianæ libertate Dy  
nastas repre  
bendit:

corde huiuscmodi imagines immoraretur ipsarumque letisera, contagiosaq; idola venerari videretur. quod si sanctissimi illius Ioannis f<sup>e</sup>quo nemo inter mulierum liberorum surrexit maior, qui primum viuens apud viuos, tum mortuus apud inferos verus Christi Prodromus cucurrit, vt venietem Seruatorem, & Redemptorem ediceret; quique iā ipsum Iordani flumine abluerat, cum nostras etiam vitiorum labes ibi demersit) in Athanasio expressam imaginem, viuensq; simulacrum desideres intueri; tibi ponas quzo ob oculos fluxarum rerum despicieniam, cibi sobrietatem, vberem dicendi libertatem, mentem nullis obnoxiam perturbationibus; quomodo in primates, ac Dynastas inuectus eos redargueret, quod sc̄ crosancte Dei leges posthabitaz iam submiserentur, nec non concilarentur. attēdas etiam ad pœnitentiam adhortationes, quomodo Christum iam baptizatum, iterum ad sententiam de omnibus ferendam de calo reuenientem, ac potius cuiusque merititis condignas rependentem vices, indicaret.

Quod si Christi quoque discipulorum vestigium aliquod experat quis adiuuenire; perget is, ac speculetur, spectabitq; profecto in Athanasio totius vita aspernationem, vt lucrificiens Christum inueniret. intentā etiam in euangelij predicatione sollicitudinem, in turbulentis rerum euentibus animi magnitudinem, affidam memorie beneficio familiaritatem cum Christo; ita vt inde nullis modis abstrahi posset, vt auocari. Christum tandem ipsum imitari, eiusque crucem per omne vitæ spatium baiulando sectari, summa ope cōcendit. reliqua vero mundana omnia retrimenta, & quis quilias existimauit. A postolorum igitur viam imitatus Athanasius, adeo ex eorum archetypo viam imaginem adamussim in se ipso effinxit, vt si quis in se intueri vellet, singulorum characteres, attentius dispiciēs, nihil fere dissimiles, sed omnino veros, atq; ipsissimos inueniret. Verum iam tēpus eius perfectionis venit, neque enim alio censem nominē eius, ut exitum appellandum, quād perfectionis, vel potius in patriam redditus ab exilio.

Et quidem de seipso nonnulla obtestantur aderant complures graueriter, vebemēterque affecti, eiusq; sejunctionem, quasi summanam iacturam damentantes, audiebant vero illum vili lectulo iacentem, neque quod ad dinitiarum thesauros attinet, statuente, nec auri, argenteique copiam tutoribus relinquentem, quoniam egeitate, vt alij adpetitionem, magno studio consecutatus fuerat, nec terra iugera arborum filias, vineas, greges, armenta, à quibus quoad vixit super terram, quam maxime fuit alienus, sed vero de ijs, quibus semper inhiauit, allequenter, quandoque etiam morbi conficitus, concise rāmen, recensentem; homo quippe natus erat, etiam si excelsior animi eius alacritas in humiliorem corporis sorte dominatur. Operū pretium est, dicebat.

Christianas  
libertate Dy-  
nastas rege-  
bendit.

Paupertatis  
amantisim⁹  
in vili lectu  
lo decubuit.

In me ipsum conuersum de præsentī solim à vita digressa pensitare, & formidabile, atque horrendum imperium capessere; quique meam suscepturn sint animam, & quibus locis mihi iter sit faciendum, fidites etiam infestos: in insidijs semper locatos, viamque nobis latronum ritu, ac prædorum præpedientes cogitare. atque vt olim vestris commodis semper studui, in præsenti, quæ mihi & vobis utilia sint, disquirō, hoc enim diuinæ prescribunt leges: quæcumque igitur permittit indulgentia temporis, dumque vita a iiquid supereft, etiam nunc eloquar. equidem ego, vt cernitis, longam ad meos parentes ingredior viam, neque in hac amplius mortali vita me adspicietis, sed nec mea, amabo vos, admor nita per obliuionem contemnatis, quibus vos pro eo diuini amoris ardore, quo omnes prosequor, identidem sum impertitus: apud vos ero: immo vero potius cum æterno Pater, & Diuino Spiritu, ipse vobis aderit Christus. itaque diuinum eritis domicilium, animataque illius templa, cuius thronus, celum, est vero immensa terra moles exiguum scabellum. ego enim, nostor dixit assertor, & Pater ad eum venieamus, qui nimur mea capessit hæfia, & mansionem apud eum faciemus.

Et inter diuina præcepta longe præclarissimum, & vero primum est, toto animæ conatu, mente, totoque pectore Deum peramare; omnes deinde homines, nobis omnium procreatarum rerum proximos, sicut nos ipsos diligere. hoc enim cetera omnia consequuntur, uno alterum trahente. etenim quod iubet amore prosequendos inimicos, & pro amico propriam vitam, si tempus poscat, profundam iubet, iis item qui debent, debita dimittenda alacriter, vt à nostris nos cælestis Pater exsoluat. horrendum patris familias decretum insinuat, qui seruoso quam maxime fuerat gratificatus, magnamque æris vim iam condonarat, hic autem propter minimum es conservatum suffocabat suum. quod etiam detinet, ubi benigne egenorum necessitudines audierimus, per inuatum, cumque diuinum animi consensum miserari, extimulat sane, vt quantumvis terrent, ac mortales, quoad fieri solum potest. Deo quam simillimi confearunt, qui eiusmodi homines in regnum introducit subin, sequi ipsam eleemosynæ, ac misericordiae indigenti confitentes: at eos, qui ferarum rita, diuinam sui partem negligentes, insanis flagrant studijs, itidemque in homines inhumaniter grassantur, in æternum ignem vna cum omnium nequissimo tentatore, eiusque sedatoribus concicte interminatur. igitur Christum Dominum identidem redigamus in memoriam, iudicem incorruptum, æque ac severum, formidabili solo infidente, cuius è conspectu ignitum flumen erumpet, omnisque patefacta conscientia ad eius tribunal attendat, rationemque reddi-

H reddi-

reddituros de ijs , que recte , queue secus patrauerimus . itaque si quis eorum , qui in Christi nomine abluti sunt sacro fonte , Christumque induerunt , ad voluptates terrenas est propensior , caueat ne earum studio candidam vestem reijciat , ne vicissim è cælesti thalamo , sanctorum latitias ac tripudijs repudietur . turpe verbum , vt diuinus iubet Apostolus , nullum omnino ex ore cuiuspiam dimanet , id vero solum , quod virtutum exemplar effingat , vel aliena virilitatis fructum referat . neque enim de malefactis tantum , verum de otiosis etiam verbis , atque adeo de prauis cogitationibus rationem nos Deo reddituros Christus iam nos certiores fecit . quisque ab omnibus gratiana inire , honestisque in rebus comes esse curet ; sic omnes animati esse debemus , vt de alijs per emolumenta bene mereri studeamus . nemo profecto , etiam si ignorantia velamentum obtendar , diuinum iudicium , ac decreum cueret , omnes enim quotidie diuina Euangeliorum precepta , Apostolorum admonita , Prophetarum adhortationes exaudimus .

Quid mihi nunc recenseantur , si cum legitius hisce veræ philosophiz disputationibus comparentur inueteratae Socratis questiones ? quarum gratia superbientes Graci supercilium attollunt , quod ( vt ipsi se iactant ) is philosophus timore mortis superior cicutam ebiberit . huiusmodi enim disputationes vanæ captant auram gloriolæ , scènæque sunt figmenta , & solam induunt philosophiz speciem , ac personam præferunt , quod in se , non in alios conuertat , quidquid elaborat : atque hoc crocit Aesculapio immolandus gallis à Socrate , eiusque hominibus placendi studio pleni sermones , quos apud discipulos suadere conantes , vt aufugeret criminis periculum , cuius Anytus , & Melitus erant auctores , dicitabat Socrates .

Sed verò hic noster Athanasius rebus omnibus id temporis posthabitum , ad illud unum incumbebat , ad Christi inquam rerum omnium inspectoris , ac Ephori gloriam amplificandam , perinde atque nihil sibi esset antiquius , studioque dignum , quam gregis sibi crediti salutem accurare , cuius studio Christus mirum in modum ab humana natura afflumenda non abhorruit , illudque studium , vt per spicuum symbolum , suis amatoribus reliquit : atque ideo quamquam esset proximus occasui vitæ , discidiumque animæ , & corporis , que natura optime conglutinat , iamiam opperiretur ; que tamen viuens bent , honesteque docendo per totam Archiepiscopalem iurisdictionem obierat , in memoriam reuocauit : itaque cum in Deum , tum in homines caritatem , arctissimo virtutis vinculo Athanasius colligauit . qui non solo verborum sono , sed re ipsa , recteque factis ad extremum usque halitum ea virtutum omnium reliquit ex-

pla , que ante oculos posita tamquam astra dispiciamus . vt quotquot in tenebris gentium idololatriæ ditarum fluctuantes mari , omnesque vice decar manus fluctus , tempestatesque obortas . & à communis , infensi que hostis insidijs excitatas procellas eludentes enauigemus , ac aliquando tandem ad tranquillum Christi regni portum applicemus . interea magistro utamur Athanasio , qui quasi peritisimus gubernator , clavum tenens ad puppim sedeat , nostram subinde fiduciam excite , vt ad ea demum , unde nostra salutis pender facultas , extimulet . hanc igitur filijs suis relinquens hereditatem sanctissimus Athanasius , pretensis speciosis pedibus , & innocuis compositis manibus , oculisque grauiter , & religiose ad cœlum sublati , atque ita demum locutus , in manus tuas , Domine , commendo spiritum meum , iucundus , ac valde hilaris animam ab Angelorum multitudine iamiam adducendam exhalauit .

Homo quidem dierum Spiritus Sancti plenus , plenus item diuinæ munificencie donis , cum cælestem laborum remunerationem liquidò perspiceret iam attutram , eam afflictionum tolerantiam sibi vendicauit , vt cælesti voluptate porturus quidem , non ante actæ vita perterritus videretur . maturum dixisse frumentum in cælestibus horreis condendum , itaque ab omni collecti frugibus innatae vitiositate alienum , vt perpetuo incorruptum fore etiamnum facile censeretur ; atque ideo in cælesti Sanctorum senatu vitam merito vivit immortalem , eiusque merces est multa nimis apud altissimum Deum . Floret item vt palma , vtque crudus augetur , & amplificatur , vt uberes nobis , qui in ipsum iaspicimus imitando , dulcesque afferat fructus , vtque ad varios effervescentium perturbationum astus le niendos subitariam umbram administret . quo circa memoriam apud nos immortalem consecutus , inextincto æternæ gloria lumine apud superos perficitur .

Reliquit vero nobis sacrosanctum ter beati corporis sepulchrum , quod veluti perennis fons remediorum , curationumque rimos operibus cum fide accedentibus vertit effundit . quamobrem in eo inspicere exitimemus Athanasium , quem dolore pariter , ac desiderio incomparabili ad illud accedentes complectamur . vt patrem veneremur , & , qua pars est , caritate prosequamur , tamquam optimè de nobis merito , gratias agamus immortales , tamquam medico : cum animi agitardines , tum corporis exponamus ; & ad eius medicamenta festinemus . enim verò hic ad Athanasij sepulcrum iouisendum veniunt , qui longioris peregrinationis iter instituunt , undejam prosperum reditum beperecat , nouam reuertuntur . mulieres etiā nunc viris , nunc filijs præsens medicamentum , & mortis prolationem de-

Illustriss.  
exempla virtu  
tum , Athan.  
hereditarē  
suis reliqui

Placide me-  
ritur .

Miracula  
sepulchri

Et peregi-  
nationes è  
longinquis  
regionibus .

precate impetrarunt: qui rigida potentio-  
ris manus tyrannide opprimitur, patro-  
nūm inuocant Athanasium quibus per ca-  
lumniam aliena facinora adscripta sunt, at-  
que per immeritam criminis iniustam notā  
ad forum rapiuntur, strenuum propugna-  
torem sentiunt Athanasium: deniq; vt sum-  
matim dicam, omnes Athanasium omnia  
factum, eiusque auxilium implorantes, in-  
cēlum sublati manibus, votorum iam com-  
potes, ac lētantes reuertuntur. eum enim  
experimur quasi alteram Silvem, nobis om-

nia perturbationum incendia extinguen-  
tem, omnīumque animos, & corpora irri-  
gationibus vnguentorum fragrantiam spi-  
rantibus perluentem. atque horum benefi-  
ciorum, nos quoque particeps fieri exop-  
tam̄, bonorum omnium auctori, & in san-  
ctis suis gloriose gratias agentes Deo; eum  
enim decet omnis gloria, honor, veneratio,  
Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctū, nunc  
& semper, & in oratione seculorum eterni-  
tatem. Amen.

Vide Animadvers. fol. 18.

Anni Chr.  
888.  
23. Septemb.

# CERTAMEN SS. MM. ANDREAÉ, IOANNIS PETRI, ET ANTONII QVI IN AFRICA MORTEM OPPETIVERE

Ex Græcorum Menæis.



A filio i Græcorum Impera-  
tore, in tota Africa rerum po-  
tiebatur crudelissimus tyran-  
nus Abrachen, a genere  
Agarenus. hic vbi Syracusas  
euertit ( est a ea vrbis Sici-  
liz Metropolis ) illinc Ioannem vna cum  
filiis Petro, & Antonio immatura adhuc  
aetate abduxit, quos è vestigio iussit Aga-  
renorum literis infornari. atque hi sicut  
adoleuere, ac iudicio & moribus multos ex-  
cellere cōpetant, ingenti admiratione per-  
dit hominis animum perpulere; plane vt  
Antonius & quidem Genicus, Petrus & ve-  
ro facellarius a Rege deligerentur. verum-  
tamen illi clam esse Christiani minime de-  
sistere, quamquam palam Sarracenorum  
res agere videbantur. sed haud diu res la-  
tuit. etenim Abrachē id quod res erat, sub-  
odoratus, ingenti furore percitus, pedibus  
eorum arcte deuinctis, nodosis fustibus ma-  
le in homines animaduertit; adeo ut verbe-  
rum numerus, quibus B. Antonius pedibus  
pulsatus fuit, ad tercentum pefuenerit. quin  
carcere conclusus, Deo gratias agebat. post  
asello impositus, ingenti militum turba  
comitate funiculis vinctus, per medium vr-  
bem circumagitur. sed Petrum vester exui  
iubent: dein scipionibus humeros, ventreq;  
male contundunt, mox in carcere in coni-  
giunt. eo igitur Tyrannus cum adduxisset,  
brachia, manusque durissimis lignis con-  
fringit; tum coxendices, tibiasque, ac de-  
mum pedes comminuit, plane vt ossa om-

nia commitigata ac trita penē viderentur,  
caroque ipsa colliquata defluxisse vna cum  
sanguine. ad hæc cumulo ex carbonibus ag-  
gesto, accitoq, fabro ferrario, cādente for-  
cipe eorum verenda iubet abscondi, ac in  
Beatorum Martyrum ora projici. his in san-  
ctos viros peractis Ioannem eorum patrem  
in medium trahit, ac læua collum prehen-  
dens, suo, quem gestabat gladio, illi iugulū  
fodit. itaque super carissimis filiis collapsus  
animam efflavit. Post in genti pyra succen-  
sa, Sanctorum Martyrum corpora eodem  
simul igni conflagrarent. ceterum B. An-  
dreas, aetate valde affecta, multos annos in  
vinculis exegerat, fame, siti, frigore, cete-  
risque id genus calamitatibus confectus, ac  
squallidus, quod Tyranni iussis noller ob-  
temperare. Quid itaque capit consilij bel-  
lia immanissima? In equum insilit; cortep-  
taque hasta, recta in sanctum virum incur-  
rit, mucronemque in illius pectus adigit.  
sed Martyr inctlytus Deo gratias acturus cū  
vocabi erupislet; statim carnifex immanis-  
mus accedens, altero iictu ceruicem figit.  
sic gemino hastæ iictu confosus humili-  
concidit sanctus vir. tum sacrum  
illius caput gladio abscon-  
dunt; atque is eorum  
6 martyrio  
præ-  
clarissimo finis  
fuit. 6

# M A R T Y R I U M :

## SANCTI PROCOPII

### EPISCOPI TAVROMENII


### EIVSQVE SOCIORVM

SCRIPTORE IOANNE DIACONO NEAPOLITANO

<sup>2</sup>  
Saraceni Pa-  
norini rebel-  
lant.

3

<sup>4</sup>  
Rex Africa  
vitorē exer-  
citu mactit.



ANNO 3 Imperij Leonis,  
& Alexandri 24. Sarra-  
ceni, qui Panormi dege-  
bant, à Rege 3 Afri-  
cano, quod eius pārere  
impejjs recusarent, de-  
secere, qua ille rebellio-  
ne efferatus filium suū  
magno cum exercitu misit, vt capta Panor-  
mo, statim Rhegium traiiceret, vrbesq; Græ-  
corum, propter 4 fœdus, quod cum Panor-  
mitanis fecerunt, expugnaret. Mox Regulus  
mandata parentis excipiens properanter  
abijt, obuimque sibi Panormitanum exer-  
citem cum fudisset, eodem quo congressus  
fuerat impetu, il lorum vrbem cepit. inde  
naubus consensis Rhegium transmisit. ex-  
positoque exercitu, Græcorum præsidium,  
quod ex Calabriæ vrbibus ad auxilium fe-  
rendum confluxerat, extemplo in fugam  
compulit, soloque terrore in diuersa præci-  
pites egit. irato autem Deo mortalium  
culpis, nullo labore opidum illud ingressus  
adeos dolendum dictu) in cædem eferbuit,  
vt nulli sexui, nulliq; etati parceretur. Post  
immanissimas itaque strages, quas tota pas-  
sim vrbe nefandissimi hostes dederunt, ad  
diripiendum solita rapacitate conuersi sep-  
temdecim fere hominum millia latitantiū  
inuenierunt. quos inter, Episcopum ipsum  
Cyneo capite, rubore que oris decorum  
Pagani impij, miserandum in modum, abdu-  
xerunt. Auri verò, argentiq; pondera, alia-  
que non mitimi pretij, quæ illi demolitiue-  
rant, insatiabilis inhians tyrannus, in vnum  
congeri, sibique cuncta studiosius seruari  
interea iussit, dum certius quid haberet, &  
patri nuntiaret, aliam addens eiusmodi cu-  
piditati thecnam: nam propter Hesperiz le-  
gatos, qui vndeque ad eum cum donis, ac  
muneribus confluabant, nonnullis ibi die-  
bus commorati se velle cum finxisset, ijs po-  
stea dimissis ingenti cum præda Panormum  
reuersus est. Inde parentē suum tāti trium-  
phi gaudio gestiturum existimans, homines  
misit, qui ad eum optima quæq; de præda  
perferrent, totumque r̄gi docerent cœntū.  
At ille sēcum indignans, crebris filium vo-  
cibus exprobrando, degenerē appellabat;  
adijciens, & quod matrem, minime vero  
patrē referret. si enī, aīebat, ex me natus

fuisset, haud certe quidem eius mucro Chri-  
stianis pepercisset, inde ad illos versus ite,  
inquit, cumque ad me quam citissime sedi-  
re cōpellite. non enim illius opera sed mox  
in hanc rem virtute est opus.

Quis hēc audiens, temperet à lacrymis?  
quis non longa ducat suspiria? quis morta-  
lum flagella non deploret? inter tot Chri-  
stianorum atrumnas & captiuitates adhuc  
diuina fuit indignatio, feruet ira. Ea prop-  
ter delicta, quibus quotidie, tamquam da-  
pibus, incumbimus, sauvoribus lactamur  
procellis, affidis collidimur tēpestatibus;  
nec tamen resipisciimus, ut nostræ misericordiæ  
qui sic quotidiani sceleribus diuinam in-  
nos iram prouocamus: vt merito de nobis  
Job sanctissimus exclamat: cum expluerit  
in me voluntatem suam, adhuc multo ma-  
iora præsto sunt ei, quid enim? numquid ad  
correctionem nostram vnius ciuitatis exci-  
diū? numquid populi cædes? numquid di-  
stractioñes vanæ sexus veriusqne suffecerunt?  
Ah conditio prorsus infelix? Erectus est  
quippe propter te homo nequissimus, qui  
ad disciplinam nostram Domini seruus si-  
c ut Nabuchodonosor, vocatur, cuius ca-  
sauitia tyran nuli filij sui collata nequitia...  
velut misericordia reputaretur.

Reuertentes itaque nuntij filio ananda-  
ta patris exponunt: que ille prius dissimu-  
lanter audiuit. post, vbi dolosus quoque li-  
teris est circumuentus, quibus patrem suū  
dolose, extinctum esse, nuntiabatur; abijt,  
regnādique percupidus, nemine ad consilium  
adhibit, in Libyam properauit. quem  
complexus pater, annulum, quod magni Re-  
gis insigne erat, eius digitis inferendum  
tradidit, hēc adijciens: Pro me regnato ipse  
aduersus infestum Dijs, hominibusque Chri-  
sticolarum genus proficiscar, vt illud peni-  
tus è terra abradam. Sic fatus, extēplo per  
præconem eiusmodi vniuerso populo ter-  
rorem incussit, vt ad eum omnes quam ci-  
tissime festinarent. Cernens itaque tantam  
ad se confluere multitudinem, omnes, in-  
quit, properemus, vt quod magno Deo  
gratum est, id toto mentis affectu perhincere  
conemur, quatenus & paradisum lactis, &  
mellis, de quo quatuor flumina manant,  
mercedis loco ingrediamur. Hēc locutus  
continuo magno cum exercitu, multisque

Ira inflama-  
tus aduersus  
Christianos  
cūm clausa  
soluit.

6

8

9

Tauromen.  
in Sicilia  
depugnat.

Opibus profectus est. Verum cum in Siciliā peruenisset, Panormum ingredi, vti suum, domicilium contempsit, omnibus tamen, inde pugnatoribus accitis Tauromenium perrexit, castrisque ibi locatis, ipse ciuitatis illius situm cum solus periuersasset, regressus est, conuocatisque nonnullis Aethiopibus, quos corpore perniciores nouerat, dona ingentia pollicitus, si qua nullum proditio- nis periculum, ob difficilem accessum, timebat, urbem intrarent, strepitique ac vlu- latu intrasse se significarent.

Illi latrocinijs assueti rem aggrediuntur, manibusque, ac pedibus se raptantes, ad summum euadunt, cumque horribili clame- more transiluisse se, iam innuissent, qui foris excubabant, vociferantes, ad murum accessere, forteiterque oppugnantes totam vndeque urbem circumdederunt. Miseri vero ciues, qui custodijs deputati ad prandium perrexerant, non ante se captos senserunt, quam hostilis clamor, ex industria ortus, omnium mentes perculisset. Tum infestissimus ille tyrannus, dum unusquisque, vt in re tali sit, vago discursu perstreperet, portas confregit, inde cum armatis copijs in- gressus, tamquam molle pecus esuriens bel- lua trahit, manditque, Christianum adeo cruentem sibi, quis nunc urbis? illius etadē, quis inauditas poenas, quis atrocissimos cruciatus exprimere poterit? sane, quando minas illius, furoris plena, paulo ante recensiūmus, iam non est opus exquirere, qualem se præbuerit, ubi tantę perti- naciz facultatem accepit. Re enim vera ex abundantia cordis loquitur, & quod intus ardet, foras ebullit.

Tamen ex innumeris, quæ passim debac- chatus sanguinarius dedit, suz crudelitatis argumentis, illud vnum posteriorum memo- ria commendabimus, vt Salvatoris elemē- tis adscribatur, qui dixit: Pater meus usq; modo operatur, & ego operor. Nam scele- stissimus Rex postquam ad vnum omnes no- modo viros, ac feminas, sed infantes etiam trucidavit, totamque urbem incendio iussit absumi, sibiens adhuc, homines misit, qui per concava vallium, per defossa terrarū, perque veprium condensa, quos fugaz sub- sidium liberarat, inquirent, atque ad se producerent, dignam exinde mercedem accepturi. Illi utpote rapinarum audi, cum loca circum omnia perscrutarentur, fortissimum Christi athletam S. Procopium, eiusdem urbis Episcopum, cum nonnullis clericis, ciuibusque latitantem inueniunt. quos omnes cum tripudijs vincentes ad Regem velociter traxerunt; Mox ille machinator fallaciarum in hæc verba S. Procopiam est allocutus; quia cano capite, & prudens es, o Episcope, ecclæ placidissime te adhortor, vt nostris monitis obedias, tuq; saluti consulas, & istorum; secus enim qualem ceteri ciues tui, talem me confessim experieris? volo autem, si legem meam amplexatus fueris, Christianamque religionem abiura- ueris, vt secundus à me sis, carior mihi præ omniibus Agarenis. Ad hæc subrisit Anti-

tes, nec quidquam locutus, tum fremuit Rex, & ridebat, inquit, captiue adhuc, igno- rasque cuius in conspectu sis? Rideo plane, constantissimus Christi seruus respondit: video enim illius te spiritu afflatum, qui ad istam orationem te stimulat, Dæmonis. His auditis, cruentus Rex intumuit, ac furibun- dus ad lictores suos conuersus; Eia, inquit, peccus eius dissecate quantocvus, & cor ex eo extrahite, vt arcana mentis videamus, & intelligamus. Mirabilis Deus in sanctis suis, mirabilis in maiestate, faciens prodigia, tantam enim suo huic Antistiti toleratiā tribuit, vt dum iussa lictores exsequerentur, ( vt qui videre, contestantur ) nefandum ille Regem obiurgaret, suosque concapti- uos, vt nequid formidarent, cohortaretur. adeo vt furens Rex strideret dentibus, ca- sumque cor ipsius ei edendum daret; ac des- nique iam illum adhuc palpitantem tum ceteros decollari iuberet. Nec vero satis isthæc cani rabidissimo fuere: ingenti igne succenso, sanctorum cadavera cremari ius- fit, verbis quoque increpans; sic consuma- bitur, quicumque mea noluerit obsequi voluntati.

Hic iam fæc occasio præbuit nostras de- plorandi miserias. sed quoniam martyribus istis gratulandum est prius; idcirco, id, quod supra monumus, dixisse dominum, repe- temus. Pater meus usq; modo operatur, & ego operor. Vere inquam tu, Domine cle- mens, & misericors Iesu Christe, in his fa- mulis tuis, quos ante mundi constitutionē elegisti, operatus es, vt sancti essent, & im- maculati in conspectu tuo: vere tu opera- tus es in eis, qui præstitisti eis, vt non tantū crederent in te, verum etiam vt pateretur pro te. quis enim dispensationis tua lauda- re magnalia, quis admirari opera potest? nihil hic præterea dicendum, nisi q; tuus psalmista decantat. Iustitia tua scit mon- tes Dei, iudicia tua abyssus multa; in his enim, quos glorificare dignatus es, tua co- mendatur iustitia, in ijs vero, quos punien- dos dereliquisti, humana miseria deplora- tur, quæ tuis parere mandatis recusans, ipsa fibi iudicium assumit. Enimvero nullus nos hostis inuaderet, nulla nos arma terrent, si præcepta tua adamussim seruare studiis- semus. sed quoniam prouiores sumus ad malum, nec ullis nostris meritis, sed tua- tantum gratia liberamur, declara tandem- cælitus, quibus signis, quibusque prodigijs & tam nefando hoste saltuemur. cognoscat orbis vniuersus, quod tua pro nobis dexte- ra dimicans, misericordia: er nos ab illius tyranni comminationibus eripuisset, intel- ligatque, nihil arduum omnipotentis tui, qui totum orbem velut statera ponderas, inueniri; verum id tamen non esse factum, vt super famulos tuos stillare magis tua be- nignitas videretur, laudarentque omnes no- men tuum benedictum in secula.

Igitur post quam hæc omnia, vt iam di- ximus, patrata fuere homo Paganus, crude- litatis exquisitor, nihil ex his Dei iudicio, Barbarus le- gatos Italie rejicit.

Proco-  
p. & ple-  
risque è la-  
tebris ab-  
stractis, vt  
Christi ciu-  
cent, impe-  
rat.

volo autem, si legem meam amplexatus fueris, Christianamque religionem abiura- ueris, vt secundus à me sis, carior mihi præ omniibus Agarenis. Ad hæc subrisit Anti-

Episcopi pe-  
tus dissec-  
ti iubet.

Decollatur,  
& sacra ca-  
dauera cre-  
mari iussa,

sed totum suis tribuens viribus, tanta mentis elatione bacchatus est, ut cum Italiz urbium legatis, qui ad eum fœderis causa venerant, loqui dñeignaretur: post nonnullos tamen dies, eos in hac verba per internum allocutus, dimisit. Abeant hinc ad suos, eisque renuncient, totius in me curam Hesperiaz residere, meque ex eius incolis, quemadmodum placuerit, ita dispositurū. An 8 sperant Græculum mihi aut Franculum obsistere posse? Utinam eos omnes in unum coactos inuenissem. nñ ego ijs, quæ libellorum virtus, ac robur, ostendissem. Sed quid eos demoror? abeant, sibiq; persuadeant, non solum illos, verum etiam Petruum, & senis ciuitatem cum istis Germanicis, 10 quin etiam, quod unum restat, & Constantinopolim proficisci, eamque conteram in impetu fortitudinis meæ. Hæc cū dixisset, reuertentibus illis, ipse in Consentinas partes, castra ibi metaturus, exercitū suum aduexit: legati vero cum omnibus suis, non impetrata pace, terrorem incusserunt, ut certatim interruptos resarcirent muros, propugnacula disponerent, & quæ necessaria erant, raptim ex agris in vibes conuectarent.

**Corpus S. Seuerini Neapolini deponatur,** Tum agitatum à Gregorio Consule, Stephanoque Episcopo, & optimatibus de Castello Lucullano, decretumque eit, ut ciuibus Neapolini transportatis, opidum euerteretur, quo audito, Ioannes Abbas Cœnobij S. Seuerini, à Consule, & Episcopo precibus obtinuit suis, ut corpus beatissimi Confessoris, quod erat in Lucullano, in Monasterium suum deferretur, ut quod suo nomine insigniret, corpore etiam cohonestaret. Igitur Consul una cum optimatibus, & populo ad Lucullanum profectus, perficiendz rei, opidum spatio quinque dierum solo æquatum eit. 4. idus Octobris, Episcopus una cum Clero regressus, ut S. Seuerini corpus perquirerent. vbi in eius Basilicam ventum est, peractaque Missarum solemnia inchoato psalterio, humus fodi coepit. tumulum vero, sub altare extructum, cum operuissent, vacuum nacti, sub eoque alterum manem etiam comperserent, animis consternati, operam pene desponderant, sed in spem erecti, altius suffodientes, se pulchrum inuenierunt, in quo cœlestis erat thesaurus, vniuersa scilicet membra, articulis cum suis compaginata. quo viso. omnes præ lœtitia lacrymantes, Deum in sancto suo collaudabant. sed Episcopus cum sacras reliquias obsignasset, Neapolim regres sus, optatum Abbatii nuncium tulit. is appetente nocte, una cum cœtu Monachorū ad Lucullanum deuenit, celebratisque primum matutinis hymnis, candido induiti amictu, ad antrum descendunt, sacramque corpus in preparato loculo condunt; dein in psalmodia ad diluculum usque peruigilatum est. postero die, oriente sole, Episcopus una cum Clero, Dux, optimatesque, & populus cum vexillis Dominicæ Crucis, odoriferisque thymiamatibus, obuiam ad opidi campum processere atque vbi locu-

lum venerati sunt. Clero ex Latinis, Græci que alternis concinente, Neapolim ad Monasterium S. Seuerini cum humeribus deduxerunt. Episcopus autem sanctissimum corpus, una cum Dominici Præcursoris, & SS. Martyrum Geruasi, & Protasi reliquijs, quas cum eo collocatas repererant, honestissima cum pompa sub altare condidit.

His itaque 12 patratis, vix dum sex dies effluxerant, cum visu formidabile, dictaque mirabile prodigium in gente omnibus timorem incusserunt. Altra namque toto passim cœlo confixa per noctem volare, militumque initar confluentum, alterno visa concurrere illapsu. hæc aliaque variarum formarum monstra, quæ diuersis in locis apparuisse constans fama erat, adeo pavidos iam omnium animos prostrauere, ut ad Deum configentes, votiis supplicationibus, in melius eiusmodi portenta ut conueterentur, exposcerent. sed cum precibus dies, noctesque intenti, diuinum sibi uomē conciliarent, B. Seuerinus cuidam se adolescenti præuisum obuium dedit, monuitque ne vesano metu fluctuant; adesse se, qui opem ferret, omnibusque ipsorum rebus interesse. sed quoniam populus partim tyran ni minis, partim etiam ingentibus portentis formidolosus, ab assiduis precibus non desistebat; diuina clementia factum eit, ut subito fama perferretur, interisse Regem, eaque signa necem ipsius portendisse. Tunc omnes dubia gestiente lœtitia, id verum ut esset, enixe rogabant. Eia nunc, bone Iesu, eia moestorum consolator, à famulis tuis mœrem absterge. Veniat, oramus, certus nuntius, qui superbie filium, desertore Ecclesiarum, antimonialium stupratorem Virginum violatorem, sanctorum virorum combustorem, contempnorem omniū, quæ superbe te contra tempora, nomenq; sanctū tuum erexit, digna referat clade contritū. Dei jaceū, dei jace, Domine, quemadmodum Pharaonem, qui in curribus, & equitibus suis confidebat, gladio virtutis tuae. Et nunc, Domine, Rex Regum, clemens, pius, ac misericors, salua nos de manu eius, quantum eruti, ac liberati sine timore omnes laudare mereamur, ac benedicere nomen sanctum gloriam tuae.

Igitur haud multo post, cum è nostratis quidam, qui diu in ipsis hostium tentoriis commoratus fuerat, rediisset, Gregorio Consuli insolentis Regis obitum scisciantis, hunc ferme modum exposuit. Cum proterius ille ad Consentinam urbem expugnandam, exercitum suum studiosis successibus destinasset, nec res votis responderent suis, quin etiam filium 12 suum cum valida pugnatium manu ibidem amississet, coulernatus animi, haud longius locari castra præcipiens, multa super eam ciuitatem, regionemque omnem; multa super urbem Romam iactitabat. Ad duum magno currum æstu fluctuaret, in quadam B. Archangeli Michaelis æde decubuit, somnoque sededit. mox in ipso strato furenti senex quidam grandzia imagine apparuit. Ad quæ illes

Populorum  
preces, in  
Tyranni in-  
teritum con-  
spicunt.

13  
Filiū, cede  
sublatū præ-  
ripit Deus.

Mox Patre  
D. Petr. telo  
percutit.  
  
ille: Cur iniustus ad me ausus es ingredi, moritur? quid adistas adhuc, nec te foras proprias? Verum senex baculum, quem manu tenebat, in vesanum coniecit, eoque in femore percusso, statim evanuit. Tunc illum à somno excitatum ingens paucor incessit; mox per castra misit, ut si quem Latialem inuenissent, ad eum quantocuyus perduerent, me inuenientes, properanter ad eum adduxerunt: interroganti, qualis, quantusque sit Petrus senex? turbatus ego, nescio, inquam, Domine, quem Petrum memoras. At ille Romanum, aio; nusquam cum depicueram vidisti? statim ego factio animo, Domine, senem dicas, grandrua imagine, caput, barbamque attonsum? Hic ipse, inquit Tyrannus, me percussit. Nam cum lecto me dedisse, meumque cor, varias rapta in curas, super Hesperiz, Romanaque præsertim urbis demolitione dissecaretur,

repente virilis ille senex apparuit, magna que vi telum contorquens, latera mea transfodit. sic fractus iam ab illo die, nequaquam surrexit; sed ingravescere in dies dolore, paucis diebus intestina omnia emittens, stygia regna petat; Elysiumque illum lactis, & mellis, quem pro Christiana persecutione suis falsidicus olim promiserat, inuenit. Mox nepos eius regni haeres ab eo relictus, ex ingenti illo quamquam discordi exercitu, multos nastragio, domum cum reuertetur, amisit. Haec tenus quæ de nefario Rege necessaria videbantur.  
perstrinximus, ad laudem  
Domini nostri, Iesu  
Christi, qui regnat Deus  
per  
secula. Amen.  
Vide Animaduers. fol. 21.

## VITA

# SELIAE IVNIORIS

SCRIPTORE ANONYMO MONACHO,  
sive Synchroño,

Ex M.S. Codice Græco Monast. S. Saluatoris.



Perz preium i est, qui pro virtute, ac pietate, strenue decertarunt, eorum pugnas, ac præclaras facinora non modo verbis exornare, laudibusq; extollere, sed frequentius simis etiam, ac religiosissimis celebritatibus cohonestare, ac venerari. quid enim hoc præclarins, vel sola memoria repetendo, conati aliquis potest? quid vilius, quid ad sanctimoniam comparanda, animique cogitationes ad disciplinas præcepta dirigendas aptius? quid ad impellen-dos auditorum animos ad virtutem acrius? neque enim quantum est, hominum à pietate abhorrentium vitas literis commédiari; eos vero, qui in sanctis, piisque exercitatio-nibus totum vitæ suæ cursum confecerunt, silentio occultare, illorumq; facinora sem-piterna memoria, & admiratione digna, omniumque utilitati maxime accommodata, ea vero contemni, ac per summam socradiam sine ullo honore prætermitti. Quæ cum ita sint, vestra auctoritate compulsi ad præclarissima celeberrimi patris nostri Eliae & Innioris facta componenda, primum equidem verebar, ne illotis, quod aiunt, manibus, ea nimis audacter tractare videret, quæ nulla sunt ratione contradic-

da, priusquam mecum expendere didicissem, quo pacto ad ea aggredi, & de admirabilibus Dei Optimi Maximi prodigijs verba facere oporteret; Dei enim vere sunt; quamquam eius famuli, pro suo quisque virtutis modo, patrare videantur.

Ade hæc superuacaneum existimabam, que vos nuper recensuitis, eadem nunc in medium afferre; que ob humile, incultumq; nostrum dicendi genus, paucis probatum iri optime scio. Verum enim verò cum videam graue periculum impendere seruo, qui acceptum à Domino talentum in humum defoderit, atque occultarit, nulloque auctum fænore neglexerit: præter missis omnibus ad ipsam rem aggredior, rerum præclare gestarum fructus vobis afferens uberrimos ab agricola illo, omni admiratione dignissimo, qui ab ipso cælestium orbium tractu nos intuetur, & bonorum omnium auctorem, atque largitorem pro nobis deprecatur, ab eo inquam colono, animorūq; parente, quem laudandum, ornandumque hac oratione proposuimus. Vos autem Dei populis gens sancta, regale sacerdotium, quotquot adestis ciues, quotquot indigenæ, quotquot vestris oculis hominem vidistis, quotquot eius famam auribus accepistis, oro vos, atque obtestor, ita verba mea, exaudiatis, venemmo ex vobis sit, qui ea in dubium

Anno Chr.  
903,  
27. Augusti

dubium vocare audeat, aut nolit illis fidem habere. Jam enim vos, qui illi non cognovistis certiores reddimini; qui vero ignoratis Sanctissimi virtus insigne in virtutem, admirabimini. ac certa fio ab admiratione eius imitatione vos esse traducendos. etenim ut quod res est, dicam; præclarissimi huius ascetæ vita ijs, qui illius ita lio efferuntur, certissimam ac tutissimam in cœlum viam sterat, atque communis, cuius ego preceptionibus maxime confusus iam nunc narratio exordior.

Sanctissimus Pater Elias, celi incola beatissimus, qui vniuerso terratum orbi miraculorum splendore eniuit, ac rebus preclare gestis nobis ad Deum contentibus facit præluxit, optimum monachorum exemplum, ac regula antiquissimis illis patribus, qui virtute & miraculis maxime claruerunt, longe similissimus, terrenus sane Angelus, homo protecto cœlestis, fuit genere Siculus, in urbe, quæ Enna appellatur, natus parentibus illustribus, ac pīs, qui etiam a nobilissima Rachetarum familia genus ducebant, quem simul in hanc lucis usurā mater edit, Ioanni nomine indidit, ut vel hinc agnoscas, quemadmodum id, quod Christi Præcursor, nomen est, fortis, in magna fuisse gratia ab ipso in cœlo habita, & aptente Deo impertitum, & ijs, q. iibz Elias, passibus ingressurum, eadem gratia donatum. Nam urbem cum essent Carthaginæses, depopulaturi, parentes filium, ac paucade suis opibus accipientes, in Sanctam Mariæ Castrum sese recipiunt, eò loci cum versarentur, magnam capiebant lætitiam, quod pueram octauam sicut antium attingentem viderent, & sibi morigerum, & in virtutis via progressis facientes dederaq; enim illi Deus ut futurorum exitus longe prouideret, eum sicut olim Samualem, & matris vetero diligens, & iam inde a puer, vt Jeremiam, Sanctorum numero adscribens,

Illius sanctas à puer  
ro præluxit

Hic, cum in nocte dormiret, visus est in somnis audire, qui diceret: oportet Ioannes te caputum in Africam abduci, ac barbaris seruitutem ferire, vel multos inibi, qui non satis sunt in religione firmi, in virtutis via in dirigas, atque confirmes. Id simus parentibus aperuit, tanta diligentia seruabitur, ut extra urbem ne latum quidem vngue excedere ei per parentem fieret. verum ad daodecimum annum cū adoleuisset, ac multo maiore gratia cumularetur, sacre preceptioni diuinus vacare cœpit, ut qui ex Apostolo audiueret, sine intermissione orate. porro non modo ante, sed post somnum etiam orare consueverat, diuinis literis sedulā operari nauabat, quæq; ex his excerpterat, anno assidue volutabat, studens se pro dignitate illis respondere, qui ipsum ad se vocauerat. cum vero memoria repeteret, quæ de seruitute in somnis vidisset, impendio magis precabatur: Domine Iesu Christe, qui voluntatem timentium te facis, ac preces eorum exaudi, quando tu ita vim est bonitati, & in probium herum incidam. Sando igitur spiritu afflatus, quæ oppido

euentura essent, cœpit ante prædicare, quæ admodum hostes in urbem impetum post tres dies facturi essent, multorumque hominum stragem edituri, eos nominatum appellas, qui ea clade mortem essent oppediti. Igitur populus ad eum coactus rem melius ex eodem audire prægestiebat. Tum ille diuinum es adaperiens, eos ad penitentiam adhortabatur, sceleribus, ac flagitiis se continerent, vitam degerent virtutibus præclaratam, studerent caritati, non fidei, ut ait Apostolus, & sanctificationi, sine qua nemo vñquam Deum videre potest. Simul aduenterent illud Euangelij; omnis arbor, quæ nō facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Hac cum ille prædicaret, boni ones gaudebant in tenera ætate, maturare quamdam, senile inque prudentiam agnoscentes, ac nonnulli quidem veluti diuino cuidam Vati, alij tamquam homines, sacris mysterijs per cœlestes illas mentes initiantur, attentas aures præbebant, ut vero suiciique de plenis fœce nihil minus habitantem in adolescenti Spiritus Sancti gratiam atténdentes, diuinare illum, ac vaticinari, malaque ominari dicitabant.

At cum Sarracenorum aduenientis iam prius immineret, re diuinis cognita mandat populo, sibi cauerent, rebusque suis inuigilarent: non dissimulanter nuntians, certam omnino barbarorum incursionem. Verum cū parentes in vñq; nescio quæ necessitate compulsi profecti essent, ipse solus domi substitit. interim quodā die ab æquilibus cogitur, aliquantis per cum his extra urbem exire. igitur non multo longe progressi cū essent, continuò in eos Sarraci inuadentes, omnes capiunt, in quibus cum se captiuum videret, puer Deo acceptissimus, coactu quo se fluctu conficiebat, memoria repetens, quæ Deus sibi per quietem dixisset, se nimis in Africā aliquando abducendum. Sed Dei prouidentia, qui omnia facili negotio conficit, sicutum est, ut à quodā Christiano, qui ex illa esset regione, emeretur. Igitur cum illius soluerent, & se alto committerent, sancitatem acerbe querebatur, diueli, ac fæcum grā complexu carissimorum parentum; ideo ut prie nimio amimorore somno occuparetur, ibi in somnis sibi adesse visus est, qui diceret, quid ita fili, te lacrymis, & angoribus afflictas? & puer, quidni, inquit, fleam, cum in hac ætatula meis me orbatus parentibus videam, atque ille, ne ita te excrucies. Deus enim te genitoribus tuis hodie reddet, ac simul qui tecum sunt omnes, qui erant ad viginti supra ducentos. is autem de hominē, quæ videbat, quis tu, inquit, es, Domine qui mihi iam prospera ac secunda nuntiasti? ego sibi inquit, Christi discipulus, & Apostolus Ananias, sed protector quidem rectius intelligemus, cū non tam Ananiam sive, quam cœlestem gratiam à Deo collatam, quæ adolescentē vel ab ipsa ineunte ætate mirum in modum ornauit, atque cohonestauit, quid enim sibi velit, Ananias, quæ gratia donatio, vel Dei gratia, sive etiam gloria?

Hac

Cladem pre  
dictit, qua  
castro eu  
tura effeta

Hæc etiam viñio ijs, qui primas in nau tenebant, est oblata, qui audire vñsi sunt: agite iam cursum conuertite, ac puerum hunc missum facite; vt pote qui Dei mancipium sit. sin minus pro certo sciatis in manus & Græcorum militum vos hodie deuenturos: iñ vero, quæ per uisum cognouerat ridentes, ac nihil facientes (impuris enim mentibus nihil boni potest offerri, cui fidē habendā esse cognoscant) cursum sequebantur. iam octaua hora præterierat, cū nauigium apparet, quasi Syracusis soluisset, maximum, ac longe velocissimum, instructū hominibus robustissimis, ac bellicosissimis, ac iaculandi peritissimis, qui simul hostes præuertere facili negotio, opportuneq; prædones flagitiōfissimos subito aggredi, eos capiunt. captiui in libertatem afferuntur, ac puer sanctissimus carissimis parentibus restituitur. quoniā Dominus nō despicit sperantes in se, vt eit in psalmis: & prope eit Dominus ónibus inuocatiib; eū; omnibus, qui inuocant eū in veritate. Verū cū in tres annos, cū suis parentibus versatus esset, ijsq; se dicto audientē oīammodis præstitisset, pater naturz cōcessit, mater à coniuge viduata in filio post Deū spes ónes suas colloquuerat, vt pote quæ nemine animū haberet, cu ins ope, ut sublidio se misera sustentat.

Quæ cum ita essent, ad sancti adolescentis aures vox diuinitus affertur: Egrederē de terra tua, & de cognitione tua, sicut insignis ille Patriarcha Abraham. age iam ad nos concede, & transmissio mari periculosisimo, in Africam transi; ce; quemadmodum olim à principio tibi est demonstratū. Tum is Dei Opt. Max. iussa libenti sanc animo cōfessens, magnoq; peregrinādi desiderio inflammatus, eidem supplicabat, quam primū rem conticeret, leq; saluum in tanto rerum discrimine tueretur. secum inde reputabat, undequaq; prætare, hominem Christi gratia munatum peregre esse, quam domi cum propinquis, ac necessarijs vitam iucundissimam omnibus voluptatibus cumularā trāfigere. Non multo post ecce tibi Agarenorum irruptio priore longe crudelior, atq; immanior. cūq; ab ijs, quæ supra memorauimus opidis longe abesset adolescentis, (iā enim ad præclara certamina vocabatur) ab illis comprehenditur, rursusq; à quodam homine Christiano emptus, in Africam abducitur. is alteri etiā Christiano coriario multis opibus affluent vendidit, qui liberalem adolescentis aspectum, morumq; suavitatē ac disciplinam perspiciens, tum assiduum preceptionis studium, in obsequendo sedulitatem, anjuntū simplicem ac sine omni dolo, ac fastu, morigerum, ac lenem, cœpit illum vehementer diligere, ac veluti Aegypto Iosephum Pharao, ita hunc domui sua præfecit, resq; omnes eius curæ, ac fidelitati credidit, atq; coniunxit. eo loci eam vivendi rationem tenuit, quæ Deo esset acceptissima, carnem spiritus imperio premens, ac dominans, adeo ut non modo Christianis, qui inibi versabantur, sed ab ipsis Israëlitis, & suspiceretur, & cōmendaretur.

Tom. 2.

Verum enimvero honorum omnium hostis infōtissimus, qui fidelibus semper inuidere, eosq; odisse consuevit, tantā videns in adolescentē virtutē, iniquo sanc animo fecerat, sed amentia, ac furore elatus, omnes vndiq; illi insidiarū machinatione locat, ac struit. nunc misere hominē perturbat, ac diuexat, nunc prauas animo cogitationes subiicit. post paullo dulcissimā parētis, necessariū discidium in memoriā redigens dire puerū afflītabat. hic vero oratione, ac magna in Deū fiducia fretus, ónes illius conatus, ac dolos præclare clusi, penitusq; euertit. porto cū sanctissimum adolescentē hisce technis capere se minime posse aduerteret, sed contētionibus suis multo esse præstaviorē, aliter hominē aggredi tētāt: mirū. n. quæ faciūla sunt eius in prauū studia. qua vero id ratione præstiterit, auditote. Heri sui coniugēs, quæ carissimū adolescentē perdite deperibat, infinitis propemodū dolis aggreditur, eosq; stimulos inicit, vt amor is ætū misera ferre nō posset. itaq; vultū sibi instar pictoris adeo præclare, nitideq; medicatur, ac fuso, & cerussa depingit, vt lacteū illius candorē dices, nitenteq; rosas genis else adnatās, oculis, totoq; vulcu lasciu. ā, ac pectinantiā spirare, comā calamistro vibratam eleganter cōponere, vestes omnēq; ornatū peruelle, concinneq; sibi aptare, eaq; demū efficere, quæ pessima quæq; amentissima femina effecit; his ut artibus illum ad se pelliceret, tantā pulchritudinis, elegantięq; yim suspicentem, atque obstupecentem.

Sed nouis Iosephus, vt qui ardenterē continentia amore teneretur, firmissimus quasi mūrus, ac munitissimum propugnaculū se opponens telis omnibus, quæ noua etiā Aegyptia coniiceret, egregie obſilēbat. corpus per vigilias, ac tēperantiam dominis, duriterq; caraē macerā, ac cōficiens humi cubationibus, ac remotis mollioris leti, balneiq; delicijs. Ceterum multis post diebus, ad mercaturā herus peregre profectus cū elset, seruo domi relicto multo acrioribus libidinis stimulis impudentissimā Diaboli m. in ultra cōcitatā magis, magisq; cœpit insanire; & nō modo in omnibus, quæ gereret, intemperantia cœtrū in p̄ se terre, sed adolescentē etiā omib; libidinis illecebrib; peccantē adoriri. qui veluti ab igne longissime resilens a contumelia, ac malēdicto se continuaebat, dominij iura reueritus, atq; eadē, quæ Iosephus usurpabat: Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua, nec quidquā est, q; non in mea sit potestate, vel non trādiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es. quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in dominum meum? addebatq; an non si hoc flagitiō ausim, tellus dehiscens me absorbeat? & in profunda infernorū deturberet; an nō in me fulmina cœlū contorqueat? quare alium ex impuris, sordidisq; hisce hominibus pro tua libidine diligas illecebri, mulier; me autem non est, vt eius verborum lenocinijs, atque illecebrib; in fraudē inducere, ac irretire speres.

I

Dæmon multa inquiet in adolescentem.

Mulier pectinantiū Elijam adoratur,

**Diuinitus**  
admonerur  
in Africam  
abducēti.

A Sarrace-  
nis in Africā  
abducitur.

IIIa

Innocentē  
era apud  
maritum ac  
cūsat.

Illa vero, ut suo se voto frustratam videt, apud virum, qui in præsentia de mercatura quereret, adolescentē hac impostura criminatur. Quid, inquit, puerum hunc Siculū adduxisti? nepe ut me ludos faceret, ad nefariū enim scelus suscipiendū me inducere confidentissimus, atq; impudentissimus cogitabat. Ego vero flagitiū sum, mōpere auer satā, vt pudicas, honestasq; matronas deces, aures, vultumq; alio conuerti. iamq; ab audacia, impudentiaq; magnitudine perter refacta, verberibus in illum animaduertere cogitabā, sed metuens nequissimi serui fugam, cōpulsa sum contumeliz infamā lingua silentio occultare. Iā igitur rē tenes: tu quid factū oporteat, vide. Hęc simul vir audiuit, pristinum amorem in odiū, vt pat erat, conuertit; & ob admissum scelus fortissimū athletam diris exēplis cōpīt habere, nunc flagris cēdere, nunc in capillos inuolare, sēpe etiā catenis, ac fūste multare. tum videre erat sanctissimum adolescentē quotidie malis vñdiq; circumuentum, magnumq; cruciatum, ac dolorum certamen sustinentem; lētum tamen, hilaremq; spe præmij, ac cōrona, & cum D. Paulo canentem; quid nos separabit à caritate Christi? neq; tribulatio neq; angustia, neq; fames, neq; persecutio, neq; periculum. huiusmodi verbis animam suam appellans, fortiter aduersa tolerabat, illud memoria probe tenens, qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit.

Igitur cum in hisce ærumnis, ac calamitatibus versaretur, diuinam sibi opem adesse sensit. illi enim nocturnis precibus vacanti adstitit, qui diceret, bono animo sis. adolescentis: mox enim quibūs malis cingerisseri piere. nam impura illa, ac scelestā meretricala, quæ in hęc te mala coniecit, cadet infoneam, quam fecit, & in operibus manū suarum comprehendetur. Vix biduum præteriuit, cūm vir eius feminam turpissimam cum adultero deprehendit, ac statim domo eiecit. post vero vbi ex famulis cognovit, adolescentē potius à muliere agitatum, cui facinori assentire cum noluisse, hanc imposta ab illa fuisse excogitatum, iam tum magno illum in honore habere cēpit. is vero cum se pretio redemisset, factus iā libertatis compos, ex ea familia discessit. tum sacra oratoria frequentare, noctes psalmis, hymnisque canendis transigere. ac vehementer desiderabat in Palestinam proficiisci, vt quibus in locis pro nostra salute acerbissimos cruciatus Dominus noster tulit, in ipsis Deum, ac seruatorē veneraretur, ibiq; sanctum monachorum habitum indueret.

Se pretio redimit Elias. Hęc secum reputanti rerum suarum moderator apparenſ; quam, inquit, sana, Deoque accepta sunt consilia tua! prospere igitur incēptum iter sequere, & iam nunc facultatem accipies malis, morbisq; omnibus medendi, atque sanandi. Hanc visionem rei confirmauit cūtentus. cum enim Christianus quidam, ac Ismaelita inter se contenderent, Christianus districto fūste Ismaelita caput contudit, atque confregit. is à propinquis sublimis rapitur, & in le-

agens animam collocatur. mox amboſ ad Ameram 7 s̄istunt, qui improbum facinus admiratus, iubet Saracēnū domum deportari, qui mox spiritū exhalaturus videbatur; Christianum vero obtrucari. Hęc vbi resciuit hōmo admirabilis, præpropere ad moribundum accurrit, caput amplectitur, & signo crucis clam impresso pristinę sanitati restituit; adeo vt continuo exsurgēs ad Præfectum adiuerit, populoq; miraculū promulgarit. Hocvt audiuit ille, ira in admirationē conuersa, ( virtus enim vel immanissimos, durissimosq; homines frangere, atq; emollire consuevit) & cēdis reum absoluit, & sācto adolescenti hęc libere patrare permisit.

Tanto sedenim prodigio paſſim diuulgato, omnes de gente Ismaelitica, quotquot morbis conflictarentur, ad eū confugientes rite sanabātur, ac proinde illū habebāt perinde ac hominem cālitus demissum ad se curandos, atq; feruandos, dignumq; omnes existimabant, qui tamquam Dei homo in eorum domos intromitteretur, ac benignatione impertiret. ac nōnullis Ismaelitis persuasit, vt à vano, qua tenebantur, religione discederent, ac sacro baptisme haurētur. Idq; noētu accersitis sacerdotibus prēstabat; neq; enim ibi deerāt ea tépestate sacerdotes digni, qui præpotenti Deo sacrūmis sa crificium offerrēt; in quibus enitebat Beatus simus Episc. Pantaleon, pietate, ceterisq; virtutibus præclarissime exornatus; qui & verbis docebat, & moribus verba cōfirmabat. hic aliquando cum factis operaretur, homo Dei candidissimam columbam supra illius caput circumvolantem vidit.

Igitur cum hęc mira, vt dictum est, à sanctissimo viro ederentur, ac eius doctrina per uniuersam regionem paſſim promanaret, principes viri gentis Ismaelitæ apud 8 Amerānem in ius vocant, vt qui nouā religiōem in urbem inferret, ac Mariæ Filiam Spiritui nesciō cni, ac Patri cōquerentur, ac consubstantiale prædicaret, ac 9 Prophe tam per summum dedecus conteneret, eiusque vaticinia pro nihilo haberet. Tū fidelissimus ille Satanz satelles in carcere trudi virum innocentissimū iubet, in crastinū illa vitam erepturus. Quid interim generofus, ac robustus pancratias, nō animū despōdit, non rebus suis desperauit, nō expauit ty ranni minas, non horrait, animoq; consternatus est ad latā in se de capite sententiā, sed perstittit constans, immotus, imperterritus: expectans affuturum sibi à Deo subsidium, cuius factus est compos. quippe cālitus vox ad hominē venit: salve, Athleta, cras ab hoc carcere incolumis egrediere, ac prima luce, qui ei prouincia præserat, & in vincula illum coniecerat, potestatē facit libere abendi. Sanctus vero Dei vir, paulisper cōmoratus, vt Christi fideles confirmaret, in 10 sanctā inde ciuitatē proficiscitur: manibusq; continenter in cōlūm sublatiss Deum suā imbecillitatis adiutorem implorabat, dicens: dirige me, Domine, in semitis tuis, & abula bo in via tua, & rursus, viā veritatis clegi, & iudicia tua non sum oblitus, & spiritus tuus

10  
Hierosolymitanam per reginatio nem obit.

bonis ducet in eis terrā rectā, & in mon-  
tem sanctū tuū, & in tabernacula tua, & alia  
id gentis, quæ itineri essent accommodata, cre-  
bro usurpans. Mensē Aprili tandem in sanctā  
ciuitatē peruenit, ibi sacrosanctū venerādū  
que Domini nostri Iesu Christi sepulchrū ve-  
neratus est, unde resurrectionis gratia no-  
bis effulserunt.

Per id tempus. 11 Hierosolymitanā Ecclesiam tenebat Elias Patriarcha, & ad mirabilis, cælesti, prudentia ornatus, qui incōparabili sapientia, & doctrina orthodoxa ecclesiā mirū in modū illustravit, huic illius adiutus cælitus est indicatas, qui virtus adiēs perspecta, quæ in eo inerat, Spiritus Sancti gratia, (animus enim cū à prauis est carnis libidinibus immunis, ac diuino, incōprehensibili splendore collustratus, alienas animi motiones facile posset perspicere) video sinequit in scolaris isto habitu, inservit sensuq; mo-  
nasticos. Ille vero, ubi cōsilium animi sui onia vino Sanctissimo aperuit, cōfestim Patriarcha precibus in S. Caluario effusis, sacro illū habitu induit, suoq; de nomine Eliā appellavit. Votū igitur cōpos factus nouus Elias per aliquot dies in ea ciuitate substicte, ut satis-  
fama loca lustraret, atq; veneraretur: inde ad alia visenda egreditur, in quibus Dominus noster nostrā est salutē operatus. ac primū in Iordanē flauorū onium sanctissimū pro-  
fiscitur, inde vbi ex sacrosanctis illius aquis voluptatē hausit incredibilē, ad Gennesaret visendū contendit, ibi locū lustraturus, quo loco panē, ac pīscē S. Apostoli comedérant, q; illis post suā resurrectionē Christus Dominus distribuerat. hinc ad montē Tabor, et ad locum quē duodecim sedes vocant, post ad Sizam, vbi Deus Opt. Max. Moysi seruo suo sa-  
cra mysteria aperte ostendebat, sic velut p-  
depictas tabulas veritatē affluebat, non  
q; globo circuſcribi diuini nunc existimaret,  
ea loca, quæ diuinis apparitionibus suffident illustrata, notius Elias salutaret, sed quia sci-  
ret eos, q; vehementi in Deū esset amore in-  
flamati, nō modo quæ idē loca pressūset, ac  
lustrasset sibi esse carissima, atque insundissi-  
fima, sed ijs etiam, in quibus Elias ver-  
tus fuisset, summopere delectari.

Huc igitur cū aduenisset, ibiq; tres annos cōmoratus fuisse, singulorū patrū instituta ac studia sedulo obseruabat, atq; huius gratiam, illius ad principia contentionē cōtemplabatur, in alio lenē animum, & ab iracun-  
dia longe alienū, in illo mansuetudinē, atq;  
humanitatē, demum ab onib; pietatē, re-  
ligionē, mutuāq; caritatē, arctissimam con-  
cordiā, clementiā, magnanimitatē, vigilias, humi cubationes, tēperantiam addiscebat.  
Hec omnia colligens, studebat in dies ma-  
gnos in perfectaz, cumulatæque virtutis via  
progressus facere, verum post trienniū illinc  
decedens Alexandriā venit, sed priusq; in  
vrbē intraret, quidā illi occurrit, qui a De-  
mone oppressus ē ciuitate ventitabat, is di-  
uinum plane hominē intuitus, humili prorsus  
in faciem cecidit, ac spuma os foedans, dire-  
cruicabatur, tum vir sanctissimus eius vicem  
commiseratus, signum crucis in hominē cū

Tom. 2.

efformasset, pristinæ valitudini restituit, ca-  
codēmque pīceat inde extenuitato, cōphu-  
res etiam alijs aduersis, vadotēdīta xtempo  
Doms pīc illū morbo liberans, Perno se poset  
mutato ad xspērā egredīs ad sancta mār. t  
tytum, cōpla, rotā noctē Deo supplicans  
adibat Marci Evangelistā, ac Petri Episc. &c  
Martyris, celebrērimi, Mepa, Cyril, Ioannisi  
Marrynum etiam pīcēt arīfēmoniū.

Venit vbi vidit interpellari sua studia, ac  
maxima honore affectu glorijs, contemptor  
egregius, quietisq; studiosus, dārē ex vībe euā-  
dens, ad Persidē contendit, magno videntis  
desiderio succēsus et loca in quib' tres pīcē In Persidē  
ri, ac Daniel Vicesādūfīmū certamē ini-  
pergit, uīset, eorūq; reliquias rite venerādi, verū  
seditione à Barbaris ibi excitata eo profici-  
sci prohibitus est. Quare ad Antiochenorū  
Metropolim se confert, ea in vībe cū versa-  
retur, qui identidē apparuerat, ei nūc demū  
apparet, monus patriā repeperet, seq; ad  
exercitationū certamina accingeret, tū mō-  
tē 13 ostendens vbi affectu palastrā po-  
neret, ille dicto se audiētū pībēns, se dat  
in viam, iam enim homo pacifissimus opti-  
me nouerat, cuīnam parentū esset.

Antiochij  
contendit.

Igitur in Aſticam iter faciens, in duode-  
cim numero Sarraenos iacturit, qui ita-  
ris lōgitudine languidi simili, cōquescendū  
sibi putauere, tum Sarraeni à S. Eliā roga-  
re, quæ nostra esset religio, quidue de augu-  
stissimā Trinitatis mysterio sentiremus, qui  
illis respondens, nostra, inquit Christianotū  
fides purissima est, nullisq; sondibus inqui-  
nata, quam sacrosancti Vates, atq; Apostoli  
suo testimoniō cōprobavat, atq; signis, ac  
prodigijs viri sanctissimi stabiliuerunt, ac  
cōfirmarunt, iccirco puram, & ab omni sce-  
lorum macula intactā vivendi rationē sequē-  
tes, & caducis huiuscē seculi rebus, auncium  
remittentes, ac paupertatem amplectente,  
castimoniā, atq; adeo virginitatē, tolerat-  
tiā simul, & frigalitatē, cōmendamus. ve-  
stibus vtimur ad tuendū corpus; & qui per  
ignauia, ac fōcordiā corporis cultum negli-  
gunt, eos hortamur, ac quoad possumus, im-  
pellimus, vt q; necessitas postulat, sibi curēt.  
credimus vero in Patrē, & Filium, & Spīritū  
Sanctū, nō tres Deitates, aut tres naturas,  
aut tres Deos inter se maiores, aut minores  
opinamur, neq; enim alium Deū pīter tres  
hacce personas agnoscimus, quæ sunt Pater,  
Filius, & Spīritus Sanctus, in quibus vnu Deum  
confitemur, vnaq; vnius Deitatis originem,  
vnum imperium, vna potentiā, vna agendi  
vit, vnam cōsilium, vna voluntatē, vna do-  
minandi, administrandi, rationem, vnius  
naturę, ac substantię in tribus personis.

Hoc est v-  
num omni-  
um rerum  
fontē atque  
principium  
esse Diui-  
nitatem.

Ceterum vestra Ismaelitarum superstitionē  
ex diversis lectis conflata, minime cohāre-  
re potest, etenim cum Patri soli genera-  
tionis experti diuinitatem tribuat, iam in  
Arij hæresim declinatis. Christumq; parum  
putum hominē, ac vatē esse cum affirmetis  
rursus in eiusdē Arij dogma relabimur, itē  
cum illum neutiquam vere, sed ficte, si mul-  
lateq; ac veluti per phantasiam mortē, crux  
cēq; acerbissimā oppōniūse aligeratis, cele-

I 2 Item

Post trien-  
nium Ale-  
xandriā de-  
venit.  
Dēmonem  
pellit, & cō-  
pliges ab a-  
grois mor-  
bos.

stetragē oppugnūt isti clavis vero, tū vos circumciditis. Inda ora integrum se statim; plus resque ex ore do tan mā ducentes. Deo obſiſtens, vocemēmū taliter vita vito, non plura demonstrabuit. cūtq; discipulos dissolutesque limbos habeatis, intēperantes estis in voluptatibus. nec longe & bellus dissimiles in libidinibus atqui bruta ipsa impetuosa quē nāzā intēcit, modum aliquem nō ueterat vos quoq; nefariz libidinis genere contaminari, nullum turpitudini ſinem faciſt; nec immorato quidem, cum Prophētiā yester, cui vos diuinos honores impendiā, ex lectis omnibus deteriora queq; decerpas, eaque tradens que omniibus nūmīma carnis voluptatibus deditis grata eſet maximeq; accommodata, vos misere decepit acque hāc ſervantes, vita ſanctimoniam vos aſſequaſ arbitramini. & nos quidem in re noſtra, ſiquid testibus opus fit, non vnum plane testem ſed duos etiam ac tres, atque ad ea plures producere, ac laudare poſſuimus; vos vero cīra vnum ſolum testem habetis: vefra ſuperſitionis, eius vos maximopere pudere debet.

Hec cum illis dixisset, permotis ſum Barbarorum animis, cumque enīte rogarunt, caelis gratia lauacro ſe ſingeret, quod cuto p̄ſtulifet, eos ex ſeruitutis filijs, in filios libertatis per ſacrum Baptisma cōmutauit. cum his duodecim, ſimilis octo alij ad regenerationis fontem acceſſerent. arque, iſerat noſter Elias, eiisque oratio ita erat diuina ſale condita, plane ut infideles, diuinari, inque retinuerint expertes ad fidem. Deinde cognitionem facile traduceret. Ut vero

In Siciliam preteriectus, in Siciliam appulit, velut maxima operaria multis, varijsque mercibus onusta Panormi marrem reperit, omni virtutum genere cumulatam. quamcare amplexatus enim eſſet, ei que omnia narrasset, quā Deus per illum in peregrinatione geſſerat, cum ex multis dies manſit. per id tempus cum Agarenorum Princeps classem, aciemque inſtruueret aduersus Rheginos noſter Christianissimus Imperator 13 (erat is Leo clementissimus) Basilius 14 quendam cognōmento Nasar ducem constituit, ac Rheygum cum quadraginta quinque nauibus ad obſtendum hoſti mittit. tum Elias apote cuius perspicacissimā mentis aciem diuinus splendor illuſtrasset, omnibus liquido prædicabat, & Gr̄corum victoriā, ac cladem Agarenorum, proinde beato, erectoq; erat animo Dux; iam enim vaticinandi vita, vitæq; ſanctimoniam viri integerrimi vbiq; fama diuulgauerat.

Igitur Panormo Rheygum proficidente Agarenorum classem, ones incole horribiles hoſtium impetus metuentes, decadere coagabant. fed hoſter Elias, qui Mosaicis etiā charismatis eſſet repletus, ne timetatis, aiebat, viu; Dominiſ pugnabit pro vobis, qui bus fane pace, ac quiete frui licebit. Tum Basilius Dux cum nonnullis de lebas milibus hoſti occurrens, partem Barbagrōrū ſudit, partem in mare deturbavit, atq; demorari. non nullas ſupercitans, dū custimando ſibi

ſabutem querunt, cepit, ut de his triamphatis vīctoriā trophēum erigeret: ſic vaticinationem diuini patrii nostri Eliæ minime vanam fuſſe comprobant, eventus. ceterū is Panormo digreſſus, Tauromenium venit, camq; ibi per aliquot dies ſubſtrifet, quidam adolescentes admiratione ſane dignus, & honesto loco natus ad illum adit, rogans ut ſacro ſe habitu denaret. Sācū vero Dei tuūque in pectorē inerat, ſancti Spiritus gratiæcum prouideret, candidatam illum magna cum plectate in monaſtico inſtituto vītata docturum, in monachorum numerum tonsis capilli adſcribit, & quo fortius aduersari, poſſet armis obſtēre, antiquam in Danielis nōmen communauit. Igitur eo loqui p̄ nos temporis interuallo, commemoramus, concedamus hinc, inquit discipulo, tā tuū maximos calamitates, ac mala huic timore inominis ab Agarenis pſeuodeo. & Dux Bersamius à Barbaris innotuit, ac conſueto vna cum discipulo in Peloponnesum nauigat.

Cum autem in Sparte ſimilis eſſet, ſea eft Lagoonum urbs) cuiusdam templo Cosmus & Damiano Martyribus glorioſiſimi dicto succedunt, ibique commorantur, & quād quam Elias ſe occultare ſedulo ſtudet, caelitis tamen ſplendorib; eo conſuēbat, plane ut incolz omnes diuīnum profectio hominē eſſe coniectantes, ad eum ſitu, ſe brique iactatos adducerent, quos ille ones crucis ſigno rite procurabat. inter quos erant puella duz à praxis spiritibus malis modis diuexata, pro quibus ut Deo ſuppli- care, qui perduixerant, ſanctiffimum varum rogarabant, eas vitalis crucis ſigmo obſignatas confeſſim fanauit, tum virgines, ſanctimenti iam compotes effecta, Deo graciæ agunt, quod eo munere ſanctum virum donaſſer.

Porro ad Vesperam, cum conuictas Dei preces perfibunt, Elias, & Daniel, qui ſe ſcorum de more cubitura euat, erat ē regeione templi antrum propofidum, ac tenebricosum. Huc igitur peregrans Daniel totū noctem informis procando tranſegit, quod Demones, qui ea in ſpecu latitabant, ferre cum minime poſſent, iuuenem de repte, nihil tale ſulpicante, aggredirentur, cumque dire vellicantes foras extraxerunt, plane examinem derelinquentes. Verum diuinus Elias mane illum perquirens, iacentem ac ſuſpirantem ad antrum reperit, cum vero ex discipulo rem omnia cognouisset, non eſt, inquit, quod mireris, fili, neq; enim ipſe ſolus talia perpeſſus eſt, verumtā aliis monachorum rector, ac præceptor, mox oratione dominica ſuper eam recitata, manum porrigens erexit ē terras ac ſtātim conuuluit ille, cui paullo atē hāmi proſtrato ſe de ſolo tollere non licebat, verumtā humeri eius, ut dicebat, veluti robūtissimis neruis paſſati, liquidi cernebantur.

Interim Bersamio Tauromenitani exer- citus Duci euenit id, quod diuinus Pater multo ante prædixerat, atque illuc enauigant in Bottrotū, hec veteris Epiſciuitas eſt.

In Pelopon-  
neſiuſ  
regi,

Danielē in  
orat, perno  
ſtante De-  
mones di-  
uocant.

Elias & Daniel Epitum petunt.

est. Por id tempus ibi aderat Epinius, qui secundas à duce exercitus tenebat: homo impius, ventosus, ac proterus. is sanctos viros eum aspergisset, nihilo minus diuinam in illis Sancti Spiritus gratiam inherentem attendens (impius enim animus etiam ipsos corporis sensus inertes habet, ad sua munda obeunda) asperioribus verbis in eos est inuectus: Agarenos, perditosque urbis exploratores appellans. tamen illi ad hominis pedes prouoluti, supplicabant, vt de peregrinis monachis talia ne suspicaretur. at ille tametsi à Prefecto etiā rogaretur (erat enim Elias Praefecto notus) numquam adiungi potuit, vt iram minueret; sed superbo, elatoque supercilio iubet innocentis viros detruere in carcere, ac rite, magnaque diligentia seruari, in eos tāquam atrocis sceleris reos postera luce animadversurus. iam enim tum erat vespera. cum autem in custodiam ducerentur, dominus Elias discipuli vicem dolens, agreque ferens; mihi inquit, vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus.

Porro nequis miretur, quod audiat iultos interdum cruciari, sciat is tyrannis tradi, nō vt plectantur, sed vt potius probentur; non vt arguantur, sed vt glorioli enitescant, ac nobis, qui incogitate inertem vitam ducimus, exemplaria sint, atque incitamenta ad paticiam complectendam. Quid igitur? an seruorum suorum iniuriam moratus est vicii Deus? minime quidem. sed die subsequenti iniustus ille iudex pectore à proprio equo calcibus male impetrato, confitit animam efflavit. populus vero cognita diuina vltione, Deo omnium seruatori, ac gubernatori gratias laudesque cecinerunt. Igitur missi, Romam contendere statuunt, sed præpediti Corcyra appellunt. ibi apud Episcopum divertentes, in quadam cubiculo delitescebant. sed præclarissimum Eliæ lumen latere neutquam poterat nam à quibusdam illius ecclesia viris rogatur, vt pias pro quadam insana muliercula preces Deo effundat. ea carissimo filio, vt dicitabat orbara, nimio se lucu, ac dolore conficiens, a mente, atq; se discesserat, abnuit sanctoris viri rursum illi instant, mulierem ad se venire patiatur, quod profecto ille non tuuit; sed fiat, inquit, prius ad Deum oratio, & Dei virtutem perspiciens, cuius ubique gentium misericordia longe, lateque diffunditur. facta itaque precatione, eodem temporis articulo, presbyteri domum mulieris concedentes, eam mentis cōpotem, sanamque reperiunt.

Porro discedentes Corcyra in Calabriā prospere nauigarunt, & in 15 locum, qui Sancto Eliū demonstratus fuerat, venientes cognomento Salinas, asceticam palazzram ibi instituerunt. eo loci cū versarentur Elias & Daniel, agrumque diuinis constitum virtutibus colerent, plerosque ad id vltæ institutum sestandum excitauere, seque multis viam, ad æternam salutem præstitere; à malo, prauoque in meliorem frugem reuocantes. probos enim viros semper consecutari solet utile, ac conducibile. Iccirco suos Do-

minus discipulos ad eam, sic inceat hoc vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificant patrem vestrum, qui in celis est. sape & in alia loca commigrantes, hi Deo acceptissimi patres duo, nequam animi quietem, ac tranquillitatē mutantabant, sed semper iūdem erant. & cum se in monasterio exercearent, & cum interfueri rumores versarentur, variaque loca permutarent, qui enim secundum Dei leges vitam suam instituerunt, ipsi profecto docus omnis est porro tutus, ac periculo vacuus. neque enim virtus circumscrribitur loco.

Ceterum diuinus Elias in animis curans, si quis alias viptiam, egregie præcelerbat, multis in scelerum via carsum adhortationibus suis interrumpens, persuadensque carnem aduersus spiritum stimularent, neque corpori indulerent, quæ libido expeteret, sed quæ necessitas postularet: oculos, auresque conseruent, cohererent, olfactum, lingua parcerent, tactum coercerent, iram prohiberent, inodum quemdam desiderijs præfigerent, totos se Deo dederent arma orationem, firmissimum murum ducerent ieiunium: à superbia, ac fastu vehementer abhorrent, demissio staderent; quæ alii gererent, minime animum intenderent: quæ sursum sunt saperent, quæ sursum sunt quererent, vt Apolotus præcipit: nihil cum virtute coniunctum ad ostentationem facient, sed rectam in his intentionem haberent, animumque in alios lenē ac clementem. hæc, & his plura præcipiebat illis, qui ad se ventitabant: longe alios, atque venerant, remittentes, ex flagitiosis hominibus effectos probitatis cultores.

Vaticinandi dono, & que ac prisci illi diuini patres pollebat, futura prouidens, atq; prædicens. nec mirum cum Dæum in te haberet, quæ longe remota essent aperientē, atque demonstrantem. quippe multis vel ante hebdomadam vltæ finem prædicebat, eos adhortando, vt se ad tam longinquam peregrinationem ornarent. qui peccassent, clanculum, ac seorsim monebat, vt à prauo se abstinerent. verum cum nihil sibi obsequentes sideret, s̄pē numero ante omnes obiurgabat. Agarenorum excursiones populis multo ante prædicabat, & cum aut vici, aut vñctores essent futuri. quin 16 Sicilia opida, ante Barbarorum irruptionem, misere deuastāda præ oculis prouidens fratribus narrabat. Aliquando virginem vidit in Calbris regionibus extentam, ac sane illam portendere dicebat vltionem in eos, qui male flagitioseque viuerent. si qui ad eū venirent, qui turpibus corporis, animique, motibus quaterentur, mentis acie cognoscet, & qua se vinci libidine sinerent, & quam ipsi libidinem vincerent.

Iam vero miraculorum vis quanta in Eliā fuerit, experti sunt omnes, qui varijs morborum generibus afflictabantur. quoru testes sunt non ipsa modo literarum monumenta, sed viuē etiam omniū voces. quot viri, & feminæ à malis spiritibus diuexati, eius attactu, aut salutari ad Deū precatione vale-

Præclara S.  
Eliæ moni-  
ta.

16

Vicitur  
Deus corū  
iniurias.

25  
Dein in Ca-  
labriam, &  
in locum a  
Deo præ-  
mostratum.

Miracul-  
rum eius  
numerum  
quis ineat?

valete isti sine refecto <sup>sunt</sup>. Quot ergo  
corpore male affecto, vel sola sancti viri pre-  
sentia sunt procurati? quot capite dolentes  
fanati? quot occultis calamitatibus pressi?  
ab Elia liberati? quot maris, ventorumque  
tempestate iactati, ad sancti viri orationem  
confligentes periculo sunt exempti, cum  
ipsum remis incumbentem cernerent, ac cu-  
stibus obliquantem, nauigiumque in sa-  
luti portum ducentem? quot e summis ar-  
boribus precipites ruentes, membris male  
collisis, atque contractis, eius presentia sa-  
nitatem sunt adepti? verumtamen cum  
haec prestaret, non sibi, sed vni Deo gratias  
esse agendas profitebatur. non enim meum  
hoc est, dicebat, ita ut mihi gratiam habeat-  
is, sed præpotentis Dei, qui virtutes, ac do-  
sa hominibus, pro vt sibi collibitam fuc-  
rit, distribuere dignatur; quare non est, cur  
misericordiarum vim admirermini, eosque fel-  
lices, ac fortunatos prædicetis, qui illa mo-  
bilantur; sed eos, qui ad virtutem totis ner-  
uis incumbunt, hos laudetis, hos beatos  
existimetis velim, horum vitam imitari stu-  
deatis. neque enim extremo die, quis ad  
eterna flammamarum incendia damnandus  
est, quod mira non patrauerit, sed quod  
diuinas leges violauerit;

Quam vero suavis erat in sermonibus?  
quam iucundus? quam coniuncta via regia  
incedens; neque excelsos spiritus sine demis-  
fione habebat, nec demissionem despiciat,  
atque contemptam. sed accurate se gere-  
bat, sicut armillis, ac rectissima regula mo-  
nastici instituti. non iracundus, non vafer,  
cultu ita sereno, vt vel ex eo hilaritas, tran-  
quillitasque animi emicaret. quæ causa erat  
vt multos ad occulorum criminum confes-  
sionem traheret. neque enim aliquis unus  
erat, qui errata sua illi detegere erubesceret;  
cum videret, vt erga se misericordia  
movebatur; ac bonum animum, spernque  
habere iubens, ac recipiens penæ partem  
se etiam daturum. Illud vero identidem di-  
gitabat; peccata, quæ per confessionem  
non expiatentur, in peius ruere, ac grauiora  
nobis apud inferos incendia excitare so-  
lere. quid enim illius ignis materia sit, nisi  
mortalius scelerum nunc de iejunio quid dicam?  
quod ille perpetuo colebat: ac panis  
sali adiunctus, lauit, opiparæque ei dapes:  
potum purus fons, cespes cubile præbebat.  
pro iucunda amicorum consuetudine; inte-  
gras noctes pedibus infistere, pro balneis  
lacrymas, ac suspiria mittere, ac perpetuo  
instantem mortem animo volutare. & in-  
hac tamen vita duritie, atque asperitate,  
promptior ad precandum, ac pulchrior, læ-  
tiorque enitebat ijs, qui abdomini suo nati,  
in curanda cute totum vitæ tempus confi-  
ciunt. Quod si ab ijs, qui sibi necessitudi-  
nis vinculo iuncti essent, aliquid obsonij ap-  
poneretur, comiter, placideque sumebat.  
atque ea erat sancti viri ratio viuendi.

Sed iam oratio nos inuitat, vt ad ea quo  
ad fieri potest, explicanda aggrediamur,  
quæ suo ordine consequantur. Cum ei ne-  
cessere esset, ad 17 Pentadætyli agrum ire,

ac stagnum, quod ibi esset, vna cum Da-  
niele transuaderet, discipulus accedens psal-  
terium pulchre & fe elaboratum, ac fabri-  
factum ostendebat; quod cum vidisset, i. ve-  
to, inquit, atque illud in stagnum proiec-  
tum. Iam iuuenis gnarus, quid esset, obedientia  
violare, continuo iusta præceptoris facebat.  
& iam ad sex passuum millia processerant  
cum Elias ad Danielem, reuertere, inquit  
fili, ac psalterium recipe. is autem reuersus  
illud reperit integrum, & ab aquis intactum.  
quod præceptori ostendens, magna admis-  
ratione tenebatur, qua ratione nihil detri-  
menti ab aquis cepisset. cui respondens san-  
ctus vir tua, inquit, obedientia, fili, codicis  
feruauit incolumen. Verumtamen oper-  
pretium est, paupertatem summo nos stu-  
dio complecti; ne forte rideant nos caele-  
stes illæ mentes, qui mundo scilicet remis-  
se, ac monasticum institutum sequi profi-  
teamur. sicut enim quis valere minime di-  
cendus est, qui vel uno corporis membro  
laboret, ita nec monachum vere inopem, ab  
agritudinibus animi immunem, qui ali-  
quo uno caducarum rerum desiderio te-  
natur.

Sancti Martyris Pantaleonis Oratorium  
ingressus, duos viros præclara luce conspi-  
cuos sibi viuis eit in somnis videre, sub spe-  
cie, atque habitu Petri, & Pauli, Apoitolo-  
rum principum, qui dicerent, cras sine vila  
mora cum discipulo Romanam proficisci-  
re, ac narrabat ille se, sumique discipulum  
splendidis vestibus ab ijs fulse exornatos,  
thorace opinor iustitiae, ac scuto fidei ad  
Demonis tela, ita utq; facile propulsandos.  
Tum ad gallicinium, comite discipulo, Ro-  
manam iter terendit. eò cum perueniet, effu-  
sis primus ad Deum precibus, non vulgari  
honore cohonestatus est ab eo, qui eius ca-  
thedralm obtinebat. erat 18 vero is Ste-  
phanus, vir plane admirabilis, qui per id te-  
poris Romanæ Ecclesiæ clauum tenens, di-  
gnissimam eo pontificatu vitam ducebat.  
hic complures dies commoratus, dixit ali-  
quando discipulo, hac eadem hora, fili ca-  
rissime, Jonas pater tuus ex hac vita dece-  
dit. sed ne admodum tristeris, cum pie vita  
tempus ille transegerit, atqui distat Tauro-  
menium Roma, ubi tum Elias verbabatur,  
viginti dierum itinere. Daniel vero horam,  
diemque notauit, qua patris obitum sanc-  
tissimus præceptor sibi demotrauit. ac ubi  
Roma in Calabriam reuertere, comperit  
eodem ipso die, atque adeo hora, parente  
suum mortem obiuisse, quemadmodum  
sanctus vir ante prædixerat. Et vero admi-  
rari licet illius animæ puritatem, qui tam  
longo interuallo cum abeslet, confeitum id  
cognouerit, ac discipulo indicauerit.

Illud etiam non huic diffimile. cum Rhe-  
gij aliquando essent, dum matutinæ preces  
persoluerentur, ad quemdam nomine De-  
metrium, qui primas inter presbyteros te-  
nebat, accedens scite, nobis, inquit, bene-  
dic Episcope. is ratus sanctum virum animi  
falsum esse, vt qui alium pro alio benedic-  
tionem rogaret, ignosce, inquit. Pater; ne-  
que

Codex in la-  
cum proie-  
ctus non  
madescit.

Romanæ cū  
Danielœ se-  
tendit.

18

Plura pro-  
phetiz do-  
no cognoscit, & edi-  
cit.

que enim ego sum Episcopus, tum ille, quid te Episcopum esse insciare, quem ego Episcopi homophorio induitum videam? sane non me fugit ratio, quodque Deus semel statuit, id omnino perficiet. Demetrius autem, qui vaticinandi munere diuinum Eliä pollere aate cognouisset, alta mente vaticinium sancti viri reposuit, ac seruauit. nec post multo Constantinopolim profectus, eiusque Patriarcham conueniens, Sanctæ Corcyrensis Ecclesiaz Episcopus sufficitur, in locum Pacomij viri preclarissimi.

Interim cum spiritu presentiret teterram cladem 19 ab Agarenis Rhegio iastrendam, reliquo monasterio, quod erat in Salinis (iam enim Dominum dicentem audierat, cum vos persequentur ex hac cunctate, fugite in aliam) Patras una cum discipulo petit. quæ nauigatio, sicuti & alia, prospere ei, feliciterque obtigit; cum Sancti Spiritus aura ubique illi aspiraret, nec parum opis materna preces afficerent, inibcum in maxima vite tranquillitate esset, & quatuor hominibus impuros spiritus exegit, precibus crucisque signo adhibitis. mox Rhegio iam concessisse hostes, alijs procul indicavit, iecirco redditum maturabat. Dum igitur Ionium mare nauigat, ecce tibi repetita tempestas, ventus vehemens, imbræ, nimbi, procellæ, turbines concitant. tum omnes, qui nauis vehebantur, cum mortalem pene oculis viderent, ad sanctum virum cōfugiunt, ut suis precibus ijs præfato esset, qui in alto iactati, tanto vitez discrimine versentur. tum ille de more vectoribus obsequens, surgit, ac statu crucis signum impriunit. è vestigio ponunt venti, cadit undatus fragor, mare placidissime sternitur. ex secunda vii nauigatione, Rhegium 20. reuent: inde suum in Salinis monasterium, fecerunt.

Vbi autem a multis interpellati se videt, manem populi auram fugiens, in Mesobiam montes se abstrudit, nimirum pacatiorē viam exacturus. hic solerter sedulamque apem iniiciens vero philosophię mellificum obibat, scio, & adiutore discipulo. ita plures dies in magna animi tranquillitate, cœmoranatus, Barbarorum impetu cœlitus indicato, in Salinae repedauit. eo lœci sedes aliquando, vt consueverat, quasi per mensuram excessum, dum secum reputat, quibus præmis boni in cœlo perfruantur, quibusq; pœnis improbi in tartarorum baratro mandentur, in Siciliam se convertit, homo in altissimo contemplationis pelago immergit. ac paullo post singultus, ac lacrymas mittens, affer, inquit, discipulo, acerram, nosq; in funebres precationes effundamus. tamen enim mater mea Deo carissima, mortalibus exira spolijs ad cœlestē Dominum euolanuit. atque ego immortales illi gratias ago, & habeo, quod illam non sine præmissis excepterit, sed uberrimos laborum fructus magna caruæ fœnore reddiderit. quod Dabiel rite notauit. nec multo post, nonnulli Panormo illuc aduentantes nunciantur die sancti viri mater naturæ concesser-

rit. ibi Daniel chirographum extrahens, reportit eumdem ipsum fuisse diem, quo die funebres Deo preces S. Elias obtulerat.

Quidam nomine Constantinus, Scylla ortus (est vero Scylla inter Siculum, ac Threnum mare sita) arteticis, quod aiunt, doloribus dire cruciatus, ad sanctum virum effertur orans; vt per sanctas eius preces, sui Deum misereret. nam pro comperto omnes habebant, quidquid vellet, facile a Deo exoraturum. vt pote qui diuinis præceptis semper paruisse, is itaque morbi atrocitatem perspiciens, atque a grotum commissarius, fieri, inquit, non potest, vt ab eo morbo aliquando emeras, nisi prius à flagitorum, in quo voluntariœ cœno, emerseris. Quod si te facturum recipis, in spem veniore, vt per nostras abiectissimi homuncionis precationes Deus optimus placatus pristinæ te reddat valetudini. ea enim morbi sauit, per immoderatam commissationum luxuriam, tibi conciliasti, teque plane perdidisti. sane aduersa, quam profera valetudo, ijs esse utilem solet, qui tamen piter viuunt. quid enim a Christiano homine tam expedit Deus, quam fidei sinceritatem, corporis munditiam, animique pulchritudinem? Tum Constantinus inuolata Dei leges se libenter seruaturum pollicetur. accepta igitur pollicitatione magnus Elias surgens, una cum Daniele, in preces pro agroto sese effundunt. Vix septimus præteriorat dies, cumque fera morbi 1/2, quique impendente, seu potius virginem in ore expectabat, eam plane hospitem reliquit, ac hominem benevolentem dimittens, i frater, itaquit, in pace, neque eius quod nobis recepisti, vlla vmaquam tecum capiat obliuio. quod si in eadem scelerum colluicem te congeceris, grauiore, mihi credo, morbo djuexabere, & acerba morte vita exitum concludes. enimvero præstat (vt aperte tibi fabuler) mori, quorum vitam culpa sedat, ac dedecorat. Abiit homo, qui non eodem modo, sed multo etiam turpiora sceleris suscepit, venerabilis patris monita teruncij faciens. sed que ante sibi ab Elia sunt decantata, eadem omnia euenerit.

Porro eius sermo satis efficax erat, eiusq; Zelus, sicuti olim de Elia Thesbite legitimus, Deo acceptissimus. Huic aliquando oranti (maiorem enim diei, ac noctis partem, partem autem immo ipsas noctes integras, in orationis opere conterebat; quæ erat in expolienda anima sancti viri cura, ac studiu[m] prorsus vt corporis necessitat[i] satis obiter indulgeret) eidem inquam oranti, Ismaelitarum irruptionio, ac Regini direptio, ac vastitas cœlitus est ostensa. & quemadmodum Jonas propheta ad Niniuitas a Deo mittitur, vt imminentem illis diuinam ultionem denunciaret; sic ille ad Reginos. sed Niniuitæ quidem paenitentiam agentes cœlestem iram effugere: at vero Regini obtutis auribus a sancto patre paenitentiam predicatam negligentes, ea mala sibi concilijaverunt, sic ex ijs alij in seruitutem abducuntur, ferro contrucidati. Ea itaq; clade impen-

Cōstantinū  
à mīris acer-  
bitatib us sa-  
nat,

Patras in  
Achaia per  
gic.

Signo Cru-  
cis iratum  
mare ster-  
nit.

Mox in Mo-  
nito suum.

Maiorem E-  
lias diei, no-  
ctisq; parte  
in precibus  
conterit

In Castrum  
S. Christini  
contendit.

impidente, Elias, ac Daniel viri plane admiratione digni, Christiq; cultores egypti in Sancte Christini Castrum proficisciuntur. ibi dura de penitentia, mutua caritate continentia in adhortationibus verba faciunt, auditores duo sibi commoda pariunt, & corruptos mores ad meliorem frugem corrugant, & ab hostili clade seruantur incolumes. nam satis praesidij in penitentia posuit Deus ihs, quorum vita misere pericitatur.

In Monast.  
suum reuer-  
titur.

Michaeli  
Duci victo-  
riā spondet

His gestis in Monasterio reuertitur, ex quo mini me excedere per aliquod tempus constitutus. ibi dum versantur, ad eos it sub vesperam classis praefectus, nomine Michael, sancto viro non ignotus, qui cum reuerenter, honorificeque illum salutasset, suam voluntatem aperit; nimurum vt, superis indicantibus, liceret sibi cognoscere, num prospera vlturus esset nauigatione, deque hostibus victoriam reportaturus. illum enim omnes Vatini, Deique familiarem habebant. atque ille id responsi Praefecto reddidit. si, carissime, habes in animo hostes profligare, & Victoriae trophaum aduersus illos erigere, per purga populum tuum, ex Dei ad Mosen præcepto, nam si tantum expiationem postulabat vinbra, atque figura, quanta, putas, veritati debetur? nihil ita me Deus amet, tam ille detestatur, atque avertitur, quam vita fordes, ac foeditatem. an nonnumquam audisti? fornicationem olim Dei populum leti et aliudisse, ac fornicationem cum ebrietate coniunctam fortissimum, ac robustissimum Sampsonem exterrit nationi ludibrium, ac iocum prodidisse? Quia cum ita sint, ne feras vlo pacto eos in commissationibus, & vno, & inter scorta vitâ se de traducere, omniisque flagitorum genere contaminari. tu vero oculos, animiq; ad caelestem opem identidem eriges, ac fratres hostium actes intuere. fidem habuit homo Elias verbis, ac vtiuersis militibus mandavit, a prauis se consilijs, ac factioribus continerent; præficiens viros, qui ceteris pietate, ac veneratione anteibant. ac non multo post eos statim cum hoste signis, prælium geritur. gratia Deo, qui impiorum consilia funditus euertit, ac pessumdat. vici, fusique sunt hostes, plane vt multi captiui ex Reginis in libertate alsererentur. Quod cum ita gestum esset, numquam rem administrati desinebat Praefectus, prædicans veterem Dei esse seruum Eliam, quod nisi in oculis Dei fertetur, numquam omnino ista prædicere, ac docere potuisse.

Hoc vero magna est admiratione dignum quod tametsi tot, tantisque domis esset a Deo affatim cumulatus, neque turmebat tamen, nec cum audiri a Deo preces suas cognosceret, id insolenter gloriabatur. sed omnium abiectissimum, ac despiciatissimum, se existimabat. Sic in monasterium se abscondit ab omnium consuetudine secretissimus; iam enim erat astate affectu. omnes tandem, qui ad se ventitarent, excipiebat. qui cum eo tamquam filii carissimi cum parente amantissimo, omnes trahens, ac mala,

qua in servitute sub detestandis Ismaelitis essent perpessi, communicabant. sepe enim dolor, cum foras per sermonem erupit, lenitur, ac demitur. Tum bonus pater eos ad tolerantiam blande adhortans, dicebat; ne animo, filij, concidatis in zrumnis, nam tribulatio, ut est apud D. Paulum, patientiam operatur, patientia autem probacionem, probatio vero spem, spes vero non confundit. Perferte igitur, ac durate. potens enim est Deus facere etiam cum tentatione prouentum. Ego vero duas ob causas reor mala a Deo nobis immitti; siue quod nostram tolerantiam periclitari velit. an fortiter, a quoque animo feramus; sive quod nos ad meliorem frugem velit corrigere, ut qua in summa rerum tranquillitate, ac felicitate efficere noluimus, eadem in malorum, atque zrumnarum astu edocci, iam efficiamus.

Igitur qui aduersis fortanz ictibus se premi cognoscit, causam inuestiget necesse est. quod si nemini illatam a se iniuriam, aut tuncum, quod aiunt, repererit, non se arroganter iustum existimasse, alias astemtemere damnaisse, non infidias alieno thoro loculis, non scortis, non vino, non toridis libidinibus datum; is vero mea quidem sententia bono animo sit, neque tristetur: sciatque ad periclitandam, tentandamque eius contumiam ea mala calitus inuicti. ut scilicet fortiter patientem, patientia corona Deus gloriose cohonestet. eiusmodi erat S. Job, qui dicebar, expectabo, donec veniat imminutio mea, & conitutas mihi tempus in quo recorderis mei. Beatus homo, qui corripitur a Deo: increpationem ergo Domini ne reprobes: quia ipse vulnerat, & medetur; percutit, & manus eius sanabit. in sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum. & David, proba me, Domine, & tenra me. vides ne quicquid se tentationes accersat, ac provocat? quae gratias vt probatus illustrior, ac clarior appareat. nec nullus tamen culpa conscientia tangebatur. clamabat enim: Domine, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis: si reddidi restituentibus mihi mala, decidam merito iab inimicis meis inanis. eiusmodi erat & Paulus, cum dicebat: gaudeo in tribulationibus, in necessitatibus, in perfectionibus, sed vt ad institutum reuertamur, si multa in se admisisse peccata compererit, pro certo sciat, sic circa in eas zrumnas, ac mala incidisse; vt per eas resipiscat, ac peccatum detestetur, tamquam eorum malorum causam, ac virtutem complectatur, pacis conciliatricem.

Quid? quod non videtis, filij, multos mortales, propter flagitia, non modo ab exercitis, sed a suis etiam misere vexari, ac cruciaris? huic a propria vxore bellum infestatur, fitque hostis viro, quæ socia, adiutorio illi a Deo est tributa. nullum filij, infectantur sibi, alius a fratre violatur, sepe enim visu venit, vt quibuscum diuturna necessitudine coniuncti fuimus; iudeum amorem in odium conuertentes, alienato a nobis animo impen-

pensus nos oderint. à Deo est huiusmodi odium, ac proinde ne verbjs quidem molli-  
ri potest. audi psalmum de Aegyptijs dicē-  
tem, convertit corda eorum, vt odirent po-  
palum suum. Iis enim i qui non bene colit  
amicitiae suarū facies est odium: & quibus  
pax exiit, maliq; est conciliabatur; his ini-  
micitiae virtutis sunt seges, ac materia. Sed  
quid ego de malis domesticis dico? an non  
corpus ipsum, quo nihil nobis est magis do-  
mesticum, nihil propriū, ac propius? hoc, cū  
peccauerit, hostes adque inimicū experti-  
mur, cum per febres, atq; alia morborū ge-  
neras, immedicabilia nobis vulnera infligant  
erucent, duixerit homo in vobis eit, tametsi  
singulari sapientia prædictus, qui valeat id vel  
recensere, vel cogitare, quod si peccata mi-  
nime seminauimus, profecto neq; spinz,  
neq; tribuli domi ederentur. quod vero p-  
pinquis enam pro satellitibus vstatut Deus;  
ad facinorosorum hominum plectenda fla-  
gitia, id ex factis literis, si attentius perpen-  
datur, coniunctionis licebit. Saec Iolephum  
minime quidē propter eius peccata veni-  
dari permisit Deus, sed propter fratrum in se  
odium, vt post argueretur omnibusq; fieret  
coaspicua fraterni odij magnitudo. nō est  
igitur cur vos animi angatis, ac perturbe-  
tis, et si quid peccatis, frudete diligenter  
corrige. sic enim hostes ipsos profligatos  
fracti que vestris oculis aspiciunt.

Veniam enim uero cum sit, tantaque nos  
circumstant mala, tantam hostium, ac ar-  
marum vim intus, forisq; cognoscamus, plaz-  
ze ut cum nostro etiam, vt diximus, corporē  
conflictandum sit; neque tamen peccata  
peccatis, vita viciis cumulare defessimus,  
qui sam. Deus immortalis, essemus, si quic-  
que, ac tranquillitate frueremur? Quā cum  
ita sint, profecto expedit, ante acta vita  
sordes penitentia lacrymistergere, atque  
expiare, ne contempta, Dei optimi longa-  
nitate, preter halce calamitates aeternis  
supplicijs addicamur. Hac cum D. Elias di-  
ceret, meisti ex animo tristias exigere,  
non parum leuaminis, ac consolationis per-  
cipere, qui varijs molestiarum fluctibus i-  
stabantur, facile omnem iram, ac similitatem  
deponere, qui vindicta defiderio astuabat;  
qui paupertatis onus erant prægrauati,  
Deo gratias agere. Adolescentes ad conti-  
gentiam informari; qui improbarum etiū  
cogitationum abripiebantur, in paratissimū  
quietis portum dirigi. vtque uno me expe-  
diām verbo, tamquam à communi quodā,  
inexhaustoque arario, aut ex limpidoissimo  
fonte, perenni aquarum scaturigine manā-  
ta, omnes ad leniendas aniqui ægritudines  
consolationem haurire. omnes non vulgare  
vtilitatem percipere, omnes denique in-  
genti gaudio delibutos se redire tateban-  
tur. Multi etiam Episcopi ad eius verba au-  
dienda, confluabant, quos ipse modeste ex-  
cipiens, vt patres complectebatur, vt pasto-  
res reuerebantur, contendens vt sibi Deum  
precibus conciliarent; nam tametsi in sum-  
mo virtutis apice constitutus esset, numquā  
tamen modestia fines exceperit.

Tom. 3.

Episc. etiam  
illum con-  
ueniunt.

Eius etiam fama ad Cæsariis aures est de-  
lata, cuius viri res gloriose gestas plementi-  
mus, de quo supra meminimus, ac religiosissi-  
mus Leo cognoscens adeo illum suspexit;  
vt ab S. viro peteret, ne pro imperio, rectaq;  
re publicæ administratione Deum contine-  
ret orare grauaretur. Ceterum post aliquod  
tempus prægrediēbant Sancti Patres Tau-  
romenium traijere, ad sacrosanctas D. 21  
Pancratij reliquias pie venerandas ibi cum  
essent, Elias dicitur cognovit Brachium  
22 hostis infestissimi ex Africa ad-  
uentum, ac ciuitatis vastitatē, & clādē. itaq;  
in hunc modū ciuibus cœpit prædicare. Pro-  
fecto enenire potest, fratres, vt per penitē-  
tiam, piaſq; orationes impendentia mala  
comitemus. In id studij minores, maioresque  
natū totis neruis incubamus. ingentē enim  
flagitorū cumulum in hac vrbe video, nul-  
lumq; esse sceleris, ac vitij genus, q hic impū  
ne nō grassetur; quā certe multa correctio-  
ne indigent, & emendatione. Quod si verba  
mea negligatis, atq; conténatis, ego quidē  
de futuris malis dicere libēter supersedebo,  
nos vero vestris oculis ea misere cernetis.  
Pari etiam licentia, ac libertate Patriciū  
Constantinum objurgans: quin dicebat, Pre-  
fete, populos tuū curā, ac fidei crēditos a  
turpissimis factis prohibe; quin omni ope-  
nacris, vt ab inferēdis injurijs se cōtineant,  
ab adulteriis, a cæribus, a ganeis. Qui enim  
parat bellū inferre, hunc singularis decet cō-  
tinentia. nā quid tā ignauum, abjectumque  
est, quā peccatum? quid tā forte, ac genero-  
sum, quā temperantia? Pudeat vos, Christia-  
ni, Ethnicorū philosophia. Epaminondas,  
ille dux celeberrimus, ab immodico epula-  
rū vīu, & seminarū consuetudine, ceterisq;  
deliciarū illecebris procul se prohibuit. ita  
etiam & Scipio Romanorū Imp. eadē, qua  
Epaminondas continentia valuit, ac proin  
ille de Lacedæmonijs, hic de Carthaginien-  
sibus insignē victoriā reportantes præclaris-  
sima trophya erexere. Si ergo & Ethnici,  
qui prausi animi cupiditatibus tenebantur,  
tanti faciebant tēperantiam, quāta nos ani-  
mi cōtentione, qui Christiani nominamur,  
quibus Euangeliū lumē illuxit, quos eruditę  
Apostolorū doctrinā, quos Sanctorū Patrū  
præcepta informat, ab öni turpitudine ab-  
horre debemus; quāto studio iniustiam,  
avaritiā detestari, tanta præsertim malorū  
cohorte instantē, atq; adeo urgente. Tu vero  
Prefete, si hæc sclera à populo prohibue-  
ris, Deum optimū, quā eius est in homines  
benignitas, ac misericordia, propitium, ac  
pacatum tibi senties. Equidē quā mea  
sunt partes, quicquid mihi cælitus est ostea-  
sum, vobis aperte prædixi: vos vero si mihi  
fidem habueritis, sciatis vēlim sicut peni-  
tentia, ita etiam misericordia cum Niniuitis  
vos fore participes. sin autem nostra  
monita parui pendatis, capti, vinclique in  
acerbissimam seruitutem abducemini.

Hæc diuini patris verba quasi nugæ, ac  
fabulae vna à Patricio Constantino, cum  
a ciuibus ducebantur. Cum vero vtpote  
seculo confectus, in domo Chrysionis super  
lecto

Tauromen;  
trajcit, ad  
sepulchrum  
S. Pancratij.  
21  
22

Ducam libe-  
re obiu-  
ga  
de militum  
utēperantia

# Vita S. Eliæ Junioris

74

leto iaceret ad hospitem conuersus; vides ne, inquit, Chryson, cubile ubi nunc iaceo? in eodem cubabit Brachimus, humani sanguinis quidissimus, ac complures ex principibus viris huius cinctatis gladio constructos huius aulæ parites videbunt. Tum irridens Chryson, Sancti xiri verba ne assit quidem faciebat. Porro bonus senex è strato surgens, se in Amalphetarū urbem profecturum nuntiauit. cum vero esset in media urbe, vestem ad genua usque suspendit. ibi rei insolentia stupens Daniel, quid Pater, isthuc est rei? at ille iam exundantes video sanguinis riuos, & hæc superbia, ac magnifica, quæ stare cernis ædificia, ab Agarenis funditus euertentur: Hæc aperte pronuntiabat sanctus vir, exemplo Ieremie Prophetæ, qui populum diuinis legibus minime obsequenter magna cum libertate obiurgabat, eorumque cervicibus imminēs seruitutis iugum, non modo oraculis, sed inusitatibus etiam factis ob oculi os ponebat. quippe lumbare lineum super lumbos suos ponere, & alibi, modo catenas terreas, modo ligheas collo gestare, à Domino iubetur, atque ita vaticinari, eo consilio, ut populū perterrefactum ad meliora studia, & ad Dei amicitiam oratione conciliandam prouocaret.

Quæcum ita sint, frœno linguam cohibeat, neque temere eam, quo velit, ferri finite. sed attente potius considerate, multa sanctis viris diuinitus esse ostensa, ad deßides, ac recordes excitando. nam quis non summopere commoueatur, atque obstupeſcat, cum diuinum hominem modo lignea, modo ferrea vincula gestantem intueatur? quis tandem ex numero eorum, qui sapientes censemur, non sciscitaretur, quid causæ esset, cur S. Elias usque ad genua vestem suspenderet? Quemadmodum igitur rerum omnium molitor Deus illud fieri iussit ad incitando eos, qui per summam recordiā, ac corporem vitam ducerent; ita nouum, atque inauditum id spectaculi proposuit, ut spectantes à turpibus factis auocaret. At vero illi non modo nullam fidem habuerunt, sed malis etiam exemplis accipere Santos viros cogitabant. Tum illi ex Domini precepto, ecce, inquit, puluerem excutimus de ciuitate veltra; verum tamen, quæ vobis prædicauimus, memoria teneatis.

**In Amalphe nauigat.** Ex urbe itaque soluentes in Amalphem nauigationem instituerunt, interim dum in quodam angusto sinu, ad refocillandos parumper animos è nani egrediuntur, ecce tibi è vestigio cuidam ex vectoribus vipera pedem mordet. vociferari misellus, totus intumescere, & instar foedissimi cadaveris humi misere sterni. tamen accedens Sanctus vir, ac prehenso agroti pede, signum crucis imprimens, hominem recuperata valitudine erigit. mox incepsum cursum persequuntur. Vbi igitur Amalphem tenuerat ab Episcopo benigne excipiuntur. hic dum versantur, paucis post diebus, ad eos de Taurromenij excidio perfertur. Afer 23 cum multis nauibus intructus, magnaq; vi Taur-

romenitanos adortus faciliter negotio capie, urbem evertit, atq; incendit, ac complures eorum gladio trucidat. haec sunt incredulorū tragedia, hic honos eorum qui divina patientia abutuntur. Urbe igitur eversa, inobſequiū vicinis pagis, tyranus non tantum in romenij au-

Christians, sed in Christum etiam insolentiter. Cladē Tauri

24

25

Hæc ubi cognovit Sanctus Pater, diuīnō zelo succensus, caelestique gratia communitus aduersus superbū hostem se obirebat. erant vero eius arma, minime illa, quidem corporea, non ferrum, non casum, non clypeus corio tectoris, non hamata tunica, non gladius, sed quæ Dæo bene iuvante, facilita sunt ad parandum victoriā; spes, quæ fidei est indumentum, iustitia, ac gladius spiritualis, quod est verbum Dei ex Diui Pauli sententia. ad hæc longum ieiunium, iugis oratio, humili cubatio, lacrymae, suspiria, pectoris tuniones, crebre adorationes, clamores ex intimo praecorū dñis editi, calamusque ipsa ferentes. Quidam plura à qui ad Constantinopolim occupandam animum adiecerat, is Brachimus fortiter dimicans, oratione insti visi percussus, Consentia, 26 in Italia misere moritur.

Sed ut Amalphem redeamus, eius urbis Praefectus, soror graui morbo laborante, Eliam rogabat, ut eam inuisere dignaretur; is autem praefetto morem gerens, in a grote domum se confert, ac sumul ostium inagreditur, relinquit puellam febris, pulsus ad naturalem motum componitur, vires lebet, factæ, ac ferme extinctæ eriguntur, atque confirmantur; somnus, quem morbi molestiz vel interturbanter, vel procul exegerant, suauissime, ac placidissime illam complectitur. sic femella sola sancti viri presentia, fugato morbo, suæ incomumitati est restituta. Ceterum ubi venerandus senex cum discipulo in monasterium est reuersus, mulier quedam illi non ignota, monasterium satis odiosa, importunaque frequenterbat; quam misere impellebat, urgebatq; generi absentia, quoniam in Reginæ clade captum Barbari in Africam auexerant. postquam vero magna cum affiditate à misifimo patre contendit, ut pro eo Deusa deparetur, respondens ille, reuertere, inquit mulier domum, & quia credidisti, fiat tibi quod postulas. Abiit mulier nihil ambigens de sensis pollicitationis: ecce tibi triginta post diebus, è seruitute generis domum reuertitur.

In Monast. siuum reuetur.

Rogatus vero, qua ratione factus esset libertatis compos, rem ita narrabat. Ego, dicebat, cum in carcere detinerer, quotidie gladium cervicibus imminentem expectabam, ecce nocte intempera videre videor quasi referatum carceris ostium, ac quemdam affecta etate monachum ingredi, luce cōspicuum, totumq; domicilium illustrantem, promissa barba, canitieq; maxime verendum, ac præ senio incurru. Hic hilari ore adstas ad hunc modum aequaliter appellat: Basili(hoc erat illi nomen) surge & eo, vade abductus es,

23

Basilio in Africa se videndum offerit, & trans uehit Rheim.

27

reuertere. ego vero cum adhuc hæsitarem, rursus, me ne inquit, nos & ego, qui fieri vñquam potest, vt te nouerim, nisi tu prius mihi nomen tuum aperueris? at ille: Elias 27 sum Monachus, quem socrus tua iussit in Aulinis, pro te ad Deum preces emittere. Tu interim deposito meo, sine villa hæsitatione, abscede iam in patriam, tuam: parui, abfessi, veni, è seruo factus liber. atque hoc prodigium mea quidem sententia nihil inferius est eo, quod Abacuc accidisse sacra litera loquuntur. ac iure optimo cum omnes animos, qui in presentia aderant, incredibili admiratione percatit; tum eorum, qui aberant, commouit ad laudes Deo rerum opifici decantandas. Atqui Abacuc ab Ierosolymis in Babylonem, ab Angelo per aerem est versus, vt Daniel se ministrum præberet; sed noster Elias in Aulinis cum esset, per solam precationem, veluti quadam Angelica ratione, in carcere se videndum captiuo offerens, Rheim in patriam reducere liberum facit. ac quibus alis subleuatus? quo subiectus currus fuit? Elias olim euenisle memorant diuinæ historiæ? quid ad hoc prodigium lydins currit? quid Arginus Pegasus? at hæc fortasse non fabulæ, aut commenta Poetarum, quæ homines tantopere admirantur, cum ea historijs Græci commendarint.

Sed ad multo maiora festinat oratio, ac fortasse multis, quæ dicentur, incredibilia videbuntur. plerique enim naturæ legibus, quæ dicuntur metiri consuevere. quod si quid audiant, quod eas excedat, id vero vanum, ac leue suspicantur. sed hominibus rerum diuinarum impetratis id vitij sollet adscribi, quos potius insanios appellamus. ex vobis vero, auditores, qui hisce rebus profecto estis eruditæ, Dei que virtutem ex sacris literis quotidie cognoscitis, nemo erit, sat scia, qui audeat ea in dubium vocare; sed silentio lingham premens vacuas aures præbebit. neque enim, quæ huc usque retulimus; tam admiranda sunt, quam quæ in posterum recensemus. Olim maxima fiscitate campi ita exaruerant prorsus, vt toto quinque mensium spatio ne una quidem nubecula cælo videretur. sed tellus sterilis, atque inutilis ad culturam passim hiulca, feruidissimos solis radios in se penitissime admitteret. fontes etiam, qui perpetuo scaturiebant, defecerant; ac magni amnes exaruerant.

Ea re permoti incolæ ad nouum Eliam, configiunt, velit communem calamitatem ab ipsis deprecari, ac pluviam à Deo exorare. negare homo plane modestus. illi instare, atque urgere. tandem Elias, vultis, inquit, causam huiusc temporum conuersionis, ac rerum perturbationis, confusione edisseram? sed ea, vel me tacenti, eis manifesta, omnibusque conspicua. Quia cum egenos videamus, nullo pacto eorum egestatem subleuare volumus, nec misereri eorum, qui miserijs premuntur. iam fraternalm à nobis benevolentiam exterminauimus, restixit caritas: iniustitia

Clausum cę  
lum per mē  
fis quaque

Tom. 2.

viget, ac conualescit: sicireo classum, ost coelum, pluia tenetur. Verum enim vero quando Deus Opt. Max. numquam clementiam, atque in mortales prouidentiam, in eorumdem odium solet conuertere (cum natura immutabilis sit) ei supplicemus, ad eins genua nos abiiciamus, in spiritu humilitatis, & in animo contrito; ac nostrum omnium voces noctu, atque interdiu clamantium aperte auribus accipiet. his dictis, ad discipulum conuersus, concedamus inquit, ad D. Mariæ, vt fratrū nostrorum postulationibus faciamus satis. mox ad populum, vos etiam preicationibus velris nobis puliper opitulamini, faciet enim, scio, nobiscum Dominus misericordiam suam. Cum itaque profecti Elias, & Daniel sine viro arbitrio in templum, integrum ibi noctem Numen precando contriuissent, audijt eos Deus, nostris calamitatibus ad miserationem commotus. voluntatem enim timorem facit. Tum aer, qui serenus, nec villa nube obductus perpetuo ad illū diem vias faciat, continuo nubibus intulitur. iannas celi aperit Dominus, visitat terram, & inebriat; quæ exaruerant, concepto humore foventur, crescunt, augmentur, anniq; temperates ad suam temperiem reuocantur.

Hæc profecto Elias sunt magna in Deo fiducie certissima argumenta. Cum etiam fluum, 28 quem Seorum appellat, vna cū Daniele, ac Sabba discipulis transire vellet, is vero tanto impetu ferebat, vt neque scapha illum traxere, neque tranare quis viro modo posset; nam ad consuetas aquas, torrentes etiā rapidissimi ē vicinis motibus delabentes, per id tempus accedebat, & pons longe ab ipsis aberat, adeo vt ambo discipuli desperarent tā longum iter a sepe confici posse. dum in ea cogitatione eoru animi versantur, ecce illū circa flumen in altera ripa conspiciunt. ubi vero flumū ponte tracierunt, magna cum admiratione procul hominem vident, propriusq; accedentes periunt, ne tantillum quidē pedes aqua ma defactos. id quod ne vili vñquam, quoad ipse hac lucis visura frueretur, viro pacto aperirent, etiā atq; etiam ab illis contendit. sed pī religiosiq; monachi ingenti admiratione perculti, è metu, ac reuerentia ad S. virum accedere pertimescebant. etenim existimabant id haudquam præstari posse ab viro mortali, qui graui corporis sarcina præmeretur, sed ab uno Deo, cui parent creatæ res omnes; vel ab eo cui ipse promisit, sicut olim D. Philippo contigit, qui Eunicho per Spiritum creptus, inuentus in Azoto perhibetur.

Igitur cum ad loca vasta, desertaq; & aquis carentia peruenissent (id enim sepenumero facere consueverant, ad vitandos hominum tumultus, ac preicationi liberius vacandum) Daniel ē multo labore, atq; æstu siti cruciari coepit, neque valens amplius stare, se humili projectit. Senex vero cum eo in periculo versari discipulum videret, ingenti miseratione commotus (vehementer enim illum diligebat, quem dicto audientē

Perrumpit  
precibus.

28

Fluum sic  
cis pedibus  
tranat.

K 2

Foncim pre  
cibus edu  
cat

Oras igne,  
& lunine  
circum fun  
ditur.

Malachiam  
saluti statim  
restituit.

Mitissimus  
erat, sed si  
opus esset,  
accerrimus.

& in omnibus sibi morigerum sciret) non longe ab ijs secedens, sese in preces effundit, ac confitit Dominus ostendit fontem limpidissimum, ac frigidissimis aquis manantem. tum accersens discipulum, bibe, inquit, fili, viresque refocilla, ad incommoda aquo animo ferenda, quorum Eremus sollet esse feracissima. is autem ubi fitim aqua retinxit, lauit, ac vires refecit, robustior, atque alacrior, ut dicebat, est redditus, & ad labores, asceticæque disciplinæ, & ad vita duriciem, atque asperitatem toleradam.

Contigit vero, ut Daniel cum Sancto viro Deo supplicans, eum videret totum instar ignis incensum, atque inflatum. ibidem capillus ingenti lumine circumclusus, pronus in faciem humi concidit. at magnus senex, ut qui probe nollet, quid causæ esset, cur ille pertimesceret, hominem è terra erigit, iubetq; in eiusmodi rebus, bono animo esse, nihilque timoris concipere.

Nec multo post cum ad S. Cyriaca carstrum ventum esset, audit inibi presbyterum quemdam, nomine Malachiam, cum disturno, atrocique morbo confictari. iam enim pedum visum agiliterat, ceteraque corporis membra paralyti dissoluta torpebant. adhac modo febri tenebatur. modo capitis dolore cruciabatur, sic ab omni salutis spe destitutus, cum tristitia desudaret omnis ars, praesidiaque medicinae, in lecto decumbebat, iam iam animam exhalaturus. & quoniam Sanctus Dei vir præter alia virtutum decora, mira erat in ægrotos clementia, adeo ut illos inuisere soleret, continuo ad hominem magno studio se confert, & cubili propius accedens, blando rogare coepit, ut sese haberet, morbique vim perferret. tum miser intermortua voce, que vix posset audiri, incipit de morbi cruciamentis, ac laboribus minime terendis, ac perpetua alperis narrare. at senex scipione, quo amicus, solebat gressus suitentare, in ægroti dextera collocato, in nomine, inquit, Iesu Christi, hoc bacillo innexus, surge, & ambula. continuo paralyticus prehenso sancti viri scipione surrexit, atque obambulauit, ac paucis post diebus rite conualiuit. qua in re illud est magna admiratione dignum, q; ægrotus diuturno morbo vexatus, confessum de lecto ubi tamdiu recubuerat, sanus exsilio, quo clarius cœlestis medici virtus appareret.

Neque vero unus aliquis admiretur si talia, ac tanta prodigia patrauerit sanctissimus vir, ea enim Seruatoris nostri vox est: Amen, amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. petite & accipietis. numquam enim ille morbos curabat, nisi prius multa precatione Deum Opt. Max. implorasset. quare non is auctor censendus est, sed bonorum omnium opifex Deus, qui suam benignitatem per seruum suum alijs declararet. hic nihil asserre aliud poterat, quam orationem, animi puritatem, piam exercitationem, ac in Deum fidem. Porro erat, quæ admodum de Moyse audiuius, mortalium omnium miti-

mus; idemque in eos, quæ bonum, honestum, que dicta, aut facto oppugnaret, acerrimus, nulla vnoquæ illius habita ratione. neque enim ad suam cuiusque libidinem se se effingebat, ut plerosque facere videmus, qui in statu Gamaleontis varios in colores contumulantur. sed constans, suique propositi tenax, ac singulari prudentia prædictus, nihil omnino illi preter æquumque, & fas gratificari. si cui vero quicquam esset indulgendum, plane indulgere: cetera afflentatoribus, atque adulatoriibus relinquebat. in fere rendis vero sententijs, ac iudicando æquus sumus; ut ijs, que partim recensuimus, partim dicemus, planum fiet.

Michael ille, quem supra memorauimus, qui de Ismaelitis, ut dictum est, vel consilijs vel precibus venetandi Parris, non vulgare victoria ac reportavit. Calabrorum prouincie præficitur. hic dum præfecturam gerit, Columbum nescio quem repertum, hominem recordem, nouis rebus studentem, ac plane sibi aduersarium. hic Columbus arrogatia, superbiaque nimium elatus, contractis copijs, armatisque hominibus stipatus per civitatem, ac pagos grassabatur; ac gliscente improbitate, complures, qui parere sibi regularent, dire vexabat, direptisque bonis, eorum domos euertebat. hunc Michael Præfetus per insidias captum, omnimodis supplijs, sine vila clementia, vltus est; idq; pet multos dies; postremo semiuulum, in carcere detrusum crastino die obtruncare in animo habebat. Hoc Dei vir, qui suopre ingemo in omnes lenis; ac clemens semper fuit, cum resciuisset, ad Præfectum accurreret, hac oratione vtitur: præclare tecum, Præfete, ac cum existimo, cum omnia tibi ex sententia euenerint. etenim in factiosissima ac profligatissimum hominem animaduertens, hoc exemplo alijs terorem incutis, ne in huiusmodi sceleris, ac flagitia in posterum sese audeant præcipitare. Verumtamen ego id à te etiam, atq; etiam rogo, ut illius vitam mihi condones, quod ut impetrem, genua tua complector. Sic ille dicens, in genua prouolutus, nullum supplicandi modum faciebat. ignosce ei, qui dignitatem tuam, per summam amentiam, violauit. iracundiam vincat humanitas. quid quod in celo Iudicem non habes, qui eadem mensura qua mensus fueris, remetietur tibi an non illud audisti; non iudicabis bis in idipsum. tum ille minime æquam sancti viri pertinacem ratus, gladium acuebat, tendebatque arcum ad necem. rem tamen ita proferebat, ut aliquis resipiscientia locus dari videatur. tandem ubi Elias aduertit, nullo modo suis illum precibus molliri, ac flecti; sed in eadem sententia obstinatissime harere, his iterum verbis præclarissimis Præfectum aggreditur; Evidem, Dux optime, que in rem tuam esse arbitratus sum, ea vero suadere tibi, atque à te exorare omni opere cōtendebā: at nunc tuo in proposito ita te pertinacem, obduratoque animo cum videam, sane peruvicacia tuæ fructum feres amplissimum. sic hominē reliquens, opere maxi:

maximo contristatus abscessit. septem post diebus, præ immoderata animi iracundia grauem in morbum incidit, ac frustra per internuntios, fandum vitum accersens, nullum recuperandæ valetudini locum sibi remedium videt. mox die in sequenti, Deo ita vicidente, periret. Columbus vero capitali sententia præter expectationem liberatus, in carcere viatoris tenebatur, in Deo, atque Eliæ spes collocans suas.

Non multo post, in Aulinas nescio quis ex eorum numero, qui sibi sapientes esse videntur, ad S. Eliam venit. is concionatoris personam induens, de pollicitatione, seu, quod aiunt, voto, illum interrogabat. hic vero quando, inquit, votum nuncupasti? tum ille, antequam Rhégium ab hostiis caperetur, coram Episcopo, Deo me deuoui. sed cum plerisque alijs ego etiam à Barbaris comprehensus, in Africam captiuus sum deportatus. hic Elias cetera ordine, que illæ gesisset, subdidit; tu, inquit, pollicitationis oblitus, mulierem adamanti Episcopo, ac quod palmarium est, Deo ementitus. nam tametsi de hoc me cælare volueristi, cor tamen meum intra te est, pro ut dicatum est Ieze ab Eliseo. Vate sanctissimo, nec me latere villo pacto potuisti & vero miser exultas, leuem hanc esse culpam; idcirco illam attenuas, ac minus. sed que mea est animi sententia, eu Diabolus tendit, vt culpas imminuendo, & atterendo, in multo grauiora iceiera, ac flagitia sine villo metu homines possit inducere, nunc ego quid te moneam: an in surdas cadaueris aures voces effundam? qui enim sapientem se existimat, neque se interim dignoscit tamen, in eo iuando omnis prorsus opera luditur. quid, miser, quando alios monuisti, ac docuisti, te ita indoctum negligis, ac prætermittis? hac ut dixit, hominem à suo conspectu repellit, cum iam mentis actio perspicere videat, nullo vñquam pacto fore, ut ad meliorem ille frugé corrigeretur. Is itaque erat in eiusmodi homines Elias, acer, invictus, imperterritus, ac iure optimo, qui omnia se facile superari sinit, is scilicet omnibus despiciat ult; & qui vulgi sententijs minime assentitur, hunc nulla vis poterit expugnare.

Porro ingrauente iam senecta, domi se continere necesse habebat. ac paullo post ait discipulo, iam instat Daniel, dies, quo nos religiosissimus Cæsar accerset. id quod multo ante mihi cælitus est indicatum. Leo enim Græcorum Imperator audiens ab omnibus prædicari, ac laudibus esterri admirabilem viuendi rationem, ac prodigia a S. viro edita, eius videndi desiderio tenebatur, vt non nihil etiam lucis ex sanctis illius precibus ad imperium accederet. Erat enim monastici instituti studiosus, & ad honestas artes proxime proclivius. igitur dum hisce de rebus secum cogitant, ecce quidam aulicus ad monasterium venit, qui Eliam ad Cæsarem magno, vt decebat, honore produceret (erat huic nomen Musonius) is ad Sanctissimi Patris pedes aduolatus, benedi-

cione impertitus, dat ei literas à Cæsare, quas ille cñm accepisset, legisletque; quid, inquit, Cæsari necum vili abiectog; fene? prætermis olympi fontibus limpidiissimis ad cœnosum torrentem animum adiecit, qua gratia tanto te vita discrimini obiecit? ne inpe vt monachum videres fama, quam rebus gestis maiorem. sed, quando ita Deo videtur, senectutis, ac imbecillitatis incommoda nihili pendens, dabo me in viam audacter. horum vero laborum ille mihi velim sit fructus, vt Columbus capitalis criminis reus absoluatur. cui petitioni cum libenti sa ne animo ille annuisset, acceptis Columbo & Daniele socijs, vna cum aulico ad Regiā proficisciuit. interibi secreto Daniëlem vocans, ei aperit, & si iter inceparent, numquam tamen fore, vt vel ille Cæsarem, vel Cæsar illum videat, neque tamen frustra se eam peregrinationem suscipere, cñm sibi præmium amplissimum sit salus, ac vita hominis capite damnati.

Igitur appulsi Aericusam (ea est Insula in ipso Ionijs maris aditu, ab Epiri finibus non longe distans) occurruunt obuiam Chrysioni Tauromenitano, cui prædixerat sanctus vir, cum Tauromenij versaretur, in eodem lecto, vbi ipse iacebat Brachium esse cubaturum. is complectens verendum senē; tulimus, inquit, miseri, Pater, ac Vates optime, quæ nobis multo ante denunciasti, tuis consilijs, ac monitionibus saluberrimis minime auscultantes. sed quid nobis in posterum fiet, mihi saltem, qui te parentis loco & habeo, & veneror, aperire ne graueris. Ego, respondit senex, hoc prædicto tibi; nō multis ab hinc diebus, è vita excedes. id & euénit, vt vir sanctissimus fuerat prolocutus. hinc soluentes Naupactum tenent; ibi q; compertunt rumorem circumferri, Syriacā Agarenorum classem, quæ Constantinopolim cogitabant, omnia maria percurrere. Tū homo Dei, ac Vates gloriösus, non ita, inquit, euéniet, non vt homines vulgo opinantur, sed vt Deus optimus faciendum statuit: nec illi in Byzantium nativit, eiusq; euersionem machinantur; sed in medio Hellefponi cursu reuertentur, & Illyricum sinum percurrentes, Thessalonicam inuadent, ac depopulabuntur. his auditis Musonius sanc quam grauiter obstupuit. etenim dicebat, si ita hac euénient, portentj simile, ac supra omnem humanam vim existimo hanc futurorum cognitionem. atque id satis superque esse ad declarandam sancti viri puritatem. quid enim, Deus immortalis, aliud est, si hoc non est prodigium, quæ nondum euenerunt, eadem perinde ac euenerint iā, aut ab alio didicisler, mortalem multo ante libere, audacterque prædicare. multo plura his narrare solebat Beatus Daniel, post sancti viri dormitionem.

Age uero nunc de exitu dicamus, quo S. Pater vitam suam clausit. id quod & nobis ad memorandum, & vobis ad audiendum vtile, ac maxime iucundum existimo. Fuit vero eius ex hac vita migratio illi non absimilis, quæ de Jacob Patriarcha antiquissimo memo-

Prædicit, se euocatrum  
āti ab Imp.

In Græciam  
delatus, &  
gretat.

memoratur: neque sancto viro prouersus ia-  
cognita, sed sicuti Moysi multo ante de-  
monstrata. Itaque Naupacto soluens Græ-  
ciam peragrabat, ac delatus in quemdam  
locum ab Illyrico non longe distante, mor-  
bo tentatus est non sane graui, ac molesto.  
nam celitus illustratus a Deo didicit daret  
Columbo commendationis epistolam, eu-  
que mitteret ad Imperatorem n. eum igitur  
ut ablegauit, ipse Thessalonica in confehidit,  
in quam urbem ingredi noluit, sed ante ve-  
stibulum mansit, in quodam templo sanctis  
Apostolis dicato. ae die insequenti ad  
meridiem, quando Ecclesiæ vacant à fre-  
quentia populi, monachum, qui templo illi  
preferat, rogat, vellet in Sancti Martyris Demetrij se traducere. isq; libenti animo annuit.  
& inter eundum cum S. Pater urbem  
inqueretur, suspicuus petiit, & ex animo mó-  
renti similis Martyrem appellans, vbi, in-  
quit, gentium es, Demetri, Martyr Christi  
gloriosissime, quibus tandem in locis mo-  
rare? quonam cælestium orbium tractu va-  
garis? hæc, & alia id genus dictabat, & in  
templo, & ad Sancti Martyris sepulchrum  
propius accedens, hæc cum audiret mona-  
chus, qui Elias ducebat non mediocriter  
offensus, illi secum ipse maledicebat. Sed  
Elias absoluta preicatione, ad monachum  
conuersus, quid offenderis, frater carissime,  
quasi vero male sentiam, milleque loquar;  
Veruuntamen vbi vel mediocris est pœnitentia,  
& abundat probitas, ibi Dei misericordia multis partibus maior reperitur.  
Tum monachus sentiens cogitationes suas  
hospitem minime latuisse, ad eius pedes abiectus, rogat, hanc sibi culpam ignoscere,  
peruelit, quam ille homini ut condonauit,  
magna admiratione perfusus, ac prepro-  
pere festinans, quotquot sibi occurrebant,  
rem ordine narrabat.

Theſſaloni-  
cae Eliæ mor-  
bus ingra-  
uescit.

29

Igitur eocolo cum esset Elias, morbo iā  
ingrauescéte, scannum sibi afferri postu-  
lat, quo delato ibi decubuit. cum vero locus  
minime esset idoneus ad quietem capienda  
ad Caminos (locus quidem est) migravit.  
hic Danielem discipulum, ac fratrem caris  
simum ad se vocans ego, inquit, Daniel,  
fili suanissime, sicut scriptum est, viam pa-  
trum meorum ingredior, adest iam tēpus  
nostræ resolutionis, cum 29 octogenarius  
sim. tu vero asscutus es doctrinam meam,  
institutionem, propositum: in his fortiter,  
conitanterque persiste. neque te otio dede-  
ris, sed pijs exercitationibus, ac studijs te  
explire contendas. sic vero viue, ut quasi  
quotidie te moriturum existimes, quod etiā  
atq; etiam reliquos fratres monitos velim.  
Porro neque corpus nostrum hic conditum  
derelinquis, neque Constantinopolim ad  
Cæsarem deferri ullo modo patiare. petet  
enim, sat scio, perquiretque Imperator. q  
ego cum à diuina prouidentia accepissem,  
tibi epistolam ad Cæsarem multo ante dedi,  
vti post obitum nostrum sineret corpus  
ad suū monasterium afferri; quod Impera-  
toris vrbi nulli omnino usui esset futurum,  
neque Deus a quo animo latus, vos po-

tius, quod vestrum est, vendicate, noſtrique  
memoriam, tamquam parentis amantissimi,  
ex animis vestris excidere minime par-  
tiāmini. Porro si recte memini, apud te est  
ea epistola; seruato diligenter; & cum ea, &  
euenerint, (euenerint autem quamprimum)  
mitte illam ad Cæsarem; quæ prescribuntur  
effecturum scio. Ceterum vale, ac salve, filii  
iam enim decedit Elias, neque amplius hac  
lucis usura perfruetur. his dictis, omnipotens  
sui studiotis saluere iussis, blandeque am-  
plexis, ingenti cum laetitia, atque hilari vul-  
tu defecit, & positus 30 est cum patribus  
suis XVI kal. Augusti.

Bius obitu diuulgato, coactus est ingens  
monachorum, ac populi numerus, atque  
adeo ipse 31 Dux cum suo exercitu, ac cor-  
to eo die, ac nocte insecente multis lumini-  
nibus hymnique funebris decantandis  
incensisque suauissimis odoramentis sacro-  
sanctum, ac venerabile Sanctissimam Patris dor-  
micilium cohonestuere. Postera luce in  
Sancti Martyris Gregorij templo patre, reliq-  
gioseque illud depoluerunt. Verum Daniel  
cum nullo modo posset Sancti viri reliquias;  
in suum monasterium deferre, ibidem ad  
decimum mensem substitit. Interim quidā  
patricij dignitate clarus; (is. 32 Bardas  
est, cuius nomen per omnium ora circu-  
fertur) auditæ viri sanctimonia, ac miracu-  
lis, ad Daniëlem adiens, etiam atque etiam  
illum rogat, velit B. Patris sepulchrum sibi  
adaperire; quod sacras eius reliquias vene-  
randi magno desiderio teneretur. hoc ille  
eum praeficit, repertum est corpus pro-  
fus integrum, atque incolme, neque quic-  
quam detrimenti passum, qui eam diffusum  
odoris suauitatem, ut omnis locus affatum  
repletetur. Hoc prodigium vir illustris cum  
vidisset, magna cum pietate, ac religione,  
corpus sanctissimum venerari, salutare, de-  
osculari, eiusque exemplo omnes pariter,  
qui in præsentia aderant, idem praetare. ibi  
continuo iubet fabricari ligneam thecam,  
atque in ea corpus purissimis vestibus inuo-  
latum condi, ac in eodem templo reposi-  
tum de toto negotio Imperatorem infcio.  
Daniele, certiorem facit.

Cæsar te per patritium cognita, imbet.  
Beati viri corpus, quasi opimas gazas, ac  
thesaurum opulentissimum ad se deportari  
ut vel hinc appareat eius vaticinia nequa-  
quam fuisse vana, ant in irritum cecidisse.  
tum Daniel epistolam Patrio dat ad Cæ-  
sarem. simul hominem docet de his, quæ  
præceptor sibi antea viuus mandauerat.  
Patrius epistolam per tabellarium ad Cæ-  
sarem mittit, quam ille cum accepisset, ac  
fuisset deosculatus, legissetque, quæ in ea  
scriberentur, continuo quæ iubetur, facit.  
tum accersens Georgium Calabrum gene-  
re, hominem gnauum, & præclaris natali-  
bus ortum, qui ea tempeſtare Constanti-  
nopoli versabatur, illi hanc prouinciam  
demandat. is simul in Caminorum, quod  
aiunt, locum est delatus, sacrosanctis reli-  
quijs acceptis, omnes imperij prouincias,  
ac Græciam ipsam peragrabat, Thesprotū,  
atque

In S. Greg.  
templo de-  
positus cum  
honore.

Reſolutum  
corpus re-  
pertumq; in  
tegrum; &  
odorem su-  
auissimū dif-  
flans.

33 34 atque 33 adeo usque 34 Butyrotū illine  
conscendens , ac prospera vteis nauigatio-  
ne , ad Rusianorum 35 opidum appelli-  
tur , et post equo pedes in Besianum 36  
castrum venit.

Ibi adatēscens quidam à spiritu dire cri-  
ciabatur , adeo ut sepe ad deserta vastaque  
loca ire compelleretur. interdum etiam se  
in mortuorum sepulchrapenetrare ; coque  
dementiz Dæmon melleum-adegerat , vt  
sua ipse excipienta , ac sordes deuoraret.  
is ubi ad Sancti viri reliquias proprius access-  
it , de repente pulso tyranno , sanus , ac sui  
compos est effectus. ac Deo gratias agens  
ad Salinas 37 proficiscitur , de sancti cor-  
poris translatione fratribus annunciaturus.  
qui simul rem cognouere , partim alacres  
ingenti gaudio cumulabantur , de repertis  
Beatissimi Patris reliquijs; partim non me-  
diocriter dolabant , quod eo se vire orbos  
intelligerent , quem parentis loco semper  
coluisse , atque adamassent. omnes ta-  
men libenti alacrique animo in 38 Tauri-  
tanam honorificentissime , vt decebat , illi  
obuiam processere. porro qui fuerit eo die  
populi concursus , non facile quis explicar-  
et . max referata capsula reperiunt sanctis-  
ficium corpus intactum , integrumq; odo-  
rum omnium odore suauissimo spirans. hic  
quid dicā energamenos sanctarū reliquiarū  
contacū sanatos; quid varijs morborum  
generibus tentatos suis valetudini restitu-  
tos? quid oculis , capiteque laborantes rite  
procuratos? nēc vero stetit gratarum , ac  
miraculorum fons , sed hodieque ijs abu-  
de dimanat , qui ad illum caru fide accesser-  
int. Porro eius monasterij 39 fratres , in-  
nioris Elii pallio , sacro nimirum corpore ,  
donati duplicitis spiritus facti sunt partici-  
pēs , nam eius præceptis informati ad per-  
ficiam virtutem consequendam admou-  
tentur , & sanctissimis vestigijs inharentes.  
in eiusdem virtutis via incredibiles progres-  
sus faciunt ; se adhortantur , stimulant ,  
impellunt.

Sed Leo Imperator religiosissimus , qua-  
suit vel post-mortem , in Patrem Sanctum  
obseruantia , censas , & prædia eius mona-  
sterio liberalissime attribuit , vt omnium ,  
qua in Italia sunt , monasteriorum claris-  
simus , ac celeberrimum existeret , id enim  
tamen antiquitate illis concedit , glo-  
ria tamen longe præstat. cum enim no-  
bi Elii sedes , & quasi nouum Carmelum

sufficit , regditum est veluti quidam deli-  
ciorum paradisus , & plantis spirituali-  
bus consitus , quæ ferunt virtutum vber-  
ritos fructus , ac folia nullo vniquam  
ventorū turbine decussa , quæ est constans  
fidei confessio. Tu vero i o beata olim  
Sancti viri domus , iam enim ad te mea  
nunc se conuertit oratio , neutiquam te  
existimes carissimo parche orbatam , sed  
in eius te esse tutela , ac patrocinio; non  
minus hac tempestate , qua est in cælum  
delatus , quam antea , cum esset viuus ,  
ac superstes . quamquam enim minime  
ille oculis certitur , adeo tamē spiritus  
filios suos ferrat , dirigit , suasque oves  
cognoscit , & a suis ipse cognoscitur; ip-  
se ouile suum custodit , & a truculentissi-  
morum loporum insidijs tuetur. idque eo  
melius præstat , quo se Deo propiorem  
videt , nostræ mortalitatis vinculis iam  
exemptus , ac purissimam mentis aciem  
in lucem illam inaccessam , omnisque bea-  
titudinis originem , liberius defigit. At-  
que hæc sunt , quæ ex multis collecta  
conscriptimus . quamquam , vt verum  
fatear , multa etiam sunt , quæ præter-  
mittenda sumus arbitrii , ne propter re-  
ram multitudinem auditoribus odiosi , ac  
molesti essemus , aut multa congerendo  
nimis excresceret oratio. quare medium  
tenentes , ac regia , quod aiunt , ingre-  
dientes , potiora ac notiora selegimus :  
vt neque auditores prolixæ orationis tē-  
dio afficerentur , nec tenuitate rerum ma-  
gnam virum despiciunt haberent. Cete-  
rum hoc Deum immortalem precor , vt  
Sancti Patris rerum gestarum non audi-  
tores tantum , sed imitatores perpe-  
tuo simus; vt eiusdem etiam præ-  
mij donemur , quæ ille in  
celo abundantissime  
est consecutus , in  
Christo Ie-  
su Do-  
mino nostro , cui sit gloria ,  
& imperium in secula  
seculorum.  
Amen.

Vide Animaduers. folio 23.



VITA

## V I T A

Anni Chr.  
915.  
2. Martij.

## S. LEONIS LVCAE

## CORILIONENSIS

## ABBATIS, ET CONFESSORIS

Ex M. SS. Codd. Panorm. Mazar. Corilionensi.

<sup>2</sup>  
Lucas, Cori-  
lione ortus.



EATVS, i. aequo egre-  
gius Iesu Christi Con-  
fessor Lucas, qui & Leo,  
Corilione in Sicilia or-  
tus, quo & tempore In-  
sulam deuultare Sarra-  
ceni ceperant. paren-  
tes fortius est non mi-  
tus nobilitate, quam Christianz splendore  
pietatis illustres. & patri quidem Leo, ma-  
tri Theoctistis nomine fuit. à quibus in timo-  
re Dei educatus, non beilicis exercitationi-  
bus, aut otiosæ philosophiz, sed domesticæ  
rei cura mancipatus occupabatur. etenim  
postquam excessit ex ephœbis, hoc illi sum-  
mum cordi edit studium, vt paternarum  
fortunarū, & bōū procurationē non alteri  
demandaret, sed sibi ipse susciperet. secu-  
tus in hoc Davidem, qui suorum gregum  
pastor, multa cum cordis iustitia transagit.  
at quoniam in seruis suis sanctam bonitas  
divina simplicitatem amat, atque appro-  
bat, non dissimili pietate, ac benevolentia  
hunc electum suum ad spirituale animi re-  
gnum direxit, quam olim ipsum Davidem  
euixerat. itaq; post parentum suorum obi-  
tum, sua ipse libertati, atque consilio reli-  
ctus, non protinus in licentiam viuendi,  
propellente iuuentute, delabitur, sed cor-  
poris, animique motuum inquietus rector,  
ac seuerus, domini, forsique multa cum lau-  
de versabatur. iam enim Spiritus Sancti lu-  
ce cor adolescentis afflante, spiritualium  
quædam affectuum semina conceperat ani-  
mo; quæ postmodum in admirabiles, ac  
suauissimos pullularent effectuum, operum  
que fructus. huc accessit, quod cum pascen-  
dis olim armentis in solitudine degeret, ar-  
reptus cælesti feruore, atque æstu, cœpit  
varijs de diuina liberalitate tamquam cogi-  
tationum fluctibus agitari, quarum impulsu  
repentino totius propriæ domus, ac fortu-  
narum iacturam liberari facit, & in 3 San-  
& Philippi, quod est Agyrij, monasterium,  
tamquam in portum, ac tempestatis asylū,  
celerrimam fugam atripuit.

<sup>3</sup>  
Bonisomni-  
bus relictis,  
ad Monast.  
S. Philippi  
Agyreti co-  
tendit.

Ibi conceptus antea ignis, multorum  
etiam exhortatione tamquam aura in grā-  
diores flammæ euasit. præsertim vero na-  
ctus monachum probatæ sanctitatis, ac se-  
nectutis virum, ei omnia mentis lumen consi-  
lia, atque arcana aperit. Pater, inquiens, si

Evangelicum seruas erga Christianos affe-  
ctum caritatis, quædo te, seruo huic tuo ca-  
lestis contemplationis faciem viam doce,  
& huius miseri, ac fatigis mundi sincerissi-  
ma despectione, imbue. Beatus senex ille  
adolescentis indolem, spiritumque contem-  
platus: his in locis, inquit, fili mi, cælestis:  
philosophiz quietem adipisci non poteris:  
quod insula nostra & violentis nunc Agare-  
norum incursibus agitetur, & Christiano hu-  
bitatore sit certo desolanda. quoniam ta-  
men cælesti te inspiratione ad vita contem-  
platione dulcedinem video vocari, meo  
sancte hortatu in Calabriæ regionem trans-  
meato. ibi sine dubio, quæ te Christi inspi-  
ratio vocavit ad gratiam, eadem tibi con-  
solationalis expetitæ ianuam aperiet, & vi-  
ta sanctæ conuerstationis ostendet. ait enim  
per Prophetam Dominus, voluntatem ti-  
mentum se faciet, & deprecationem exau-  
diat, & saluos faciet eos. & cum hoc dicto:  
venerandus senex comam adolescentis to-  
tundit, primum clericatus ecclesiastici si-  
gnum, despontens eum, vt ait Apostolus,  
vix virginem castam exhibere Christo.  
indutumque cilicio dimisit, & benedixit in  
hæc verba: gratia, & virtus Domini nostri  
Iesu Christi conservet, & illuminet, fili mi:  
cor tuum, & eripiat te de iniquissimi  
persecutoris periculis. his monitis, obsequi  
bonæ indolis adolescens haud segnus fuit, &  
cum descendisset ad portum nauim ingre-  
sus, in Calabriam venit. illic de sua salute  
anxious, & cum corporis, tum mentis etiam  
sollicitudine pressus, dum vagatur, hoc illi  
diuinitus affulgit auxilium, mulierem quam-  
piam, qua etatis, qua etiam vultus grau-  
itate venerabilem vider, conjecturamque  
prudentiæ, & sanctitatis eius facit ex aspe-  
cta. ausus ergo apud eam feminam est, ex-  
plicare de se nonnulla: quis, & cuias esset,  
quid demum in animo agitans, ad eas par-  
tes transmeasset. deinde consilium ab ea  
petit, quo ire, quidue agere oportet. &  
illa, non poteris, inquit, fili mi, vagando,  
atque hinc inde commigrando, proficere,  
quod si tranquillo salutis excipi portu ex-  
peris, hoc à me tuis rebus utile, ac congruū  
cape consilium. in cœnobium, aut religio-  
sam aliquam familiam te insere, vbi auxi-  
liante Christo, proficere ad beatam vitam,  
& exemplis Sanctorum incitatus, aut exer-  
cita-

citatione iustorum operum eruditus, pos-  
sus: his dictis confirmatum dimisit, appre-  
cans illi à Deo; Dominus noster, Iesus  
Christus, dirigit gressus in viam pacis, fi-  
li mi.

Hæc tam opportuna sanctæ mulieris  
verba, memor adolescens, in penetrali-  
bus cordis afferuata, subinde secum ipse  
volutabat; nec tamen perfidere decreuit,  
priusquam antiquius aliud conceptum ani-  
mo propositum complexisset. Statuerat  
enim nulquam omnino pedem figere,  
nisi prius Sanctorum Apostolorum Petri  
& Pauli limina viseret. quod iter tandem  
multa cum corporis maceratione, fre-  
quentiaque iejuniorum, & contritione  
cordis peregit. ingressusque Romam ante  
Beatissimorum Apostolorum sepulchra  
magna animi deiectione, prostratus lacry-  
mis, prostratus oravit. Interim dum  
peregrinatur, Euangelici consilij seruator  
affidus, non peram, non pecuniam, ni-  
hil denique in crastinum diem transtulit  
promissionis Dominicæ securus; quærite  
primum Regnum Dei, & hac omnia  
adjicientur vobis. demum reuisis Sanctorum  
memorijs Apostolorum, & produc-  
ta coram eorum reliquijs profunda ora-  
tione, in Calabriam regreditur, & San-  
cto deducente Spíitu sese in exiguum  
quoddam Monasterium contulit situm in 5  
montibus, quibus Mula nomen.

Abbas autem eius Monasterij Christo-  
phorus, vir sanctitate vita, & matura-  
iam etate conspicuus Deo revelante, Leo-  
nis præudit aduentum, conuocatisque  
vnus in locum fratribus; scitote, inquit,  
fratres nostri, venturum hodie ad nos lu-  
uenem habitu quidem incultum, sed ca-  
lestibus ornamenti exultum plurimis,  
cilicio membra cinctum, huc ad nos  
à Deo missum, & donatum; ei nomen-  
est Leon; cui, rogo vos, ite celeriter ob-  
niam, & quantis potestis benevolentia,  
obsequique signis acceptum deducite. no-  
ster enim iam frater censemur, & Monas-  
chus; eritque, Deo daate, monastici  
nostris instituti, & profectus seruator, at-  
que promotor. huius promissionis audi  
fratres, & de exitu solliciti, accurrunt ad  
fores Monasterij. nec enim alio prope-  
rare, aut occurtere noverant. mirum ve-  
to accidit. nam eodem temporis momen-  
to è Monasterij foribus prodibant fra-  
tres, & Leo foribus subibat. ita utrique  
ad eandem portam occurrunt sibi, & con-  
ueniunt. ergo magna dilectionis signifi-  
catione suscepimus, deducunt apud Ab-  
batem Christophorum, qui in Leonis am-  
plexus, atque oscula ruens, humanissimum  
se hospitem, & parentem gessit. quæ om-  
nia Leo cum diuinæ erga se caritatis indi-  
cia esse existimaret, hærebat animo, ac stu-  
pebat.

Venerabilis autem Abbas Christophorus,  
per aliquod tempus conuersationem  
honi hospitis considerans, dum spirituali-

Tom. 2.

bus incrementis humanum ultra morem  
seruere pernouit, latus animi, felici ha-  
rede, ac successore suo perfruebatur. ap-  
properauit igitur Sancto cum habitu in-  
duere, ac 6 iuxta monasticum institu-  
tum Lucæ nomen imposuit, ita illum af-  
fatus: ecce, fili mi, ascendisti in crucem  
Domini tui. vide, cui te socium adiunxi-  
sti, vel cruci quocum te fixisti. perman-  
fit autem Beatus Lucas in eo Monaste-  
rio annos sex, tanta corpus abstinentia  
conflictans, vt panem, & aquam, nec ni-  
si ad mensuram semper sumeret, quæ re-  
focillaret potius, quam saturaret. ea illius  
erat humilitas, & obedientia erga fratres,  
ex in pietatis studijs exercitationes, vt  
omnium animos in admirationem con-  
uerteret, quod adeo iuuenis ad profec-  
tum senis tam cito peruenisset; & in can-  
ta gratia, nulla cum vñquam elationis  
aura pulsaret. Sed per singulas etiam no-  
tes lacrymis suis stratum suum rigabat,  
quemadmodum Psaltes David dixit; vi-  
tamque in omnibus Angelicam agens,  
quod in homine mortali fieri potest, su-  
pra hominem attollebatur. eius vero om-  
nis in Dei seruitio labor, ob futuram glo-  
riæ spem voluptas erat, & quotidianum  
quasi delectamentum habebatur.

Interea Abbas Christopherus, & Bea-  
tus Lucas, consilio pari, ad 7 territo-  
rium Mercuriense delcidentes, Monaste-  
rium construxere, quod intra septem an-  
nos absoluierunt. exinde in locum alium, cui  
Vena nomine, commigrantes, Monaste-  
rium aliud miræ pulchritudinis, & aene-  
nitatis exstruxerunt. vbi fere per decen-  
nium vna commorantes, indefesso cum  
labore, parique concordia ad summum  
sanctitatis apicem processere: adeo vt non  
modo magistri, sed etiam discipuli ma-  
tura iam virtus, ad utiles animarum usus,  
quibusdam prælagiorum indicijs, perno-  
sci potuerit. nam quodam die, dum Bea-  
tus Lucas pro Monasterij utilitate se exer-  
ceret, serpens repente proflijt, morsuque  
venenato manu eius inuasit. quem vt  
ille excusit, dum inter veneni metum,  
ac spem diuini auxiliij hærens, nihil in  
manu doloris præsentit, in gratias diui-  
nas effusus, gloria, dixit, tibi, Domine,  
qui dedisti potestatem seruis tuis calcan-  
di super serpentes, & scorpiones, & super  
omnem iniuriam virtutem.

Et in eodem Monasterio iumentum  
quoddam, conuehendis oneribus, perne-  
cessarium fratribus, quod morbo afflic-  
tum iam morte extinguebatur. vt vero  
vir Dei signo crucis ter contigit, sanum,  
ac valens surrexit statim, omnibus, qui  
viderant, Deum magnificantibus. Alias  
cum præ humilitate sua, & obedientia,  
ad usus Monasterij, lignatum issit, eam-  
que lignorum struem colligisset, quibus  
vna comportandis, pro tenuitate corpo-  
ris sui, non sufficerent vires, duas in far-  
cinas partitus est, quas repetito itinere

L in mo-

Lucæ nomē  
imponit.

9  
Eum Abbas  
Christoph.  
diuinit' mol-  
nitus exci-  
pit

Nouas Mo-  
nachorūco  
lonias dedu-  
cit.

in Monasterium deferret. igitur altero ex his fasce in humeros suos imposito, (mitem diu, & diuinæ pietatis paruis etiam in rebus dignatio) alter fascis terra tenuis virti Dei vestigia subsecutus est, ut nec terram tangere videretur, neque visibili aliquo adminiculo veleretur. & quidem famulus Domini nescius huiusmodi rei erat, donec videntium fratrum admiratione exorta permotus, animum aduerit. quo ille Dei favore nequaquam elatus est, sed in humilitatem Dominici se timoris collegit.

Per idem tempus magnus Dei vir Christophorus senio, atque ageritudine corporis afflicsus ad extremum vita limitem properabat. itaque Lucam coram se, ceterosque Monasterij fratres aduocatos, his sermonibus compellat, en filioli mei, tempus resolutionis in ea instat, festinansque desidero ad bonum Dominum peruenire, qui me vocat; quare, Luca fili, commendō tibi pusillum gregem, quem Dominus in Monasterio hoc adunauit. Tu ergo ministerium tuum imple, depositum serua. credo enim, & confido in Domino Iesu, quia confirmabit vos usque in finem, solidabitque, & augebit incrementa frugum iustitiae vestre. his, & alijs exhortatus fratres, & post sancta oscula, ei valens, summa cum animi pace, ac tranquillitate Christophorus excessit è viuis. eius corpus honestissime curatum cum psalmis, atque hymnis, decenti in loco fratres posuerunt,

**Christoph.  
defuncto,  
succedit Ab  
bas.**

**Exemplo suo,  
ceteros pro  
vehit.**

Interea Lucas cum se Christophori cura pastoralis haredem, ac successorem videret, omne studium adhibuit, ut eius optimi viri virtutes quoque, ac sanctitatem vita imitaretur. summa ergo ope contendit, omnesque eo vires animi consultit, ut ager Dominicus bene, diligenterque coleretur: ut recenter conuersos adolescentes, tamquam arbustula, bonis insererentur moribus: ne in iisdem, primus sobolis zizania perdurarent, atque in corruptionem excrescerent. adeo vero talentorum suorum bonus, ac fidelis erat fenerator, ut monachorum numerus mire auctus, supra centum excederet. ac non nulli optimo magistri exemplo adeo profecerunt, ut humanam iam naturam penne excessisse, ac veluti terrestres Angeli vivere viderentur. Die quodam, cum ad firmundos fratrum animos, in eorum inopia, Beatus Lucas verba faceret; inter cetera Sancti sermonis pabula, hoc ei testimonium diuinae benignitatis enarravit. Monasterij nostri fratibus, quodam tempore, ad opus cum conimeatu suo egreditis, eorum unus, uno dumtaxat cum pane in Monasterio remansit. accidit, ut venatores quidam fessi de via, inediaque confecti illum adirent, & alimentataenixerent; qui caritatis affectu commotus, solidum panem, quem unum ad victimam habebat suum, & nonnulla poma appo-

suit. iejunus ipse in domesticis maneribus laborauit. ad vesperum cum labore, tum inedia conflctatus ad quietem se colligebat. tum aperto celo ostio panes tres calidos, & candoris eximij reperit; quos intelligens diuinitus sibi missos, Deo gratias egit, qui in tempore dat escam omniciarni.

Ad castigandas vero fratrum murmuraciones, subiunxit: tempore Beati Christophori, in eodem Monasterio extitisse monachum; qui, quod ei modicum in verbo offendisse contigerat, hac scipsum penitentia vltus est: viginti dies, ac totidem noctes, nudus in algore montium Miromanorum perstetit. Vno horum die obuios forte venatores ob nuditatem sui fugiens, frigidissimum gurgitem ingressus, ad collum usque delituit. toto vero tempore adeo rigidæ penitentie, nihil aliud, quam tanti delictu veniam à Deo postulauit. quo patrato, ad Monasterium regressus est: qua duo a Beato Luca commemorata, ipsi eidem contigisse fratres suscipiati sunt, sed ab eo relata sub aliorum persona, pro humilitate sui. nam quantum demissionis, ac sanctitatis fuerit, ex consequentibus miraculis comprobatur. Deductus ad eum olim est de Saxonia urbe paralyticus, quem ut deperditæ valitudini restituoret, cum rogarent; non est meum, fratres, inquit, hoc negotium. tamen ne immisericors in ullius speciem incurram peccati, orationem pro eo non grauabor impendere. congregatis igitur fratribus in oratorium, ipse quoque ingressus præcipit inferri morbolum hominem, ac denudari: post orationem, unctionis oleo rotum, in nomine Domini Iesu Christi, id illi incolumitati fuit; & integer, ac valens, cum gratiarum actione, dum se suam pedes recepit.

Alterius etiam viri Saxonici filium ab Dænone correptioni liberauit. cum pater cum matre impunitum iumento deferebat ad Lucam. sed hoc iter præpedire tentat Diabolus. nam serpens immanis implicatus animatis pedibus adeo vestigia interturbauit, ut insidentem matrem cum filio, non sine damno dejiceret. nihilo fecius ipsi versutias aduersarij parui pendentes, recta ad Sanctum, Dei vitum perrexerunt, is eorum precibus, ac miserijs commotus, aduocat Sacerdotem Euthymium, & recitare iubet exortissimum à Sanctis Patribus super energumenos exerceri soli um. deinde sumpito de lampade oleo petundum tartareo spiritu liberauit. Constantinus quidam urbis 9 Cæssianæ ciuis, patrem habebat, qui monasticam vitam professus in cenobio Sancti Lucæ agebat. cum eum pergeret visitatum filius, per fraudem Diaboli decravuit ex itinere, & per abrupta Miromanorum montium traductas, mirum in modum deiebas, vexatusque est: pene defecrat, cum ce-

Celius à  
Deo pasci-  
tur.

XX.dies, no  
ctesq; nudus  
algorē mon  
ti perficit,  
& lacus ri-  
gorem.

Paralytic  
sanat.

pit. lacrymis vberibus sanctum Dei vi-  
rūm iugare, atque implorare. Lu-  
cam statim ex equo mentis, vox  
ab eo accepta est: frater ecce via  
resta; cuius indicio vocis, in viam rever-  
titur, & quam citissime in Monasterium  
peruenit. antequam vero succedit, obuiuia  
habet Sanctum Abbatem, qui alloquens,  
frater Constantiae, inquit, muleum pas-  
sus es hodie laborem: universaque quæ  
ei acciderant, pronunciat, & gratias  
Deo cum fratribus de eius salute re-  
fert.

Alter Constantius hereditatem adie-  
rat monasterio vicinam, cuis occasione,  
cum Monasterij fratribus litigare vocife-  
rando cœpit. ad placandum hominem,  
cum mitis pater accurrisset, turijs ille agi-  
tatus, alapam Beato viro in faciem impe-  
git: qui cum silentio, ac pacienter alte-  
ram maxillam, iuxta Euangelicam præ-  
ceptionem, terenti præbuit; sed Con-  
stantius antequam ad sedes remearet suas  
a Dæmonio infessus, misericordis tor-  
quebatur, quem statim ad se deductum  
vir Dei misertus est: manus vero sua  
pro eo ad Deum expandit, finitisque  
precibus, a Dæmonio liberum dimisit.  
Præterea quidam ex fratribus nomine  
Ioannes, Monasterij Cellarum, die quo-  
dam ad Beatum Lucam venit. ad cuius ge-  
nua prouolutus, Pater, inquit, supra vi-  
res meas est, quod ex obediencia munus  
impositum: nec perficere tantum laboris  
possum. Rogo te, alium prouide, qui ido-  
neus exercendo huic speneri.  Pater per Spiritum Sanctum presentiens,  
quid Monacho futurum esset; perseuer-  
a, inquit, fili, quia brevi tempore, quam-  
quam initios, ab hoc munere vacabis, ne-  
que multo post, elephantiasi percussus  
omnium oculis miserandus in lecto iace-  
bat. post menses sex, quibus deforti mor-  
bo languebat, ad Sancti Lucae pedes ab-  
sedit, se, cum lacrymis orans: miserere  
mei. Pater Sancte: & propitiatum te redde  
hunc sacerdotem cadaveri, quod tam dira illu-  
mie valuerit. etenim confido, quod tibi  
quidquid poposceris, Deus dabit. mis-  
ericordia vir misericors contumotus, in la-  
crymas prouipit, accursusque ad eadem  
iconam Sancte Dei Consitricis, pie com-  
plexus, diu cum fiducia preces fudit. de-  
inde ad infernum illum ascendens, vberibus,  
expollens, oculoque cæsident. Dñas Vir-  
gins, totum corpus eius cum fiducia iun-  
xit, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus  
Sancti; ac statim veluti minutis sequamis  
et eo accidentibus, sanus factus est: adeo  
ut nullum morbi vestigium remaneret. fra-  
tres vero tanti viri virtute gaudentes,  
Domini glorificabant. Ad hanc quidam mo-  
nachus, ex cimitate Mercuria, a longo iam  
tempore vexatus a Dæmonio, ad Mo-  
nasterium viri Dei deductus est: hic per to-  
tam noctem debacchantis Dæmonis vi  
exagitatus, mane precibus viri insti, cum  
effusione foedissimi fumi, liber redditus

Tom. 2.

est. Iata yerbenti nomen latere ne-  
quaquam potuit, sed circum quaque eius  
virtutis odore diffuso, plurimi ad eum fit-  
tent concursus virorum, ac mulierum. Et  
nemo utius mortis generis laborabat,  
quod non sile de veratis corporib[us]  
precum suatum medicamine, abigeret.

Iacesce octogesimum monachus pro-  
fessionis atrigularium, etatis vero cen-  
tesimam, & prophetia tumine dicta ex-  
tremita prouidentus, accessit ad se Sanctum  
Sacerdotem Euthymium, ac Theodo-  
ri, qui quendam mira simplicitate, arque  
inaocentie monachum: coramque his, ad  
universos fratres in hanc modum locuta  
est. Filioli mei carissimi, tempus re-  
solutionis meam stat, & domini Dei co-  
gor prospicere. te ergo, frater Theodo-  
re, filiorum, quos dedit mihi Deus, pa-  
storem, officiumque nostri hæredem facio. tu  
supra commissum tibi gregem vigila: ne-  
que animum sub tanto pondere deiicias.  
auxilium enim Omnipotentis Dei, & co-  
silia fratris tui Euthymij te adiuuabunt, ac  
deducens his peroratis, senior paulum in  
preces te dedit, tum caput tamquam ad  
quietem reclinavit. hæc vero verba fratrum  
societatem uniuersam perfegerunt, inter  
spem tamen eius salutis, ac metum positi,  
fortasse, inquit, Pater, hoc tua infir-  
mitas ad mortem non est, sed potius ordi-  
naria effectæ senectutis comes molestia;  
necessarius adhuc nobis es; & Deo donan-  
te, seruaberis. quibus venerabilis Pater  
respondit. nequaquam, filio mei; nequa-  
quam ultra ad istius miseri mundi proelia,  
contentionesque feruabor. quod & ipsa de-  
crepitz senectutis artas vetat, & pius Rex  
Regum ad laborum meorum premia libe-  
ralissime me vocat.

Noctem eam totam, presentibus fra-  
tribus, peruigilie in oratione traduxit.  
scrastino, tamquam nullius ergeretur agri-  
tudinis molestia, surgit è lectulo, & gres-  
su suo se in Ecclesiam tulit: & cum in-  
trumento missæ sacrificio religiosissime ad-  
fuisset, sacerdos se Christi corpore,  
ac fanguine, tamquam viatico recepta  
manauit, tum valuersis ad osculum pa-  
cis admissis, nonnulla etiam de corde  
in os verba euocare est conatus. pro-  
picite, inquit, cui vos deuouistis, filii,  
causas super vos iugum suscepistis: non  
enim placere Christo Domino potestis,  
nisi toto animo, ac contentioue, ter-  
renas illecebras negligatis. ne inter vos  
verbis, scuris, otiositate efferratur. ne  
discordiarum rizania serantur, auer-  
guinent. suete inter vos pacem, & vin-  
ciale mutue caritatis adstringite. ita enim  
vestris in membris Spiritus Sanctus deget.  
quod ad me spectat, confido in Deo meo,  
vobiscum me usquequaque futurum, etiam  
cum mors me à me ipso disunxerit.

Conuenerat ad eam plium spectaculus  
universa turba monachorum. Beati viri de  
his terris excessum magno cum morore  
postulantum. hi itaque extrema eius ver-

Mortem  
suam prenū  
ciat.

Sacra viati-  
co se inunit.

haud iudicantes unde tam tandem, opportunamque adoracionem animos concidentes magnis cugis fictibus irruerant in Angelie faciem eius, singularem animam in oculis. Ie. Olii. iam enim Dominus aspectum illum in speciem quamdam immorta traxis efformauerat, suauit quacumq[ue] maiestate venerabilem, ergo inter praetextato filios monachorum, & expeditantum. Angelorum chorus, sanctissimi viri Luce Abbatia anima sub horam sextam, de corpore egressa, recipitur in celum, tanquam repente suauitas odoris oborta est; ut odoramentorum omnium via noua, atque insolita fragranzia superaret. Inter ea monachus eius Monasterij quidam valida, ac rigenti febre vexatus, dum cupit abeundi patri adesse, se properabat, sed cum mortuum repetiret, lacrymabundus, de cibula in oscula super cadaver procidens, & in columis surrexit. Theodorus demortui abbatis successor

Et odorem  
iuuissimum  
corpori de-  
functo af-  
flat Deus.

cum Buchyno sacerdote, ceteraque anchori-  
chorum, & multitudine virotum, & omnis-  
ium, qui conuenerant ad funus, veneran-  
tibus eo corpus procurantes, in aede Beati-  
fissime Dei Genitricis Mariæ, ea partis, quæ  
primum cuius cella fuerat; summo cum ho-  
nore, ac reverentia posuerunt, eius benefi-  
cii, & hodie humi usque diem, ex animo  
subsidium eius, & cum fide postulantebus  
feliicitatur. tunc viri obitus celebratur me-  
moriam Kal. Martij, regnante Domi-  
no nostro Iesu Christo, qui vivit,  
& regnat cum Deo Patre

in unitate Spiritus

Sancti Dei per

omnia secula

seu

lorum. Amen.

Consecuta  
etiam in-  
dies mira-  
cula.

Vide Annals. folio 27.

# VITA SANCTAE OLIVAE VIRG. ET MART. PANORM.

Ex M.S. Codice Ecclesiae Panorm.



**B**ATA Oliva, nobilissimorum parentum natus, illustris in Sicilia, exorta est. quorum nobilitatis rationem nonnullam cum pagani haberent. Olivam filiam quam Christiana religione imbutam repererant, exilio multatam, Tunetum & Africam urbem reiecerunt. ea in urbe cum aliquandiu pauperes inter, egentesque conuineret, forte cuiusdam claudi graviter agrotantis misera, propius ei accessit, compellavitque, si in Christum, etique doctrinam crederes, absque dubio valitudinem, & animam recuperares, & corporis, cui ille: ego vero libenter in cunib[us] dam, si sanitatem restituar, ruto Virga manu super agroti caput imposta, repente fenum, valentemque effecit.

Atque hac ille nequaquam tacens iusta silentib[us] comprehensus, quin vero clamando vulgare, reuera aliud Deum non esse, nisi quem Oliva crederet, atque adoraret, occurrensque in locum, si vis, diaque, sanus fieri, crede in Iesum Christum, & ego te ad puellam deducam, quia me merito suo, & Christi Iesu potestate, ac virtute valentem fecit, cui ille irridens respondit: haec ita posse ab ea puer, quam nomineret, per-

Ob Christi  
religionem  
Tunetum in  
exilium eie-  
cta.

Miraculis  
inclarescit.

et eis illius virtutem geri, quo ipse modo captus oculis eo momento esset. & non ne, ille inquietabat, pro maleficis suis, in cruce ab Iudeis, & quidem iure, est aduersus, vero si potestar, tantum adscriptus, ut in se credentes valitudini resistere, si agroti siad possit, vir hoc circumuerat, cum sensit luminis se laquerari felisse, quoniam rem exempli, ac supplicio suo condit, accidit cum genitibus illico compit, que cum irrisione proscicerat. Se geritane, inquit, peccati grauitate, vestris tuis si sit negata, rogo te, atque obsecro, ut puellam eam me deducas, & caput me dexteram imponas, & lucos resocet oculorum mecum eam in Christum Iesum, adductam eoram se, Oliva clata manus retigit, & ex donibili, ac coecis, integrum, videnterque fonsit, quibus penitus, socius virisque publicis prægonijs Christum Dominum, quisque doctrinam extolle. Beatam Olivam celebri animose cooperunt, id videbatur causas, se fuit, cur comprehendisti, ac vatis excrucianti rogiu[m] exercitu[m] generibus interficiendis, palmarum gloriofissimi martyrum adepti.

Oliu[m] autem, quod puellari estate esset, tota urbe cum ignominia decurrere, atque interdecurrendum erit flagris, tam in exilium agi iussierunt, itaque in asperam hotrentemque sitiam, procul ab humano

Flagris, ca-  
sa per urbe  
circumagi-  
tur.

consortio detinuta, intra cubilia leoporum, serpentum, atque draconum commorata est aliquot annos, cum bestijs, ac feris magis pacifice, ac iucunde, quam si in populosis viribus vobisset. tam enim animantes illas, non fecerat dominam reverebantur. Accidit, ut Tuneti proceres nonnulli, venationis studio, in ea loca sperarent, quæ Oliua tenebat. ergo eius formam, ac pulchritudinem conspicati, manus in eam iniijcere iamiam audebant. ac illa signo crucis expressio: in virtute dixit, mei Salvatoris Iesu Christi, vos moneo, ne me villo modo tangatis, neve violentia quicquam inferatis: quod si audetis, ecce Angelus Dei mecum est, qui & illosam me ab feris animantibus in vastitate hac per septennium defendit, & vos diuinæ sententiaz gladio correptos interficiet, opprimetque. id ipsi ut acceptarunt, prout in terram adoratam Virginem obsecrarunt; iuberet, quæ vellet, se se ad omnia prætq; fore, credimus enim, inquit, alium non inueniri Deum. præter eum, qui te in huiusmodi yasta, ac squalida solitudine, inter tot belluam incursions, immannem periculi seruauit, neque ullius humanae dapis subsidio fultam, sed Angelicis, ut patet credere, acceptam canonicis, casta, ac gratia dicauit, ut celestis potius, quam de mortalibus vna videaris.

Animaduerit ex hoc sermone Oliua diuinæ lucis radiis in illorum horinum pectora se insinuasse; quem illa prædicationis, ac doctrinæ spiritu confirmatum vehementer auxit, donec in amplissimum lumen fidei Christianæ adductos baptizati fote lustravit, atque ad urbem remigante, ac confilio, ut doctrinam Christi tota vrbe disseminarent; ita enim fore, ut martyri palmæ donarentur; quam quidem gloriose consecrati sunt. Interim percrederat Oliua fama, quamobrem ab Tuneti Praefecto conqueri per satellites iussa. sed videlicet hic cum Oliuzim repererunt, hicem quoque, ac fidem repererunt. edoces enim omnes de vera religione Christianos fecit; suisdem comitibus in urbem coram Praefecto se deditiac prior ex eo constanti animo quæsivit cur se aduocasset. hoc enim inteligeret, se neque metu villo protractam, neque amore delinitam accessisse ad eum, quia quos ille ad sui vestigationem dimiserat, eos ipsa Christi fide deuinxerat: paratos quo habebat pro eadem ad extrema vitæ exempla subire, cui ille: non possum adduci, ut credam perserfosa eos viros opera tua esse, ac transuersum actos. respondit Oliua: non peruersi illi à me sunt, sed de condamnationis statu in illarum salutis cōuersi. at ego si quæ adstrui vero esse intellectero, inquit ille, & te, & discipulorum tuos verberibus, ac tormentis interficiam: exceptis Virgo, neque ipsi, neque vero ego tormenta tua, ut tantas timeras. quia sic nos in Evangelio nostro Dominus noster docet: nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem

non possunt occidere: sed peccatis eum time, qui corpus, & animam potest perdere in gehennam ignis.

Adquiratus pueræ constanza, ac libertate Praefectus, iussit in tetrica, atque obfurdum carcere protrahiri, atque inibi sibi villo cibis, ac potionis destituti; sed desertâ humâns subsidij diuina adiuuerunt. Nam Angelus Dei allocationibus, atque epulis refecit. iij vero, quos ipsa iam pridem Christi religione inbuerat, cum se constanter in tormentis gererent, martyrum sunt coronâ adepti. paucis post diebus producta de custodia, sicutur coram Tyranno Oliua. quo quidem in loco multas quæstiones, & contumelias perpetria est, quæ illa omnia velanirose cōtempserit vel prudentissimis responsionibus infregit. itaque præsentium nonnullos ad veram fidem reduxit. supetatus disceptationib' Tyranus prouocat: ad verberra. præcepitque tamdiu flagris cædendam, quo ad eius costæ, atque osia distractis, dissipatisque carnibus detergentur. quo cum omnia perfecta essent, nihilominus Oliua de prædicatione fidei non cessabat. atq; ut ijs nihil ab se profici, Praefectus aduertit, ad alios apparatus abiit. equuleum parati iubet, puellamque suspendi; suspensam ferreis pectinibus vndique dilacerari. sed nihil proficit. quamobrem depositam equileo in fetuentis olei dolium demergit. quo in dolio laudes Oliua Deo canebat integrâ, atque hilaris: nec quicquam ex eo tormento hausit, nisi quodvñcta glorio prodivit.

Quod ut aspexit Tyrannus, tamquam matrem suo furori recentem arripuit; & iterum equileo alligatam faculis ardentibus ambiuri iussit. facilius enim cessuram suis ignibus existimavit Oliuo perunctam. sed nihil flammæ obfuerunt: quin vero si quæ ex prioribus supplicijs cicatrix existiterat, rursus astrictam, medicaramque obduxerunt. misericordiæ ipse proiectis facibus ad Christum repente conversi, martyrioque coram sunt. suos discipulos consecuta statim Oliua est. nam dicta per Tyrannum sententia, ibidem secari percussa est. eis anima in specie candidæ columba egressa de corpore, inspectantibus vniuersis, Angeloram mani, cum hymnis, & canticis recepta est in cælum. corpus vero ipsius Christianorū operæ, qui Oliua prædicatione conuersti sunt, peterant, Tunete raptum, atque in Siciliâ translatum in ipsa s. vrbe Panormi, vel pro-

pe muros considerante, cuius virginis

martyrio, ac meritis perdulatur.

nos Christus Dominus ad

eterna gaudia, qui vobis in

uis in secula seculorum.

Amen.

Vide Animaduers. fol. 28.

In carceris  
concepit  
Angelus re  
fecit.

Russum in  
equileo fa  
bus vritur

Corpus Pa  
norum, in  
Siciliâ delatū.

MAR-

## M A R T Y R I V M

Anni Chr.  
929.  
16. Junij.

SANCTÆ VENERÆ VIRG.  
S I C V L A E

 SANCTISSIMA Virgo Venera ethnico patre genita, sed matre Christiana, suisse et traditur ex Galz opidulo, haud procul a Castro Regali. ferme quinque annis orbata parente, in simu matris pie educata est. pueriliter cum esset eximia forma, dotibusque corporis, sed animo pulchrior, virginitatem suam Christo despondit, contra fratres cum nuptam vellent, male accipere sororem, ac metu non intendere, ut quam blanditijs non posseint, minis ad nuptias vel in uitam compellerent. at Veneta in speluncam Opido proximam colligebat se ad preces, florem corporis sui celesti sposo, cui obtulerat, commendans. cuius ope protecta, mori Virgo, quam fœdari maluit, magnum pro ea extatula confitum. fratres vero adorti germanam in specu, mortem, ni assentirentur, intentabant. huc, ut prohiberet scelus, salutem fugâ que-  
sivit. illi fugientem insecuri, comprehen-

siamque, & abnuentem, germani fratres sororem gladio petitarunt, indigne necarunt; loco cœdis exstructa arula nomen fecit, ubi sanguinez et aque fons erupit. haud longe ferme ad quingentos passus, pastorum, et luto domum, quæ Virgini perfugium derat, cum fratres insequerentur. Ecclesia S. Venera posteritas dedicauit, ad quam vicina opida confluunt. Diuan Martyrem salutatum. Altera ædes ad antum dicata, ubi vicus est, cui S. Venera, nomen multas in dies patrata miracula ad ædes Virginis, ad arulam, fontemque, ad specum, eius mirita apud Deum contestantur. corpus vulgo creditur prope arulam conditum, fontemque aqua sanguinea manantem. proximi accolæ anniversaria memoria, Veneris ecclœ ad 6. Kal. Iulias. quo die pueram studio virginitatis interfecit, ac sponsam sanguine partam suo, Iesus Christus sponsus coronauit, calum exceptit.

Vide Annalda ser. fol. 30.

## V I T A

Anni Chr.  
990.  
9. Martij.

S. VITALIS ABBATIS  
ANONYMO SCRIPTORE MONACHO:

 VM s. varijs diuersisq; sis, Praeful s. eruditissime Roberte, fertium agrorum floribus aspernas, mirari non defino incertis, insipidisque te hortali mei oleribus delectari: claris enim Doctoribus prætermissis, imperitiam meam iussum compellis, ut vitam conuersationem resque gestas sanctissimi Confessoris, & Eremitæ Vitalis, quoque ordine gloriosum eius corpus deducam: sicut Armentum in latitatem linguzm ex opaca transferam Graecorum silua. ardor animus iussa exsequi, sed vereor nedum petitioni satisfacere gestio, indoctus magis exasperet sermo, quam demulceat Auditores. quamquam autem, ad tanti oneris sarcinam sustinendam, ineptum me penitus, minisque idoneum non ignorem, spem tamen ad eum erigens, qui docet hominem scientiam, & linguas infantiam facit esse disertas, perquam lubens explicare, quod suades, aggrediar.

Vitalis 4. igitur natione Siculus fuit, ab urbe, quæ Castrum novum dicitur, oriundus, parentes genere clari, splendidi opibus, fide insignes per viam mandatorum Dei iugiter incedebant. Pater Sergius, Mater vero Chrysonica nuncupata, à quibus eum adhuc puer esset, prius doctoribus traditus est, sacris diuinisque literis studierat; nec multo quidem tempore studuit, sed multū brevscientie fructum colligit. Multa à teneris annis, sub Christo capiens militare, dimissa patria, parentibus derelictis, Agyri ad Monasterium S. Philiippi, malitiorum spirituum expugnatoris acerrimi confugit, apud quem sacro, & Angelico habitu suscepito, quinque permanit annos, ad piosque fœle mores illius, ac monasticeam disciplinam conformans, Abbeii, fratribusq; in assignato sibi munere plena Obedientia serviebat, nec à diuinorum inquit eliquiorum meditatione vacabat, mirabantur omnes humilitatem, stupebant patientiam,

Vitalis in opido Castrum novum.

In Monast. Agyensi, 5, annos morans.

Roman ex  
voto pergit.

tiam, quam in bonis actibus exercebat. Interea se voto adiunxit, ut orationis causa Romanum pergetet, atque sacrosanctas Apolojorum Principum Petri, & Pauli basilicas visitaret, ad hoc autem quosdam habuit e sodalibus eiusdem consilij participes, cum quibus Abbas assensu, & voluntate discessit, ut suo desiderio ficeret satis, iamque Terracinenium ad urbem, Campania regionis, ventum erat, cum antiquus humani generis hostis, qui felicibus eius actibus inuidiebat, parare insidias non erubuit, ut hominem posset a tam sancto, pioque consilio renocare; contigit enim, cum ibi esset, ut atrociter a serpente morderetur; cumque venenato mortuus nimium astuaret, praecipue doloris angustia, vehementer urgenter, fratres, qui secum aderant, stupefacti, ad eius interitum oculos intendebant. O admiranda pietas Salvatoris! mox enim, ubi locus, quem lazerat serpens, crucis aede Patre signaculo munitur, discessit dolor, cessauit angustia; qui que mordrem parauerat, eo sospite, cui parabatur, interiit. videntes autem, qui eum comitabantur quod sic Iesus, perinde ac nihil omnino passus, quin gaudens potius, & exultans in Domino permanisset; Deo qui facit mirabilia in sanctis suis, gratias agere cum gloria coepertunt, hominisque virtutem efferre laudibus, & admirari.

Incepit porro iter cum haberent. Romanum tandem peruenetunt, cumque Apostolorum, aliorumque ibidem quiescentium Sanctorum templo, & sepulchra, summa cum religione, venerati fuissent, in Calabriam regressi sunt. ubi clam Dei famulus a socijs se surripuit, iuxtaque 6. S. Sciuerni ciuitatem, biennium a nemine visus, cognitusque, latitauit; sed ieunijs diu taxat, & orationibus intentus, preces suas Dominum cum lacrymis offerebat. inde profectus in Siciliam transfretauit, veniensque habuit 7. apud Aetnam, contra S. Patris Rhipippi Agrenzi Monasterium, ubi iam pridein fuerat monachus. hic nimis oblitus, nudatum corpus frigore, & tenuique perdomuit annos duodecim, solis herbis, & aqua se nutriendis. post in Calabriam remeas eterni montibus, speluncisque peragratis, finibus 8. se Cassani ciuitatis applicuit, in monte, qui dicitur Liporachi.

Hoc igitur in monte cum ageret, obtutā sibi venientem videt 9. Antonium Abbatem, illum quidem iuniores, verum ab illo primi moribus haud multo longius discrepantem; quippe a tenera aetate bonis operibus deeditus erat, castam, Angelicamq; in eremis, ac montibus vitam ducēs. hi post quam mutuo se recognoscunt, mutuamque sibi veniam reuerenter impendunt, animosque conciliant, Antonij cellam adire Vitalis dignatus est, cumque dies plurimos patiter conuersati fuissent, nimiumque Diaboli congressibus Antonius restitisset, Salvatibus aggrediens monitis, hominem magnus vir Vitalis affatur.

Vide inquit, Antonium propter Diabolū

persecutiones, & insidias, pruaricationis lapsum incurras, vel tribulationis angustias in animum umquam admittas tuum. tentator quidem calidus est, verum insipientibus, & simplicibus, tentat, ut vel pricipites, vel ut optimam instituta vice ratione deponas. audax, & elatus destructor est, sed etiam deformis, & fugax. nihil iam contrarios proualeat multiformis serpens, nequam enim eius versutias ignoramus. omnis illi vis adempta, nec iam subficit, quoniam a Sanctis, per Dei virtutem, Salvato risque nostri Iesu Christi, conculcatur. ne ergo conteramur, vel pusillanimes simus. iam enim prima illius fraudulentis Draconis commenta, pro arbitratu nostro, diffingimus; & sicut aves euolamus, eripiunturque a laqueis, quibus ille leuiter occupat, quicunque carnalia diligunt, & mundana sectantur. Hęc, & his similia prædicans, monebat Antonium, & in bono opere confirmabat.

Post hęc orantibus utrisque, valeque dicto, discessit Vitalis, & ipso loco inuio, & inhabitabilis permanit, qui 10. nunc Petra Roti dicitur, ubi multa latrocinia, homicidiaque fiebant. ex quo iam loco, precum vi, omnes penitus fures extirpauit; difficilemque natura locum universis planum, neminiique non adeundum reddidit. cum ade ad preces constructa, sub S. Patris N. Basilij nomine, sanctam aquam, ac salutiferam super ostendit, quae mirabilis esset, & agrotantum medicina, & curatio languidorum. ergo e vicinis locis currunt viri, properant mulieres, & quacumque detinentur infirmitate, interuentu Vitalis, sani omnes, alacresq; revertuntur. itaque factum est, ut conuentus ubi malignantium fuerat, ibi laudes, ibi gloria, ibi gratiarum actiones Domino referrentur. eodem ipso tempore, præter morem inundatio pluviarum facta. sed ab incolis eius loci rogatus, eleuatis manibus, erectisq; in celum luminibus, totus in preces effusus obortisque lacrymis, oravit Dominum. eius precibus adfuit Deus, qui se timentium voluntatem facit, & nimis hominum laboribus ad pietatem flexus, inundantes pluuias in terrę fertilitatem conditit, omnesq; largissimum datorem Deum laudare cœperūt, qui per seruos suos miracula semper, ac prodigia non desinit operari.

Hinc profectus, sua vestigia ad montem, qui Rapparus dicitur, contra 11. S. Quirici castellum, mouit, ad quem dies aliquot iter faciens, dura & aspera loca peragravit, quoisque ad S. Angeli de Asprone cryptam perueniret. ibi afflendo se pariter, omnesque sibi miseria species inducēdo, maleficiissimum corpus habuit, nec paucō ibi tempore mora facta, recedens, iterum ad excelsum quendam S. Juliani montem ascendit, ubi nudus pernoctans, nunc frigore, nunc aestu, sine intermissione macerat carnem; & glacie, tamquam osor proprij sensus, sua uulnerata intima vehementer. Posthac descendens de monte, in quoddam sese S. Elias Monasterium (vulgo dicitur 12. Misanelli) recipit, cuius scilicet sancta hominis conuersatio.

S. Eliae Mo nast. petit,

12

facione egregium sē illius imitatorem ostēdit, in hoc puro, castoque Monāterio perseuerans, mansuetudine, humilitate, obedientia, sobrietate, multa etiam abstinentia decoratus, sine intermissione Deū orabat, & Angelica eius facies lacrymas effundebat in corde semper, & in ore: ad integrā aduersarij victoriam, diuinorum verborum meditationem habebat, curaque prēcipuum omnes cum honorandi, tum etiam sine simulatione monendi. quare simplices, sollicitosque confirmabat; gulosos, ac desideres ad penitentiam, restitudinemq; trahebat. ab ijs autem, qui se ipsos diligunt, & inanis gloria sunt cupidi, carnisque desideria expletant, tamquam ab igne, vel serpente, ipse sibi cauebat; in oratione affidius, serpente callidum decipiebat. hęc agens, nimis diu afflictus, cunctis admirabilis, immutabilem mentis sui statum obfirmauit, aduersum quotidianas prēdications; nec laudari se vñquam ab aliquo permisit: & i ad hoc plu-  
gimi intendebant.

13

Sed mundi huius glorię contemnitor ne aliquando humana laude raperetur, latenter inde profectus quasdam adjit, inter 13 duos montes Turris, & Armenti, valles, quo in loco, paruam speluncam reperiens, diu habitavit. ieunij, precibusque deditus, multa ibidem visa, Dēmonum opera, tolerauit immotus. mira loquar, sed fide plena. agrestia ad eum animalia veniebant, omniq; feritate deposita, sacros viri pedes lingeabant; nec nisi benedictione suscepta, recedebant. neque id modo, sed multitudo etiam volucrum ante speluncam properaoant, ut & suā ipse tanti Patris accipere benedictionis portionem possent. ille vero communes illis escas, quas comedere solitus erat, manu propria ministrabat; quibus, non secus, ac si homines alloqueretur, data benedictione, dicebat, ite nunc vos, aliisque copiam accedendi facite. Quidam Monachi ad montem casu vénientes, cum solis ardore, nimia siti assūarent ( mensis enim erat tempus) huic sancto viro prope speluncam, sicut Domino placuit, obuiarunt; qui ad eius pedes protinus corruentes, aqua sibi potum tribui postulabant. sed cum ille tunc locus aqua carent, ceruam iplis fortuito pascente, in dīgito demonstrauit. quæ statim ad sancti virti imperium, ac virtutem mira mansuetudine fecit immota, donec eam emulserunt, biberintque ad satietatem. inde vero imponentes omnipotenti Deo gratias agentes, diuinisque propemodum laudibus virum sanctissimum ornantes, eamdem quam ingressi fuerant viam, prosecuti sunt. tum Vitalis velut pius pater, miseratione commotus, positis, prout conueuerat, in terra genibus simul oculos tum animi, tum corporis eleuans, Dominum cum lacrymis orauit, ut eo ipso in loco aqua fontem transcutium visu largiretur. facile is, qui perite, ait, & accipietis; & si habueritis fidem, sicut granum sinapis, sermone vestro montes trasferetis, eius precēs audiret. statimque aqua fons salutaris erupit, qui ad hanc diem S. Vitalis

iacus dicitur, in quo videlicet Iacu ( mirum dictu) toto eo tempore, quod ibi in spiritus contritione, carnisque maceratione traduxit, morto tenus immersus, constantissime pernoctabat.

Cum ergo de hominis huius sanctimonia, insignis vbiq; fama loqueretur, accidit etiā vt ad magnum, quod Armentum dicitur, Monasterium certus rumor perueniret; in eo siquidem magnæ virtutis vir, multumq; Deo carus erat presul, cui nomen 14 Lucas. hic postquam bona hominis opera, volante vbique fama, duramque vitę ratione accēpit, in magnam incidit admirationem ac secum ipse cogitans, quomodo tanta illi gratia esset, mox arrepta via, quæ dicit ad sanctum: ego ipse, inquit, vadam, & videbo, si vera sunt, quæ de illo dicuntur. & ascenso equo, sicut statuerat, ad vitum Dei Vitalem peruenit. ac prēmisso primum salutationis elogio, consueta capitis inclinatione, & genuflexione, mutuam sibi reverentiam impēderunt. deinde ante speluncę oltiuū considentes, inter se dum loquuntur, in sacros, vtileisque sermones descendunt. iamq; Lucas quidquid fama de illo cognouerat, experientia comprobauit. Stataque hora appropinquate, mandauit discipulo suo Vitalis, vt elixa ē frumento quedam, cum modico pane, hospitis gratias pararet. iubentis dicta minister accelerat, ac sub horam 15 nonam, secundum consuetudinem, ambo pariter orauerunt, appositoque frumento, escisque in vnum collatis, compatiebus B. Vitalis, Eliam ( id erat discipuli nomen ) alloquitur; i benedictionem patris acquire, affer huic tanto viro, qui ad nos venit, de cerasis horti. has enim cum hordeaceo pane solitus erat Vitalis manducare.

Allatis illico cerasis, earum vnam in quatuor secuit partes, & apposuit, quod cū videret Lucas; parce, inquit, parce, cibumque istum à me remoue, qui mortem infert comedenti. sed Vitalis intrepide, sicut consueuerat, coepit comedere, quem vt videt Lucas, exinde cum timore accepit; sed vix gustauerat, cum velut mortuus, in terram cecidit. tum surgens Vitalis orauit in hęc verba: Domine Iesu Christe, qui omnia ad salutem seruorū tuorum condidisti, & credentes in te probari permittis, vt ad maiorem fructum boni operis valeant peruenire; exaudi me indignum, & hunc famulutuū salutem mihi, illas sumque restitue. Hęc orate Vitale, factioque super eum signo crucis, continuo qui iacebat, surrexit, & procidens ad eius pedes, parce, inquit, mihi, serue Dei; magna & vidi, & cognoui de te, quæque ex malorum sermonē didiceram, de ijs iam, vt veritatis robore suffultis, nō ambigo. ipse hinc egressus, vniuersis ero nominis, ac virtutum tuarum præco. tunc illum eleuans B. Vitalis, simulque orans, in pace dimisit, magnificans Deum, qui in sanctis suis mirabiliter operatur.

Volo nunc fratres carissimi, maxima, & inaudita referre miracula, quæ pius, & misericors Dominus ad animorum profectum,

per

per Beatissimum Vitalem, dignatus est operari, erit enim hoc valde necessarium, ijs, qui aliorum sarcinam proprijs humeris sustinentiam suscipiunt, & quorum peccata audiunt, ijs pœnam nolunt iniungere, grauiorem. ad Sanctissimum namq; virum plures videlicet confluebant, & peccata, quæ fecerant, magna illi cum humilitate confitebantur. is vero pia consideratione, humanæ naturæ imbecillitatem attendens, vniuersusque morbo pro viribus curationes adhibet salutares; & ne oneri succumbant, quæ grauia sunt, leuiori tritura moderatur. prouidens, ne sicut multorum mentes, in profunda ignorancia demersæ occidunt; ita in desperationem à Dæmone, propter onera grauiora pertrahantur, qui dum tanti Patris adhortationem admittunt, ac monitis acquiescent, declinantes à malo in bono pœnitentia se se confirmant, confirmatique ad propria cum gaudio reuertuntur.

**16** E vicinis ergo duo Sanctissimi Patres Leontius <sup>16</sup> de Petra, & Hilarius de Galeo, hæc audientes, vehementer admirati sunt: quod nimium ijs, qui in grauioribus essent cibis, Vitalis indulgeret: illumque tamquam illiteratum, ac simplicem existimantes, iter parant, vt interrogent, cur eos ita sohylat, qui sua peccata confitentur. & iam ad speluncam, in qua manebat S. Vitalis, perueniunt; ac salutatione inuicem facta, causam ille itineris intellexit, gauisusque, ad lætitias significationem, mensam ad prandendum instruxit, & quæ solitus erat ipse comedere, elixando decoxit, apposuitque. quorum cum ne odorem illi quidem perpeti possent, è mensa protinus recesserunt: id cum vidisset Vitalis, quemadmodum vos, inquit, ferre eibi huius odore non potuistis, ita quidem homines graues pœnitentias leges nequeunt sustinere; plurimaq; de hac ipsa re proponerat exempla: illi autem spiritalem viri huius sanctissimi voluntatem admirantes, abiecti, omnipotenti Deo gloriam, laudesque referentes.

**17** Erat ea tempestate vir quidam timens Deum, Basilius nomine nobilis, ac Barij <sup>17</sup> urbis principatum exercens, cuis etiā sub potestate finitima erant opida, hic diuina gratia plenus, nimia cupiditate tenebatur, venerabiles, iustosque viros audiendi, vt ab ijs posset res, quæ ad salutem pertineant, edoceri: & quamvis totam illam regionem circumijsset, nusquam tamen, q; optabat, potuit inuenire: quidam vero ad eum veniens, multa de honestissima, sanctaque Hilarij, ac Leontij, qui viuebant adhuc, & in Turrensium finibus manebant, quosque suis ipse oculis viderat, vita, moribusque nuntiauit. quibus auditis, protinus ad eos literas, & officij, & humanitatis plenas, mittit. illi vero literis Ecatapani, cum mentis alacritate, suscepit, Deo gratias egerunt, qui seruorum suorum dirigit vias. diuinaque tum prouidentia factum, vt Vitalis eorum veniret in mentem. quare continuo ad speluncam, vbi in Dei obsequio Tom. 2.

persestebat, venientes, hominem rogaerunt, vt secum ad Basiliū, probatæ virtutis vitum, iter haberet. annuit ille, nolens tātorum frātrum precibus refragari. verum Basilius officiosissime sanctos viros exceptis promittens se, quidquid præceperint, faceruntur.

Postridie vero vbi venerunt, vocatus Hilarius in abditam ædium partem inducitur. cui cum vellet Basilius peccata confiteri, solus quicquam præsumere noluit Hilarius, sed Leontium vocavit, qui omnibus colloquijs interesset. sed hic quoque ingressus, rē nequaquam approbavit, sed coram patre venerabili Vitale cuncta censuit referenda. his ergo duorum patrum dictis cum se nimis interea Ecatapanus affligeret, accitus est Vitalis, qui postquam ingressus, cuius rei gratia vocatus esset, agnouit, Basiliū est allocutus: non à me, inquit, indigno præsertim, ac ferme idiota petere debes, quæ tibi non fas est recipere. habes tecum, quos consulas, sanctos viros, sanctissimo sacerdotio præditos. Evidem, etsi literas parum didici, sacerdotis tamen fungi munere vix aysus sum. quod ergo mens tua, Dei amore flagrans, postulat, ab eis potius quæso accipias. ad quem ille; imo à te magis volo, noui enim qui sis, tuaque honestissime sanctissimeque acta vita cum ab ijs, tu à multis etiam prædicatur. igitur tam pīz hominis voluntati, ac studijs tandem obseruit, ac de more super eum gratiam benedictionis effundens, cuncta Vitalis pro hominis desiderio, quæ proposuerat, adimplieuit.

Post hæc cum ipso, alijsque compluribus sereno quadam die sub umbra sedens Vitalis, de salute verba cœpit habere, sed repente obducto nubibus cælo, audiri tonitrua, coruscare fulgura, frequentioresque cum grandine pluuias effundi; ex quo non incititate modo, sed in tota etiam illa regione, contigit vt ingens multitudo hominū atque animantium interiret. nec vis illa, grandinis cessauit, donec ad equorum genua eius altitudo perueniret. & licet magna hominum, & animalium strages facta, virtute tamen omnipotentis Dei, præbusq; sanctissimi patris nostri Vitalis, nihil in hoc Basilius damni sustinuit, nihilque incommodi passus est, neque enim aut hominem aut animal amisi. quodque sine admittance dico vix potest, ad eum, in quo Sanctas manebat, locum nec accessit pluuvia, nec grando appropinquauit. His igitur visis signis, inspectisque miraculis, genu fiego Basilius, ac donis, ijsque non levibus Oblatis, quæso, inquit, accipe à me aurum, argentumque, ac præterea quidquid vis, aut placet. scio enim, & oculata fide cognoui, quod verus Dei Servus existis, qui postulationibus tuis semper adesse dignatur. Vitalis ecce aurum ab eo, nec argentum suscipere voluit, sed quasdam secum imagines, ac vasa detinuit, quæ ad tem diuinam pertinebant. postquam autem salutaribus monitis docuit, & instruxit

struxit, ad speluncam cum ijs, quos iam memorauimus, gaudens, & exultans in Domino reineauit.

**Templum instaurat SS. Adriani, & Nataliae.** Manens ergo in montibus Beatus Vitalis, & in spelunca, quam dix aus, quam-dam habitationem reperit, quæ iam pri-dem Sanctorum Adriani, eiisque vxoris Nataliae templum extiterat. quo redificato, fratribusque congregatis, venerabile ibi Monasterium fecit, in quo omnipotentem sine fine veneraretur, atque laudaret. Hic plura sane miracula, innumerisque per Vitalem collata sanitas. ipsius enim precibus, multi læsi, cæci multi, multi etiam Dæmonum infestationibus oppressi curabantur. neque id solum, sed plurimi etiam è longinquis locis veniebant, sua cupientes Patri Sanctissimo peccata confiteri. ille vero, tamquam fidelis medicus, ad se venientes cum pietate suscipiebat, eosque admonebat, dicens: fratres, iam à malignitate quiescite, ab iniuitate cessate, virtuti stude. ego enim pro vobis Deum orabo, vestra ut de præteritis peccatis confessio pura fiat. hoc igitur audientes, omnes ad eum diligentissime currebant, relataque sua quisque via mala, gratias agebant; admirantesque viri virtutem, ac sanctimoniam, ab eoque multum adiuti, ad suæ cum gaudio regredi festinabant.

A commatre mulier quædam panem mutuum postulauit, quæ cum iuramento respondit, se domi panem, iuxta, ac in collo serpentem, non habere. mos enim est mulieribus nonnullis, terribile Dei nomen verbis mendaçibus admiscerre. sed veniente iam hora, qua prandere volebat, intravit infelix, ut panem afferat, ac continuo serpens de cophino profiliuit, mentiturque mulieris collum apprehendit pariter, inuoluitque; quem videlicet illa ab octauo Idus Maij ad septimum Idus Martij portauit, multa per medicos expendendo, sanctosque innumeros visitando. cumque nihil proficeret de sua penitus cœpit sanitatem desperare. quidam autem illi dicebant: placcat tibi consilium nostrum: eamus ad patrem nostrum Vitalem. sicut enim plurimorum per ipsum misertus est Deus, sic etiam & tui, si ad eum celeriter perrexeris. his mulier auditis, iter arripuit, & ad triumphantes Martyres Adrianum, Nataliamque cucurrit, nonnullæque cum illa mulieres.

Contigit autem cum ad locum venisset, ut Vitalis non adesset. hic suspiria obortæque lacrimæ, ac in atrio demum extra ædem, omnes dormierunt. nox enim aduenierat, seseque Vitalis de more contulerat in locum, ubi totam noctem perseuerabat, ut diximus, frigore corpus, glacieque macerans; interdiu vero detectus, montes perambulabat, carnem, secundum Apostolum, spiritu subiiciens. quamobrem gratiam a Deo accepit. miracula operandi, sanandique

omnes. itaque peccatoribus spandebat veniam, Dæmonia pellebat, mundabat leprosos, cæcos illuminabat, omnesque secundum Euangeliū languores curabat plerumque etiam, cuiusdam figura senis, Angelus Domini apparebat in lacu, Dominici cum corporis sanguinisque sacramento reficiens.

In lacu demersa Angelus sacro Domini corpore reficit.

Iam Sanctus Vitalis è lacu ad matutinas horas recitandas Monasterium ingressus, ubi foris mulieres vidi in atrij iacentes earum misertus; cur illas, inquit ad Monachos, ad collam non introduxiſtis illi vero: absit hoc à nobis, ut præceptis tuis ad supremum spiritum non obediamus. ipsi enim ex te audiuiſmus, quod inobedientia patit mortem: tunc è Monachis quedam, nomine Nilum, ad se vocauit, dixitque: duc eas ad cellam meam, & ignem accende, ne horro frigoris moriantur, ipsoque ad matutinos hymnos cum fratribus excubante, calefactæ mulieres obdormierunt: è quibus una inuentam Sancti viri Zonam infelicitissimæ capiti mulieris imposuit. O magnum miraculum! serpens continuo resoluit, ac de collo se proiecit in terram, muliere, præ somni dulcedine, quod sibi factum fuerat, ignorante. sed regrefsus ab Oratorio Vitalis, ac serpentem in terra iacentem reperiens, iam intellexit, quod vexata diu mulier, liberata esset, gratiasque Omnipotenti Deo egit. porro ex parte mulieres, tantumque miraculum intuentes, statim ad Vitalis pedes corruire, & utraque manu tundentes pectora; Pater Sanctissime, inquit, miserere, as pro nobis misellis Dominum exora, tuis ut precibus nostrorum recipiamus indulgentiam delictorum, & vitam acquiramus æternam. ille vero secundum gratiam, quæ sibi à Deo data est, eas monens atque hortans, mulieri demum inquit: filia, (iuxta enim Euangelicam vocem loquar) ecce sana facta es, iam amplius noli peccare, ne deterritus tibi aliquid contingat; omnes enim, qui mentiuuntur, ac temere terribile Christi nomen assumunt, eius iram non effugiunt. Hæc, aliaque multa secundum scripturam subiiciens, illas in pace dimisit.

Iam vero irrente Barbarorum depravantium multitudine, forte 19 capta est Longobardia. Borum quidam prædæ cupidí discurrentes, venerabile Vitalis Cœnobium occuparunt, ac fugientibus Monachis, solus ipse remansit; & ab Agarenis multa dura, & aspera comminantibus, apprehenditur. inquirentes autem de armantis, ac Monasterij rebus in damones sese transformant, nihilque eorum penes hominem inueniunt. nam simplicem cum suis inopemque vitam gerebat, neque enim vel quadrupedum lucrum, ceterorumque animalium quæstum intendebant, vel negotijs, acquirendæque pecunia studebant, ut ex lucris videlicet eorum indigentia reple-

19

Sarrac. Mo. nasterium, eius inau- dient,

# Vita S. Vitalis Abbatis

91

repletetur. non plantabant vineas, non arborum varietate voluptuosa loca colebant, non mollia affectabant indumenta, non ad mundanas auras operam impendebant. quomodo enim ista curarent, qui nec de craftino cogitabant, sed neque thesaurum illum habebant.

Quare cum eorum nihil, quæ concupiebant, reperirent, illum plectere capite decreuerunt. altius igitur Barbari gladio, ad amputandum homini caput, embrato, repente nubecula, tamquam fumus, Agareum involvit; igneaque terribilis fulgoris flama percussit; eiuque vultum turbinis, denseque illius caliginis ambitus ombumbrauit pariter, & obduxit. tum ille mucrone, de manu procul abiecta, sine voce in terrâ corruit. quod à Deo patratum miraculum S. Vitalis cum vidisset, ut animorū amator Barbari illius misertus est, quem & viuificè crucis figura signans, surgere iussit, dicens: In nomine Domini nostri Iesu Christi, surge sanus, & ad socios tuos perge. surrexit ulla Barbarus, cœpitque ad S. Patris vestigia volvatur, rogare, obsecrare, ut quod aduersus eum iniuite presumperat, sibi clementer indulgeret, atque remitteret. sed Barbari eius socii spectaculo cum adessent, stupore capti sunt vehementi, quoniam ubi crucis signum speculatori factum est, stantem quasi flammarum ignis, cœlumque tangentem videbant. Vitalis itaque cum ipso ad illos perrexit, qui cum timore, ac tremore nimio occurrentes eius pedes, adoraerunt, implorantes veniam sibi ut daret, ac pro ipsis orare dignaretur, quatenus ad illos comite reverterentur illasi.

Tum Vitalis eos admonens, cessate, inquit, vicerius a Christiani sanguinis effusione, eorumque iedes nolite per vim capere; neque enim in permitter vobis omnipotens Deus, ut illos omnino destruatis; sed vult ut tamquam bene erudiens, & docti derelinquant vias suas malas, & conuertantur, & in sanctis præceptis eius vivant. non enim vult morte in peccatoris, sed magis ut conuertatur, & viuat in ipso, secundum cognitio-nem, & poenitentiam. propter hoc enim Dei filius inclinavit cœlos, & descendit in terram, ac propter immensam suæ magnitudinis bonitatem, cum verus esset Deus, verus etiam factus est homo. Quæ quidem omnia vos penitus ignoratis. venturus etiā est ē celo, quo ascendit ad destruendos superbos, elatos, sumique nomen sanctissimum blasphemantes. ipse, ipse inquam deponet breui, & ad nihilum rediget gentis elationem, atque audaciam, vosque ipsos intelices, ac maferos suæ virtutis brachio deinerget in abyssum. sanctus enim, fortis, & excelsus Dominus, qui sicut olim principem vestrum, tyrrannum scilicet illum, & duri cordis Pharaonem, cum equitatu suo in mari rubro deinerget, ita ipsius ira veniet subito super vos, nisi à Christiano populo recesseritis. His Barbari perterriti verbis, diuinam ignis viuionem prestatabantur, genibusque ad Vitalis pedes flexis, nunquam

Tom. 2.

se in posterum Christianam gentem ex-pugnatores, promittebant; neque oculos in eius faciem, quæ illis Angelis, non hominis videbatur, intendere poterant tandem B. Vitalis in pace Barbaros dimisit.

Sed fama sanctissimi Patris longe, lateq; diffusa motus vir quidam, cui prolem natura negauerat, è Cassani vrbe ad Adriani oratorium, cuius supra meminimus, felini-quist. hic protinus ad Vitalis pedes humiliiter prostratus, enormem explicare vitam, ac delictorum suorum molem depohere stu-duit. ad quem ille, immensæ pietatis amator, sermonis exordium habuit, in hac verba: Ne te, frater, prætereat, benignissimum habere nos Deum, ac patrem, qui bonitatem diligit, qui peccata mundi suscepit, & ea semper velut pius, & misericors delet; si declinantes à malo, & facientes bonum in vijs eius ambulauerimus. his, alijsque poenitentia modis, eum secundum scripturam admonens, Dei præcepta, quæ vel ante legem, vel in lege, atque in gratia sunt, demontrabat, comminationes, & flagella, quæ in ipsis præceptis continentur, aperiēs. cum autem confidenti secum illi talia prædicaret; placuit, unde venerat, sciscitari, post ad cellam suam deducere dignatus est, eique copiosorum ciborum mensum apposuit, qui cum verborum magis dulcedine, quam escarum abundantia plenus esset. Vitali sterilitatem indicauit, credens, se per eius preces, quod optabat, impetraturam. hoc verus ille pastor audit, latto vultu, mitique voce respondit: ne quietamus, frater, nec Suminum Deum aliquando relinquamus, potes enim est fructum dare etiā in senectute, sicut Prophetam Samuelem Annæ, Sarra magnum Isaac, & Zachariæ Sa-cerdoti Ioanuem Baptizauit. facit enim Deus voluntatem timentium se. talia prædicans Vitalis, manus in cœlum, atque oculos eleuauit, orauitque Deum. tum benedictione data, illum in pace dimisit, atq; ait: fili, secundum fidem tuam, fiat tibi: ille vale dicto, domum regressus est; retribuitque Dominus filiam, cum ad gloriam suam, tum ad Vitalis etiam laudem, ad quem illam postea parentes adduxerunt. ipse facta super filiam, & parentes benedictione, orauit, dicens: Qui mandum fecit, ipse vobis gratiam largiatur, reuertimini cum gaudio.

His itaque, multisque alijs in loco illo à B. Vitale miraculis patratis, ob populi infestationem, & securitatem Paganorum, cum discipulo, ac nepote suo Elia, qui dudum ad se de Sicilia venerat, secessit; habitauitque in partibus Turrensium; voi non modo degens tempore, quoddam fabricauit templum, multaque per eum Deus ibi miracula dignatus est demonstrare. inde rursum protectus venit, habitauitque seclusus in flumen, ad Rapolæ vrbe. hic Siluestrem nactus locum, ieunij deditus, precibusque semper intentus, sedem sibi suam fixit, atque interdiu montes, sicut consueverat, detectus percurrebat; noctu vero ingredie, ad collum vsque, peritabat. quid ergo?

Et in ore Vitalis Angelum conser-vantur.

Hominem  
Perditæ vi-tæ ad melio-  
rem frugem  
perducit.

Vitalis Bar-baris miser-tus, signo crucis exci-tat, erigit;

Tropidi em-nos, virum adorant.

20

ergo? cognoverant Monachi, vbi Vitalis agebat, eumque securi tandem inuenierunt in eo, quem diximus loco. vbi monasterio iam constituto, ad extremum vitæ tempus, cum ipso in bona, perfectaque Obedientia permanerunt.

Mortem suam  
fratribus suis  
prædicavit.

Congregatis autem in unum locum de more fratribus universis, B. Pauli sermonem assumens, ut spiritu Sancto erat plenus, in hac verba prorupit: nolo vos ignorare filij carissimi, membra ac viscera mea, quod resolutionis meæ tempus advenit. bonum certamen certavi, cursum consumavi, fidem seruavi, gratia Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi. quid autem mihi de cetero continget, nescio. notum est Deo, quem amauis, quem desideravi, quem dilexi, quem sum semper in confessione bona secutus, quem in conspectu multorum testium nos ipsi confitemur. nolite, fratres, subjectionem abnegare, sed sacras institutiones custodite, & incorrupte regulam vitæ & confirmacionis monasticae conseruate. cor iobium nolite dissoluere, à terrenis possessionibus abstinete, traditiones, ac Sanctorum Patrum, Basili, aliorumque præcepta nolite respuerre, ne vel lucri cupido vos teneat, vel propriæ carnis amor: non mundum, & quæ sunt in mundo diligentes, non contradictores, non murmuratores, aut contentiosi, non maliloqui, aut detractores, aut iniudi: ne levibus personis adhæretis: sed ieiunijs potius insistite, abstinentijs lacrymis, genuflexionibus, lectionibus, psalmodijs, precibus, petitionibus, ministerijs, quietisque cogitationibus, caritati non sicut, humilitati, mansuetudini, castitati, omnique virtutum generi studentes. quatenus Regi, & sponio nostro Deo beneplacere possitis, vt ad inuolabiles, secretaque regni celorum nuptias securi, & sine repulsa digni sumus introire, una cum paronympho nostro Paulo, qui, despundi, inquit, vos vni viro virginem cætam exhibere Christo, cum quo nos mundo, & mundus nobis crucifixus est: si enim commorimur, & conuiuemus, simulque cum omnibus sanctis congregabimus in sæcula seculorum.

Abbatem  
sui loco re-  
nuntiat.

Hæc, multaque alia prædicens, ac præpiens magnus hic agonista, ducem eis in sui locum substituit quemdam, virum aperte spiritalem, ac sanctum, nec à vita monastica aberrantem, & non vulgarem scripturarum scientiam habentem, sicutemque diligenter eos perducere, qui ad Deum pergere cupiunt, omnino à Sancti moribus non longe discrepantem. huic igitur quamquam repugnanti, sacrum illum rationabilem, ouiuim gregem pascendum pariter, & decadendum tradidit. eumque, ut quirationem esset de ei die Iudicii redditurus, his verbis instituere Vitalis, ac monere coepit; frater, ipse tibi prouide, universoque gregi, quem a Christo pastorum principe pascendum suscepisti, ut illum in iustitia, & sanctitate pascas; probans, quid sit gratum, & beneplacens Deo; oportet enim eum, qui præsit, regularem eius, procuratorem, præ-

dicatorem, mansuetum, benesolutum, exercitabilem, gulosorum, & lasciviorum vita fūgientem, nudum, purum sine macula, non elatum, non superbum, non adulatore, conitatem, malorum in memorem, non vagum, non multa cogitantem, vt Salomon ait, oportet etiam non cupidum esse auris vel argenti: radix enim omnium malorum cupiditas est, non transfugam, quia nemor militans Deo, implicat se negotijs seculari bus, vt placeat ei, cui se probant militem non personarum acceptorem, non trascibilem, sed quietum: Dei pauporum, fraternaque suorum amatorē, discrētum, boni operis exemplum præbentem ijs, qui sibi nolue appropinquare: nihil plus, quam Deum honorantem: non obtrara, non percursorem non simoniacum, non azizam, propter quod iudicatur idololatra, non odij seruatore, non contradictem, non largitorem consanguineis, non mundi amatorem, non sua querentem, sed que multorum, ne sis futu-sus, aut audax, vel iracundus, nece deli-quentem aliquem non audies, ne p̄ager p̄igris, ne ijs consentias, qui sacros canones subuertere volunt, ne semper facile condescendens: cæcus enim, si cæcum dicit, ambo in foueam cadunt. Accit te dilectum esse decet notionum secularium auditorem, ne pretiosis vestibus delecteris: ne præporeatis personam, supra quam fraternitatem deceat, honori habeas: ne à sacrarum legiis ac præceptorum observatione ad vique sa- guinis effusionem recedas, oportet etiam, si opus sit, animam te tuam posse. bonus enim pastor, ait Dominus, animam suam ponit pro omnibus suis, oportet à Monasterio non abesse; omnis enim cura, cogitatio, mens denique tua in ijs, quæ ad Monasterij usum pertinet, figenda atque locanda est, oportet te tuos fratres, tamquam Christi agnos, diligere, eos tenendo, & tamquam propria membra gubernare, non alterum ab altero separabis; sed eorum, si-icut pater filiorum, necessitudinibus visitando p̄ospicies. ad te namque animorum corporumque sanitas, & cura spectat, cum dilectione, ne quid propriam habere, quæquam permittas; sed sicut Apostoli & Angeli Dei, communem agant vitam, sicutque omnibus omnia communia, nam p̄opere priuatam rerum possessionem, effusiones contingunt, contentiones, diuisiones, ac omnium denique malorum imitationes, quæ autem facienda sunt tam spiritualia, quam corporalia, ne secundum proprium arbitrium hant, ac voluntatem; sed vel superiorum consilio, vel eorum certe, qui digni sunt reverentia, in Monasterio carnem effum non permittas, non licet Præfati Monasterij ratiunculas subducere, sed sola illa cura sit animorum, grauiora vero negocia, si pigrescunt, quibus illa commissa sunt, dirigat, dictum est enim in Exodo ad Moysè audi verba mea, atque consilia, & erit Dominus tecum, esto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent, vt offeras quæ dicantur ad eum, ostendasque ceremonias, &c.

tum colesdi, viamque, per quam ingredi debeant, & opus, quod facete. proba autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderunt auaritiam, & constitue ex eis tribunos, & centuriones, quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore: quidquid autem malus fuerit, referatur ad te, & ipsi minorum tantummodo iudicent; ieiunusque tibi sit, partito cum alijs onere. Hoc si feceris, implebis Dei imperium, eiusque precepta poteris sustentare, & apparebis coram Deo placens. Oportet enim te assidentem esse, & sustinentem, augere sacrū gregem, diuinā scilicet & spiritales oves. si quid eos agere volueris, tu primus incipias, ut quī te viderint, similia facere do-

ceantur. Hac, aliaque multa prædicens, fratres confirmans, præcipiensque, ut semper in Monasterio permanerent; inso iam recens Abbat, cui se summa cum mansuetudine subiecit, valeque omnibus dicto, gaudens, exultansque, & Deum magnificans, animam efflauit in Sanctorum Angelorum manibus, atque (21) obdormiuit in Domino, VII. Idus Martij, sexta feria, prima noctis hora, sepultusque a fratribus in eodem Rapolla Monasterio, ad laudem & gloriam Domini nostri Iesu Christi, cui est honor, & potestas, per infinita secula seculorum, Amen.

Vide Animadvers. folio 31.

# TRANSLATIO S. VITALIS ABBATIS



**I**STI de vita, obituque Sanctissimi Patris nostri Vitalis, humili stylo, pro ingenio meo tenuitate, dicitis, superest, ut quo modo gloriostam eius corpus de Monasterio Armentum peruenit, scribamus. cum igitur Dei famulis sui corporis dissolutionem cerneret intimorem, id que diuina per Angelam revelatione facta præcognovisset; illico ad se nepotum suum Eliam accessiti iubet, prouidum hominem & discretum, ab eo sanctitatem; bonisque operibus non valde discrepantem, atque his verbis alloquitur. ecce iam senti, fisi mi & secundum Apostolum tempus mez resolutionis advenit, cursum consummavi. fidem feruam, incertus tamen sum si corona iustitiae mihi preparata est: verumtamen post mortem, sepelli corpus meum, & tertiam terram trades. quo peracto, nulla in hic consecras moram; sed, in cetero, ad Furtenfum cunctatem, & esto ibi usque ad annos XXX. ego enim si cotam Deo gratiam inuenero, ac de ipsis fieri voluntate, ad te veniam: ibi me videbis, & quid facere debeas indicabo: oportet enim te huc redire, & in memoratum locum corpus meum transferre. nam ab innumeris Domo prospéra sunt ibi non minima reuelanda. cum autem hec dixisset, fratres ceteros vocavit, eosque confirmans, & admonens, ut in fide recta, bonisque semper operibus perseverarent, in pace migravit ad Dominum. moxque in Monasterio Rapolla sepultus, quod ipse construxit, multaque ibi per Omnipotentis Dei virtutem, & gratiam operatus est. sed Elias propterea dilationis obstat, recessit; & sicut imperatum sibi fuerat; in-

Turrenum finibus habitavit, ubi ad summi Regis honorem, & gloriam Monasterium erexit, fratresque plurimos congregauit.

Exactis vero annis triginta, hora noctis quarta, Venerabili Elias S. Vitalis apparuit, illam alloquens in hac verba: stiges filii misere, comple verbum meum, atque ad multorum hominum utilitatem, tuamque laudem fatigare, ut me reliqua huc afferantur. expergesfactus igitur Elias, ac verba, q̄ tibi a S. Vitalē, cum adhuc vivueret, dicta fuerant, in memoriam reuocans, quinque Monasterij fratribus excitatis, omnia, q̄z viderat, & audierat, clam ordine retulit. His Monastichis audiitis, una cum suo Antistite viam atropuerunt, qz Rapollam ducit, atque ad Venerabile illius sepulcrum venientes, ingredi eum timore adorauerunt, rogantes patiter, & dicentes: Sanctissime Patet, licet nos peccatores, indignique simus; qui tam malum, tam sanctum corpus contigamus, tuis tamen non possumus resistere imperatis. vis ergo ad nos venire? vis venerandissimas reliquias sive repulsa ducamus ad patrem, ubi labores multos perpeffus es, ubi innumera pericula sustinuisti, ubi plurimos, qui in ignorante tenebris erant, ad lucem, Dei qua notitiam traduxisti; atque ut testimoni recipentes gloriam patiter, laudemque referant Christo Domino, bonorum omnium largitor, teque magnificent in secula: his dictis locum cum sagacitate circumspicientes, foras exierunt, nec a monasterio procul hospitium accepere. intempesta vero nocte, non sine formidine, a d. sepulchrum accedentes, illud occulte aperuerunt, mira res, nein quod siebat, eorum, qui erant in Monasterio, persensit. sominus eos oppresserat, ac sine sensu omnes, tamquam

Excessum ē  
vita S. Vitalis ab Ang.  
dudicatur.

Translatio-  
nem sui cor-  
poris XXX.  
post annos  
futura pre-  
dicta.

**Corpus in-  
uentum est  
integrum  
cum odore.**

quam lapides, iacebant. tunc suauissimas, omniaque superans aromata, è venerabili illo corpore, tamquam è paradiſo deliciarum, sordore afflauit. iamque perterritis manifeste Sanctus apparuit, vîres eius, animumque subministrans. qui virtute suscepta, odo riferum corpus apprehenderunt, integrum illud quidem, & incorruptum, vt de eius capite ne capillus quidem perierit. dixit enim Dominus: eos, qui me glorificat, glorificabo. illud igitur in feretro aptauerunt, & animalibus imposito, ingenti cum latitia, talem secum tantumque thesaurum, immensaque diuitias referentes, reuersi sunt.

Prima vero luce, cum Monachi Monasterij Rapolle ad matutinas laudes de more consurgerent, apertasque cum templi valvas, tum Sanctissimi Patris sepulchrum inspicerent, eiusque venerabile corpus sublatum, contristati valde, ex interno doloris angustia, lamentari coepérunt: quis indeſicientem nobis theſaurum abstulerit? quis furatus Antititem, & pastorem? heu quam trāgnum, & intolerabile dampnum? quid nimorti potius traditi, quam ab illo separatis? ad quem post hac consurgemus? quis pro nobis intercedet? quis iam nostros animos, & corpora salvabit? hęc, atque his similia cum gemitu dicentes, nec ullā inde consolationem accipere valentes, egressi cum festinatione, per vias & semitas infrequuntur. cūmque ablatum sibi theſaurum inuenire non posse, inanes & vacui reuersi sunt, in quo propheticum illud dictum adpletum: dormierunt somnum suum, & nihil inuenierunt. quid ergo? Monachi illi tamquam victoria potiti, cum sacris reliquijs ad quemdam locum, cui nomen Petra a partita, sicut Domino placuit, peruererunt; atque ex diuina sibi per Angelum visione facta, acceperunt, quod ibi esset Deus minus famulum suum clarificatus, & maxima per eum miraculo tensurus. sed dum visionem, que facta est, inuicem repetebat multorum Angelorum exercitum praefectum Domino, & canentium audierunt, maximeque reliquiarum transitus in tota illa regione claruit, ex quo cateruatum omnes, consuetis litaniarum precibus obuiam procedebant, & quidam immaculatum corpus, quidam pedes, quidam etiam sacras illius vestes deosculari certabant. multi præterea coeci, multi claudi, multi quoque diuueno morbo fatigati illuc venientes, sanitatem adepti, vexatiique ab immundis spiritibus curabantur. hinc tursum profecti de Sanctissimi Patris voluntate, ad quoddam hospitium, prope Guardias vicum, peruenierunt; statimque animalia fixerunt gradum, steteruntque. O quam admiranda sunt opera tua Domine! quo potioribus flagris animalia compelluntur ire, eo magis manent immota. nec minore, quod hic gestum est, fertur admiratione dignum, quam yetus illa Historia Balaeam.

3

Multa pre-  
stata mira-  
cula.

Ioannes itaque, Turritanæ sedis Asti-  
ates, cum talia audirebatur, sepe conuocato

clero, coadunato populo, mulieribus simul puerisque congregatis, ad sancti huius honorem Patris, non sine thure, ac lumenibus festinante occurrit; vidensque illud factos sanctum corpus immobile, contristari primo coepit, ac moestus esse. tum consilium adiuuenire cupiens, quoniam modo posset ad Episcopatum suum deportare, currum fieri iubet, vt cum mundo illud grege, adhibita magna vi, ad Turrensium ciuitatem deducatur. parato ergo curru, populoque Kyrie eleison, altis vocibus acclamante, ad feretrum, in quo sanctissimum corpus iacebat, occurrunt, vt imponant curui, sed illud mouere nullatenus possint; multo enim erat ferro, plumboque ponderosius. atque tum demum cognitum est, id minime Sancto placere. itaque Dei cultor Episcopus, & Elias Sacerdos in pretiosissimo quadam vestimento corpus involuentes, ibi in sepulchro nouo, quod tunc factum est, honorifice posuerunt. quo ipso in loco, ad Dei honorem, eius nomini templum fabricatum; vbi multa ad hanc diem per ipsum miracula contingunt, nam quot a diebus tum lauguibus conuoluere, prænuntia multitudine, scriptis comprehendit, vix possunt.

Ergo reliquijs iuxta Guardiam positis, ob populi peccata, impundi, spuriissimiq; Agareni depopulantes omnia, penitusque deuastantes, è Sicilia Deo perennante, venierunt, in seruitutem tum Ancilæ, tum Liberae filios trahentes; magnisque præterea super inhabitantes Italiam, & Longobardiam timor irruit, ac formido. itaque fugientes alij Castellis, munitis alij natura-locis, imminentia declinare pericula nrebantur. tunc Vitalis Turrensium sedis Astites, magni sane vir meritis, morumq; honestate præfulgens, concilium cum clero, ac populo iavit; quomodo corpus illud sanctissimum ad suam ducere ciuitatem posset, sperans acerrimum inde ciuitati defensore fore. continuo consilium exequuntur, ac die quodam Parasceve ad sanctu viri sepulchrum, ingenti cum latitia, properant; vigilijs, precibusque, à tertia ipsius diei hora, ad sabbati in sequentis diei mane, instantes. Episcopus arreptio ferreo mallo, lapideam monumenti tabulam frangere conabatur, ac vide nunc iam, lector, ac sancti viri virtutem attende, nesciibus omnibus, nihilque pro suo desiderio proficiens nulla vis, nullus lesit tabulam ieiunus, nec villo hominis ingenio mota est. qua de re vehementiore universi stupore capti, omnino quid agerent, ignorabant. verum diuinus Spiritus, qui per prophetas loquitur, hanc Episcopo cogitationem immisit, quod videlicet ad mundos mundi conueneret accedere.

Mox igitur emissis omnibus, eos dumtaxat, quos munditiae amatores cognouerat, Clericos, Monachosque retinuit, quoru flexis in terra gemibus, arteisque in celum, non sine lacrymis, luminibus, orauit, dicens: Domine Deus noster, qui sedes super Cherubin, & intueris abyssos, qui omnipotens

Deponitur  
Guardie  
exstructio  
templo.

Angelorum  
coetus con-  
cinere au-  
ditus.

ad salutem nostram facis, & reliquias Patriarchæ Iacobi, rursumque dilecti eius filij, casti, & speciosi Ioseph in fortitudine, & gloria multa ab Aegypto in Palestinam transferri voluisti: qui Ioannis Chrysostomi reliquias, post annos triginta, a Comana 4 in Constantini ciuitatem, ad hominum salutem, gloriose deduci fecisti: tu super nos indignos respice, & da nobis hunc thesaurum, quem ad robur, ac nostræ ciuitatis custodiam cupimus inuenire, fac omnipotens Deus, ne ipse nostra vacui expertus que appareamus, quatenus semper glorificemus magnum, ac terribile nomen tuum. hic orandi modus, cumque omnes, Anten, responderent, regente concusus est locus, utroque aperto sepulchro, venerabile corpus illud inuentum est Angelico vestitum habitu, cui caro quidam debeat, ossa vero dura adhuc, validaque, & sicut stellæ splendentia, sed dextera integra, illæsa, digitisque velut ad signandum dispositis, cunctos benedicere videbatur. tum Episcopus, & Monachi ineffabilem percipientes odorem cum ingenti simul timore ac gudio, in ligneo quadam recens facto scrinio pretiosas reliquias posuerunt: porro iij, qui foris stabant, odoris fragrantiam sentientes, kyrie eleison, magnis vocibus, clamare coepi- runt. deinde quatuor presbyteris scrinium ferentibus, in ciuitatem omnes Dominum Deum, Sanctissimumque Confessorem glorificantes, ac benedicentes, reveri sunt. illudque cum reliquijs ac vestibus suis in templo, quod ædificauerant, posuerunt, ad laudem ciuitatis, orientem versus. quo in loco iunuma prope curata languidorum multitudo, eiusque iugiter præces, per Dei, ac Domini nostri Iesu Christi virtutem, florent.

Post hac contigit eo tempore, vt Tuscanius 5 quidam Rabdi filius, ( sic enim cognominabatur) in regione illa Turris, Armenti, Petri, aliorumq; locorum dominator esset. hic cum in anno suo, Beatissimi Patris nostri Vitalis corpus, de Turre in Armentum transferre proposisset, palamq; id facere non valeret; assumptis quadam die secum Armenti militibus, longius se profecturum finxit. arrepta igitur via, quæ dicit ad Turrem, cum iam prope ciuitatem esset, relictis extra militibus, uno tantum contentus comite, qui eiusdem erat voluntatis nec ignarus consilij, templum adjit, reliquias adoraturus, vocatoque ædituo, omnium cum mansuetudine; affer dum mihi, inquit, Sancti viri reliquias; volo eas debita cum veneratione osculari, vt per ipsum, coepit iter meum prospere dirigatur. mos est enim latronum, vt conceptum malum peragant, admiscere mendacia veritati. tum ædituus qua erat simplicitate sacerdos, totum aperuit scrinium, posuitque coram eo, at repte Tuscanius Comes, mansuetudinem in feritatem conuertens, toruo, minacique vultu compellit his verbis ædituum; si seditionem concitas, & te occidam, & genus tuum severissime puniam. ille in tantis angustijs hominis iniquitatem attendens, ciuitatis

quoque solitudinem, & viorū absentiam considerans, ( erat enim metendi tempus, quando iuxta David, unusquisque ad opus suum exēunt usque ad vesperam) cum alter cruentas tanti viri manus effugere non posset, id se facturum promisit, duxitq; rem silentio suppressam. clave igitur per vim de illius manu subrepta, occultatoque sub chlamide scrinio, egressus est è ciuitate paucissimis ibi repertis viris, mulieribus vero quamplurimis, quarum aliae per fenestras aspicerant, aliae secundum consuetudinem ut honorem Domino suo deferrent, ad placitam exhibebant. quoniā vero ob pondus, quod sub paliō latebat, paulo, quā solebat, crassior cernentibus videbatur, rem suspectantes, è tristi æditui habitu, caussam perpenderunt. capropter mulieres ædituum percontari, quoniam esset in felicitate causa, & unde tanta lacrymarum effusio. constat enim nimias esse in percōtatione mulieres, quid multa? una hora, quod acciderat, diuulgatur, tum demum illæ facies, pectoraque tundunt, effusæque in lacrymas, & modicum insecuræ, tanti amissionem Patris lamentari cœperunt. Eheu, quanta nobis iniuria, quantuque dampnum acciderit, verbis exprimere non possumus, nec enim vel ab Agarenis, vel à barbara illa gente, sed pro dolor! a nostro Domino fruimus hodie spoliati, dampnum quippe grauius omni dano recepimus, proprio sumus orbati patrō, à communi medico separati. hæc, & ijs similia mulieres usque ad vesperam lamentabantur. viri autem ab opere necessario redeentes, & deplorationis caussam percipientes, quidam amare flebant, quidam ad inspiria depromebant, contraque suū Dominum volebant insurgere, sed à Sacramenti religione prohibiti, ingentem hanc tristiam æquanimiter tolerandam duxerunt.

Iam vero milites, qui foris expectantes manserant, suscipiente sanctissimū corpus, maximo cū gaudio remeantur. cum autem ad locū ventum esset; quem Vigiliam nuncupant, cōtra Armentū, obuiani populus consuetis litaniarū precibus processit uniuersus. cūque stetissent, qui sacras reliquias portabant, effusæ ab omnibus preces, clamantibus kyrie eleison. post cū iam diu in oratione persuerassent, genuflexo scrinio adorantes, ipsumque cū gloria, & honore suscipientes, ad templū Beatissimi Confessoris, & piissimi Patris nostri Lucæ duxerūt, ibique corpus illud pretiosissimū honorifice condiderunt. post tres vero dies, Reuerendissimis quibusdā personis Turrensiū incolarū per quietē Sancti Vitalis apparuit, confortans eos, ac dicens: quare ciuitas, propter me, quotidie sic mœret, suspiratque? nolite, filij, nolite. inquā contristari; quin exultate potius, & gaudete. & si cñim diuina quadā dispositione placuit, corpus meum cum 6 fratre meo Luca esse, non sum tamen à ciuitate vestra spiritu segregatus. Hac ergo reuelatione patefacta, cognitisque postmodū virtutibus, quas iuxta vniū cuiusque desiderium operabatur, è mœrore

& tri-

<sup>4</sup>  
Sepulchrū  
viro aperi-  
tur, admira-  
bili visu cor-  
pore.

<sup>5</sup>  
Inde in Ar-  
mentum.

& tristitia luctuam, & consolationis remedium consecuti sunt. Facta hæc de Græco in Latinū trāslatiō, anno Dominicae Incarnationis 1194. mense Iulij, 12 I idictionis, Pontificatus Sanctissimi mihi I. Roberi Venerabilis Tricaricensis Episcopi anno 19. ad laudem, & gloriam summam, & indiuiduam

Trinitatis, nec non ad honorem eximij Confessoris, & præcipui Eremitæ Vitalis, cuius nos adiuuemur meritis, protegamur auxilijs, orationibus muniamur nunc, & semper, in secula seculorum. Amen.

Vide Animaduers. fol. 23.

## V I T A

# S. LVCAE ABBATIS

Ab Anonymo eius discipulo scripta.



VNC 2 sane eximium  
& virentem pretiosum ar-  
boris ramum nobis Si-  
cilia produxit, ex qua  
frequenter exorti cum  
Martyrum flores, ut Fe-  
lix, 3 & Januarius cum  
socijs, Pancratius, & Eu-  
plius, aliquique complures; tu n Virginum,  
vt B. Agatha Catanensis, Lucia Syracusa-  
na; tum etiam Confessorum, vt 4 Ambro-  
sius, summus Doctor Occidentis Ecclesie;  
Philippus 5 Agyrenæus, Gregorius Agri-  
gentinus, Hilarion, 6 & Ioannes frater  
eius, Vitalis cum venerabili Patre nostro  
Luca, cuius modo historiam prosequimur.

Huius igitur parentes genere nobilissimi,  
& in seculo mitissimi floruerunt: & genitor  
quidem Ioannes dictus, mater vero Thedibia,  
Dei admodum iustitia, & gratia decora-  
tati, ab his progenitus Lucas, Christique,  
fide nutritus, non secularium literarum sci-  
entia, sed diuina imbutus est disciplina. siqui-  
dem acerbis occasionibus, ac fortuitis, qui-  
bus lubrici crebro volvuntur incursus, exag-  
gitatus, cum literarum studijs diuinam sa-  
pientiam addiscere non potuisset, solo Dei  
amore adiuuante, quæ literis non valuit, ip-  
sius timore arripuit. scriptum est enim: ini-  
tium sapientiae timor Domini. sed & in-  
obedientia parentum, ad legitimam ætatem  
florem perseverauit, eius sententia non  
ignarus: honora patrem tuum, & matrem  
tuam, vt sis longævus super terram; à qui-  
bus cum ad matrimonium crebro pulsaretur,  
aures verbis noluit applicare. quippe  
solo Dei amore confitus: non huius modo,  
verumtamen futuri se culi dolores, & suspi-  
ria fugiens, Christumque Salvatorem men-  
te sequens, nihilque omnino præter ipsius  
nomen, & præcepta in Euangelio scripta,  
secum portans, domum suam non supra  
arenam, sed supra firmam petram fun-  
dauerat.

Quare 7 a Patria Demena, ad 8 Bea-  
ti Philippi Agyrenæi cœnobium veniens, à  
9 Monasterij Abbe humanissime suscep-  
tus exemplis iam præceptisque conforma-  
tus.

Ad Mona-  
sterium Agy-  
renum co-  
tendit.

tus, atque instruens, viatici loco, solas secu-  
defens Abbatis preces, discessit. Vir autem  
propheticus spiritu clarus, & ab ijs tum habi-  
bitus est, & ab alijs deinde, qui eius concio-  
nes audierunt, sedenim in habitantem in-  
fe gratiam adeptus est, quia ceteri postea in  
hodiernum usque diem profecere.

Sed quæadmodum diuersarum historia-  
rum exempla, atque ordinem sumens, va-  
rioque misifice coloris imaginibus appo-  
nens, templum peritus pictor studet exor-  
nare, sic ille SS. Patrum doctrinas, exempla,  
atque opera secutus, eaque diversos veluti  
colores affluiens, verum Dei templum, ani-  
mum scilicet suum, adornare statuit, eaque  
fatione ornatus, ad sanctissimum vitum ve-  
nit, religiosissime in spelunca, in 10 Rhe-  
gij opidi sinibus de gētem Eliam nomine,  
nec immerito; quippe solis instar, cum  
doctrinæ, tum exempli splendorē totam  
Calabriam regionem illustravit, discipulis  
tamquam stellarum choro stipatus. Hic ho-  
spitis indolem intuitus, hominem honestissi-  
mum suscepit; atque ex auro suscepto sapiē-  
tissimus artifex vas pretiosum effecit. quis  
vero Sanctissimi Lucae studium, sese ad sa-  
cientissimi præceptoris mores conformat-  
di, eius cum addiscendo, tum implendo præ-  
cepta oratione vel explicit, vel cogitationis  
complectatur? Illud enim noster Eliseus  
præcinebat, ne ab Eliæ sui vestigijs abesset  
longius.

Sed humani generis hostis infestissimus  
tantæ nimirum religionis formam nequa-  
quam ferens, gentem in nos prauissimam  
excitauit. Ac propter inhumanam nostroru[m]  
delictorum multitudinem, tradidit nos ini-  
nicorum manibus Deus. verumtamen ad  
solam correctionem, non pro eo ac mire-  
bamur, flagellari permisit. Hæc autem om-  
nia Spiritus Sancti gratia reuelante, Beatissimus  
Lucas Calabriæ Provinciæ cœuentura  
præcognoscens, ipsamque canum morsibus  
deuorandam; simul quod in ea nihil virtutis  
coleretur, ab eo, quem diximus, spelunce  
loco discessit, in Domino confidens, nullasque  
pro flagellandis impijs, fundidas pre-  
ces cognoscens: quemadmodum in veteri  
testa-

10  
In Calabriæ  
se consulit  
ad Eliam.

testamento Deus Moysi clamanti, ait: ne me exores pro populo isto, non enim parcam corporibus eorum; & Salomon:pater, qui parcit baculo, odit filium; & quem diligit, accurate corrigit. Et Apostolus de quodam impio, qui nouerca abutebatur traditum Satanæ, in interitum cartisq; est apud Apostolum; forsitan saluabitur anima eius in die iudicij. Sed ut Moses ex Aegypto recedens corporeas, sic ipse spiritales secum diuitias virtutum asportauit, & in opidum, &c. quod Noa dicitur, venit. inuenitque ibi Basilicam sub Petri Apostoli nomine; non tam noua gauis prouincia, quam Apostoli patrocinio; ibique mansit, illud habens in ore: factus sum apud te, fruct peregrinus, sicut omnes Patres mei.

Ceterum tanta probitatis fama, breui tempore, adiacentem regionem repleuit, omnesque ad eum finitimi, tamquam ad Apostolum, conueniebant: non enim potest ciuitas abscondi supra montem posita. atque omnibus omnia factus est, vt omnes lucriferet. quare & ægris medicum, & esuientibus spiritalem, & corpoream escam multistrabat, quocumque enim humano mühere longe melius est verbum Dei. peccatorum præterea fuit conuersio, afflitionum consolatio, necessitate laborantium, adiutor. hic septem annos commoratus, statuit in aliud locum, ubi incognitus, priuatusque esset, secedere; timens ne humano favore vslus, Dominum sibi dicentem audiret; recepisti mercedem tuam. quemadmodum Aegyptius 12 Hilarion fecit, magni illius Alexadrini Antonij discipulus, qui similiter ne ob popularem auram, æternam perderet gloriam, Alexandria in Africam fugit; inde in Siciliam, tum Anconam 13 Galatæ civitatem, denique in Cyprum ubi feliciter migravit, ac sicuti hic Antonius, priscis temporibus, apud Deum potes factisque magnificus, ita Beatusimus Lucas astate sua fuit.

Ergo profectus Noa, ad vetus iam, dirutumque S. Iuliani cœnobium venit, iuxta 14 flumen Agrumenti, quod refecit, auxitque. ibique tamquam thesaurus in agro deserto permanit: cumque virorum maxima ad eum turba confluaret, eorum complures monastico habitu vestiuit, quorum generatior secundum Euangelium existit, eum scilicet sequens, qui de Virgine carnem sumpsit, vt illuminaret cæcos, dispersosque congregaret; suis illos institutionibus imitruendo, hospitalitate, humilitate, abstinentia, caritate mutua, frateraque. atque ut breui cancta perstringam, omnibus fese ad omnem virtutem præbebat exemplum: nemo enim preces, eleemosynas, innumeramque bonorum operum multitudinem, quæ priuatim, ac publice, diu noctuque ignorantibus ceteris præstebat, explicare sufficiat: nec vlli rectius comparari potest, quam Ioannai Eleemosynario, Patriarchæ Alexandrino. vtriusque enim opes, quo cunctis expendebantur largius, eo cumulatius augebantur. eodē enim tempore cum totam

Tom. 2.

Marsorum Provinçiam valida fames inuaderet, eq; vniuersi concurrerent, è suis quidam præcepit Sanctissimus Lucas, vt sine parsimonia, omnia omnibus præberet. interea augebatur largitate res domestica. sed cum ille pretium pro eleemosynarum oratione quodam die recepisset, minui opes, fratresq; coram Abbe Sanctissimo queri de victu cœperunt, quod vix ad hebdomadam sibi, duastie ad summum sufficeret. quare mitissimus Pater, eo reiecto, aliū qui eidem negotio præcesset, substituit; quo omnibus de more elargiente, annona creferre denuo cœpit. tantaq; abundantia subsecuta est, vt non ad binas solum hebdomadas, sed etiam ad annum vicitus ille tenuissimus sufficeret. vnde vniuersi, quotquot aderant, valde sunt admirati. hic nempe fuit fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt daret illic escam in tempore suo.

Ex quo ipso tempore contigit, vt mira per ipsum operaretur Deus. nam & Demones ab obsecris fratrum corporibus pellebat, & more Apostolorum, solo sudarij sui tactu, sanabat ægrotos. nec vero per se solum, sed per fratres etiam sibi subiectos, cum amictu suo missos, eadem operabatur. eoque res processit, vt illi solo Luca nomine in sanandis ægris vterentur. qui, vt iam diximus, non literis, sed orandi dumtaxat modo, psalterioq; instructus, ad B. Eliam venit ex eaque cum summo Anachoretæ consuetudine, regulam omnem, ac monasticam didicit disciplinam. sancti; spiritus in eo gratia redundantem, ad eam scripturarum intelligétiā, eumq; perfectionis cumulum peruenit, vt non planas modo scripturas, sed profunda etiam mysteria, ac philosophorum subtilitates, & latibula, studiosa interpretatione discuteret, ac denuodaret. itaq; stupebant ceteri, quomodo litteras cum non didicerit, ea tam perfecte profudeq; aperiret. cum vero diuino simul timori, amorique, omni studio esset deditus, non minus quam in lacu Daniel à leonibus obseruatus, ipse ab optimatibus timebatur: nec secus ac Danielis interitum, qui exoptabant, illo seruato, deuorati sunt: quisquis Sanctissimum Abbatem turbare tentabat, ipso illo, plectebatur. fuit enim è primatibus quidā, vicinorū S. Iuliani Monasterio Pagorum Dominus, nomine Landulphus, qui cupiditatis, & inuidiæ stimulis à diabolo laceritus, quod sibi forte agros, seruitia, & vestigalia, ob auctas Monasterio possessiones, studiosamq; vicinorum religionē, videret imminui, Monasterium perditum ire constituit. quod cum Abbas Sanctissimus, reuelante spiritu, præcognovisset, fratribusque prædictisset, eos perterritos consolatus est. adiecitque, tantam temeritatem non ipsis, verum homini nocturam: rem exitus probauit: siquidem cum ad destruendum cœnobium veniret, in itinere iam raptus 15 evanuit, nec usquam visus est. hoc autem cognoscens vir Sanctus, cœpit cum propheta

N

Disciplinas  
diuinas, et  
h manas, di  
vini shau  
rit.

11  
Noam de  
beat.

12

13

14  
Ad Geno.  
bium S. Iu  
lianii perue  
nir, fuxta.  
Agramen  
tum.

15

pheta dicere: maledicant illi, & tu benedices; qui insurgunt in me conundantur, seruos autem tuos latabitur.

Deinde vero Nicephori Constantinopolitani Imperatoris tempore, f. 16 quidam ex Transalpinis nationibus in Italiam venit, ut diriperet, atrociterque Graecorum urbes expugnaret. timentes igitur eo in nos cum imperio venturos, in munitum castrum fugere cogitauimus. sed cum inter seculares homines versari, nobis turpe videretur, statuit magister noster in priuatu locum, naturaque munitum contendere, qui siue ad castelli adificationem, siue ad munitionem non nimio opere indigeret. diuersa igitur montana loca tentans, congruum tandem natus est, non suz, suorūq; modo, sed eorum etiam, qui in vicinis cœnobij degebant, saluti consentaneum. hic primum Basilicam sub Maria Virginis, Petriique Apostoli nomine constituit. tum aflammis omnibus, suoque auxilio indigentibus erat auxiliator, & medicus. non enim pauperibus soium, eoque fluentibus quibuscumque succurrebat, sed omnibus etiam, quacumque aggratione languentibus, demonisque infestationibus oppressis, ne cui caritatis viscera clauderet, quæstæ sanitatis, inuocato Dei nomine, præstabat effectum. sed nomen sanctitatis a se volens repellere, ventosamque populi gloriam, æternæ corruptricem, fugere, herbaria cataplas mata, & epithemata languidis apponebat, vt herbarum vi facere putaretur, quod diuina virtute, ac nomine operabatur.

Iam vero adificium illud, de quo iam diximus, vel ab ipso initio Armenti Castellum, Calabro autem idiomate rupes Armos appellatum, non fortuito, aut temere, sed diuina quadam prouidentia ad salutem protectionemque multitudinis illuc ad refugium concurrentis perfecit. aliquando 17 enim Agareni, qui & Saraceni dicuntur, in eamdem prouinciam venientes, plurimamque capientes turbam, & vbiique deprendentes vsq; ad Armenti viciniam cucurserunt, vbi cum fratribus suis vir Dei manebat; castraque metati sunt in campo, vbi Sanctissima Virginis sanctum situm est. & iam per campistria discurrentes, exultantesque sacrum Dei genitricis locum immundis pedibus, accubitu, nefarijsq; sceleribus poluebant. quas ille in Virginem iniurias, & innumerabilium fere captiuorum calamitates audiens, quos catenis constrictos tenebant, in singultus, gemitus, fontemque lacrymarum effusus, hymnum, quem tres pueri cantabant in fornace, recitabat; illudq; David: Deus venierunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sacerdotum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. hæc cine, Domine, gentes in seruos tuos faciunt? quorum alios occiderunt, alios flagellauerunt, alios turpiter, & crudelissime captos tenent, vt in captivitatem, & seruitutem ducant. & nunc, Domine, diminuti, afflitti, & humiliati sumus super omnes in terra. fac nobiscum secun-

dum multitudinem misericordia tua, & libera de hac captiuitate seruos tuos. ecce enim, Domine, sicut fera silvestris leonesque insurrexerunt, alumnosque tuos devorauerunt, dicentes; vbi est Deus eorum? Et quis Deus eripiet eos de manibus nostris? propius esto, Domine, & ne des in opprobrium sanguinem seruorum tuorum.

Hæc D. Lucas cum fletu, & lacrymis dicens, cum fratribus vigilias egit. & quando admodum in veteri testamento Deus locutus est Moysi, dicens: quid clamas ad me? eleua virginem tuam, & percute mares, & pertransibis tu, & filii Israel; sic & beatissimum hominem allocutus est, dicens: quid clammas ad me? loquere cum fratribus tuis, & accingant se cuncti. tu vero accipe baculum tuum, ad pellendos hosce canes praebis; nec enim itare poterunt a facie splendoris gratiae spiritus tibi concessi; inuenisti enim gratiam apud me. his auditis, Beatissimus Lucas se se ut vir fortis accinxit, stetitque in porta, cunctos suos inspiciens, & robustissimos quosq; ceteris in Castello relicta, elegit; crucisque signo munitus, tamquam sine nium militum dux, ingenti animo, extenuat portam electos cohortatus sumensq; a Gedone exemplum, qui ex ingenti multitudine paucos elegit, quibus infinitos hostium cuncos superauit; & a Iesu Naue, qui parva similiter manu maximas se pecopias profigauit, dicit ad suos: Et vos debentes animas pro fratribus vestris ponere, exite in spe victoriarum, acriterque contra Christi Christianæque rei hostes infestissimos pugnate. tradet enim eos in manus vestras Deus. atque hæc dicens, extendit manum suam, beneditque ipfis, & oravit, contraque Agarenos dimisit, hi vero cum se ad defensionem prepararent, magnum ignis fulgorē equum circumire candidissimum, cui Pater sanctissimus insidebat, aspicerunt: cumque eorum facies flamma coruscans obtunderet, nimio terrore in fugam conuersti sunt, omnesque in prælio corruerunt. plurimi ergo gladio cæsi, alij vero captiui ducti, alij demum turpi euidentes fuga, armis expoliati sunt. hac vero pro voluntate vius Victoria sanctissimus Dei famulus, hunc psalmum cantare incepit: exurgat Deus, & dissipentur omnes inimici eius, & fugiat, qui oderunt eum, a facie eius.

Post modicum vero tempus, omnibus solium cœnobij, gloriosissimo viro subiectus, tam grauis morbus inctus, ut monachi fere omnes ad mortem agrotarent. quod valuit imprimis cum ad Lucæ dignitatem augendam, tum ad totius congregacionis patientiam, & coronam. nam singula is cœnobia, fratresque singulos inuisens, precibus complures ad vitam, salutemque reuocabat. quos vero non sanabat, iij tam suauiter, hilariterque migrabant, vt non emori, sed de morbo iam ad sanitatem, de tristitia ad lætitiam, de morte transire viderentur ad vitam. Contigit autem cum singulos eo, quem diximus, modo in monasterijs visitaret, vt e fratribus, quidam

Quid agendum, Christus voce tua monet.

Lucas radiis ato capite, visus, Barbares fugat

Armentum petat.

37

Proprietas Deum, si in auxiliu cœt contra Saracenos.

polluerunt templum sacerdotum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. hæc cine, Domine, gentes in seruos tuos faciunt? quorum alios occiderunt, alios flagellauerunt, alios turpiter, & crudelissime captos tenent, vt in captivitatem, & seruitutem ducant. & nunc, Domine, diminuti, afflitti, & humiliati sumus super omnes in terra. fac nobiscum secun-

# Vita S. Lucæ Abbatis

299

Nicolauni  
Monachum  
ad vitam  
reuoacat.

dam Nicolai nomine decederet, eiisque anima ad inferos duceretur; sed corpus tres ipsos dies, totidecque noctes, per asperas Armenti rupes, tres aspedem Aetnipes raptauerunt, cum ille Patris Lucas ad se liberandum, expectaret aduentum, ac frequentibus suspirijs, gemitibusque clamaret. inq-rea dum sic afflatur, ecce tibidenex, quidam candidissimus, sacerdotalibus induitus vestibus; quo appropinquante, fugere niger-riani illi, horribili cum clamore, iniquaque coeperunt, cum autem senis illis manibus tangeretur, ac sursum duceretur ab inferis, en. Beatissimus Lucas occurrit, corpore in sudorem vehementi cursu soluto; ad quem senex: siccine gregem tuum lapis ad rapiendum reliquisti & cui Lucas; obsecro, Domine, parce mihi, venio enim a reliquis fratribus visitandis, grauissima agnatione laborantibus: cumque de Yenis manibus, eum suscepisset, recessit senex; & qui mortuus fuerat, surrexit, resedit, sanumque se reperit in lecto astante ibidem venerabili Patre Luca, atque in genuitu, & laetymis orante, Deo que gratias agente. sed Nicolaus cum hac triduum siluisset, cuncta post, quæ sibi in inferis evenerant, euagavit.

Nec id semel factum. Septus, quenadmodum B. Confessor Nicolaus, multisque, ante, vel post mortem ad auxilium, & salutem, noster Lucas apparebat. nam & cùdum præterea, qui de rupe in præcipitum subluerat, adfuit, offensoque, ac vulnerato subueniadeo, ut nullum in eo lesionis signum apparuerit. Hæc, & his similia prope innumera cùm ageret, fratres monere non desistebat, qm ab antiquis patribus exempla sumens, tum a suis fratribus, qui deceperant, simulque ne duorum, qui super defuncti erant, vicio sam, sed admirabilem potius 18: sanctissimi cuiusdam Antonij, qui tunc imitauerat, vitam imitarentur. qui cùm 20. Congregationis fuissest Oeconomi, villa in re vlli vñquam molestus, sed oīcūtis dulcis, mitis, obediens, atque vt p. omnia de eius vita, moribusque complicitar, magno illi Antonio ad extremum vlt. spiritum simillimus fuit.

Hæc in templorum concionibus prædicabat, quorum magna ex parte edicator fuit, vel etiam instaurator. namq; B. Laurij edem cum iam dirutam inuenisset, proprijs manibus ligna incidit, lapides ad calcem coxit, eamque cùm refecit, nolebat enim, nisi manibus operaretur, manducare, iuxta illud Apostoli: si quis non vult operari, non manducet. & vñsquisque proprijs manibus operetur, vt habeat quid manducet. cum autem humani generis insidiator egregijs quibusq; rebus iniudeat, videns eū bonis operibus vacantem, ipsum (sicut & Job fecisse legitur) tentare similiter aggreditus est, & in suris quidem percutiens, vulnera ei chronica intulit, ex quibus triennium durante morbo, pedibus claudicauit. Non tamen à bona vñquam spe, vel opere cef- favit, quia illudentem sibi diabolum, & à di-

ufnis auocare laudibus niente in delusit, ac de B. Job more, quo magis vulnus incru- scebat, eo Dominum constantius laudabat.

Sed cum narrationis stylus fini iam ap- propinquet, ipsum aliquantulū retrahamus. bona, & fertilis arbor plurimos in nobis, utilissimolque fructus præbuit. B. videlicet Lucam, cùsque getmam Catharinam, cù filijs suis. Hæc igitur Catharina, B. Luca soror, iuncta prius matrimonio, filijsque suscep- ptis, sancto scilicet Antonio, dē quo iam meminimus, & gloriosissimo Theodoro, altero Angelo; post iam vidua, de Sicilia ve- teri Armentum, monachisq; primum flexis genibus supplicans, tum fratre suo Lu- cae precibus, vt Monasticō se habitu, ac filios induceret. Sancta femina, voti compos- facta Virginum societatem instituit, cùm quibus honestissimam in campestri, quam diximus Sanctæ Dei genitricis æde vitam dixit. eoque virtutis breui peruenit, atque ea Sanctimonialibus norma præluxit, vt fra- tri non dissimilis videretur. quid multa ea erat omnium eius Virginum sanctimonias, & eorum pastores ab ipsis religione, pietateque instructi, ceteris essent aliorum Mona- steriorum cœnobis exemplo, ac doctrinæ.

Sed ab inuisendis quadam die monaste- rijs redeunti Luca contigit in itinere, vt in extram raperetur, Angelumq; videret, qui de obitu suo, hisce verbis, faceret certiore: vir Dei, Luca, perge cito; approfera iter, quod in hoc mundo extrellum petages. iā enim vocat te Deus. sed vbi Lucas ad se redijt, fratri rem nuntians: maturemus, in- quirit, domum. iam enim ab hoc me seculo vocat Deus; idque Angelo reuelante, nunc didici. cumque domum perrexissent, in lecto Pater Sanctus decubuit, singulisque qdē admodum Jacob filijs, in mortis articulo, fratribus benedixit: sequē signo crucis mi- niens, feliciter migravit 19 ad Dominum iij. Id. Octob. à mundo condito sexies mil- lesimo 493. ab Incarn. Domini 993. adiunxit

20 in obitu S. Sabbas, Luca moribus,

ac sanctitate pat, quem manibus

proptjs, ingentiq; cum ho-

nore sepelivit, Deum

in eo laudans ,

cui sit ho-

nor ,

& gloria in secu-

la. Amen.

(+)

19 Feliciter ad Deum mi- grat.

20

Vide Animaduers. fol. 34.

Vocatus in auxiliū mul- tis appetat.

Plurimate-  
pla edificat  
reficit.

Tom. 21

N 2

D E S.

5. Decembr.

# DE SANCTO SABBÀ

A B B A T E

Monasterij Agyrensis S. Philippi.



ABBAS Monasterio Sancti  
Philippi, quod ab antiquis  
temporibus Agyri fuit, Pre-  
fector, Beati Luca Monachi  
magister, & institutor cele-  
bratur. sed quem primo di-  
scipulum, postmodum ob extimas eius vir-  
tutes socium habuit, in omni vita sibi, ca-  
rissimum, & coniunctissimum. superiles ei

fuit, quippe morienti Sancto Luce Beato  
Sabbas adfuit, demortuum lanit, insita  
persoluit. ex quo plane constat, Sabbata  
sanctimoniz, ac dierum plenum clau-  
sisse extremum diem, ac ferme  
sub annum ICCCCVC.  
a Christo nato.

Anni Chr.  
998.

# SICVLI EREMITAE COMMEMORATIO

EX BEATO PETRO DAMIANI

## IN VITA SANCTI ODILONIS

**R**ELIGIOSVS quidam vir oriundus de pago Rotenensi, reuertebatur ab Hierosolymis, qui dum mare transisset, quod à Sicilia versus Thessalonicanam, per plurima fluctuum periculosa loca protenditur, cumque cum multis alijs furentium ventorum horror impellere, applicuerunt ad insulam quamdam, siue rupe, vbi Sanctus quidam seruus Dei manebat inclusus. Rotensis itaque vir ille aliquamdiu commorans, & tranquillitate sedandi maris expectans, delectabatur cum seruo Dei frequenter habere colloquium. sed dum hinc nonnulla dicuntur; illuc plurima referruntur, requisitus hospes a viro, unde genus duceret, originaliter Aquitanum se esse respondit. requisitus insuper, utrum cœnobium illud, quod dicitur Cluniacum, & Odilonem eiusdem loci nosset Abbatem; optimè quod querebat, se nosse prohibuit. sciscitatur homo, cur hoc seruus ab eo requirat. ad quem ille, sunt, inquit, vicina nobis loca, ex quibus grauissima flammarum furentium euomuntur incendia: in quibus etiam locis animæ reproborum diuersa luunt pro meritorum qualitate tormenta. ad quorum semper exaggeranda supplicia, innumera-biles sunt Dæmones deputati, qui intolera-biles eorum pœnas quotidie renouant, & eos ad rediuvia supplicia indesinenter in-

staurant, quos tamen ego frequenter audiui, querulis lamentationibus ciuilantes, & lacrymabili vociferatione deflentes, quod orationibus, & eleemosynis quoniamdam aduersus eos infederabilitè concertant, frequenter ex eorum manibus eriperentur anima damnatorum. inter cetera de Cluniacensium coetu permaximam, & eorum Abbate querimoniam faciunt, quia quam-  
sepe per eos sui juris vernaculae perduntur, quamobrem per terribile Dei nomen obtemperant, vt sanctis fratribus illis hęc, quæ tibi dixi, fideliter referas, & ex nostra quoque illis parte denunties; vt eleemosynis, & orationibus magis ac magis instent: ac præsertim huius intuitu, vt de manibus Dæmonum eos, qui ab illis cruciantur, educant; quatenus de quotidianis eorum rapinis & ludus inferatur generis humani inimico, & gaudiū multe iplicetur in cælo. Ali quanto post hominem regreslus in patriam, quidquid ex viri Dei relatione didicerat, Beato Patri, & nostræ congregationi fideliter narrat. tunc venerabilis Pater Odilo per omnia monasteria sua constituit generale decretum, vt sicut primo die mēsis Nouembri iuxta universalis Ecclesiæ regulam, omnium Sanctorum sollemnitas agitur, ita sequenti die, in psalmis, & eleemosynis, & precipue missarum sollemnis, omnium in Christo quiescentium memoria celebretur.

81  
De damnatis ad purgatorium loquitur.

VITA

Anni Chr.

1037.  
1. Junij.

## V I T A

SANCTI SIMEONIS  
SYRACUSANIAb Eueruino Abbatे Monasterij  
Dolciensis, conscripta.

OMINO i Sancto, & Venerabili Popponi & Archiepiscopo, Frater 3. Eusebius, Abbatis nomine iadignus, denotatostriusque hominis famulatu Manes, imo iubet, Sanctissime Pater, vt inops ingenio, stultus eloquio, aliquid de vita, conversatione, & obitu viri Dei Simeonis, & de miraculis quæ per eum Dominus operatur, edifferat, multisq; ad latrem & gloriam Iesu Christi, desiderantibus scire, notum faciam. Fatus magnum onus mihi infirmo imponis: maxime cum toto corpore debitis, tremendum Dei iudicium pertimescam, si aliquid falsitatis confingam. Confusus igitur de Dei adiutorio, tuis iussionibus tremens obtemperabo, plano, breui, & simplici sermone describens, quæ vel ipse ex ore eius audiui, vel à fidelibus variis ab ipso audita, sive de miraculis visa didici. Tui igitur examinis est iudicare, num istud tantillum opus iubeas in publicum venire; sine his scholasticis corrugendum, exornandum, dilatandum tribuere. Quidquid enim in me reprehenditur, tibi potius præcipienti; quā mihi obedienti necessario imputabitur.

Igitur vir Dei Simeon patre Graco Antonio, matre Calabrica, in Sicilia, ciuitate Syracusana, progenitus ex nobilissimis, & Christianis parentibus, Christiane est educatus. Cum vero bonæ indolis puer septem annorum esset, à patre, qui militaturus erat, Constantinopolim deducitur, ibique eruditissimis viris sacris literis imbuendus traditur, & in timore Domini diligenter eruditatur. Adulus incrementis virtutum indies auctus, vidensque quosdam ex nostris partibus miro desiderio pergere ad sepulchrum Domini, desiderabat & ipse pro nomine Christi peregrinus fieri. Despectis ergo cunctis mundi vanitatibus, abiecit desiderijs carnalibus, domum, patriam, parentesque relinquens, & pauper pauperem Christum sequi cupiens, sanctorum gratia visitandorum locorum Ierosolymam venit. ubi desiderio, quo venerat, loca Passionis, Resurrectionis, atque Ascensionis saepius frequentando, aliquandiu mansit. Post hec, cum quedam Hilario sanctissimo viro, qui hac de causa in Lycaonio habitabat, per septem annos duxit peregrinorum.

Simeon Sy-  
racusus, gen-  
itus.Peregrinat.  
Hierosolymitanam ag-  
reditur.

fuit. Iam verò in amore Christi fundatus, perquisivit, an illis in locis aliquis inveniretur, qui pro nomine Christi solitarius degret, cuius instrui moribus, cuius subdi institutionibus posset. Audiuit autem, quēdam ad ripam fluminis Iordanis, in quadam turri inclusum commorari, virtutibus præclarum, sanctitate conspicuum. Illum ergo tota mentis intentione sitiens, illius colloquio, atque consortio frui concupiscens, requiritum reperit, inuentum dilexit, eique tota voluntate inhaesit, & in quantum potuit de otissime ministravit.

De illo Christi seruo vir Dei Simeon, multa solitus erat narrare, & quod prophetæ spiritum habuisset, plenius his verbis edicere. Cum quedam die in inferioribus eisdem turris partibus habitarem, & mulierulas, quæ camelos, & cetera animalia in flumine aquatum venerant, lascivæ per tenestram adspicerem, per spiritum, quidquid vanitatis in corde retinerem, vir Dei in superioribus manens, & me omnino videre non valens, cognovit: factaque signo, in locum, ubi verba loquentis audire posse, evocauit, nihique stupenti, quæ cogitauerat, vel egeram, increpando retulit, atque tali sermone, dulciter corripuit: Quid tibi profest, fili, patriam, & facultates reliquissis, si mundi desideria, & carnis illecebras in corde vis retinere? Si ergo cupis discipulus Domini fieri, non debes deinceps mundi vanitatibus implicari. decent enim seruum Dei spirituali virtute esse circumspectum, ne callidus tentator decipiendi inueniat aditum. Cumque inter hos, & id genus alios sermones, verecundo me videret perfusum rubore: Noli, ait, noli timere: bonam spem, per Dei gratiam, concepi de te. Tuum est contra hostem pugnare, Dei est auxilium præbere, vt pessis vincere. Credo in Deo meo, quia maiora tibi paratur certamina, sed confide, quia præsens divina aderit clemens. Inter cetera Deus retribuat tibi, carissime, pto seruatio, quod mihi per hos annos officiose impendisti, ego vero frequenter populi amplius ferre non possum; concedendum est mihi aliò, ubi secretius possim vivere. inter turbas enim huc aduentantium, meum non possum implere propositionum, cumq; multis eum lacrymis rogaré, ut quoquamque iret, sequi possem, non assensu; sed tunc ad alia occupato, aufugit, meque igno-

## Vita S. Simeonis Syracusani.

ignorantem, quo abiret, occulte reliquit. Igitur Simeon tanto patre oratus, cogitare cœpit, quid ageret, anxius, quo se xerteret, nec erat qui nutantem animum consolaretur: ynde magis, magisq; turbabatur iam tunc eremiticam, & solitariam vitam concupiscebatur, sed quomodo iaciperet, nec dum perspectum habebat. Igitur vita Patrum frequenter legens, intellectus, nullum in eremo sibi præesse posse, nisi prius in monasterio didigerit subesse, nec per fidem aliquem fore in contemplatiā, qui exercitatus non fuerit in actua vita. consolatione ergo accepta, Bethleē, Nativitate Christi præclaram ciuitatem, adiit, seque in monasterium Sancta Marie admitti expeti: quod & obtinuit, in omni vero monasterij distinctione probatus, atq; Diaconi officio functus, post duos annos ad aliud monasterium, quod est situm ad pedes montis Sinai, in eo scilicet loco, vbi S. Moyses ardentem vidit non ardere rubrum, nequicquid ab Abate receptus, per annos annos in seruicio fratrum permansebat. Crescente autem perfectioris vita desiderio, Abbatem humiliter rogauit, ut liceret ei in aliquo secreto loco commantere, & impetravit ad oram igitur rubri maris, parvulum sibi specūlum in quadam rupe inuenit, vbi per duos ferme habitauit annos solus. de monasterio vero pro numero dierum Dominicis diebus numerus ei mittebatur panū aqua stillans de rupe sienti haustuli præbebat. hoc pastus edulio, in eodem aliquando mansit loco.

Cum vero à nauigantibus, vel etiam ab his, qui propter varios usus sanitatum oleū colligebat, quod de firma petra prope speluncam illius fluebat, visitari coepisset; fraterem quoque, qui panem adferebat, frequente, & longioris itineris fatigatio, tri stem vidisset; sciensque se homines latere non posse amplius, ad monasterium rediit, & iuxta cuiusdam virti sancti habitationem, cellulam sibi acquisiuit. cuius fidei se totū commendans, & magistrum eum post tantos labores adoptans, illius viuebat imperio, quippe qui aliquando eum ab oratione lectione, vel opere, vacantem paternè reprehenderet, & quasi recens conuersum intanter argueret. In vertice autem montis Sinai eo videlicet loco, in quo Moyses gloriam Dei vidit, & legem in tabulis lapideis scripsit, aliud monasterium erat, quod propter incursantes Arabes, qui per illam eremum semper vagantur, omni habitatore desertū remanserat. eò post hac exercitia vir Dei Simeon mittitur, & ut ibi moraretur, præcipitur implet, quod iubetur, & noua machinamenta antiqui hostis perpetuit: nocturnis 5 horis ut missam celebreret, Dæmō hortatur. Ipse nec plane dormiens, nec perfecte vigilans contradicit, non debere sine presbyterij ordine, aliquem hoc ministerium implere, contra inimicus instat, se Dei legum esse, Christum hoc velle; nec decere, sandum locum ministerio, tali diutius priuari, tenitentem ergo, & contra dicentem,

adiuncto ibi consortio alterius Dæmonis de lectulo educunt, ante altare iam vigilante ita punit, alba induunt: de stola yecinde altis cantur; hostis, more presbyteri, Simeonem, more Diaconi, contendebant fibi imponi debere. tandem Dei famulus ad se reveritus, virtute orationis, & signo crucis inimicum expellit, seque defusum ingemiscit. Post hæc ad monasterium regreditur, suo magistro ite um subditus: cui confites perpeccas insidias Diabolus, distictiore se continentia compinxit, per aliquot hebdomadas in die tantum Dominico cibum sumens. Regula autem monasterij talis erat, ut non prohibetur quicunque ieunare vellet.

Dignum ergo duxi Huic operi adiungere, quod suis temporibus in eodem monasterio mihi retulit contigisse. Per tetram Aegyptum orta est famæ validæ, ita ut in sola ciuitate Babyloniam mortuorum corpora numeratissimæ usque ad centum millia: cibis, refertis auro, gemmis, ceterisque ornamentis, innumeris tibis præ inopia panis: fratres igitur monasterij hac calamitate constricti, ex toto corde Deum invocant, ut qui filios Israhel in eodem deserto paucarate pane caeli, servorum suorum & gnatetur misericordia: siue habito consilio, cum hymnis, & orationibus ad tumulum, qui superfuerat, frumenti accedunt. & quia ab Abate in mandatis acceperant, ut unusquisque, quo vellet, abeundi copiam haberet, vnamq; iter se consolantur, ut quamdiagramum vnum ibi reperi possit, nullus recederet. mira res, ab illo die usque ad novas fruges non defecit illud frumentum, cum quotidie inde sumeretur; & non solum vicui fratrum pararetur, verum etiam Arabibus, qui cum mulieribus, & parvulis septa monasterij obsidebant, abundantissime distribueretur. Sed ad propositum redeamus. vir itaque Dei Simeon omnes suos labores quasi pro nihilo dicens, & amore solitudinis interius artens, de monasterio cautelexiens, eremum peruagatur, & vbi sine humano auxilio solus viuere possit, diligenter inquirit. itineris vero sui vestigia molli sabbulo impresso, arte, qua poterat, destruebat, ne aliquis eum insequi posset, vel inuenire, panem, quem portabat, lassus frequenter reiecibat: sed recognoscere diu non posse viuere sine cibi sustentatione, resumebat. Tandem de altissimis rupibus deorsum prospectans, præfissimam planitatem, contra morem eremi raro germine virentem respicit, seque illuc, non sine magno periculo deponit paruum fontem inuenit, Deo gratias reddit, ibique manere disponit, deliciæ quas secum deciderat, erant Psalterium, sanctum Euangeliū, vas ad potandum, panis, femina caulinum. præter pauca vestimenta, nil aliud possidebat. sata semina post triginta dies iucundum sine igne præbuerunt victum, cum capreolis, & alijs eremii bestiis, ne sibi caules auferrent, cum pabularum venirent, frequens habebatur præmium. Post menses ergo duxit abbate requiritu,

Adorā  
ma-  
ris rubri, in  
specu vixit.

In summis  
Sinai iugis  
habitare ius-  
sus.

5

Abb. iussa,  
in Monast.  
redit.

titur, vbi frater Simeon habeatur? responsum est à quodam fratre, in eterno illum esse, se scire: sed vbi locorum, nescire. ad requirendum ergo fratres circumquaque mituntur, & ut ad monasterium reuertatur, per obedientiam mandatur. diu requisitus, vix post aliquos dies inuenitur, & se cundū Abbatis præceptum, ad monasterium regreditur. Interea fratres aliquot, pro necessitatibus loci, in occidentales partes direti moriuntur. pecunia, cuius causa fratres abierant, quæ de terra Rhicardi Comitis Normannici monasterio debebatur, ab ipso diligenter conseruatur, vtque aliquis fidelis mittatur frater, qui eam ad monasterium perferat, per legatos mandatur. communī consiliq, id negotij famulo Dei Simeoni committitur: ille prius renuere. dicere, alind sibi in animo esse; multum obesse sibi, vanitatibus huius seculi denuo immissari, propositum, quod retineret animo, ut id liceret re ipsa implere, quibus poterat verbis, humiliter preceari coepit. cum vero prædicaretur illi, non suam voluntatē, sed præpositorum sequi ipsum debere, assensum probuit; diens se doctum per visionē illud iter inutile fore, multaque aduersa in via se perpetuum. quod & contigit. Nam cum paratus, quæ ad nauigandum necessaria essent, Babyloniam venisset, ab ianitoribus tenetur, & tanquam ignotus, & patris delator cum sua supellecili ad palatiū trahitur, & per calumaniam detur. expurgatus deinde ab ijs, quæ falso ei obiecta erant, liberabitur. ianitor quod viuum innocentem ad sedem regiam detulisset, tunditur, colaphizatur, propellitur. famulus ergo Dei Simeon libertate donatus, per aliquot dies in ciuitate moratur.

Interea nauis Venetijs cum mercibus advenit: hanc compositis rebus, cum quodam fratre monacho intrat. cum itaque prospectus ventis per Nilum nauigatur, forte aliae naues obviant, & illis in locis piratas ad prædam congregatos nuntiant: illorum gladios non posse evadere, nisi per aliquod tempus, dum legentur, libeat eis nauigationem suspendere. cumque aliae, atque aliae naues eadem referrent, & nauclerus in sua confusa virtute, & armis, non attenderet, famulus Dei Simeon proprio eum vocans nomine, dixit: frater, si Dominus Christus de celo Angelum misisset, tu territus aspergat illius ferre non posses. nunc vero, quia hodie, heri, & nudius tertius, non unū, sed plures legatos misit, tui similes, legationem Dei non negligenter suscipere deberes. crede consilijs meis, vel per tres dies istos expecta: fortassis ab isto periculo liberabit nos misericordia divina. quod si non feceris, & te, & nos perdis. ille vero modis omnibus non acquiescens, sequenti die latrones incidit. ab hora diei tertia usque ad nonam fere, utrumque acriter certatur. sed cum latrones viderent, se pugna nihil proficere, ad dolos contortuntur. ut in nauim recipiantur, pugnaturi aduersus alios latrones, humiliiter exposcent, contradicē-

te Simeone famulo Dei, in nauim recipiuntur. depositis itaque armis, & omnibus quasi post laborem quiescentibus, ( prædones autem nouem erant ) vnamiter insurgēt, gladios impie stringunt: fit pugna atrox, inimica cædes exercetur. ipsi nauclero primum caput amputant, ceteros duriter mactant, omnes pariter occidunt, & iugulant; solus Christi famulus in puppi stat: illum, qui non deserit sperantes in se, toto corde exorat: ab omnibus acclamat, vt inimicus eosultor perimitur, vt caput amputetur: ferus hostis adeat: ille reiecta veste, projicit se in flumen. multa post illum iacula mittuntur. sed non potest perire, quem Christus vult salvare. per profundum graditur, psalmus in corde ruminatur; In maria via tua Deus, & semper tua in aquis multis. ergo per vices natando, per vices in fundo gradiendo, in lictore tandem valde lassus, nudus exponitur.

Miraculo seruatus.

Post hæc ad vicum, qui proximus erat tedit: homines illi Christiani nè, an Pagani essent, scire non potuit; in structus Aegyptia, Syria, Arabica, Græca, & Romana eloquacia, linguam gentis illius intelligere non poterat. biduo ita nudus mansit, tertio die quidam ex illis hominibus miseratus, vilissimum illi vestimentum projicit. quo induitus per multas tribulationes, & angustias Antiochiā venit. vbi a fidelibus viris amanter suscepit induitur, amplexatur, & honorifice sultentatur. brevi Patriarchæ, & ipsis principibus habetur notissimus; ones enim, qui eum nouerant, quasi dulcissimum patrem venerabantur, & diligebant. ea tempestatio contigit, Richardum Abbatem, virum perfectis viris imitabilem, pīe deuotionis gratia, Hierosolymæ velle videre loca; dum ergo iter per Antiochiam haberemus, ibiq, necessitate itineris cogente, aliquandiu moraremur, famulus Dei Simeon iunctus est nobis amicitia, prædictum Richardum Abbatem adoptans sibi in patrem. cui cum exposuisset per ordinem, quæ sibi injuncta essent, vel quæ contigissent, addidit nullis periculis, vel angustijs se retineri posse, quo minus Abbatis sui mandata exequatur pro viribus. imus ergo, & redimus, eumque nobiscum paratum inuenimus. cumque in comitatu esset nostro, frequenter iniurijs, atque flagellis affectus, ceu ouis mansuetissima, patienter tulit. peruenientibus auxē nobis usque ad ciuitatem Belgradum, quæ erat in confinio Bulgarorum, atque Hungarorum, a ciuitatis infelicissimo principe prohibitus est nobiscum transire. Igitur si & Deo gratias reddens, reliquit nos tristes atque flentes, per multas deniq, angustias, & latronum insidias reuertimur usque ad mare, quo transito, prospere iter faciens, per Romanam venit in Franciam. à quodam igitur sibi nōto Comite benignè suscipitur, & apud eum aliquandiu moratur. in ihs ergo partibus, monachus & vir sanctissimus, comes eius, quæ secum de Antiochia adduxerat, moritur: unde multum contristatur. cum recognitasset autem, quia nihil fit sine disposi-

Multas pet  
ærunas An.  
tiechiam  
peruenit.

Romanam ve  
nit. inde in  
Franciam.

Rothoma-  
gum in Nor-  
manniam  
deuenit.

Cum Po-  
pone Ar-  
chiepisco-  
po Hieroso-  
lymam pe-  
nit.

positioni Dei, post multas lacrymas sese consolatur. destitutus vero omni humano auxilio, totam spem suam ponens in Dominio, solus venit Rothom gum, quæ est ciuitas Nortmannorum nobilissima, Sancti Audoeni Episcopi, & Confessoris corpori, & meritis valde præclarus. ubi cum Richardum Comitem iam mortuum comprecesset, & de pecunia, & ceteris, qui de terra illius pro eleemosyna suo monasterio debebatur, nullus ei responsum redderet; modestus aliquantulum, non pro suo labore, sed quod locus Sinai frustratus esset tanta utilitate, toto corde conuersus ad Dominum, quid ageret, querit consilium. occurrit autem animo, vt suum patrem carissimum, Richardum scilicet Abbatem, nosque suos comites inuiseret; quod & fecit. per longum autem tempus moratus est nobiscum, & ut breviter concludam, quamdiu apud nos manit, irreprehensibiliter vixit.

Interea Dominus Archiepiscopus Popo, Sanctæ Treuensis ciuitatis serenus prouisor, audiens Prophetam dicentem; & erit sepulchrum eius gloriosum: gratia orationis Hierosolymam venit; huncque famulum Dei cundo, & redeundo secum conuiatorem habuit, cui post redditum, in suo episcopatu, si vellet, manendi facultatem præbuit, & libentissime concessit. Ex reuelatione igitur Dei prospicans sibi locum idem famulus Christi, ubi solus posset vacare orationi, in turri, quæ ante Nigra Porta vocabatur, parvulum tugurium expetijt, ubi Dominus Præsul, præsente Cleto, & populo, in festinitate S. Andreae illi inclusus, & quasi mortuum, vt vere erat seculo, deuotissime sepelivit. reclusus igitur, vt vere credimus, vir Dei silentio, & ieiunijs attenuauit corpus, in primis aliquando solo pane, aliquando autem reficiebatur aqua, infuso legumine. in nostra quidem terra propter infirmitatem stomachi, visus est semper modica potionē vini. illo etiam tempore non defuerunt graues tentatoris infidiles; per noctes enim & audiebat rugitus leonum, vulnus luporum, grupitus Porcorum, & rerumque bestiarum duras infestations: quæ quasi impetum facientes ut eum deuorarent, illud tugurium, &, vt verius dicam, sepulchrum immensis clamoribus replebant. et si autem voces audiret, & gemitus, nihil tamen cernere valebat. expansis deniq; manibus, stans in oratione, cum se nec inclinare, nec vertere auderet, nec etiam somnum capere posset, fidelis mente conuersus ad Dominum dicebat orans: Domine, etiam si totum corpus meum est traditum his feris deuorandum, credo tamen, quia tu misereberis animæ meæ, quia tuo redemisti sanguine. confidentem ergo in te scio, quia viuum me non extrahent ex hac inclusione. quidquid autem disponisti de me, fiat mihi secundum multitudinem misericordiæ tue.

Respectu igitur diuinæ misericordiæ liberatus ab hac infestatione, sensit in proximo sibi aliarn adesse. videbatur namque

ei vultures, cotuos, aquilas, miluos, & omnes cæli volucres ad ipsum per fenestras certatim irrumpere velle, sed cum sepius factus impetu nihil prævalerent, ingenti clamore locum illum complebant. voces igitur ille audiens, nihil penitus videbat. certus itaq; à Diabolo hæc monstra immitti, vt terrorem ipsi incuterent, attentius orabat, & supra vires ieunabat. liberatus vero etiam ab hac tempestate, quadam nocte, dum pernigil in oratione maneret, sensit toram fabricam illius turris funditus concuti, & quasi facto terræmotu, in profundū mergi. recognoscens vero insidias Diaboli fiducialiter psaliere coepit. si ascendero in celum, tu illic es: si descendero in infernum, ades, si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. & sic illa quoque commotio quietuit. Alia etiam nocte, cum expergefactus oculos aperuisset, vidit 8 cellam suam, immenso lumine fulgere: & primo miratus, cum recordatus esset illius lententia Apóstolicæ, etiam Satanam transfigurare se in Angelum lucis. Domine Iesu Christe, ait, non istud lumen quero in terris, sed trum, quod est in excelsis. sicutque clausis oculis in oratione vsq; ad diem permanxit. corporalibus quidem oculis ipsum antiquum hostem teterrinum, & multiformem dispiciebat, eumq; saeuentem multis modis, oratione, & signo crucis repellebat. sed cum inimicus nullatenus per se nocere illi posset, insidias aduersus Dei famulum per sua membra ei tetedit. Ea tempestate exigentibus pectoris nostris, nimia aquarum abundantia excrevit. eius mali causa Simeoni imputabatur ab omnibus, dicentibus, eum maleficium esse: pro eius sceleribus hanc mundo cladem imminere; vt deponeretur à Pontifici, populus acclamabat quotidie, ex urbe tandem concursus agitur, tugurijs fenestras obruunt, Simeonem lapidare contendunt, vidimus, fateor, fenestram fractam; sed athleta Christi Simeon fundatus supra firmam petram, immobilis persistebat, atq; Deo gratias reddens, pro persecutoribus cum gladio orabat. quantas postea cruces, quatas ibi pertulerit molestias, quis dignus explicet? solus hæc nouit scrutator cordium, qui illi fuit viuere, sicut mori lucrum.

Interea voluuntur anni, & vir Dei resolutionem præuidet corporis. deniq; dominum Episcopum rogat. vt expellas, & operarios, qui sibi lecti componant, mittat. ipse in parte sui diuersorij locum sepulturæ parat: hæc, inquiens, requies mea, in seculum seculis: hic expectabo diem Domini. Paucis postmodum transactis diebus, ipsum ego humilius adiutor vocatus, & qui pedum illius osculo eram indignus, in cellam ab eo sum intromissus. post orationem, amplexus, oscula, & fletus confedimus. referuntur in primis multa de thesauris sacrae scripturae, de orthodoxa fide, de salute animæ. post hæc reuelante Deo, inquit, dissolutionem corporis mei adesse cognoui: peto humili-

Innumerab  
demonis  
panitur.

Eseruimus  
de obitu  
suo præmo-  
net, & de lo-  
co sepulta-

ter, vt

ter, ut hoc corpusculum meum his vestibus exuas; istas, quas mihi ad hoc parauit, ordinatim induas; & in hoc locello componas. Cui cu[m] obstupefactus responderet: quid si dominus Praesul ad domum S. Petri, vel ad aliud monasterium te velit sepeliri? respondit: indica illi ex nostra parte, ut pro Christi nomine haec peregrina membra consenseriat hic putrefactare, & me permittat hic die Domini expectare. cum autem porro interrogarem: quid si praesens non fuero? eris, inquit, eris; & sic, ut dispositi de me ordinabis, cumque valde tremens, attentius vultum intenderet, sensi, fateor, odorem de corpore eius fragrantem, omnibus aromatibus suauorem, miratus multum, alia secreta ex illius ore audii, quae hic scribere nolui. interpositis ergo centum, & quinque diebus, in octauis Pentecostes agrotavit.

Stephano autem, qui ministrabat ei, iniunxit, ut per aliquot dies requiem ipsi daret, quo plus solito contemplationi vacare posset: ille unum diem expectat, & tertia feria ad vesperam signo factio, corbe cuius pane ad felicitatem suspendit: mane autem, sicut misericordia, intactum reperit, multum anxius, ad eum ascendit. interrogatus, hoc solum responebat: quid uis? vade in pace. Ille timens, Gothelino Clerico, qui viro Dei satis familiaris erat, per ordinem pandit, dominum Simeonem valde laborare; nec sibi, ut solitus erat, loqui. Clericus feria quinta illum visitat: talulus Dei nullum responsum dat. sed tandem de manu eius potum suscipit, seque in lectum suum recolligit. In die octavo, dum reuistit illum diluculo, in extremis reperit, mihiq[ue] notum facit. concitus concurrit, infirmus toto corpore, & maxime debilis pedum inuictudine, quasi sanus ascendi sine dolore, inueni adhuc viuentem, & iam ultimum spiritum trahentem. exsequias, quae pro absolutione anime celebrantur, cum solis duobus fratribus, qui mecum aduenerant, prout potuitmus, peregrimus, sicut animam sanctam hora tertia, kalendis Iunii, benignissimo, chi semper seruierat, reddidit creatori, subito fit concursus omnium.. monachi, Clerici, Deo sacrae, vulgus promiscui sexus, qui cumque adire poterant, ad tanti viri funus properabant.

Igitur sicut ipse disposituerat, immo prædicterat, corpusculum more sua patria componimus, & cum psalmis, & laudibus Dei, in sepulchro collocamus. In crastino tota ciuitas, quasi vir unus congregatur, interior domus ornamentis Ecclesiasticis decoratur, dum ergo exsequiaz communiter celebrantur, sancti viri corpus, sicut solent homines in calidis balneis, sudare coepit. miramur omnes; aliqui sudore extergebant, vivere eum credentes. sed cum multis modis probatum esset, quia non est viuo corpore ille sudor procederet, nec sine prouidetia Dei istuc fieret, visum est omnibus, ut illud tantum viri corpus non negligenter, sed a Clericis per proximos triginta dies viciuum custodiatur. deputatis igitur illis, post horam nonam sepulchrum diligenter clauditur. Cu[m] autem Clerici per vices in cellula, ubi huma-

Spiritu  
Deo reddit  
fit concur-  
tus ad fun-

Tom. 3.

tum erat corpus viri Dei, psalmos canerent, unus negligenter dormitare coepit, qui graviter depresso somno, audiuit quasi cœlitus ingenitum sonitum eo loco existere, quo teritus, alijs excitantibus est expergefactus, oculis vero apertis, vix sensum recepit; sed per aliquot horas linguæ officium perdidit. admonitus ergo ab alijs, ut quam non posset sermone, confessione corde faceret; ante sepulchrum viri Dei veniam postulat, perfunctus tundit, atq[ue] eius meritis absolutionem linguæ obtinuit, & quæ ipsi contigerant, narravit. cumq[ue] eadē accidissent iterū dormienti, omnibus nimio perterritis terrore, extra celum ad pedes viri Dei pfallere placuit. credimus siquidem Angelicam visitationem illuc aduenisse, quam mortalia corpora ferre non possent.

Trigesimo deinde viri Dei Simeonis die, multus populus cum cereis, atq[ue] alijs donis ad sepulchrum coepit confluere. Quædam manus de ciuitate, multis annis curua, ut se penitus erigere non posset, cum reliqua multitudine aduenit, & ceteris ascendentibus ad sepulchrum viri Dei, & ipsa, si ascendere posset, tentauit. erecta igitur toto corpore ascendit, viro Dei Simeoni gratias reddidit; sicq[ue] mirantibus, qui eam nouerant, ciuibus sana & incolmis domum remeauit. Multi etiam alijs varijs doloribus, & morbis affetti eo ipso die sunt liberati. Ex eo tempore sepulchrum viri Dei populus veneratur, & inuisit: cum autem cōmodus ascensus in ædificio turris pararetur, quoddam lignum à multis trahebatur, & cum in altum iam esset sublatum rupto fuscum, multitudini, quæ conuenerat, & subitus stabat, mortem coepit minari. exterritis omnibus, atq[ue] vir Dei Simeon, adiuuatos, inclamatibus; mirabile dictu, quasi manibus sustentaretur, fluctuando paulatim deponitur, atq[ue] multitudine perterrita vtrimeq[ue] locum dante, ad terram sine periculo submittitur. qui periculum euaserunt, Christo laudes referunt, & Simeoni tantum miraculi ministro gratias reddunt.

Hic duo miracula placuit inserere, quæ ijd[em] ipsi, qui sanati sunt, testificatur in eius vita esse patrata. Cum per longum tempus, quædam femina acri corporis agitudine vexaretur, & præ infirma valetudine oculorum, visu omnino priuaretur, quadam nocte in somnis admonetur; si de manu viri Dei Simeonis cibum sumeret, ab illo morbo liberam ipsam fore. mane virum interrogat quis Simeon ille sit, saluti vxoris congaudescens maritus, coepit diligenter inquirere de viro Dei Simeone. dictu est autem ei à quodam Gothelone Clerico, quia is esset, qui cum Domino Episcopo de Hierosolymis venisset. Deo gratias ille refert, visionem suæ vxoris refert, & ut de manu eius cibura capere ei liceat, humiliiter precatur. Clericus per ordinem viro Dei nuntiat, & quod petebatur ut implete, multum rogat, sed vix impetrat. cu[m] ergo panem, & pilose, a viro Dei cum benedictione transmissu, iam desperata, & pene mortua mulier suscepisset, panem comedit, de piscis oculos iniunxit, atque ita obdormiuit. in gallicantu expergefacta, & cum lumine

Sepulcrum  
miraculis  
clarebat.

O  
ocu-

scolorum, plena corporis sanitate recepta, ad opus reledit, & mirantibus amicis, Iesu Christo gratias egit, qui per merita sui famuli Simeonis perfecta sanitatem ipsi concessit.

Quidam parvulus, hydropis in orbo miserabiliter distentus, cum etiam a medicis desperaretur, (venter enim, virilia, & quaque interiora ita intumuerant, ut vix indecere, vix stare, vel sedere valeret) petiit se ad virum Dei Simeonem deduci, dicens, quod medici non possent, illum posse. adductus igitur per tres dies de potu illius bibens, quarta domum die cœpit melius habere: sicut oratione viri Dei restitutus est pristinæ sanitati.

Quædam mulier, quæ manum dexteram digitis palmæ adhærentibus, aperire nō inquam poterat, ad sepulchrum viri Dei venit, manum cum fide superposuit, moxque, digitis extētis, meritis viri Dei sanā retraxit.

In festinitate S. Petri ad vincula, alia mulier, quæ sinistrum brachium cum manu contractum habebat, ad sepulchrum B. Simeonis venit: quæ extensis venis, & rupta cute, sub omni celeritate medelam promeruit. eodem tempore quidam mutus ad sepulchrum viri Dei adductus, officio lingue est restitutus. Alius similiter mutus puerulus ad viri sancti sepulchrum mittitur, in via loquitur: dominum reuersus mutus, sicut antea efficitur: ite: tum cum votis ad sepulchrum reuersus, perfecit sanatus.

Quodam die Dominico, dum quædam puella, cuius brachium ventri inhæbat, ad sepulchrum famuli Dei Simeonis venisset, brachium, quod excrescēt carne vix videbri poterat, præsente populo exiliuit, & perfectam sanitatem, quam petebat, promeruit. Alio Dominico die, mulier cum paruula filia, quæ cœca à nativitate fuerat, venit ad beati viri sepulchrum. Dum ergo Missa celebratur, puella illuminatur. matrem respicit, sed non cognoscit. illa interrogas, quid sibi esset cognoscit quod filia sua videret; gauisa factam in se misericordiam populo nuntiat. populus verò virtutem Christi in meritis S. Simeonis laudat. sed cum Clerus magnitudinem tanti miraculi nō crederet, subito parentes illius mulieris, & ministri de villa adueniunt, qui illam à nativitate cœcam fuisse testabantur, mox tota Ecclesia Christum laudat, qui famulum suum Simeonem tot miraculis illustraret.

Quidam Adalmannus, civis Treuirensis, iter faciens, hospitatus est in domo cuiusdā qui filium habebat cæcum, suasit ergo illi, ut filium ad sepulchrum hominis Dei duceret, misericordiam inventurus. ille votum faciens, censem aliquot annorum viro Dei promittit reddendum, moxq. in domo eius puer lumen recipit. videntem itaq. ad sepulchrum adducit, & gratias Sancto viro Simeoni reddit. Quædam mulier, per multos annos visu oculorum priuata, dum sepulchrum Beati Cōfessoris per aliquot dies frequetaret, meritis illius illuminata est. Ad idē sepulchrum quædam Dæmoniacæ perducta, quæ quos poterat, dætabus mordebat, & manibus laniabat, per noctem ligata manu-

fit, mane facto, Damone liberata, incolus remeauit ad propria.

Quidam seruus Palatini Comitis habuit ancillā, cuius manus vna arida, imbecillis, & tā exilis erat, ut ad nullū opus valeret. cū ergo nō esset vlli usui, tradidit eā ad sepulchrū viri Dei Simeonis. eadē nocte modo ipsa manus in tantū crevit, ut alteri nō dissimilis esset. Quidā miles quædā habuit famulā, adeo ex paralyysi corpore dissolutā, ut nec de lecto surgere, nec in latus alterum se cōuertere posset. in cophino igitur ad viri Dei sepulchrū deportata, per aliquot hebdomadas ibi hospitata est. cū ergo in festo quodā populu videret ad Missas cōcurrere, & ipsa habitu de lecto exfiliēs, cū eis cœpit ambulare. ad sepulchrū igitur viri Dei veniens, & sua vota corā populo trahipans, que apportata fuerat aliorum manibus, sa- na & incolu[m] proprijs rediit pedibus.

Kalendis Nouēbris, cū placuisse Domino Archiepiscopo in ædificio turris, ubi corpus viri Dei sepultū erat, altare in honorē òniū Sacerdoti cōstruere, multus vndeque populus cōfluxit. dū ergo apparatus fit, & Dominus Episcopus expectatur, quidā puerulus contractus ante sepulchrū viri Dei sanus erigitur. Eodē die quidā iumentis, cū ad rātā dicī latitiā ascēdere vellet cū reliqua multitudine, nullo modo valebat. impingitur itaq. & populo trahitur, & portatur. sed vires portantiū deficiunt, & ipse tōto corpore sanus, magis magisq. fit pōderosus. cōsulentibus quibusdā, peccato rū suorū confessionē facit, & tandem ad vesperā, leuis factus, ascēdit emendationē vitæ S. Simeoni p̄mittit, sicutq. letus domū redit. Alio tempore quædā metrrix cū ascendere ad sepulchrum viri Dei veller, quasi à quædā repellente reiecta, de gradu cecidit, & facta exanimis, cū putaretur a populo statim moritura, foras trahitur sed cū ex illo ædificio exportata esset, quasi nil mali passa in pedes constitit, & de illa ciuitate ocyus aufugit.

Quidā rusticus cū debile corpus, ac penne dissolutū, manibus atq; genibus repēdo, miserabiliter traheret, & per quinq. menses viri Dei sepulchrū indefinēter frequetaret, quædā die, profusis lacrymis, eū his vocibus interpellare cœpit: Eia, serue Dei Simeon, quā durū & immisericordē te mihi præbes, quotidianē te requiro; quotidie te inuoco, & tamē ad misericordiā non flesteris, mihiq. soli negas beneficiū, q̄ alijs impēdis. certe deinceps ad te venire recuso: iā īa desperans domū repeto. sed quid dicā amicis; propinquis, & vicinis meis? noli, noli, Sæte Dei, tam immisericorditer me solū dimittere, saltem aliquid mihi largire. totō ergo animo turbatus, ad hospitiū se retrahit; deliberat, ut in crastinū ad patriā reportari possit. interim p̄ nimio dolore, graui sono oppresus, post galli cātū, quasi in extasi factus, videt quædam venusto vultu, cū magno lumine afflire, hisq. verbis ipsū blanditer afferi: quid iaces, homo? surge velociter, & ad viri Dei Simeonis sepulchram cito accede. cūq; retpōderet nō posse se ire, se iā ante illiciū venisse, & nihil profecisse.

Ea

Arida  
nra

Paralyticus:

Iouenis, pec  
catis ponde  
rosus, ad ei  
sepulchrum  
accedere, &  
non posset.

Dissolutum  
corpus fit  
sanum.

Mox dux.

Brachium  
ventri inhæ  
rens.

Tres loci.

Mulier Dæ  
moniacæ.

Puer  
claudus.

**N**ea tempestate, cum Tresiorum ciascas tantis polleret miraculis, ad Domini Simeonis sepulchrum apportatus fuit puer octo annorum, cui morbus ambulans eripuerat officium, pro quo iam triduo Simeonem interpellarat deuotio parentum: forte erat apud nos de Alemania Monachus non mediocriter liberalibus institutus disciplinis; verum tantis non bene credens miraculis: qui etiam tunc presens aderat, cum ibidem Dei effulgent miracula, & exora-

bile B. Simeonis meritum votis aspirat adstantium Puer vtrisq; manibus altari adhærebat, donec mēbrorum resoluta compagine, sano adstitit eretus in corpore. itaq; ingreditur pedibus, sed tremuli titubant incessus, quos nondum natura docuerat vsus, tandem sanus rediit. isque, de quo dimicauit, vias credidit, Deum laudauit, hæcque commemorans, latus abscessit.

Vide Animaduers/fol.36.

## V I T A

# SANCTI PATRIS NOSTRI IOANNIS COGNOMENTO THERISTAE.



**I**OANNES, i cognomento Theristes, è Calabria oriundus, sub 2 Christianis Regibus, è Christianis itidem, orthodoxisq; parentibus nascitur. iij cum in quodam opido haberent, cui 3 nomen Cursanum, in eadem Calabria prouincia, a 4 barbaris excursio facta est, multaque opida direpta, in 5 quibus sunt Tybrianum, Stilarum, Roccella, Scillacij, & cuius supra meminimus Cursanum: quo in tumultu Ioannis pater imperfectus, sed huius vxor uterum gestans in 6 Barbariam (Panormum in Siciliam) abducta est. inibi unus ex principibus eius gentis hominibus, eam sibi matrimonio copulavit. hic mater iam partu matura, nostrum hunc Ioannem peperit, sed tamen apud matrem, eiusque virum, pie in auita religione educatus est. porro cum adolewisset puer, mater ex quo genere, quaue patria originem ducaret, aperuit. noueris, inquit, fili, huc a Barbaris seruam me adductam, quare non est haec patria nostra, non hic genitor tuus, sed patrem tuum scias velim unum 7 fuisse ex primis Cursani opidi, quod est in Calabria ad promontorium 8 Stilari, prope 9 fluum Epanoerz, iuxta 10 Monasterium, quod aiuat Romjanum. superne 11 mons est Stilus. iam vero tenes opidi nostri fines. addidit præterea & domum, & locum, vbi thesauros abstrusissimè. quos tamen nihil pendendos aiebat, vt pote bona fluxa, cadaque tum de anima multa tradebat, ad pueri institutionem; nemini patere adiutum ad salutem, nisi qui sacro fuerit lauacro tintitus. idque tantum in nostris regionibus, vbi viget vetus orthodoxyque fidei

cultus visuenerit. neque enim aliter per eum posse, his monitis ybi bona mater filium imbuuit surum ad veram fidem suscipiendam illum vehementer incendit, cuius amplectendæ desiderio, mirum in modum extuabat, sed puer illud sanctissimi vatis fibi seruandum existimabat: iacta cogitatum tunc in Domino, & ipse te enutrit. demum Sacrosancta Crucis signo munitus ab eadē carissima genitrice cruce 12 donatur, quam illa clam gestare conlueuerat. itaque benedictione impertita abscedit.

Porro Ioannes cum mare Stili perambularet, quod barbarico ornatu esset, capitur ab ijs, qui barbarum hominem esse ac peregrinum credidissent. adducitur ad Episcopum, rogatur quis sit, unde veniat, quae via, eò iter instituisset. tum is velle se lauari sacrosancta fonte. sed Episcopus quando inquit, etate grandior es, oportet lebes ad ignem adstituatur, oleo plenus, vt simul effuberit, eote de repete coniicias, itaq; Christianorum sacris initieris. accepit libenter homo conditione, modo sacri baptismatis particeps fiat. iubet Episcopus re confici, qui magnopere optaret, vim virtutemq; fidei peruidere; etiam admota ad ignem olla, magno studio urgebat Ioannes, ligna flammis suggestere, vt cito oleum ebulliret. sed Episcopus vehementer hominem admirari non definebat, quod ita sollicitum, audumque conficiendæ rei videret. Ceterum Ioannes cum iam effervescentē cacabum aduertiret, statuit abiectis vestimentis, eo se immittere. sed Episcopus confidentiam iuuenis admiratus impediuit, quo minus in effectu scitentem ollam subiret. inde hominem, magna fiducia plenus, in Ecclesiam adducit, ibi sacro baptismate præterita vice lordes eluit, indiditque 13 ei nomen Ioannes. verum nouus Christi Tyro substitut aliquot dies

Tom. 2.

O

Anni Chr.  
1054.  
24. Febr.

Ioann. & Ca  
labria oriun  
dus.

4  
5  
6 Panormi  
natus.

7  
8  
9  
10  
11

dies, eodem in monte, ut catechesim Christi suam ab Episcopo acciperet. hic illud accidit, quod non taceam, cum in Ecclesiam pedem intulisset, venissetque ad patrum subcellia, audie percontabatur, quos nam sanctos imagines illas exprimerent? ita primis vero D. Ioannis Baptista tabulam incutius, rogabat, quem illa esset? at illi, imago est, inquit. D. Ioannis Baptista, proin, te qui idem sortitus es nomen, eius etiam praeclara facinora decet annulari: tu neophytus sedulo adstantes deprecabatur.

S. Ioa. Bapt. vt illius res pic gestas sibi aperiret, qd facias impetravit. ceterū enī Episcopū orabat, vt eō se pricipue mitteret, vbi æternæ salutis certo adipiscēde sibi copia esset. & ille locū in eodē mōte ad septentrionē sitū ostē dēs duobus circiter stadijs distante, nemorosum, vastumq; vbi tamea unicum domicilium visebatur eo loci, inquit, patres degunt qui S. Basiliū Magne, eiusque discipuli ne imitatores, sedatoresque profissentur: quod ille audiens eo se contestum concurrit.

Porro eius solitudinis cultores erant S. Pater 14 Nilus, ac Bartholomaeus Russianenses. hi in monasterium comp̄tare aula ratione adducebantur, dictantes minime illum quidem ad monasticam disciplinam venire desiderio corrīgendi se in bernam frugem; sed potius ad perturbandas monachorum quietem, quare rediret ad secularem vitam, sibi, siueque statim magis accommodatam. sed ille submissa voce, respondens: hinc, inquit, patres, sciatis me, nunquam concessurum: neque enim aliud querō, studeoque, quam anima salutē mea. porro constanter multos dies abnuebant patres, nihil interim prætermittentes, ad Dominum pro eo preces offerre. verum tam diu ad monasterij fores, tenax sui propositi, perititio Ioannes, donec diuina aspirante gratia, intromissus est. ibi à senioribus obedientiam, distractamq; monastice vita rationem edocitus est. identidem tamē iuuenem admonebant, illum nequitam parem esse tanto oneri ferendo. nam, direbant, vt quod res est, tibi aperte dicamus, nimis duriter, a spereq; vitam ducimus. quibus Ioannes, quin ego, inquit, ea gratia, huc ad vos eo, paratus quidquid est apud vos præceptorum, ad amissum seruare: & paucis post diebus genus, familiamq; suam illis aperuit, ceteraque omnia quae sibi mater de thesauris indicauerat, adductoque secum uno ex patribus illis, qui loca sibi omonstraret, ad parentum suorum opidum, agrosque peruenit, ibi perquisitus, inuentus que patris thesaurus. & vt vñserat ad monasterium perlatus. quem patres Spiritus an do illustrati, distribuendum pauperibus existimarent, provt 15 D. Basilii literis consignatum reliquit.

16 Verum illud non prætereundum; hyeme Gela aquis fluente, in 16 gelidis aquis diuinæ prædicti orat quod accidit, vt quidam vir 17 primarius illac iter habens, hominem in aqua mersum videret. quia ille re non mediocriter offensus, vide, inquit, monachi isti quid rerum gerant scilicet

cer ut laeti pulchrique videantur, membra locionibus curant. vix nec elocutus sensit præcordia omnia igni acriter aduru domum profectus in matris complexum fuisse rejicit veluti exanimis, ac vulnanti sanguinis, misereque exclamanti. quod videns infelix parens; quid te, inquit, excrucias, fili quād dñe, respondit, intestinis flammis absimor. & mater: qua, fili, ad nos pedem attulisti? nam quem in via vidisti & filius ego, cum ista via ingrederer, cuidam ex his patribus occurreret, qui quoniam lauabat se, me non leviter offendit. continuo extat in meis visceribus ignis, qui me usque adeò incendit, diuerxatque his auditis, missa genitrix iter ad monasterium tendit, ibique patres sacris precibus insistentes repetiens, ad eorum genua supplice prouoluta, culpa condonationem filio chicerrogat, porro S. Joannes mulieris prece permotus, usque illi tradens, iubet de ea aqua impletari, in qua immersus idem Deo Opt. Max. supplicauerat, eamque argenti filio propidare. paret anxia matrona, ac Dei virtute, filium pristina valetudini testitum videt: ita que filius 18 vna cum parente eam agri partem, que vulgo appellatur ignis 19 Iah. monasterio attribuerat.

Ceterum iuense Junio ad monasterium profectus, quod Rodianum vocant, eo loci nobilem quemdam virum reperit, qui ut pote patribus addicissimus, in eo monasterio versabatur, quæ vicini usi essent, monachus large suppeditans, is cum Maronam & in locum quemdam (Muturambulo vocant) peruenisset, multosque inibi messores compertisset, qui eiusdem optimatis messem metebant, accedens, saluere eos iuber. sed messores hominem derident, ludosque faciunt, sed Sanctus Dei vir cum pauclulum panis, viisque penes se esse intelligeret, vicu potuque operas omnes sati commode refecit, saturauitque plane, vt nihil ihs decesset: quod cum prætitisset vir sanctissimus, gratiasque præpotenti Deo pie persoluisset, ad orandum nomen aggreditur, tum de repente sedantur ventorum fluctus, ceperitque tenuis pluvia solis ardore temperare, mox absoluta preicatione, fruges omnes demessit, suisque fasciculis aristis colligate visuntur: qua re messores non mediocriter perterrefaci, recta ad Dominum proficiuntur. cui cum in itinere occurrisse, ab homine obmargantur, quod opportuna ad metendum hora, operi faciendo parcerent: at illi, quid, inquit, opus est verbis, seges omnis demefla, cunctaque, id quod laboras, rite absolura, perfectaq;. his dictis fidem minime habēdam ratus homo prudens, qui sciret, trecentas operas vix sati esse ad messem omnem conficiendam, eos item increpat, quod fabulam communiscantur. hi contra instant factum, quibus dominus an perire ad vos suppetat? factū illi negant, neminemque adeo ad se se venisse, extra unum monachum, qui sibi cibū, potumque præbuisset; eutique esse, quem Joannem nominant, Basiliani asceterij incolam,

Sed Sancti viri precibus sanaverunt.

18

19.

Modico pane, ac vi- no messore multos reficit.

Prece fru- ges demetit & in fasces colligit.

estimatic pater familiæ, eam vero, inquit, illæ meavit agros atque idcirco eum fundum ad monasterio liberaliter attribuit. atque id miraculi Sancto viro Ioanni Thetista, hoc est et meoris, nomen fecit.

Verum enim vero cum in illis finibus qui dum et Regis filius nomine Rogerius reparetur, audiens monachorum miraculorum tamquam quidam noster Ioannes elucescerat, maleos energumatos ab eo curari, variaq; morborum genera ab infirmis corporibus depellere, voluit ipse etiam Regis filius sancti vici vita, meritaque experiri, nam facies eius turpi vicere fœdabatur, cui medicinam sacre nemo mortalium potuerat. is ad Sanctum virum adiens, cum reperit vitam hanc caducam felici cum morte permutasse; tamen ad B. Ioannis corpus procumbens in genua, enixa ab eo contendebat, ut non sua merita, sed quibus ipse virtutum splendoribus enierisset respectans, diram oris plagam praecoraret. hac precatus, Sancti

viri vestem attingit, latet faciem, pristinamque valetudinem recipit. atque eius sane plaga ne vestigium quidem ullum in vultu apparuit. ceterum is rumor de recuperata à Regis filio valetudine, per finitimatam regionem diuulgatus, omnes, qui vel infestis spiritibus diuexaréntur, vel oculorū, auriūq; ac lingua vñlum destituerentur, ad S. Ioannem accerfiebat, & è vestigio eius precationibus sanis, incolumesque reddebantur. atque id causa fuit, cur et Rogerius nouum monasterium, ac cœmeterium adificandum curauerit, cellasque, & omnia muro, ut videmus, cingenda, multosque agrorum modo, camporum, ac montium spacia eidem monasterio donanda. Hæc vita exscripta est ex alia peruetusta, et anno sexmilliesimo trecèntesimo vigesimo sexto, Indicione sexta.

Miracula  
inclaroscit  
defundit.

33  
Rogerius in  
S. virginis  
vita.

34

Vide Animaduſ r. f. cl. 38.

## VITA

# S. VIRGINIS MARINAE

Ex M. S. Græco Monasterij Saluatoris.



ARIIS: quidem Sicilia circumfluuit, ac insula dis terræ bonis, plane ut eius ubique nomen floreat. verum non tam fluxis hisce, tñdaciisque rebus duas est, quidam Martyrum, Sanctorumque delubris, perenni videlicet, incorruptaque thesauro. atque hos habet illa quasi stellatum cælum, fontem inexhaustum, tranquillum portum, hortum varijs consistum, floribus, in periculis propugnacula, errantibus parata saltem, maturam presentemque morborum depulsionem, aduersus barbaros animi, sensusque motus oppositam aciem. harum ergo rerum, laudissime confessus, abunde est patris nostræ. quare animum mihi, quixeo vos, auresque præbere, queque à me dicentur, mentis vestra finia, que vestra est in nos caritas, excipite, quippe Martyrum, Sanctorumque virtus frequentius à fidelibus repetitæ ad simulacionem excitant, sed iam ad propositum veniamus, queque ad festum diem faciunt, enarramus. nos enim hic, Sancta conuocante conuenimus, atque ego quidem ad dicendum, quoad per vires licet, ac mentis inicitia patitur: vos autem, auditores, ne ut in lasso, sed ut in pingui potius, ac secundo solo semen excipiatis.

Nam superioribus annis, qua tempestate Agarenorum exercitu insulam hanc depo-

pulante, in Christianorum auxilium Comes et Rogerius a diuina prouidentia missus est, anno 660. minus triginta, veneranda inter mulieres Marina Virgo splendebat, ut in obscura nebula sol, eius autem non erat insignis patria, sed humilis, vilissimusque vicus, et cui nomen Scaniæ. nam parentes cogamento Pandarites, illustres illi quidem atque magna instruendi rerum copia, sed opulentos vere, ac beatos maxime demonstrat beata ex ipsis edita filia: quæ cum septimum attigisset annum, externa quidem florebat oris forma; sed animi species in ea magis, magisque iam inde ab incunte etate vigebat. moribus enim, sensusque grauis erat, aduersus parentes morigeræ, obtemperans, humilis, sincerus in eis vicinorum amor; in pauperes immensa benignitas. cum enim pro foribus a deo mendicum audiebat, ei statim quidquid apud se haberet, erogabat. sic proficiebat in dies Marina, Deo duce; matre etiama non picturatas modo vestes elaborare, sed Christianorum orthodoxam fidem, ac mores filiam edocente.

D. Marina  
Siciliensis.

In Opido  
Scania nata

A matre in  
divinis re-  
bus edocita.

Palmas 4 tum peregrini quidam humeris gestabant; quos cum à matre accepissent, nuntium omnibus remississe voluntarios. Hierosolymam adiisse, inspexisse loca Christi nascētis, patiētiq; memorias venerandas inde remeasse, nec iam reliqua vñquam repetrere statuisse; exarbit ad narrationē pueri; sensuq; admouere sibi acrem flumen.

stimulum ad simulandum. beatos igitur prædicabat homines, quibus hæc videre, & adorare sacrosancta monimenta licuisset. At o Domine, Domine Iesu Christe, aiebat, vñigena Summi Patris fili, cuque Sancte Spiritus, numen vnum, vna potentia, cui iam tum, cum materno in utero clausa tenerer, visum est me segregare, incorruptum que in me ancilla tua placuit amorem infondere; da, tua iussa verear: vñm, & robur addito sancti spiritus tui, vt quæ tibi probatur usque perficiam: sacrosanctam seruari iube virginitatem meam: hosti obfiste aduersantib; vt intueri tandem ex animi sententia, ac venerari loca possim ortu, tuisque cruciariis consecrata. hec tu ancillæ tue ne abnuitio, cui perpetua sit, immortalisque claus. hæc p̄iissima puella.

Iamque ad senium parentes properabant. Cum aduocantes, vt afflolet, Marinam, his lamen adoravat. eniam, carissima filia, tam pus te vocat ad nuptias: nos autem, vt vides, ad senectutē declinauimus: prudenti ergo, illustrique viro nubito, sic enim nos sollicitudine liberabis. moras enim in hac rediutius trahere minime decet, neque adeo prudentis est, nos breui mors consequetur. nostrarum igitur facultatum quis adibit hereditatem? ad hæc illa probe nimirum perspex, diuinq; sp̄itus promptuarium, secundum ipsa reputat; quomodo parentum effugere voluntatem possit: tum, me, inquit, carissimi domini, ac secundum carnem parente, & neutriquam decet ad nuptias venire, neque copulari, vel illustri, vel obscuro viro. sed excusationis meæ ratio & terribilis est, vestrisque auribus minime accepta. Hic mater iniquum rata dictum, genas dilacerare, rigare lacrymis coepit. Pater vero morsus & ipse animo seu catam leniter, pacateq; rogar, quid sit, quod eam a connubio remoueat, obsecrat, obteletatur, edicat. ipsa vero salutari excoigitato commento, me miseram, inquit, pater, mea namque sic habent, in lectulo, nocte quadam, dormienti inhi Aethyopum apparuit multitudo, quibus non vñs erat hábitus, forma non vna sed alij, atq; alij, aspect' obscuri, tenebricosi: terribiles, atque alij quidem frenentes dentibus in me irruerant. alij vero multis, variisque bellicis instrumentis instruti, plaga misere infligebant. ex eo tempore, timore perculta, vix inci compos, atque luctuosa, rem aperui nemini, leitinijs proinde ac temperantia ita me dedidi, vt quasi corporis expers, triduum exagerim solo semel, eoque exiguo pane, sola aqua contenta. ad hæc insaniam simulabat, vt credibilia visa ficeret.

Hæc vbi parentes audierant, ingenti sūe terrorre confecti, quoniam vero, quo modo malo occurserent, ignorabant, silentio rem transfigere statuunt. post autem, cum in cubiculo Sancta Virgo, vna cum alijs puellis, tacita degeret; ex his alapa cuidam in facie impingitur, Dæmonis inuidia scilicet; confeſſumque puellæ os ad aurem ditorquetur, vt spectaculum esset plane-

miserabile; sed longe miserabilior Mariana dolor. portò autem vicini coniugijs opera re miseram, mente captam appellant, maloque correptam Dæmonem. contra afflictæ puellæ calamitatem acerbam parentes deplorare. at vero triplex Mariane parentes angebat dolor, tum de filiæ morore, tum de vicinorum approbrio, tam denique de male accepta puellæ casu conceptus quem proinde quasi proprium rati, comp̄ miserabuntur. sed quanto post die, Sancta Virgo flecentis ad preces genua, oportebat enim Euangelij dictum illud, impleri, non potest ciuitas abscondi supra montem posita: neque accendant lucernam, & ponunt eam sub modio &c.) max ingressa laborantis ades, cùsque ad caput assidens admouet capiti manus: ad nos vero preces quasi accinens; Domine Iesu Christe, aiebat, Deus meus: animorum agne ac corporum medice, hanc famulam tuam, respice, quam hostis percutit, neque audi, proprie tius tuarum è numero vnam. da illi quæsto, per beneficentiam tuam, manumq; meorum impositionem, firmam corporis valitudinem, tuum enim est misereri, atq; age st gloria. his dictis, vulnus utraque manu contrectans, iam sanitatem, inquit, Domingo volente morborum omnium depulso re, confedita es. incolamis regente puerula surrexit, solvitque linguam, cunctis audieribus, in laudes Dei. Marinam vero iam tum non insanam habagre, sed debito illa honore pie prosecuti sum.

Quartus inde annus abierat, cum ardens Marinam cupido incessit monasticum habitum induendi. nec difficile sane pareret, vt eam vident Deo se cunctam, posthabitis mundi, cuius deuotiss, postplanti, rogantib; annuunt. aduocato igitur pio quodam, ac religioso monacho, detinendetur. factaque voti compos, alio remigrat, neq; iam cugi parentibus communicat, sed in gurgulio quodam vitam silentio transfigit. hic illa precibus, obsecrationibusque insistens, enixe precabatur à Deo, tum quæ ad animi sui salutem, tum quæ ad mundi pacem, tranquillitatemque conducerent; vnum igitur, & alterum, annum in ea cellula cum se in virtutum actionibus exercuisset egregie, diuina quadam facultate donata est, qua febre implicitos, oculis, dentibus, auribus, articulis, alijsque morbis laborantes inuocatione Sanctissimæ Trinitatis è vestigio sanaret. quæ vbi late innotuere, honorare Marinam orantes, ac venerari cooperant. ac illa quasi anguem, gloriam vitans, primo vere, cum naute Hierosolymam nauigatione instituunt, cum ijs vna proficiisci decreuit. ceterum impedimento erant etas adhuc tenera, florensque vultus decor. igitur incerta animi cognoscit tandem à Dominino, virilem sibi induendum habitum, itaque aggrediendum iter. diuino parebat monito: rem confessim exsequitur: Marini sibi nomen indit, tum nauclerum nausta, nec ossarijs in nauci importatis, ascendas, optatas in oras nauigatura.

Vicini con tumelij e. aerap

Sed Deus miraculis claram fecit.

Monasticis vestem in duit,

**T**otereā nostri generis hostis improbas quādā, nefariaſq; nautaruerū montibus int̄igit cogitationes, commurmarare illi, ac dīcere, ſignram, & v̄banitatē monachi aſlam ſapere, atq; indicare régiam; veriſimile eſſe, anrum ab eo aſportatum. agit̄ iam, inquit, noq; qđ tempore p̄ceſſuſd̄re conſueuit, hominem abripien‐tes, in mare demergamus, quæque apād eum ſunt, nobis iphiſ vendicemus. agit̄ dñiuitus prauas eorum, volūtate Marinæ celestem ſubito ſibi implorat opem, Deus, inq̄ dienſ; ac miſericors Domine, cui cōcō patent, ante quām ſtā, que auctore, monaſticam iſtitui vitam, te ſupplex oro, festines in auxiliū familiæ tuæ, nè abſorbeat me profundum, nequeurgeat ſuper mæ puteus os ſunt. dā ſancta, ac veneranda loca, tuis veſtigijſ conſigra; conſpiciam: vt ea veſterari, iſſque, quæ inibi ſancta ſunt, ſatiari, nomēnq; tuam gloriouſiſſimum laudare ſemp̄, ac célebrare poſſim, peractis precib; confueto in loco, mazta ad noctem, vbi plurim; pro fuderat facrymas, breui corripit̄ ſomno. quoniam verò eos, qui in mœtore ſunt, ſi contingat ſopore mergit̄, et cogitata, viſaque ſolent per quietem imaginatione, viſdergitti per ſomnum videtur propugnato‐re ſuūm Deum, ipsam confirmantem, af‐firmante inque ex ijs malis q̄hancocys cri‐piendam: omnem modo ſollicitudinē ab‐ſegaret, exorrecta, ad agendas confeſſim. Deo grarias ſefe connertit.

At ecce tibi malorum machinatores inſurgunt, cepta perfecturi, ſed fruſtra conan‐tur ſcelesti. cum enim altum teneret nauis, confidere Marinam volebant. ſed prope eſt Dominus inuocantibus eum. iam manus in puelam inijcere parabant, eam vt in pe‐lagos p̄cipitem agerent; cum is (o ad‐mirabilem, Christe, prouidentiam tuam.) qui facinus primus eſt aggressus, à Dēmo‐ne repente correptus, ante Virginis conſpe‐ctum volutabatur, lingua dentibus man‐dens, inconditas quādam, nihilque omni‐no ſignificantes voces miſer emittens. hunc igitur in modum, per totam noctem, dum torquetur infelix, malumq; miſerti omnes, qui erant in nau, deflent; quidam ex his, qui technæ conciſi fuerant, gubernatorem adit, confilia, fraudelque detegit. tum nau‐clerus reuerenter, ac pauide ad Marinam, accedens, ad ſacros ipsius pedes prouoluit‐tur, etiam atque etiam obteſtatur, velit mi‐fero, quod ſcelus in ipsam tentarat, ex Euā‐gelij p̄ſcripto, benigne condonare. mo‐uent ea dicta Marinam, veram veri Dei di‐ſcipulam, laboranti p̄fro eſt; dexteraque illias apprehenſa, apage, inquit, improbe Dēmon; Dominus meus Iesuſ Christus im‐perat: abi iam, hominemque vexare deſine. ſtatim igitur ſpiritus nequam ex ore quaſi fumus exiuit. liberatus ille ad ſeſe rediens, facinusque, & acceptam à Marina ſanitatē agnoscens, ipsius ad pedes accidit, veniam pre‐catur commiſſorum. at illa, ſi quid in‐me, frater, male cogitasti, Dominus tibi

pius ignoscat, ſed cauſe ne iam huiusmodi facimus audeas, nè deterius tibi contingat.

Inde igitur nanigantes, Tripolim Syriæ tandem adueniunt. mox exſcidentes, quæ de Marina habebant, Sanctissimo Epifcopo narrant. is, vt qui rem Deo docente cogno‐rat, puelam accersit, de imposito nomine indicat: diuina benedictione dignatur. igi‐tur hospitio comiter accepta, totam illam hebdomadam pias ſanctissimi, ſapien‐tissimique ſenis hortationes, quaſi iacta ſemi‐nā, fecundissima terra, excipiebat. exacta hebdomada, petiit ab Epifcopo abeundi potestatem, dedit ille, quæque euentura eſſent Marinæ, p̄dixit: fore videlicet, ut bis Hierofolymam veniret, patriamque repe‐tēret, vbi tandem conquiesceret. ergo bene preante ſene, curſum Marina proequitur, ac Hierofolymam tandem appulsa, ſacro‐ſanctum adit, exouſculaturque Christi tuma lum: mox etiam Sanctissimum in fluijs Ior‐danem inuifit; quodque habebat in animo votum perſoluit. tum in monaſterio quo‐dam, fratribus diligentissime inſertiens, tres annos immoratur. ſed ſubijt aliquando ani‐mum patriæ memoria, monaſterij p̄fec‐to rem aperit. tacta potestate, nauem con‐ſcendit, in patriam redit. vbi parentes obiijſ ſe iam intelligens, debitas perſoluit preces, naturalique dolore perculſa, mœret aliquā‐tulum, ac plorat.

Post paulo Hierofolymam regreditur, & in p̄dictum Cœgiobium à Prefecto inter fratres adſcribitur. quinquennium ibi cum egiffet, monetur per viſum, in patriam ve‐re uertatur; futurum enim, vt breui de vita decederet, ac Sanctissimi Epifcopi Tripolitanī p̄dictionem recordata, vera credi‐dit eſſe viſa: ea Prefecto cum aperuiflet, im‐petrat in patriam reditum. ſalutatis igitur, amplexisque cunctis, in Siciliam ſe conſert. nimirum id voluit Deus, cuius iuſta ſunt, ac ſancta iudicia, vt nè miraculorum expers pa‐tria foret. cum enim viuifſet in patria men‐ſes omnino sex, breui tentata morbo, ſpiri‐tum & Deo, à quo accepereat reddens, in‐celeſtem emigravit, ac beatam stationem. Ceterum B. Virginis corpus in Sanctissimæ Deipara; templo conditum. post aliquot au‐tem annos, religioso cuidam viro apparens excitari ſibi oratorium iubet. nempe vt per ſacras Marinæ reliquias pararet diuina pro‐uidentia fidelibus contra morbos omnes certum, p̄ſensque ſubſidium: ideoq; Pa‐tri, Filiique, ac Spiritu Sancti nomen vbiq; ac ſemper glorioſe celebraretur. at ò mater ac Virgo p̄ſtantissima S. Marina, ſi quan‐do te quis aue lat à patria, eius tu nè obli‐uiscaris. tuam in ædem conuenientes exau‐di, vtilia cuiq; prouidentis Regi nostro fideli viſtoriam contra hostem dato. mihi verò humili ſeruo tuo, in tua vita conſribenda laboranti, in censoria illa die adeſto pro‐pagnaculum, quando eos omnes curas, qui tuam implorant opem, ſpemq; in te ſuant, ſigunt.

Vide Antecedens, fol. 40.

In Monast. triennium degit.

6  
In patriam reuertitur & post mē‐ſes 6. mori‐tur.

Nauia con‐ſidentior à Dēmon, excripitur.

Sed illa Dē‐monem à ſceleſto ejſi cit.

D E S.

Anno Chr.  
1070.  
8. Aprilis.

# DE SANCTO PHILARETO

## I V N I O R E

### NILI MONACHI SERMO.



VM Philareti, i diuini  
plane hominis, cælestē,  
atque Angelis parem  
vitam in virtutis stu-  
diosorum gratiam, cō-  
ponere in animo ha-  
beam, duas video cogi-  
tationes sibi inui-  
cēs.

oppositas, strenueque inter se pugnantes, ac  
si altera contra alteram victoriz trophēum  
sit ere dura; ambas tamen ab uno, eodemq;  
animi motu promanantes, ac profecto no-  
ua quædam vrimque exoritur concerta. q.  
Hæc quidem n onniſi metum, ac timorem  
protendit, ac terribilia, grauiaque supplicia  
interminatur, ac reuocat in memoriam poe-  
nas acerbissimas, quas olim Ozan, & Hozias  
tum Dathan, & Abiron, multique alij, cum  
ex antiquis, cum ex recentioribus, diuina  
mysteria indigne tractantes, ob eorū p. a-  
uitatem DEO Opt. Max. dederunt, ad hec  
inscitiam, tenuitatemque nostram ob oca-  
los ponit, tum debere omnibus ludibrium  
ac risum, & inutilem fore, minimeque fruc-  
tuosam hanc narrationem. Præterea præ-  
stare diuina silentio colere, ac Numen pro-  
pitium, amicumque habere, quam indignis  
verbis ea videri quidem ornare, sed in diu-  
nam iram, indignationenque incidere. Illa  
verò ante omnia necessario iussis parendū  
esse, proponit; tum, quod debemus, persolu-  
endum. quippe homo nolter, ac probe no-  
tus, audientium animis ardētissimum amo-  
rem; sancto huic cœtui ad vnius DEI glo-  
riam congregato, ad virtutis studium ad-  
hortationem; qui ad superna currunt, ac fe-  
stinant vehementem contentionē, firmum-  
que tenorem; recte, feliciterque agentibus  
spēm; quietis portum per sedatas animi  
perturbationes tenentibus, lætitiam, suau-  
tatemque immensam; tristitia affectis con-  
solutionem; male, molesteque vitam trahē-  
tibus medicinam, vtque omnia vno verbo  
dicam, ea demum elargitur, quæ adipiscen-  
tium animas, & lætitia, & lucro afficiant.

Quoniam vero nostri animi mens ira in  
vtrisque motus dominatur, vt in vtram il-  
la cogitationem inclinetur, atque assentiat,  
huic vni, velut arbitra, ac moderatrix, præ-  
clara victoriz trophēa attribuat; age iam  
vtrumque æquis lancibus expendamus, om-  
niaque secundum Apostolum probemus, &  
silencium quidem magno nobis vndequequæ  
fore detrimento videamus; contra non mi-  
nimam vilitatem, ac fructum pio, studio-  
soque huic cœtui ex oratione nostra euen-  
turum. itaque quod satius est, ab ea, quod  
minus conductit, secerentes; id quod bonū  
est, teneamus. ac priori illi cogitat. oni cū

suis terriculamentis, ac minis vale dicētes  
posteriorem, vt quæ multos ingēti gaudio  
sit cumulatura, lœtantes, grataentesque pro  
virili complectamur. Atque ea sane in me-  
dium asseremus, quæ in bozorum virtutisq.  
studiosorum gratiam, & memoria simul, &  
historia sint magnopere digna. enim verō  
contra fas, iusque omne facturi videremur,  
si tam præclara virtutum facinora, tantuq.  
vitæ splendorem silentij tenebri s inuolu-  
remus. Perfoluamus itaque, quod debemus:  
vitimus inobedientiz periculum, ad hone-  
stem emulationem impellantur auditores;  
qui in cursu contendunt, in sui propofici  
cale ore confirmantur. reliquis etiam res præ-  
clare gestas describentes consulamus, vni-  
uersusque terrarum orbis incredibili letitia  
perfundatur. est enim id proprium, ac so-  
lemne cum viri iusti laudes memorabimur.  
Deus etiam ab omnibus laudetur, qui glo-  
rificatur in coasilio Sanctorum.

Vos etiam sanctissima coacio, qui hanc  
mihi prouinciam demandastis, ad perficie-  
dum obedientiz opus, opem mihi vestrīs pre-  
cibus implorate, ac nobis in dicendo non  
mediocriter laborantibus, orationibus Deo  
acceptissimis vestrū auxiliū ne denegetis.  
Cum enim quasi ad certamina quædam, ar-  
que ad luctam, quæ robur, vireique nostras  
excedunt, aggredi debeamus, pelagusque  
trajcere immensum, ac periculoseum, certe  
precationum subsidio mirum quantum in-  
digemus, né forte rerum difficultatibus ova-  
nino obruti mente, vt dicitur, periclitemur;  
Et quem paullo ante minime sumus veriti,  
risum plane omnibus debeamus, vt qui rerū  
præstantiam pro dignitate assequi oratio-  
ne nostra haud potuerimus. Sed Deo certa-  
minis moderatori, nauisque gubernatori,  
orationis nostræ gubernacula tradētes; nec  
non eum, de quo initituitur oratio, nostris  
precibus permotum, nobis socium, adiuto-  
remque propitium adepti; ad hæc sanctis  
vestrū omnium prectionibus accedenti-  
bus, exiguo hoc nostræ cogitationis nau-  
gio in hunc modum propositi argumenti  
pelago libenti nos animo committamus.

Verum enimvero cum ita in more pos-  
tum sit, primum omnium, quemadmodum  
censem, qui hoc dicēdi genere delectantur  
suo ordine currens oratio, de sancti viri pa-  
tria mentionem faciat. si licet tamen ei pa-  
triam, ac genus hic in terris tribuere, qui in  
celesti vrbe domicilium est natus suum;  
qui que pro genere, atque hereditate sua  
Deum ipsum est adeptus, cui vni viuebat.  
viuendique rationes omnes tradiderat, va-  
nis, caducisq; huius mundi rebus plane mor-  
tuis. ibi carnis vinculis exsolutus cum ce-  
lesti-

festibus illis mentibus, à concretione strate alienis, in eadem Cæli aula versans, eius quem summopere expetebat, aspectu planius, & plenius perficitur; speculis, vmbbrisque, ac figuris rerum à veritate ipsa remotis. Verumtamen inferior, ac terrena illi patria celeberrima Siculorum Insula suis se perhibetur; quam profecto, vt pote tam sancti viri natalem, paululum decet laudibus exornare, non ut aliquid inde gloriae homini felicissimo accedat; quæ enim illi gloria fieri possit accessio, qui summam, perfectamque gloriam, ac splendorem à Deo est consecutus? qui illi addi honos, qui supra omnem intelligendi rationem à supremo illo rerum omnium moderatore est honestatus? quæ illi landes, quæ acclamations adiungi, quem præpotens Deus, omnique Angelorum ordines mirum in modum extollunt, omniaibusque ptaconijs, omnique extorandi genere maiorem prædicant? At vero unde, quibusque parentibus talis, at tantus vir ortum duxerit, dilucidius ostētidamus.

Sicilia regio est vide quaque, vt ita dampnam, insignis, sed præ ceteris alijs rebus aerem habet hilarem, ac iucundum, vndique splendidum, ac coruscum, & properiter summati eius temperiem, incolis maxime salutarem; aestate roscidum, hieme vero calidum; quin suis hominibus inter cetera commoda hac præcipue mira quadam ratione impertitur. formas enī, ac facies ad præclaras corum artes, animique ornamenta effingere, aptateque pernouit; cum nonnullos gignit albos, ac subrubicundos honesta, ac liberali forma præditos, quibus non minimū, ac vulgare ingenij acutum largitur. Natura enim comparatum est, vt cum Cæli acr densus, ac crassus sit, maleque temperatus, soleat quibusdam in locis cogi, atque concrescere, neque breueri, nec subitam habere morborum curationem; ac proinde ex vitroque capite pestilens, & insalubris esse illis, qui eius aura vescuntur: sicuti contra, qui tenuis, & bene temperatus sit, vtrique utilis, ac conducibilis sit ijs, neceſſo est; qui sub eo sunt constituti. In varellis maxime secunda, foeta quibuscumque fructibus, ac frugibuse regio fecissima, quam quidem amentes. Agar nepotes per vim in suam ditionem captam, terram sane bonis omnibus affuentem deupstarunt; cum ad eam tuncquam ad delictarum paradisum habitanter, tunc immigrassent; sic enī de eo sentiunt. Ecclē vniuersi.

Ibi varij aquarum fontes, splendidissimis, ac suauissimis aquis perpetuo scorrentes, balnearum scaturigines multæ, multa seniorum genera, quorum non nulli ex magnis montibus etrangentes, ac per summa collam decurrentes suo ingenti lapsu audientium aures permulcent, & obuenientium oculos maxime delectant, præfertim cum siti cruciantur. Alij vero per camporum planities feruntur cursu amoenissimo, ac p'acidissimo, & Tom.2.

p'ascuta omnia velut equitantes, ea reditent secunda: qui sanc indigenis commoda præbent duo, & aquas ad potum abundanterissime subministrant, & arbores & cunctumque generis stirpes, ac plantas rigant. Verum ille Aetnæus, ignis semper mihi visus est admiratione dignus, qui scilicet vnde scaturiat, & olim, & nostris etiam temporibus, philosophis problema præbuit, quod præfecto non facilis negotio solui queat, cum res sit mira, & stupore digna. quamquam nouo defuerint, qui varie de eo dicere conatis sunt, sed hī dubitationem pōtius adauxere. Nec vero minus digna est, quam admirare, aqua fontis Arothusij, fluviusque Alpheus per immensa carrens maria, vt cum amatas, ve aiunt, Lympha comisceatur. Non deī sunt ligna ex ijs, quæ magno in pretio sunt apud mortales, Cedri inquani, Cupressi, & ad prælendum piceæ, proceræ illæ quidem, ac è terra in sublime non mediocriter erectæ. Lapis, diuersa à ceteris natura, duo in sece commoda continet, cristalli instar pellucidus, ac suauissimi salis vñus incolis subministrat. multa etiam sacra, ac religiosa templa. At vero mira est pulchritudo, ac magnitudo ædificiorum; quæ in maximis vrbibus conspicuntur, atque ex his sat is illustria ac præclaræ censentur, quæ ab antiquis mira arte posita sunt.

Quid equorum præsepio, vt de animalibus ratione carentibus aliqua etiam ratio hic habeatur [ id quod ins præpotentis Dei auctoris gloriam, ac laudem cedat; hec enim etiam cum alijs materies sunt Drauinorum laudum.] saud hic gignuntur feroce, varij coloris, corpore procero. Non boum eternitas non ouilia, non apum examina suis akieribus inclusa desideres, quæ prope infinita sunt, & mellis dulcedine hospites eo confluentes reficiunt, ac recreant. Quæ vero mulorum genera, quorum alij ad ferenda onera, alij ad vehicula trahenda aptissimi. Porro autem animalium genus multiplex, quæ vel cibos suppeditant, vel ad hlos vñus necessarios sunt accommodata, nec non ad candidas mentes diuino timore informandas. Quid autem garrulus, quarum partiti ab humana contumacitate non abliterent, partem vocis, desertis magis delebarunt, atque ex pauca sunt; & pinguis, facieque plenis èdem Insula solet educere. Mare circumstuum bonis omnibus, quæ ex se nascuntur, ditat vniuersos. Portus in ea, & ampli, & lati, quos intuens, non alia, quam diuina manu factos esse dices. atque hic præter alia bona, & utilitates, ostrea, conchiliaque reperiuntur ad purpuras, regiosque oruatus.

Sed quid attinet, quæ in ea regione sunt singula percensere? Nam quemadmodum Siciliensium res omnibus antecellunt, sic rebus ipsis isti sūt oratione longe super-

riores testatur se hoc orationum lumen, & ornamenta, quæ à veteribus sapientissime coascriptæ, omnèque alijs gloriam præcipientes, immortale Siculis decus ppterere, non nè poetarum, sì Rhetorū, Philosophorumque, ac ceterorum scriptorum dicendi genus, si vispiam, hic ita valuit, ut palmam sibi apud omnes vendicarint Siguli sed quid ego Oratorum, ac Philosophorum, quid Vatum, Historicorumque lumen, splendoremque orationis comitem moro? cum hæc verborum lenocinia nihil apud nos sint, qui celestia, ac diuina profitemur, neque eorum placita vlo pacto le qui velimus, cum a rationibus nostris longe sint aliena, neq; apta ad commendandum, quod apud nos est, bonum, quare his prætermis, eos maxime recenzebo, qui hic in Euangelij gratia enituerunt, & universi terrarum orbis lumina præclarissima existere. Pontifices inquam, ac Sacerdotes, qui pro Christi amore in sacro sanguine finem vitæ concluserunt suæ, tum alios Martyres, atq; ascetas, quiq; ad fanguinis vsq; effusionem in veritatis confessione fortiter dimicarunt: ad hæc Sanctarum mulierum cœtus, ac infinitam prope multitudinem eorum, qui pietate, castimonia, morumque severitate floruerunt; quos occidens veluti quedam lumina cum progignat, orientales etiam splendores imitatur. Inter quos hic magnus quoque vir, folis instar exoriens, vita sua splendore vniuersum orbem illustravit; quorum ille res gestas veluti ad quoddam exemplar, aut ad diuinum, vt rectius loquar, archetypum identem spectans, singulos imitari, & accurate in se se extingere studebat: Christi athletas in laboribus; ascetas in rebus præclare, pieque gestis, infidei constantia confessores, omnes deum ardentissima erga Deum caritatem, quod ad eius fieri possit, emulabatur. Nunc verò nostræ orationis cursus veluti de compacto in ipsa iam nuda rerum elementa peruenit, genus inquam, educationem, ipsamque magni virti adolescentiam, quæ cum in eo omnia non humana, sed diuina ratione gesta sint, diuinum plane hominem, & esse, & vocari debere ipsam re postea planum fecerunt.

Ille itaque in ea prouincia natus iam, cum tamen, & antequam gigneretur, Deo suus dicatus, ac post sacrosancto baptismatis fonte renatus, cuidam Christianorum Sacerdoti ad discendas literas à parentibus traditur, quū quidem, & probi, & natura religiosi existere, rebus etiam pie, sacerdotemque & fidem in primis orthodoxam sinceritate ceteris excellebat ac prima quidem timoris Dei elemēta artipuit, etenim initium sapientias, vt Salomon ait, est timor Dei, meditatur prudentia, investigat de Deo, audit iudicium timet supplicia, metuit minas, appetit bona, peccatum auersatur, apprehendit virtutem, amat regnum, denique quod est palmarium, Deum diligit. Verum tibi, pauca quedam ex omnibus di-

sciplinis delibauit, quantum sufficere sibi existimabat, ne earum expers omnino vis deretur, id quod breui sane est consecutus, cum & præclara ingenij indoles, & virtus numerum in modum ad quendam præstandum in eo concurrerent, itaque & Deo, & parentibus totum se tradebat, ac commendabat; obsequenter, ac morigerum in omnibus se illis præbens, in timore Dei, res domesticas, vt iubebatur, & que curans, ac nequaquam virtutis obliuiscens, semel in die cibo se reficiebat, ea enim ab ipsa pueritia, veluti prima virtutis incunabula, ante certa omnia, sibi esse statuit; sed solis omnino necessariis corporis necessitudini satisfaciebat. Sacra templa assidue frequenter, diuina, celestiaque sic animo mediari, vt futura in se gratia non obscura, indicia ostenderet, eam suis sibi oculis legem, disciplinamque præscriperat, vti nouum, nec usitatum quiddam oratio nostra describat, necesse sit, quid aurum discretionem, quid odoratus institutionem, quid lingue continentiam, quid tactum freno coercitum dicam? quid gravitaté incessus, quid cædā, mituineq; fluctuat morū cōpositio- nē, quam sépē tandem retinuit, prædicem?

Verum is, cum adolevisset, inciperet que iam genz lanuginem edere, duodecim annum agens, teneretque sceptrum imperij Constantinopolitani Michael, & is ille est, in quem autumant malum insulæ spiritum, quod in Romani, qui ante se regnauerat, necem conspirasset; is inquam, beluni in Sicilia tum ab eius a proinceps Toparcha, tum à Siculis nonnullis sepe rogatus aduersus Africanos barbaros gerendum statuit, erat enim alioqui vir, vt fertur, bonus, ac temperatus, pauperum studiosus, misericors, aliorumque mala ægre ferebat; nihilque impeditiebat, quominus omnes pro suo quisque arbitratu pietatem colerent, cum id ipsum peccasset, quod in antecedentem se Regem mortem esset molitus, heu nimio regnandi desiderio inflammatus, & iam imperatorijs iussis coacto vndique Græcorum exercitu, terra, marique copias instructas, ad Barbaris, exterisque bellum inferendum, in Siciliam mittit, ac præter ceteros tribunos ac duces, Maniacem & illum, virum multis rebus præclare gestis, partisque cerebro victorijs celeberrimum, Ducem omnibus præfecit; quæ sociorum & inuidia, suaq; temeritas fertur misere perdidisse,

Interim & vero Barbarorum Tyrannus eo, qui in Sicilia dominabatur, per dominum sublato, bona illius omnia depravatas, & in Regnum, quod ille administrabat inuides, nemine omnino ob sistete. Panormi, totiusq; Siciliæ potitur, mox superbia elatus, non longè ab urbe in campum quendam amplissimum egreditur, vt hostium aduersus se aduentum maturantium copias specularetur, & iam audacia, insolentiaque exultans, imperatorijs legionibus procedere ob viam parat, iamaque certam sibi victoriam stultus pollicebatur, non

XIX. age  
bas annum

22

23

24

Cum Mani-  
aces Dux cū  
classe in Si-  
ciliam mis-  
sus est.

**37** Non diuīdā quidem freats præsidio; qui apim hoc faceret homo impius, & à vero Dei cultu longe abhorrens? sed sua ferocia potius, & copiarum multitudine confusus, erant enim centum fere hominum milia. Verum talis, ac tanta hominis superbia, & arrogantia, que ei hactenus res omnes prospere gesserat, tandem aliquando deprimit, ac conculcari debebat; maximeque consentaneum erat, ut à tam alto gloriæ fastigio ad terram usq; præceps laberetur; cum superbis Deus resistat, etenim cum Græci Regino actuosis nauigis (neque enim difficile est) transmitterent, Deo Israel præsente, ac ducente, ille cum illustriorem fieri victoriam vehementer cuperet, & Græcorum imperium, sine illa controvërsia sibi vindicare, tot nimurum copijs pollens, potensque id consilij aduersus Dei populum dolose, malitioseque vafer homo exigitavit, quippe ad omnia inceptanda facilis est peruersitas, omniaque fieri posse suadet, ei præsertim, qui opibus, potentiaque plurimum valet. Tribuldrum 27 ingentem fieri vim mandat, & circuus circa, vbi ipse erat, projici, adeo ut veluti tutissimum, ut opinabatur, facerent propugnaculum, arcemque munitissimam vti in ipso congressu, Græcorum equites, trajectis videlicet equorum pedibus, facili negotio vicitus caperetur. atqui non aduerit homo stultissimus Græcorum, quos lamias quibusdam planis, ac solidissimis pedes habere subligatos.

**38** Quid inter haec mirabilia effectus Deus, qui diuīdit mare, & Israelem populum fugitiuum saluum, incolunemque seruant, qui comprehendit sapientes in astutia sua? Græci, 28 ferrum, manusque cum hostibus conserunt. (ut interim ob eorum multitudinem, reliqua in medio cursu historię prætermittam) in tres acies à peritissimo ibo rei militaris duce distributi. sed proh rem, bone Deus, admirabilem, confessim Barbarorum exercitus in fugam conuertitur, cum né primum quidem ferre vello pacto nostrorum impetum potuisset, cadit quasi puluis ante Græcorum pedes, quoniam cecidit timor eorum super ipsos. iacet veluti lapis ferro, manuque fabrefactus: & qui superbia inflatus ante victoriam trophea sibi animo finiebat, atque somniabat, ut mancipium irridetur. dno enim erant, que secum dimicabant, ipsa Græcorum acies, & vehementis spiritus cuiusdam flatus, qui in hostium faciem magno cum impetu irruerat, ostendens diuinæ vltionis pœnas, propter illius superbiam in hominem irrogatas. Itaque in hunc modum cum suæ ille improbitatis pœnas perspicue dedisset, exiguo suorum numero comitatus, equorumque celeritate usus, vix Græcorum manus effugit, paruumque nauigiam confusigauit. Qui Sarac.

Tom. 2.

Etique exercitus reliquias sibi patræ, ac regno seipsum terens. Quid autem inde acciderit, dicamus necesse est, cum auditores rapiat in admirationem, habeatque non parum iucunditatis, ac suavitatis oratio.

Primum omnium gratiæ immortales agebantur Deo in bellis præpotenti, laudibusque in Cælum a suis pie, sancteque efferebatur, quod eiusmodi de Barbaris victoriam largitus fuisset. Quæ vero ad fidem, religionemque pertinent, in pristinam libertatem tantum asserta, cum antea magno in timore, ac terrore propter Tyranni immanitatem versarentur. Eni tuit, cluxitque veritas. Christi vero famuli, iugo barbaricæ servitutis erepto, facti sunt compotes libertatis, simul vincit carcerem mittuntur, captivi vinculis liberantur, & qui compedibus cohibentur, ijs potestas sit libere abeundi. Tum egredere de terra tua, & de cognatione tua, sicut aliquando Patriarcha Abraham, sic & magnus Philaretus à Domino audiuit, ac periculoso pelagus traijciens, veni, inquit, in terram, quam mostravero tibi, in qua etiam te opere maximo gloriosum efficiam: non in sortita terræ distributione, non in seminis, prolisque promissione, quam sicut stellas cxxii multiplicaturum illi Deus est pollicitus, non è somiorum coniectione, atque interpretatione, totius Regni præfectura, ac rei frumentariz summa potestate concessa, tamquam alij Ioseph, Iacobi filio, sed sanctimonia, ac iustitia, & magnorum miraculorum ostensione.

**29** Qui postquam freatum transmisit, Regino, quod Calabro litori adiacet, una cum parentibus pertransiens, inde 29 in Aulinas (sic enim appellant) cum ijsdem diuinitus aduentant. Aulinas inquam illas, quæ nobis, si cui alij, bonorum omnium caussa extitere. In ijs enim magnum hunc virum cognovimus: ex nobis initum, atque origo fuere, ut sanctius, perfectiusque virtus genus adinueniremus, atque sectaremur. ibi in quodam opidulo Senopoli (iq; nuncuparunt, qui primi illud tenuere) suum domicilium collocarunt. est vero regio illa optima undeque, & fructuum omnium secundissima. Verum cum part' eius esset agriculta, & ex sacris literis audiuisse, beatos eos appellari, qui darent magis, quam acciperent, quamquam ille multo iam ante ei rei assidueisset, ex proprijs sudoribus, ac magnum mercede victimum sibi querere, decrevit; cum & in labore, opereque faciendo, socium haberet filium. is autem quid multa? cum paullo post animula attendisset, & ad cogitandum applicuisse, secum ipse cœpit ante facta recensere, quomodo patria cessisset, quæ prius fuerit sibi vincendi ratio, quid in itinere, quid in mari contigerit, quaque ratione in extra regione vitam tradiceret, tum rerum mutationem, & sperum, durumque virtus genus, in primis vero reputabat ardenterissimum

Philaretus  
in Calabria  
cum parentibus traxit.

mum monastici instituti desiderium, quod se ab ineunte ætate vehementer incessanter, item reliqua omnia, quæ per ætatem ad lam diem meminisse potuisset, singula memoria repetebat. Confueuit enim animus mens, cum sese collegerit futura, & ante acta omnia in memoriam redigere.

Tum secum ipse, & cum anima sua colloquens, (magno enim erga Deum amore æstuabat) ac identidem suspirans Philippe inquit, (hoc erat ei nomen cum secula in habitum adhuc gestaret) quid cunctam iram quid pigritamur? siccine in posterum hic dormitabimus? quæ Deus, eiusque præcepta mandant, recognosce: euigila iam temporem excute, hinc sedecimam, quandoquidem nos Christus monet, nostramque salutem in dies præstolatur. non sane no[n] ter est mundus, nec quæ in ipso sunt vniuersa, non parentum amor, non dulcis amicorum consuetudo, non corporis illecebra, non iuuentutis deliciae, non ipse ætatis flos. prætereunt, pereunt isthac omnia, una tantum virtus, ut perennis, immortalisque habetur, à natura impetravit. Age iam, o vir us, quæ tui studiosos immortali gloria cohonestas, illos sane diuinos, omnibusque conspicuos reddens, te unam amo, te exspecto, tui solius uigenti desiderio efforror. Vos, Monachi, beatos appello, qui vos Deo maiestatis, abiectis, contemptisque mundi delicijs, ac sordibus, uti Deo arctius congeremini, eiusque regni efficieremini heredes. enim uirginitatem erit, cum vobiscum uia, atque inter vos versabor, suauie Christi iugum simul trahens? Quis dabit mihi penas. sicut columbae, ut cum Davide loquar, & volabo, & requiescam inter vos. ego inquit qui vos, ve[re]traque exspecto, ac discipio, vobiscum conquiescam. o Pater, Verbum, una diuinitas, ac regnum, respice quæsto amore in te meum, respice suspiria, meque mundo, caducisque, quæ in eo sunt, rebus tandem libera. adiunge me, o dulcissime, tuæ, diuinorumque, quæ circum te sunt, mentium beatitudini; utinam, quæ tam expetto, videam. utinam tuis fruar muneribus, utinam spes potiar meas, delecter gratia deliciae, particeps, sociusque efficiar sanctorum virorum, qui iam inde usque à mundi primordio accepti, placuisse tibi fuere.

Hæc cum diceret, lacrymarum vim, instar fluminis, ex oculis mittebat, erat quippe diuina desuper afflatus gratia, eiusque mens cœlesti lumine illustrata. Itaque simul hic satis, superque animum calefecit, intimisque præcordijs ignem accendit, hæc in occulto animi recessu magno cum dolore condita gerebat. neque enim cum parentibus consilia sua fas erat communicare, ut in proficatione sibi ne essent impedimento. sed interim ieiunijs plurimis, ac vigilijs, alijsque corporis macerationibus se dedens, spe cœlestium bonorum nutriebatur. puritate, ac virginitate animum exornare, temperantiam colere, ac ceteras virtutes, animique ornamenta sibi comparare. Quæcum ita esent, ac secum ipse voluaret locorum de-

serta, terræ cauernas, montium altitudines secretiores speluncas, in monachorum cœtra transire tandem decreuerat, miro quieti, ac paratæ, secretæque à seculi rumori bus uitæ desiderio inflammatus.

De monasticâ vita deliberat.

Sed cum tanta molientem, animoque fabricantem, parentes latere nullo pacto res pateretur, præsertim vero cum unicus esset ac vereretur, nè indignati ob occultæ secessionem, diris illum deuoarent, neque abiecti, minimique animi verbum aliquod in Deum effunderent, aut indignationis, iracundiaeque causa filius parentibus esse videretur; omnem consilij sui rationem, ijs aperiendam esse statuit, tempusque opportunum nactus, magna, ut docet reuerentia: Pater, inquit, tuq; Mater suauissima, iamdiu vehemens cogitatio animum incessiter meum, ossa, atque ideo medullas ipsas penitus edens, atque conficiens, quam vobiscum conferre iam pridem animus erat, sed sum maxime veritus, nè quid ægritudinis, ac doloris à me vobis oriretur, præsertim cum peregrinos hic esse vos sciati, patria, domoque carentes. nunc vero ab ipsa vehe mentis desiderij flamma stimulatus, rem amplius cœlare neque volo, neque possum. Duin ijs simul filij sermonem audiere, ipsum multa alia dicere parantem confessim interpellant, (mirum enim quam calida sunt in eiusmodi rebus parentum visceræ) atque his illum, animo consternati, magnoque timore perculti, aggrediuntur. Ecquid, fili carissime, sinistri aliquid, aduersisque tibi evenit? age iam quamprimum nobis aperire, nè graueris. hic vero (ut potens, vehementerque erga Deum est amor) vrit me, inquit, cupido solitariorum uitæ, adeò ut ferre illum neutiquam possim. solidæ mihi noctes vigilantur; diesque mihi ducuntur luceis, latitiaeque expertes, ipsa mihi vita gravis, molestiaq. est, cum nihil in ea sit, in quo me oblectet; Christi iugum exerto, eius crucem humeris gestare, atque pone illum consequi vehementer cupio.

Parétes ubi hæc audierunt, eumq; ita affectum esse sedulo cognoverunt, quamvis essent, ceteroqui pii, ac religiosi, ijs tamen nescio quis tristitia, ac doloris sensus fuit, neq; enim mirum, ex scilicet consuetæ hominum sunt affectiones, genitorumq; amor clemètior, atq; indulgētior in huiusmodi rebus esse solet, quam in alijs. Verum tamē simul constantem, firmamq. filij sententiam intelligent, cum ab emicante in eo animi ardore, tum à susceptis, ab ipsa ineunte ætate, pro virtute comparanda laboribus, cum maxime ab assidua carnis castigatione simul vidētes fieri non posse, ut à tenaci proposito ille nonquam dimoueat, sed nisi volētes, libētesq; abeundi faciant potestatē, clam illum omnino profecturum, ex quo grauiorē tristitiam, ac mororē caperent, præpotentē Deum, qui ita facere sibi videretur, gloriolum prædicantes, debitasse illi gratias persoluētes, ei libere abscedendi faciunt copiam; abi, inquiunt, fili, abi iam, & bonum, prosperumq. tibi iter con-

Feliciterat  
Monachoru[m],  
vige genus  
inardet.

tingat. neq. in sacrosanctis. Deoq. accep-  
tissimis preceptionibus nostri vñquam te  
capiat obliuio. is autem in genua procum-  
bens; pedesque amborum amplexatus, des-  
culandi, lacrymisque irrigandi nulum mo-  
dum faciebat. duo interim, eaque hone-  
stissima p̄f̄tas, & gratias illis agebat, quod  
abeundi facultatem impertirent, & ab ijsdē  
enixe expetebat, vt eorum preces itineris  
comites ne denegarent. Hic parentes natū  
e terra erigentes, amboque pariter com-  
plete&tes, valere iubēt, ac prospera, fortu-  
nataq; omnia à superis preceantes, inhūc mo-  
dum, magno cum fletu, ac dolore dimitunt

Adolescens vero, vt qui mundum, mun-  
dique omnia derelinqueret, ingenti gaudio  
delibutus, ac Deum optimum de huiuscē-  
modi rebus laudans, domo egreditur. Illud  
veluti dexterum quoddam præludium suz  
ad Deum ictoris usurpare incipiens: No-  
tam mihi fac. Domine, viam, in qua amba-  
lem. Cōfestim autē vbi ad monasteriū 30.  
quod Sancti Elie vocant peruenit, gradus  
fistit: illius inquam, qui in diuinarum re-  
rum contemplatione plurimū valuit, quēq;  
Iuniorem historiā, quā de eo conscripta  
est, solet appellare; neque inde vltra pro-  
gredi volebat, seu, vt verius dicam, vale-  
bat, sic decernente diuina prouidentia. fu-  
eturum enim erat, vt decertatis diuinis illis,  
ac supra naturę vim certaminibus, eidein  
postmodum monasterio ornementum,  
gloriamque non vulgarem pareret. cumq;  
huiuscē monasterij Præfecto, qui ea tempe-  
state Orestes erat, vir omnibus conspicuus,  
sui copiam faceret, ante eius pedes proue-  
latus, rogat ab homine aliquod preceptionū  
suarum subsidium; deinde audacter, ma-  
gnaque cum fiducia consilia sua omnia illi  
exponit, suuīque solitarie vita desideriū,  
quamque vehementer expeteret indui ha-  
bitum monasticum. tum benedictione ei  
impertita, ingenti lētitia cumulatus in ce-  
terorum fratrum numerum cooptatur,  
quintum supra vigesimum etatis sue an-  
num agens.

Hic pijs, religiosisque exercitationibus  
sedulam operam nauare, & cuiuscumque  
ministerij genus rite cœpit obire. Verum  
simil ille hominem videt obedientia præ-  
clare ornatum, ac patiētia, fortitudineque,  
ac ceteris virtutibus insignem, ex presenti-  
bus coniecturam faciens, de rebus venturis,  
fratres, cum admiratione, inquit, enim ve-  
sto hic magnum se aliquando monachum  
præbebit, præstabitusque, si tamen ei diuina  
gratia ad finem vñque non desit. nec vana  
fuit vaticinatio: Nam hac ratione cum se  
satis exercuisset, monasticisque institutis  
rite informatus statum à patribus exercita-  
tionis tempus exegisset. Sancto, Angelicoq;  
habitu ilium induere cogitabat. Præfectus;  
qui iuvenem aecersens, age, inquit, fili, iam  
confectum est tibi monasticæ probationis  
tempus, iam spes, desideriaque tua suam  
sunt finem adeptā. nunc vero illo te diuino  
monachorum ornatu regens commilitonē,  
pugnare socium fratrum numero hodie-

na luce adscribo; tu vero, fili, quandoquidē  
tibi maiora sunt certamina, grauoresque  
labores subeundi, si sub cælesti rege metere  
in animo habes, probe noueris. ingentes ti-  
bi labores cōmunem omnium hostem pa-  
raturum, multumque tibi in cursu puluerem  
excitaturum. Studet enim si qua te ab ho-  
nesto virtutis studio possit renocare. Quis  
vero vñquam inermis, ac sine gladio mi-  
les, hasta, ac clypeo congregā cum hoste  
ausit? Sed neque Palæstrita cum suo aduer-  
sario pugnat, quin in arenam prius desce-  
derit, tunicaque abiecta in medio theatro,  
nudus infistat, puluerem ventilans, solūque  
manibus pulsans. quamvis autem ante-  
acto iam tempore, ad comparandam virtu-  
tem, totis neruis, totisque p̄cordijs incu-  
bueris, id quod gratum, acceptuque Deo  
fuit; is tamen hoc studebat, vt præclara-  
tua certamina, spiritalesque pugnæ veluti  
ex tenebris ad lucem vocarentur, & ex acu-  
tissimis spinis iucundissimi fructus excep-  
perentur. Vetus tamen bono animo esto;  
vinces sat scio, de que tuis hostibus insignē  
victoriā reportabis, si e fide tamen mu-  
niueris, spe obarmaueris, caritate contex-  
ris, ac per obedientiam, animique submis-  
sionem, de terra ad Deum contenderis te  
subleuare.

H.c vero iterum in genua procumbens,  
consuetaque cum reverentia salute illi im-  
pertita, omnes hostiū insidias diuina aspira-  
rante gratia, eiusque precibus non mediocriter  
adiutum stabili, coulanti, que tide se  
vicisse, ac seruatum esse incolunem, inge-  
nuie profitebatur. Tum congregato omni  
monachorum cōtu, peractisque de more  
ceremonijs, sacro sancto, ac cælesti eum ha-  
bitu induit, munitque mysticis armis, scuto  
nimirum fidei, ad ignescētia omnia aduer-  
sarij tela retorquēda, thorace caritatis, bo-  
na omnia in se se cohidentis; galea vero  
spei, vt nequissimi tela omnia posset extin-  
guere; demum hasta, quod verbum est Dei,  
vt ea inimicissimum sibi cacodæmonem  
contrucidaret. atque hæc etiam ad ea, quæ  
videmus, sensuque percipimus, possunt  
adaptari. ac primum thorace in 31 quidem  
sticharium intelligamus. deinde quod supra  
ceruices, ac scapulas est, quodque etiam  
pallium 32 vocare consueuimus, scutum  
appellemus. sed galea sit, quod capiti im-  
ponimus, cui cucullium 33 antiqua Patrum  
cōsuetudo nomen fecit; pro hasta denique  
ipsa Christi Domini crucis effigies nobis  
vñsi esse potest. quam in fronte fideles om-  
nes perpetuo gestamus, qua perinde atque  
ab hastæ ita noster hostis confuditur. nec  
interim cingulum ornatum cū suo mor-  
su, quorum alterum libidines nostras coe-  
ceat, ne vñquam animus ab ijs ad corpo-  
ris illecebras trahi se turpiter sinat, præci-  
pueque cum hoc sit militis signum. alter  
vero quasi clavis cum Christo vna nos cru-  
ci suffigēs, cum quidem verum Christi mi-  
litem reddit, qui non aduersum carnem, &  
sanguinem, sed aduersus principatus, &  
potestates, reges, tenetrum huius  
seculi,

30  
Ad Mona-  
steriū S.  
Elie Iuni-  
oris con-  
dit.

in custou-  
fratrum re-  
cipitur.

Abbatē in  
admiratio-  
nem rapit.

31

32

33

facili, pugnare, atq; ire contra meditatu: Itaque Philaretum cum ipse, tum omnia monachorum conuentus sacro osculo cum salutatent, admonebat, ea enixe facere tu deret, quæ grata, placitaque Deo esse it. hic vero ut desiderij, quo iam pridem te rebatur, factus est compos, diuinisque se vestibus ornatum videt, ignes ignibus cumulat, & desideria desideriis inflamat, priorisque viuendi rationis oblitus, noua rerum exordia adinuenire, in posterum excogitabat, ut qui sedulo studeret, nè villo pateficeretur, parumque accurate se gereret ad ea temperanda, quæ tantopere expetebat, atque ita paulatum calore postmo lumen extincto, confessim cœlesti gratia orbaretur. Caritatis enim ignis, deficiente paulatim vehementi piarum commenationum studio, trespescit adeò, ut tandem aliquando extinguatur, consumque deserat eum, qui se ante possidebat. Iam vero cum Dominum ipsum de paupertate ad discipulos differentem audiret, neustquam duas habere tunicas cōportere eum, qui ad Euangeliū sequendum se accingeret, primu mto lam abicit, deinde alteram etiam tunicam unica tantum contentus, quam sufficere sibi existimatbat, cumque rursus auribus vñs pater illud Apostoli, quam speciosi pedes euangelizantium pacem, ac bona, nudis peribus incedere constituit, ad hæc cum cœgia illas ac supra naturæ vim Moysis, Elias, atque adeò ipsius Christi ieiunia cognitæ, per integrum hebdomadam, sèpe etiam per duas à cibo continenter abstinere continebatur. Quin & magni Antonij silétium B. Ephracm lacrymas, rursus Sabbath, Theodosijque pugnas, atque certamina, quæ clā gerere conlueuerant, omniu[m] inquit deinceps Sanctorum Patrum præclaræ faciūora, ac documenta virtuti imitari, summa ope contendebat, in primis vero Elias 34 Iunioris vitam suspiciebat, eius insistere vestigijs, quæ ad eum fieri posset, studens, nihilque gratias, ac lucidus sibi poterat cœnire, quam ut res præclare ab eo gestas audiaret, hinc librum, in quo ex continebantur, assidue præ manibus habebat.

Verum enim verò hactenus ab ingenti desiderio stimulati, ac sanctis patrum iussis coacti dicere, ac literis mandare pro virili nostra, alacris, libentique animo sumus con-nisi. In posterum tamen cum immensum mare nobis raijciendum videamus, ac profundissimam erum labem, atque voragine, viterius progreedi metu, ac timore percussi præpedimur. Atque hoc ipsum est, quod sub initium orationis nostræ pertimescebam. Verumtamen sanctissimi viri precibus subnixi, periculo nos rursus committere non dubitamus. Igitur cum ea ita se haberent, ac magnos quotidie in virtutis via progressus facheret, bonisque spiritualibus partim iam potitus esset partim se cumulantum olim crebris ad Deum precibus offendendis speraret, monasterij Præfectus hominem ad se acciri iubet ac blanda, leuique oratione vreas illum enim obsum-

mam vita sanctimoniam magnoperd regis rebatur). Philarete, inquit, carissime, (sic enim post monasticum habitum nomina-tus est) boum prefecturam suscipias velim. hic vero, ut præ nimia verecundia, ac modestia erat, oculis in terram demissis, eos paullo erigens, ac summa cum lenitate, ac decora verecundia in senioris aspectum conuertens (inerat enim in sancti viri facie quædam suavitatis, ac lepor, quæ eius virutem satis omnibus indicabat) modestus respondit, ego vero Pater venerande, cum in Dei, tuasque manus animam tradiderim meam, qui fieri potest, ut in posterum voluntatem habeam, iam enim te, post Deum, sicut anima, sic etiam vita meæ curatorem ac tutorem ab initio, delegi; proinde recte intelligo, ad communem omnium iudicem Deum nostrum, illo metuendo iudicij die, te potius pro anima mea rationem, quam à te Deus postulabit, redditurum: quare nihil est, cur tibi aduerser, Pater, quidquid enim noli mandaueris, prompto animo scipiam; hoc vnam à te contendens, ut tuis precibus subleues tenetatem meam. id & ipse, & omnium Monachorum collegiū pollicitus est, cum hoc solemne sit Coronobitis.

Monast. 34.  
menis pre-ficitui.

Illud præterea addidit magnus vir, scis. Pater vetende, nouitum me esse, magna que ex parte disciplinarum expertem, ac mihi veltris precationibus mihi opem afferatis nonnullum periculum sit, nè dilanier ab eo qui tamquam leo rapit, ac rugit, facilioreq; négotio deuorer, quam animalia in campis pascentia à potentioribus belluis. neque verò, ut probe nosti, de leui negotio, ac reparti momenti hic agitur, sed de anima salute, quæ ad præpotentis Dei imaginem est efformata, æternæ, immortalis, interitus, materiæque omnino expers, vniuerso mundo, & quidquid in eo sit, longe pretiosior. at ille, ita eit, inquit, sed ego infinita, incomprehensa que Dei misericordia tre-tus, spero fore, ut ab omnibus inimici laqueis, atque insidijs incolmis seruere, filii, si tamen ipse etiam salutem tuam continenter curare numquam destiteris. neque enim obedientia studio satis est, ad virtutis perfectionem parandam, senioris sui continua ad Deum precationi, nisi ipse quod in se eit, afferre etiam conetur, ut hinc duplice in Deo coronam referat. Cum enim intercessoris vice fungatur senior, ad eos omni ope iuwandos, qui per obedientiam ad Deum ascēdere vehementer expetunt, ab eo certe ratio reposcetur, qui eam reddere quidem paratissimus esse debet, sed haud de omnibus omnino, sic enim esset liberum illis arbitrium de medio tollere. neque præmium, aut supplicium ei rite obtingeret, cui vel maxime debetur, quod est à ratione valde alienum; verum partim, ego, quippe qui animarum curam suscep-rem, partim etiam qui virtua potuerunt curare, ac virtutem adipisci, cum naturali- operandi facultatem Deus illis attribuerit.

Vbi dicēdi finem fecit senior, fratrefig-

Qua pietate  
præfecturā  
boum susci-  
piat, & ob-  
egit.

Hebdomā-  
dian vnam,  
duasq; à ci-  
bo, subitum.

85  
Qua pietate, præfetam bonum suscipiat, & obeat.

monasteria Dominicana cogi iussisset, ipse etiam ingreditur; cumque 33 trisagium, cū omnibus inciperet, ac quinquagesimum psalmum vtrinque simul recitassem; vide te, inquit, fratres, ( magnum virum illis indicans ) hunc ante velutum omnium aspectum bobus præficio. ille autem ad pedes senioris accidens, solam lacrymam irrigabat; omnesque, inquit, pro me ad Deum preses effunderetis, vellem, cum singuli proclamat: Domine misere. mox lacrymantibus adhuc oculis, hominem è terra sustollunt, ac se mutuo amplexantes, & ut sit, salutantes, dimittunt; magna cum latitia, laudes Deo concincentem. Is vero è monasterio egrediens, illud Davidis canere occupit: Domine, probasti me, & cognovisti me. simul autem ad animalia propria accessit, eaque per prata sibi cibum queritatis conspergit, mente, animoque mirum in modum inflammatus, manantibus affatim lacrymis: Qui pascis Israel, intende; qui deducis velut ouem Joseph, rurus cantabat. post paullo inde in tugurium proficisciens, illud: quam pulchræ sunt domini tui, Jacob, lacrymans memoria repetebat; sed ut ad pastores venit, eas blandi mutuis amplexibus salutauit.

Atque iam prandij tempus aduenierat, appositaque mensa, cibum iam tum erant sumpturi. primū gratias Deo agentes, cōsuccasque precatiōnes vna proferentes, omnes, quæ parata erant, caseum, ac butyrum comedunt. Sed diuinus Philaretus solo pane, & quibusdam oleribus, quæ paſſim occurserant, excerptis, natura necessitatī indulgebat. secum enim ipse statuerat, iam tum cum hanc sibi curam demandauit senior, nihil omnino ex huiuscemodi rebus attingere, dum hoc munere fungeretur, quem morem non tum modo, sed toto vita suæ tempore semper retinuit. neque homini precibus umquam adduci potuit, ut aliquid huiusmodi degustaret, quod gens illa rustica vehementer admirari, ac suspicere solebat: qui, dicebat, fieri potest, ut hic, cum imenī adhuc sit& in ipso effervescentis exatis flore, eo continentia, ac temperantia pertulerit. ut libidinum suarum habere modum sciat; profecto quideam iste nequam homo vulgaris est. quin egregie se olim virtutis, ac sanctimonie virum omnibus ostenderet. ex eo tamquam patrem, ac rei pecuarie principem, tum in virtutibus præceptorum, ac continencia ducem, rerumque suarum moderatorem, si quando aliquis à recto aberraret, & habebant, & renerebantur, ea enim virtutis est vis, ut vel ab inimicissimo homine sibi honorem, ac reverentiam vindicet.

Verum ille quotidie ieiunare consuebat, semel ad nonam pane tantum, & gelida potionē se reficiebat, quibus silvestris, etiam olera addebat. Potro existimabat hanc sibi demandatam prouinciam occasionem fuisse, ut voti fieret compos sui, nimurum ut quemadmodum veteres illi, ac sancti viri, Moyses inquam, & Elias, & qui

post illos floriueret, non ita temere, & quasi fortuito, sed ex industria, studioque eternam coleret, ibique versaretur. idque diuino factum consilio ratus, immortales Deo gratias agebat, quod se assuetum videret, quod iam inde a puero tantopere cupivislet, ac proin seniorē vehementer amabat, quod ei se muneri destinasset. ceterum illud admiratione dignum, quod vbi philosophiam addiscere, difficile omnino, alijs videtur, quid enim cum re pecuaria philosophia? id ipsum ibidem perfacile sibi ducebat, solitarie, secretaque ab alijs vita desiderio vehementer incensus, hinc mira animæ puritas, ac candor nulla scelerum, ac vitiorum colluuiione contaminatus. eratque, ut cum diuinissimo vate loquar, tamquam lignum, quod plantatum est, secus decursus aquarum, in lege Dei meditans die, ac nocte; aut tamquam pomum, ut Salomonis utr̄ verbis, inter ligna silue, diuinis perpetuo bene redolens virtutibus, precatiōnis studium numquam interrumpere, animi cogitationes perpurgare. latere vero maxime studebat, ut iij, cum quibus versabatur, nihil omnino de eius virtute, ac sanctimonia subodorarentur; si forte euenire umquam potest, ut lucerna minime omnibus luceat, in maxime ijs, qui purgatos habent animi sensus.

Nec interea tame rei pecuaria curam negligebat, aeo ut bubulcis ipsis in labore, ac sollicitudine nihil concederet, imo etiam longo intervallo anteiret; hiemis frigore, & zstantis calores cōtāter ferēs, cū per summa montiū, ima vallium, riuos, fluiosq; peragrare ei necesse esset, ad pabula pecori curanda, vbi cum glacie, ac gelu, cum niuib⁹, ac ventis noctu, diuque sibi erat dimicādum; nonduas ut duceret uxores, ( ut obiter quod de Patriarcha Jacob secundum literam refert sacra historia, hic etiam attingamus) sed ut actionem, & contemplationem, duo verū sapientia fastigia, sibi vendicaret, quod infirmum erat, consolidans, quod ægrotum, sanans; quod confractum, alligans; quod abiectum, reducens; interdum in móribus sub dio, cum pecore, noctes integras, vigilare cogebatur; ut certa interim illis cogitanda reliquamiis, qui in eo genere non nihil sunt versati. Quod vero attinet ad exercitationis, virtutisque studium, in quo vñque ad sanguinem fortiter pugnauit, ad cuius nam ex sanctissimis illis patribus exemplum effictum, efformataque oratione, hic nostra repræsentabimus?

Pugnas item eius, ac certamina quæ poterit oratio explicare, quæ lingua percensere, quamvis præclarissimo dicendi genere exornata? quis demum labores, sudoresque exequi, quos fortis ille, constantique animo, in virtute comparanda, diu, multumque pertulerit? vbi enim erat illi in ea præfectura ledī mollitudo? vbi cubilis splendor? vbi catastromatum, ceterorumque, quibus folium insternitur, ornatus? cum esset vñca tantum tunica, siue indumento pro

Affi luom  
orationis  
studium.

Philaretum  
pastores  
oēs ut patē  
reverentur.

Ieiunia eius  
quotidiana,  
et leuissima.

Quis aeti  
ca eius cer  
tamina ex  
plicet?

pro his omnibus fatis, superque contentus: vbi baneorum illic deliciae? vbi amicorum, ac necessarium cōsuetudines? & alioquin? vbi panis, exquisite elaboratus? vbi cœdibres & quoris pisces? vbi oleum, ceteraque id genit, quibus epula condimuntur, quorum viae quidem nomen agnoscet, non aut unius, pioniorū pater, suas ibi vices habebat, non vinum erat ad corporis vires retocandas: non sacra eloquia veteris, nouique testamenti illuc audiret, aut psalmodie sonum, sacrosque hymnos, ac cantus, quibus maior, tristitiaque anime aliqua ex parte leniri, ac leuari solet; quod grauissimum, molestissimumque malorum omnium, que ibi aderant, videbatur. nisi forte dicas, nihil horum indignam fuisse illum, qui Christum, honorum auctorem omnium, in se se habitantein contineret, Verum tamen nihil ex his ibi erat, sed desertus, vastusque locus, ac squalidus ijs, qui secundum carnem viuece decreuerunt: sed ut verius loquamur, huc omnia suaassimilē illi erant deliciae, animi oblectamenta iucundissima, propter suam de futuris præmisi cōceptam spem.

Neque vnam illuc pugnam sustinuit, sed alteram priore minime inferiorem, ne dicam grauorem, fortiter perseverare necesse habuit, nam cum tot, tantisque labores pro virtute exantlasses, sudoresque effundisset, ad noua iterum certamina vocatus descendit strenuus athleta; demandata eiā seniore equorum præfectura, una cum boum, quod ante habebat, ministerio. Sed bono animo estote, non animis despondite, bonus gladiator, nequaquam iniustissima eius constans turrim labefecit novum, pugnae genus, certaminisque permittatio, potius enim animum, ut eisque addidit promptioriisque ad dominandum reddidit, atque in hunc modum victor ex prioribus illis certaminibus eit egreditus. ac quis nos separabit a caritate Christi? magna cuncta latitia, cum Paulo dicebat. iam vero probemus nos, qui subeundi labores, sudoresque effundendi, in agendis ad pabulum equi, in quibus præter eternam eorum naturam, numquam certus videri potest otio. nam, & si suos ductores, ducesque habeant, illud tamen habet incommodi, velocitate enim pedum valentes, neque facile ad pastum se leagi sinunt, nec ut melius dicam, possunt. sic impetu quodam, nunc intollerabilissimos mortales seruntur, nunc per valles locaque frigida discurrent ad pastoriē; cum equi natura calidissimi sint, ac feruidissimi, ac proin ad suos appetitus vehementius, ac validius rapientur, quam cetera animalia;

In eorum itaque cura cum aliquod tentamus, cum magna tolerantia, ac fortitudine, se exercuisset; quoniam haud consentaneum erat, hominem rationis, cogitationisque diluvii participem cum brutis ratione carnis tibus omnem etatem exigere, ac superna ciuitatis ciuem omnīs esse humanae cōsuetudinis expertem; nisi forte hardi quaquam his omnibus destitutum appellaveris, qui diuinis contemplationibus periret.

neque dicens exiles patens, qui hominem in laboribus subiequarent, ac placide consolare, ut etiam in monasteriū recocatur, haud sine magna celestis nullius prudentia. Decebat eum, ut eremus a præclaris eius facinoribus non parum fuit illuditata, ita hoc contumere cum, qui virtuoso terrarum orbi lumen, ac decus esset attaturum. ac vero quoniam monasterij fecimus mentionem, laborumque, quos in eo pertulit præclarus athleta, credite, totus comoneor. Auditores, ita ut lacrymas tenete non possum, cum vix apud me sim, adeoque sitque præcordia, ut parū absit quin amens, exterratusque videar. Sed oratio vos pia, ac religiosa concio, ne me putatis ita temere, ac fortuito loqui, cum huicmodi verborum lenocinijs naturaliter detestata uesciam, neque vnguam didicerim. Verum & ipsa rei notitas, vehementerque perturbatus animus pre gaudio, ac voluptate lacrymas ex oculis elicunt, ipsunque athletam in arena fortiter dinicantem oculos ponunt, neque me finunt, omnino sine motu, aliquid ex his, que ille geslit, in memoriam renocare. cum enim in ea, quæ supra se sunt incidenti animi mens, extra se magna cum admiratione rapitur.

Sed ut eo reuertatur, unde digressa sinezat oratio, relinquit montiam, altitudines, valles, speluncas, saltus, rupium cauetas, ferarum consuetudinem, serpentium societatem, cum equis coniunctum, ceteraque omnia, quæ in solitudine reperiuntur, quodque omnia est palmarium, & admiratione magnopere dignum, turbulentos, animi motus, prauaque libidines, ac perturbationes, cogitationum bella, ac seditiones astrenem humanæ naturæ licentiam, ac dampnum quidquid prau, malique misero, atque infelici mortalium generi a principio evenerit. quid vero pro his attulit, cum ad nos venit, singulis virtutis homo? magna emperio, ac se, susque laboribus maxime digna, estote animis. Auditores, & aduersitate, attulit, iniquam, sedatas animi perturbationes, cogitationes, compotitas, incurias tranquillitatem, motum disciplinam, sceletu, virtusque omnia exterminata, atque profugata, ex quibus aetioris ac contemplatio gignitur, quæ mira, egregiaque in eo existere. Sed huc usque prospera vni sumus nauigatione, dum, Deo bene inuante, res nobis bona cederet; sed nunc distinguitur, ac periculis vndique cingimur: in posteram ille nobis praesto sit, redigatq; in memoriam, ac doceat quæ dicta a nobis importeat, qui docet hominem scientiam, qui Deus est ante secula, & vulnerorum Dominus, qui verba subministrat verbis egenis, ne in posterum naufragium facientes, misere pereantur. fertur enim occasio nosterum naufragium non iam ad circiferas portus, & ad ipsum pugnae certaminisque finem, qui enim fieri potest; ut in pelago ipso portus appareat? Sed per epoldam inaccessos, latentesque scopulos, per sykes, breviaque ingratissimis abri-

72  
Rerum  
emonitibus  
in Monaste-  
rium.

Quæ secū  
bona ē soli-  
tudine at-  
tulerit.

pintur, neque vterius prouochi permittimur. Sed tu, o verbum Dei, & Deus, sic enim praestat te appellare, sapientia Dei, Patrique consubstantialis, illiusque signaculum, ac verissima imago, eiusdemque aeternitatis figura, ac gloria splendor, fons, & vita, veraq. lux, his enim nominibus a nobis appellaris, cum his longe te maiorem esse intelligamus, neque, quamuis indigni simus, qui hoc prestatemus, qui tuus in homines est amor, irasceris, aut indignaris, natura bonus, ac mitis; rora nobis miserationum tuarum rorem, instilla in arescentia nostrum omnium corda e tua sapientiae abyssis cognitionis guttulam, qui vel supra duarum petras cum tibi libitum fuerit, seminare soleas, vberrimosq. fructus de lapidibus capere: age iam, Christe optime, largire nobis Sancti tui Spiritus gratiam, pacatulum, per quem & pescatores diuina loquuntur, ac rudes, omniumque disciplinarum expertes sapientiam adiuueniunt, & absconditam Dei sapientiam in mysterio loquuntur; mentem nostram illustra, ea que tua gratiae splendore range, concita, inflamma, neruos eius contendit, vias complana, linguam emunda, inscitiz viscicula, quibus obligatur, exsolue, ut fluere possit oratio. Ita enim famulus tuus, ad finem usque a nobis commendatus te Deum ante omnia secula, ac verbum latum, gratansque gloriosum praedicabit.

Age vero quandoquidem a Deo, Deique laudatione exorsus sum fumus, sequitur nunc, ut dicamus, quid magnus Philaretus gesserit, cum tot tantisque donis auctus, ornatusque, ex monte in Monasterium reuertit. Itaque ubi post tot praeclara certamina, veluti alter vetus legislator, ex solitudine descendit, minime vero tabulas lapideas ferens, sed optimas monastici instituti leges in corde descriptas gestans, sacro monasterio redditur, tot tantisque bonis illud daturus, exceptit hominem ingenti cum latitia monasterij Praefectus, eiusque sedulitate ac diligentiam, in demandato ministerio, summopere commendauit. veni, inquiens, fili carissime, quandoquidem tolerantia, tuaque obedientia super omnes tuos aequales hodierna luce enituit, diuque in belluarum praefectura desudasti, in posterum te quietum reddere aequum est, istoque onere leuare, atque minime ille aduertebat ad maiores se esse, grauioresque pugnas destinandum. Iam enim, inquit, optime noui, quid illic rerum gesseris, nihilque me latet, quamque praclare tecum sit aegidum; res a te gestae mihi sunt testes laudatissimi, tu vero interim tamquam aurum probatus es, & tamquam argentum elaboratum illustratus, atq. instar lapidis pretiosi omnibus ostensus.

Tum digito locum quemdam ostendens, ille, inquit, locus, qui nobis est regione est, neque longius abest a monasterio, quam quo lapidem aliqui sorquerent, aquis maxime abundans, ac nonnulla adhuc seruans vestigia antiqui cucumerarij, sed totus durans, ac virgultis filuescens. illuc igitur te.

Tom. 2.

cofer, inquit, & lutum, voraginemque omnem cum expurgaueris, tuguriumque tibi construxeris, locum redde omni olerum genere consitum, quæ fratribus vsui esse possint. ibi ille, vnicum obedientia receptaculum, qui nonquam repugnare, obstereque didicerat, seniorem, ut consueuerant, reuerenter salutans, ad demandatam sibi prouinciam capessendam, fortis, magnoque animo proficiscitur, ac ligonem accipiens, ceteraque huiusmodi rustica instrumenta, quibus terra frangitur, ac ceno, virgultisque omnibus locum expurgans, statim hortum facit omnibus oleribus consitum, paruamque sibi casam, in qua habitaret, sicut sed quod paulo ante per quamdam allegoriam pelagus, syrtes, scopulos, dicebamus, ab his tamquam ab exemplis, ac figuris in ipsam rerum nudam veritatem iam peruenimus sed bono animo sumus, neque quidquam pertimescimus, cum prope adsit gubernator, qui imbecillitati nostræ opem afferat, dirigatque nostra orationis cursum.

Itaque tuguriam ibi cum posuisset, ecce varia olerum genera, ac nonnullas etiam stirpes, ac fructus percipiendos ferere, hortumque accurate, diligenterque curare; si liceat tamen horti-præfectum, o litoremque eum dicere, qui omnis virtutis, cultor, ornatorkque sit, igitur cum eo loci versaretur, ac laboraret, binas sustinen's pugnas, ac certamina, illud consilij caput yit profecto sapiens, ac sapientum omnium, ut ego existimo, sapientissimus. mirum enim quam veloces sunt puræ mentes ad boni, honestique indagationem, nempe per totum vitæ suæ cursum, quantum in se esset, ex viuendi rationem instituere, que hominibus quidem obscura, occultaque esset, sed vni Deo cognita, eiusque oculis maxime digna: Etenim probe norat, qui a multis gloriam expeteret, cumdem a Dei gloria longo aberrare, atque id iure quidem optimo, inaudierat enim a Domino dicente: nesciat sinistra, quid faciat dextera, proinde cum ad Deum oraret, a nemine umquam mortali se conspicere omnino sinebat, nec ploratum, dum quiesceret, neque verò eius tugurium praesertim interdit quis occulsum vidit, ne suspicandi ansam daret, domum orationis, orationi vacare.

Porro ea erat victus ratio, ut quotidie ad nonam, ut sibi videbatur, cibo se reficeret; atque is erant concisa quædam olera agrestia, sed laute, opipareque, obsonabatur, cum falcomesset. Rursum secum ipse statuit, nihil omnino ex oleribus, quæ ipse coleret, hortusque ferret, umquam se gustaturum, quod ad vitæ suæ exitum vir masculæ virtutis generose, constanterque, in multa fortitudine, ac toleratia seruavit, potus perpetuo erat ei aqua: interdum vini aliquid sumebat, idque propter eos, qui se arbitraretur, ac viderent: piscis vero valde parum, cum scilicet latere non posset, inuitus attingebat. Ceterum lac, butyrum, caseum, ex quo rei pecuniarum praefectus est, ijs, qui vesci vellent, Horridum condonauit, sed vestis, quæ nuda corporis indumentum.

Asperima  
D. Philareti  
victus ratio.

Ad hortos  
excolendos  
destinatur.

membra cooperiret, ex paleis erat, instar crassioris sportæ contexta, loculi speciem ad amissim referens; his cāmībus intexta asperam, horridamque reddebat. hæc supplebat necessariam indumenti vicem. exibile in nuda, simpliciisque humo iacebat, asperioribus quibusdam ramis stratum, ac sic no, paleisque superieclum, leviter tamen, nè cubandi ratio ab illis, qui eo penetrarēt perspicerebatur. lapis, isque etiam feno rectus erat ei pro cervicali, sed cuiusvis operiāen ti vices simplex vestis, ex setis texta, obibat: ex feno etiam erat velum, quo caput regebat, item ex paleis calceamenta, quæ instar cuiusdam crepidæ sibi aptauerat.

Porro fortunatum illud, ac sempiterna memoria dignum tugurium cunctis bonis, quæ in mundo conspiciuntur, abundabat, q̄ his omnibus careret, unum hunc solum, ac diuinum thesaurum in se continēt, ac claudens, erat verò in horti cultura assiduus, fūne, seu catena cingebatur moré veterum patrum, sed minime necessaria ad corporē, ac segniter excutiendam, cogitacionumq. elationem reprimendam, si fas est tamen dicere, cogitationes humanas in Angelo reperiri; an vtraq. rectius appellare additamenta minime necessaria, ad interrumpendum, assiduumq. quo Deum ardorebat, studium, formam, vt aliquis loqueretur, exemplarq. sicuti in rebus alijs omnibus, ita in hac le præbens, qui ita minime degenerat, vt vel per eius facta docerentur, ne iners, ac remissum vitæ genus traducerent. Animi sensus, si quisquam aliis humiles, ac demissos habebat, silentij vero adeo tenax erat, vt neq. à domesticis, ac familiaribus, cum quibus versabatur, conueniri posset, idq. vehementer omnes admirarentur. Nouerat enim mira virtutis homo, accurateque didicerat, in multiloquio, vt sapientissimus Salomon ait, non deesse peccatum, lingueq. lapsus frequentiores esse, grauioremq. ruinam afferre, quam qui ex altissima aliqua specula præcipites ruerent. quippe in ijs corporis, interitui obnoxium, iedi solet; in illis, verò animus, qui à coaccretione materiæ liber est, & immortalis, sed enim pauca loquebatur, eaq. satie diu, multumque secum cogitata.

Illud vero dicitur, absurdum esse, monachum superbia efferrari, qui se, suamq. vestiendi rationem intueatur. quid 36 enim dicebat pallium est, nisi fletus? quia analabis, 37 nisi crucis effigies. quid cucullium nisi cadaueris in sepulchro conditi formam præfero? quid porro detonsa coma, caput que rasum aliud significet, quam rerum omniam, quæ in mundo sunt, spoliationem, atque contemptum? & de illis, qui pacatum, quietumque vivendi genus delegissent, dicebat; nihil curare eos debere fluxa, caducaeque, quæ infra lunam sunt, nè cum re ipsa, simul etiam nomen amitterent. de monachis verò, qui intempestiuæ, ac sine causa temere per orbem vagarentur, ac circumirent, cauendum ijs summopere, dicebat, ne longe ab ouili aberrarent, cum multe-

sint fere nobis inseritum affidue meditantes, ac molientes, ipsis preterea, qui in spirituali agone se conieccissent, nè abiecto, paruoque animo essent, sed in laboribus, ac concertationibus, ad finem usq. constanter perstiterent, ac permanerent, ex parte clares Dei misericordiam, in caritate Christi, ac spiritualibus visceribus suadebat. accedentibus vero ad se obedientiæ cultoribus, quid, inquit, vos athlete petitis, qui voluntates vestras, tamquam sanguinem quotidie effunditis?

Nec verò, qui in seculo versarentur, suis mellicitis adhortationibus, suoque magisterio, in virtutis viam dirigere omittebat; monens, temperantiam enixe ut carent, ac concordiam, & virtutum omnium altricem eleemosynam. Iuuēibus item præcipere solebat, bona rerum initia haberet, ut melior inde finis cōsequeretur. cui enim maxime est laudabile principium, totum quod deinceps fiet, despicatum, contempsumq. fore. Senioribus, ac projectæ statis hominibus, modesto, demissioq. animo essent, nè indignatum sibi dominum sentiret, qui enim mortificata membra habent, ac robusti, corporisque vim fractam, ac debilitatem, absonum videri cosdeem esse animi perturbationibus, prauisq. libidinibus valetentes. Mulieres monebat, propriæ dilectæ imbecillitatis memores, & quæ vel ipsos viros maxime debeat, à petulantia, impudentiaque abhorrent; præcipue in celo-quijs, hominimq. conuentibus, ac consuetudinibus, maxime verò à licentia, libertateque, risu, & cachinnis admixta, earum ornatum esse taciturnitatem, ac pudicitiam, ijs autem, quibus cum misere ageretur, genere perferenda esse aduentitia mala, propter futurorum bonorum spem, cum humanis in rebus nihil sit perpetuo stabile, ac firmum, sed caducum, ac mutabile. lapidis præterea, vt omnem spem in Deum, eiusq. misericordia positam habere, & vere, sincere, reque peccata detestari, seq; ad Deum conuertere, quam maxime possent, studerent. nè flagitijs vos, inquiens, coopertos mors deprehendes, reos æternis addicat supplicij.

Ad hæc omnes monebat, futuri iudicij essent memores, ac in celestia, incomprehensa, bona magno amore inflammatis, eos autem, qui suis orbati essent, nè luēti se, ac mœrore conficerent; vt ceteri qui nullam spem habent de resurrectione. quid enim dicebat, magis contra ius, fasq; esse possit, quam mortuis posthabitis, viuos deplorare ac queri; viuunt enim quotquot ad Deum cum fide commigrarunt; mortuos vero filii dei lumine destitutos vocabat, vt qui Deum minime norint. Qui vero calamitatibus stramnisq; essent misere afflitti, eos bono, & quoq; animo esse iubebat vobis etiamque gaudere, præcipue si hi ceteros pectora præstarent. estote, inquiens, sanctorum viorum imitatores, emulique eorum magnanimitatis. isti enim in calamitatibus, adversisque fortunæ casibus, magna lætitia cumulabantur, venturam sibi à Deo

Fune, et catena præcia gebatur.

Animo demissus silentij tenacissimus.

36

37

Deo remunerationem animo præcipientes. Nec his tantum finibus eius adhortatio claudebatur, sed ad principes, arque optimates protendebatur; modestos eos esse debere, neque superbos spiritus habere, sed vniuersorum conditorem, ac dominum se longe maiorem, ac potentiores cogitarent, ac ducerent. ad hæc clementes, benignèque in pauperes essent, alienisque malis misericordia mouerentur. ex tot tantisque donis, quæ à præpotenti Deo accipissent.

Qui verò è peccatorum cœno se eriperet, ac respicere in animo haberent, ijs timorem Dei maxime accommodatum esse dicebat; animique summisionem, ad extremum usque vitæ spiritum ijsdem valde consentaneam, neque ullo inquam tempore sciungendam. Sacerdotibus vero, sacrisque ordinibus initiatis, vitam ducerent nullis reprehensionibus obnoxiam; suis ut moribus, virtutisque documentis, alios ad eamdem vitæ sanctimoniam pertraherent. solet enim plerumque populus ad principum mores se accommodare, similisque effici. de virginitate, ac coniugio nullas nisi voluntatis terminos, atque leges ponerebat; & quomodo fernanda essent, dociebat. illud vero præ ceteris orationibus suadebat, ut in Deum in tribus personis colerent atq. adoraret, ac Sanctorū Patrū decretis, ac sententijs insisterent, atque adhærescerent, nec noui aliquid de ijs, quæ ad fidem pertinerebat, illa inquam ratione inueherent. Ceterum eius oratio suavis erat, ac diuino quodam sale respersa, ac condita, caelestibusque gratijs stillans, in omnes lenis ac mitis. at vero in eos, qui peccaverint quidem, sed resipiscere, ac patientiam agere minime curarent, casuque, ac temere vitam ducerent, asperiorem se, ac seneriorem præbebat.

Porro eius speciem, ac vultum non humanum, sed Angelicum dices, vt ex hoc etiam quemadmodum ex rebus gestis, qui illum minime cognoverunt, homo sanctissimus innotescat. erat vultu oblongo, ac subnigro: in eo vestigia quædam acutissimi morbi, qui illum, tenetam adhuc ætate, grauiter pertinauerat. coloribz item pallido, propter duram, asperamque viuendi rationem. nasus honestus, supercilia deoora, oculi aliquanto carulei. barba modice prolixa, corpus tenui, ac gracile, statura breuis sicuti Paulum dixeris, quemadmodum conscripta historia de eo nos docet. tardus ad loquendum, velox ad audiendum, mente semper in se collecta, & à sensibus abstracta, manuetus ut nihil supra, maximeque ab iracundia alienus; contentiones, concertationesque verborum, ac litigia, nesciebat quidem, seu ut verius loquar, ruenuebat. se penitentio accidit, vt cum ad quotidiam victus sibi præscriptam rationem capiendam, in monasterium veniret, neque promas tempore distribuere posset, aut eius patientiam vellet periclitari, ut in his plurimque fieri solet, inanis domum, ne ver-

Quis fuerit  
eius sermo.

Quæ oris spe-  
cies, & cor-  
poris habi-  
tus,

Præsertim  
mira eius pa-  
tientia.

To. 2.

bum quidem addens, repedabat. In hunc modum semel, iterum, ac tertio cum iret, frustratusque reuertens, sine ullo prorsus cibi subficio, magna cum patiēcia remanebat. quippe decreuerat sanctus vir, nihil interim se comesturum, dum panis sibi statua portio redderetur, idque diu constanter faciens forti animo ferebat. si quis illum afficeret contumelijs, summa latitia replebatur: si connicij, ac maledictis insectaretur, ei beneprecabatur, benèque dicebat. rursus Deo gratias agebat, cum contemni se ab alijs, odiosumq, haberi sentiret. enīc Deū optimum pro ijs erabat, qui se tentare voluissent, diuinorum præceptorum custos accuratissimus, ac seruantissimus.

Agite vero & illud de magno hoc homine videamus; assidue in horto versabatur, suaq; in cellula morabatur, curaq; via quædam esset, quæ illuc duceret, hinc siebat, ut viatores essent non pauci, neq; enim longe distabant vici) quos ille humaniter accipiebat appositis oleribus, quæ hortus ferebat, ac pane quem ad famam tolerandam sibi à monasterio acceperat, cū veteris Abraham exemplo, nutibus quibusdam, ac submissa voce, ad exiguum illud hospitium eos inuitasset, atq; impulisset. quod, ut paullo ante diximus, semper patens, apertumq; videbatur. cum duo hac in re prudenter præstaret alterum quidem, quod admiratione sane dignum est, imitans prisces illos Patriarchas, Abraham, inquam, Lot, atq; Job. Sanctissimum, quibus pauperes, atq; egeni maximæ curæ erant. ille enim in queru Mambre assidens, viatoresq; humanissime apud se diuertere compellens, laute, liberaliterq; accipiebat: hic vero ad portam ciuitatis sedens prætereunte inuitabat, suamq; domum inire cogens, ipse etiam hospites benignè, honesteq; habebat. tertius autem, mea, dicebat, ianua cuicunque homini patet. Itaq; Sanctorum Patrum morem erga pauperes imitans, similem se illis præbebat. Alterum vero, ne quis illum, quod saepe euære solet, diuinæ orationi continent vacare suscipietur, quæ res illi prospere cedebat, atq; id & nos ipsi nouimus, & ab alijs audiuimus.

Quos vero clam homo pietissimus labores tulerit, quæq; præclara facinora ediderit hic tandem cōmoratus, ea profecto omnes latet. ipse solus, qui occulta ignotaq; cognoscit, atq; intuetur, pérnouit Deus. ex quo rū numero, hoc unum solum, idq; sapietissima Dei Opt. Max. prouidētia factum reor, nè ille omnia in tenebris delitesceret, qui luce, ac splendore esset maxime dignus; verum tamē hoc unum ex occultis, obscurisq; eius facinoribus, quidam de nocte aduertit, cum eximis virtutis homo ex monasterio rediret. quod illustrè est, nouumq; pugnat genus. Aliuius inter hortū, ac monasteriū præterfuit, perpetuo, maximeq; frigidus, nō hyeme tantū, sed etiā caloribus, adeò ut soleat cōgelare. in eū nudus pectori tenus ille se cōiecit, ibiq; totā nocte sub dio cū gelidæ frigore dimicauit; occulta etiam animo certamina decernēs, cū igitur latere mini-

Caritas ih  
omois.

Nudus inge  
lido flumi  
ne pernoctat.

Q. 2

me

me posset, in ipso conflitu, dephesus est, minime quidē stas corpore erecto; quippe è vi q̄ sibi infer erat, generos' athleta, felsus erat, eque gelu pene obrigerat; sed ad flaminis ripam, sine omni voce, parumq; ie spiritus ducens, prostratus iacebat. quod ita esse ij facile crediderint, qui frigoris vim aliquando sunt experti. hoc ille cum vidisset, hominem aliquāto sublimem rapit, nec longe à ripa collocat. is à sancto viro exoratus est, ne cui utramquam, quod vidisset, aperiret, dum ipse vita, & coūmuni spiritu frueretur. qui quidem, tum diuinitus sibi id ostensum esse ratus, tum quod ita ille sibi mandaisset, iatimis cordis penetralibus rem fideliter texit, atque seruauit. atque hoc, vt diximus, ita īe habuit.

Quam pie  
ad synaxim  
accederet.

Canon. &  
Diuini Of-  
ficij interes-  
serit.

Verum singulis Dominicis diebus ad fratrum synaxim vir omnino modesto, de multis que animo cum abiret in postremū omnium locum seorsum ab alijs secedebat, in se collectus: solus solum Deum familiariter alloquens, atque appellans, oculis in terram demissis, capiteque maxime inclinato, tamquam alicuius crinitis reus, conspectus, sermonesque omnium prorsus fugiens; neque enim sibi expedire, aut decere existimabat, cum Deo, ac mortalibus simul colloqui, ac versari. Porro immotus penitus, firmisque pedibus solo adhærebatur, perinde ac clavis essent affixi, dum solennis sacri officij canon absolueretur. animum in tremendo, metuendoque Dei throno semper collatum habebat, splendorema inde, ac lumen hauriens, diuinisque mentis excessibus perpetuo fruens. Dei, ac Domini nostri Seruatoris verba sumopere verebatur, eaque audiendi magno semper studio efferebatur, proin sacrosanctum Euangeliū s̄pē p̄ manibus gestans, attente, accurateq; peruolutabat. in eo diuini verbi incarnationem p̄ ceteris, magno cum animi sensu, atque admiratione, suspiciebat.

Igitur cum ita vixisset, ac vitam suam instituisset, vt omnibus, qui nostra ztate sunt, antecelleret, bonumque certamen, vt Diuus Paulus ait, certasset, ac fidem servasset, nouit in reliquo, post habita hac strumaosa terra, ad optatos Dei sui amplexus commigrare. at vero quandoquidem eius commigrationem audistis, orationem ipsam veluti iam in portum appulsa videtis. At vero, & si probe intelligo, neminem ex vobis esse, Auditores, qui in dubium vocare audeat, quz hactenus recentiuimus, tamen de p̄mīs certatoris fortatō aliquis dubitauerit. quid autem causē est, cur miracula sanctis viris tributa cum sint, veluti quoddam, & si leue p̄mium, aut quasi pignus, & archabenem cælestis beatitudinis, tam inusitatum, atque incomparabile virtutē genus nullis signorum radijs, qua' alios viros sanctitate conspicuos diuina virtute patrasse nouimus, effulerit, atque enixerit? sed quis

animis estote, Auditores, ac paulisper expectate, & audietis post eius dormitionem, mira magnum hunc hominem effecisse, si forte uihil eiusmodi ille dum uiueret, edidit. cum abiectioni, suique ipsius despicientiæ, ac gloriæ contemnui, sicut in rebus alijs, ita in hac perpetuo studuerit. idque cælesti consilio, singulare prudētia fecisse reor, vt qui vellat nos exercere, & ad patientiam adhortari, quicumque in comparanda virtute, ac piestate desudaremus, vt si quando ad virtutis apicem fuerimus euēti, neque his ornamenti frui videamur, neutiquam aggresseramus, aut mōrō nos conticiamus, quasi re aliqua magni momenti, summeq; necessaria orbat.

Reddi etiam alia ratio potest, quz à vulgi sensu sit longe secreta, atque aliena, quam adhibito nobis exemplo, ab ipsa rerum natura deprompto, ruditoribus palam facere, pro virili nostra conabimur, quz fortasse non longe abest à nostro proposito. primo planta gignitur, post surculi, siue stolones, sequuntur flores (vt etiam à plantis exempla mutuemus) postremo fructus. Est porro sua exercitatio, ac diuina quādam probatio virtutis cultoribus, vt de illis periculum fiat, quādam sint. Miracula enim, atque diuina virtutes, quz in sanctis viris eluxere, certe nihil aliud sunt, quam donum à Deo ipsis impensum, vt illum ardentius ament, & venerentur, pro vt temporis ratio, atque opportunitas petit. veruntamen vel qui indigent, vel qui accipiunt, aut imposturum sunt accepturi, sciant à Deo sibi gratias impetrari. Quod si nonnulli ex maloribus nostris, sub ipsum exercitationis initium, atque adeo toto vita cursu, signāquādam admirabilia, ac magnas virtutes, patrasse videntur; nihil est cur admiremini, cum vt supra est a nobis dictum, sua natura Dei donum omnino sit, non magis eorum, qui indigent, quam qui accipiunt causa elargitum. itaque qui eo donati sunt, donum se existimant habere, vt hinc donatori fructus ferentes, ad virtutis studium magis, ac magis incumbant, atque id fortasse ab ijs petebat donator, cum illud daret. At vero si nonnulli ex sanctis viris, neque in hac lucis usura, nec postquam natura concecerunt, eo munere claruere, primum hac in re animaduertendū est, minime quidē eos hac de causa virtutem coluisse: hoc enim neque decorū est, ac potius vanum; sed propter spem futurorum donorum, sempiternamq; beatitudinem, quam in cælesti regno, bonis parata aīlē scirent. ad hanc propter eos, qui pro virtute ad tempus strenue certant, atque contendunt. qui cum toto vita spatio, in omni virtutum genere, se exercuerint, neque se dignos viderint, qui eo munere à Deo impetrarentur, veluti ad diuinum exemplar aspectantes, se magis imposterum demittunt, ac labores, quōd in virtute pertulerint, inde confortantur.

Cur nullis  
miraculis vi-  
uens efful-  
serit.

# De S. Philareto Iuniore.

123

Ascertica vi.  
tā fractus  
ægreditur.

Sed ut à Sanctis ad sanctum hunc virum, & à gloria ad gloriam oratio nostra convertatur, cum magnus vir paullulum ægreditur, omnesque corporis vires labefacte deficerent, nec, vtpote mortalis, nostræq. naturæ particeps, posset amplius morbo resistere, quamquam vitam homine maiorem hic in terrarum orbe exegisset, posttra-  
sus in nudo solo, quod cubilis sibi vicē obi-  
bat, haud quamquam virtutis oblitus, canē-  
do consuetas Deo preces, fortis, magnoque animoque effundebat. id vbi ex fratribus aliquot reliscunt, hominem inuisunt. quem grauiter morbo laborantem videntes, nec adesse qui necessaria ministraret: precibus ab eo contendant, surgeter à solo, & in monasterium cum ipsis veniret: tum ille, qui in osanib[us] optimum semper exemplar ac virtutis formam se præbueret, paullo se erigens, libentissime fratribus paruit, ijsque aliquanto sublevatus in monasterium init: oportebat enim, cum veluti illius germeret, ac spiritualis alumnus, atque adeo diuina victima, non longe, peregreque villa ratione finem vita sua concludere, nam & si haud maiorem certaminum partem ibidem obicit, eorum tamen fractus, actus, ac velati quoddam diu norum bonorum pon-  
dus, diuinumque thesaurum, huc postremo afferens, eodem loci à laboribus suis re-  
quieuit.

Iam verò in quadam illum cella collocates, nihilque periculi in præsentia suspicantes, quod hilarem, ac spiritu viuidum cernerent, singuli domum suam reuertuntur, solum vitam sanctissimum deserentes; si tamen ille solus est, qui Deum habeat se allo-  
quentem, ac consolantem; ipse vero tota noctem, cum omne laudationis genus Deo persoluisset, sub auroram oculos, menteq. spiritu sanus, ac valens in eum, quo ante animo perfuebat, intendens, ac tandem illud proferens: in manus tuas, Domine, commendo spiritum meum, magna cum voluptate, atque incredibili gaudio, hilari, leto que aspectu, divina, incomprehensa que præmia præcipienti simili, beatam illam, celestib[us]que mentibus venerandā animam efflavit, quam caelestes Angelorum chori reverenter suscipientes, magnaque cum admiratione amplexati, eamque comitantes, omnium conditori Deo, hono-  
rificentissime, magnaque cum gloria, tamquam diuinum quoddam, atque ornatissimum donum obtulere. qui profecto illam accipiens, inter præclaros Sanctorum vi-  
torum, qui iam inde usque à mundi incunabulis fuerunt, ordines adscribit; vbi letantum omnium est habitatio, vbi gaudiū & exsultatio, vbi est caeleste regnum; ut labotum fructus, ac præmium cum ijs, qui beate, feliciterque illic vivunt porciperet amplissimum. Vir plane in parendo illustris, in ministeriis obeundis præclarus, in exercitationibus, atque adeo in ipsis usque ad sanguinem concertationibus homo sane admirabilis, atque conspicuus, cum quinquagesimum etatis suæ annum ageret,

In Monast.  
deducitur.

Sub Aurora  
latus mori-  
tur.

38  
Natus an-  
no L.

Sed mane vbi illum Monachi mortuum iam, ac sine spiritu vident, ore, oculisque, ac manibus ad maiestatem, splendoremq. regium rite honesteque compositis, accen-  
sis cereis, ac iusta peroluentes, alijs comi-  
tantibus, præcurrentibus alijs, cum hymnis ac psalmodia, in lectulo iacebent, ante Ec-  
clesiam, efferunt. is enim est ijs titus, & ca-  
non antiquissimus; consuetoque Missæ sa-  
crificio secundum Ecclesiasticam de vita  
functis constitutionem, pro eo peracto, ad  
tumulatum ferentes, rite, honorificeque ibi-  
dem illum condidere. sed pro Christe, rem  
miram: ex sanctissimo, ac beatissimo cor-  
pore odor quidam suauissimus, qui omne  
odoramentorum genus superaret, exhala-  
re visus est. ut hinc præclara eius fæcinora,  
ac certamina, qua ille clam omnes ges-  
serat, omniibus fierent conspicua. Veru-  
tamen neque id quidem animum aduertere  
voluerunt, in occulta, obscuraque virtutis  
illis potius intuentes; quare lacera, pan-  
nosaque eius vestimenta, tamquam nulli  
vñi accommodata, qua tuni erat eorum  
opinio, cum haberent, quæ adam in pertica,  
per summā negligentiam, suspendentint, ea  
penitus ex animo, memoriaque delentes.

Et iam duorum annorum spatiū præ-  
terierat cum lux quædam ē cælo, o rem  
admiratione digoam, diuino tumulo efful-  
gens, præclarissimum orbis terrarum sole  
sub terra adhuc latente nuntiat, atque ijs,  
qui tam nouum, ac præter naturæ ordinē  
miraculum viderunt, animo consternati  
hæserunt ( neque enim semel, aut iterum,  
sed sæpe, nocte intempesta, superne illa-  
bens illis videbatur) cum rerum diuinorum  
effient rudes, atque inexperti, neque eam,  
vt diximus, sanctitatis opinionem ijs de ma-  
gne hoc homine haberent, de re coniectu-  
ram facere nullo pacto valebant. Veruna  
enimvero Deus mirabilium effector, iusto-  
rumque adiutor præsentissimus, famulum  
suum multo pluris cum duceret, hac ratio-  
ne ijs, qui illum igno rarent, conspicuum  
facere voluit. Mulier quædam ex propin-  
quis oppidis, ē quadam cerebri distillatio-  
ne, corporis oculos amiserat. ea ad sepul-  
chrum diuini, de quo mentionem fecimus,  
Eliæ, quem ad discrinem veteris illius, qui  
curru est in paradisum translatus, fuisse  
perbelle oratio appellauit, sanitatem im-  
petratura confudit, cum & in vita, & post  
mortem miraculis clarus existiterit. Pater  
Sanctissimus, cum autem illa diu ibidē sub-  
stitisset, nullum morbi leuamen sentiebat,  
rem sane quam grauiter, molesteque ferēs  
ecce tibi diuina illi quædam visio offertur.  
Videbatur enim sibi videre diuinum illum,  
ac mirabilem rerum patratorem Eliam;  
quid, inquit, sine illo fructu hic immora-  
ris, magnoque cum periculo vigilijs te cō-  
fici: age iam exsurge; & ad D. Philareti se-  
pulchrum vbi concesseris, sanitatis reſte  
compos efficeris. illa ē visu perterrefacta,  
neque enim adhuc scire poterat, vera nè es-  
sent, quæ sanctus vir sibi paulo ante me-  
morasset, quandoquidem nullum Philare-  
tum,

Odor suavi-  
simus ex ei'  
corpore ex-  
halat.

Supra sepul-  
chrum lux  
ē cælo efful-  
get.

tum, sanctorū virorum numero adscriptū, eo loco esse existimabat.

Postquam vero nō semel, sed tertio iam eadem sibi visio est oblata, ac sancti viri iussa vehementius eam vrgere coepit, ingens timor, ac paucorū mulieris animū incessit; que metu, ac terrore excitata, stupenti similis, quicunque sibi obuiam irēt, rogabat; & quis, inquit, ex sanctorū numero Philaretus nomine, mihi quidem minime notus, vobis autem cognitissimus, hoc trādu colitur? tum iij nouitatem etiā nominis admirantes, se hominem nesciro omnino, testificabaantur. illa vero omni ope, ac subsidio destituta, animo hæcere, neque quid inceparet, quidcū consiliū caperet in tanta re, videbat. cum vero iam lucescere iinciperet, ( studiebat enim universorum Dominus, seruum suum omnibus, qui illum ignorarent, quamprimum aperire, atque illustrem facere) cum Monachi de more, ad sacros hymnos decantandos, in templo essent coacti, in media aditans muliercula cœpit singulos cum lacrymis, ac fletu orare, atque obsecrare; ecquid Philaretum virum sanctissimum aliquis nosset; simul totam rei, ac visionis seriem edisserens. at hi perculsi etiam nouitatem nominis, ignorare se, quis, aut quālis esset ille vir sanctus, quem diceret, mulieri profitebantur. verum ex ipsis nescio quis, qui diuinum splendorem in sepulchrū illabi perspexerat, manus, & caput quarticē, credite, Patres, in eos intuitus. inquit, frater Philaretus ille olitor, hortique prae*fectus* iam in sanctorū numerū est relatū. atque is est dubio procul, quem hac femella perquirit: tu vero abi, inquit, mulier, & ad illius sepulchrum accidens, enīce sanctum virum deprecare, & sanc*te* videbis gloriam Dei. Hæc vero, aliorum manibus ducta, ad sacrum sepulchrum proficiscitur, cumque parum ex eo pulueris accepisset, oculisque admouisset, ut magna, atque admirabilia sunt opera tua, Domine, confessim perniciōsum, ac noxiū illud oculorum velamen, quasi pellis, undequaque detractum, sanas omnino, ac sine ullo morbi vestigio pupulas mulieri reliquit, cuiusmodi erant antequam eo morbo laboraret. Rursus illa prouolutis genibus ad sepulchrum, diuina quadā animi voluptate perfusa, ac miraculi magnitudine attonita, immortales gratias agere ei, qui de se optime meruit, Deum laudare, eiusque magnalia admirari. Domum autem renēsa sanitatis compos, animoque confirmato, miraculi nuntia, ac promulgatrix omnibus fuit.

Quæ fama vbiue locorum, ac gentium dilatata, & veluti diuina quedam, ac vocalis tuba, omnia personans, non ex vicinia tantum, propinquisque regionibus, sed peregre etiam magnam hominum multitudinem ciebat, qui varijs morborum generibus cum afflītarentur, ad venerandum, diuinumque illius sepulchrum cōcurrentes, singuli præter multorum op-

nionem, & supra quam cuiquam credibile est, sanitate redonabantur. ibi videre erat miraculorum multitudinem, quæ magnū cum omnium admiratione à sanctissimo viro edebantur, ac diuini cuiusdam vnguenti odorem suauissimum spirare, qui & corpora, & animos omnium recrearet, ac sanctos redderet. tum codēm loci Oratorium ab ipsis fundamentis excitatum est, ac pulchre, a fabrique constructum, sanctissimo viro dicatur. hic in dies frequentes sūnt hominum concursus, cum cælestem, ac diuinam medicamentorum omnium officiam, ibi adiuuent, ad morbos, malaq; omnia rite curanda. Porro sancti viri lacerae vestes integræ prorsus, atque intactæ, hodieq; vt fixæ erant, in ligno compertæ, diuino, gratoque odore fragrantes, ea ut cælestes reliquæ minutatim disseveret, pīsq; viris distributæ, varia etiam morborum genera ex hominum corporibus pepulere. Enīm vero maxime consentaneum erat, ipsa etiā vestimenta, quæ stabeundis præ virtute laboribus, sudore fuerant sordida, suam etiam gloriam sortiri, cum Deus videlicet, tam incredibili, admirabilique ratione seruum suum cohonestauerit, quod si fœnum tanto gloriæ splendore rerum omnium opifex afficerit, quanta illum quis existinaverit gratia cælitus donatum? eiusmodi Apostolorum sudaria suis se nouimus, eorumque semicinctia Demonas cecisse, ac sudorem ex eorum corporibus manantem, varijs morborum generibus medicinam fecisse.

Tu vero sanctorum, ac beatorum patrū illustre decus, & ornamenti, quandoquidem de te, rebusque tuis epitaphium, tenuē illud quidem, sed tamen, ut scimus, verbis componimus, orationemque quamvis tua præstantia, ac dignitate longe inferiorem, nostris tamen viribus, nostroque in te studio parem continximus: tu, inquam, qui Deo proprior, clariss, ac purius illum intueris, ac mortalitatis nostræ vinculis iam exsolutus, magnam fiduciam, ac libertatem apud eundem es adeptus, ne vīquā nostri te capiat obliuio, sed cū 39 duobus hisce nostris fratribus, ac pia matre, qui tetram libidinum nubem ex animo exegere, Deum orare, atque obsecrare cōtinenter velis, ut in felicissimam, ac beatissimam sanctorum virorum Societatem alliciamur. & quamvis extra omnem alea felix sis, ac fortunatus, nostris tamen turbulentis animi motibus succurre, misericors, atque à nobis vilia hæc, quæ tibi offerimus, orationis donaria, lata fronte accipere ne graueris, quæ opitulantibus diuinis, atque Angelicis tuis precationibus exposuimus, iisdem ad scribendum impulsi, atque excitati. secus enim audaciæ, ac temeritatis nota culpandi fuissemus, quippe nihil tam insigni sanctimonia dignum afferentes. sed utinam quemadmodum in hac, sic etiam in tuas sanctissimas, ac beatissimas mansiones relicto corpore, & in ipso Iesu Domino nostro perfuncta ad

39

Deum

Flores egrotifana exæcti ad se pulchrum, sanitati restituant.

Odor è se pulchro iprat.

Oratoriū D. Philareto structum.

Laceræ vestes suam odore fragrantes, et miraculis illustrantur.

Deum peregrinatione admittamus. Ceterum tu diuine, sacerque magni illius viri gressus, ut paucis omnia complectar, tuque Calabrorum cœtus, agite venerandam, Deoque iucundam pasagyrim celebremus, & ad diuinum sepulchrum magna cura fide concedentes, communi alacritate, lætitiaque efferaatur, pios, Deoque gratos ad Domum caetus conuenientes, quoniam visitauit, & fecit redemptionem Dominus populo suo, & exxit cornu salutis in nobis, humilia respiciens, & susciant de terra inopem.

Sed vero ut beatissimum, & fortunatissimum inter omnia, te monasterium appellem, quam longa de tuis encomijs contexti potest oratio, quoniam geminos in te continens soles, diuinis sane thesauris opulentum caitescunt. iam enim habes adolescentium magisterium, seniorum gubernaculum, canicie virtutem, senij scipionem, iuuenum disciplinam, pastorum pastores sane diuinos, in miserijs, aduersisque casibus consolationem, in calamitatibus subfidium, in temptationibus solamen, gubernatores in tempestatibus, in oraibus informijs prosperitatem, athletes in laboribus, in præclaris facinoribus ascetas, in vigilijs, ac precationibus cœlestes profecto Angelos; qui in tenebris caligine versantur, sua habent lumina, qui adest aberrant, ductores; qui flagitijs sunt cooperati, apud Deum intercessores; lapsi, qui se erigant, & ad Deum subleuant; qui strepue, forti-

terque concertant, bohorum largitores; virtutis studiosi, prauarumq; libidinum exterminatores, ac profligatores, spem sane certam, atq; tutam, cœnobitz patientiam; qui alienz voluntati parent, exemplum, ac documentum; qui in quiete, ac solitudine vitam traducunt, tolerantiam; qui actioni, ac contemplationi se dedunt, duo ambarum culmina, atque fastigia; eremi, montiumque cultores, celestem, perennemque lætitiam; virginitate prædicti, formam, ac figuram; casti, ac continentes, perfectam, exquisitamque munditiam, ac puritatem; qui in mundo versantur, mundum, atque ornamentum: sanctimoniam, sacerdotes; optimates, principesque in republica viri, mansuetudinem, atque clementiam; ciues rectam administrationem; coniuges continentiam; agroti, medicos; nautas, ac vectores naucleros; qui maris fluctibus, ac refatu ventorum iactantur, serenitatem, ac tranquillitatem, quid plura? universi diuinos apud Deum pattonos, atque aduocatos. Hos profecto quidem ad imitandos totis neruis, totisque præcordijs contendamus; cum non longe a nobis remota, sed satis propinqua habeamus exēpla, vt vna cum ipsis digni simus, qui cœcitate regnum adipiscantur, bonisque sempiternis perfruamur, præstante gratia, ac benignitate Domini nostri Iesu Christi, cui simul cum Patre, & spiritu sancto, gloria, honor, & imperium aunc, & semper, & in seculorum secula, Amen.


Vide Animaduersiones fol. 41.

## DE BEATO ELIA M A R T Y R E

**E**LIAS Cartomenis, qui ex Saracenis ad fidem Christi conuersus, postea apud Castrum-Iohannis a sua gente hostiliter interceptus, quia negando, apostata fieri no-

luit, Martyrio vitam laudabiliter finiuit. Hec de Elia Martyre scribit Gaufredus Monachus in historia rerum gestarum Roberti Viscardi, & Rogerii eius fratri. nec plura de eo rescire permisum est.

\*Cotome-  
sis.



VITA

## V I T A

Anni Chr.  
1100.  
25. Feb.

# S. G E R L A N D I E P I S C O P I A G R I G E N T I N I ; E T C O N F E S S O R I S .

**Ex M. S. Codicibus Agrigentinæ Ecclesiae.**

D. Gerlan-  
dus à pueri-  
tia virtutū  
suarū speci-  
men dedit.



ERLANDVS 1 Vefan-  
tione in Burgudia , no-  
bili 2 genere natus est,  
a primis annis , omne  
studium ad pietatem ,  
animumq; ad æterna-  
vertit . nam fluxa de-  
spicere mundi gloriam nihili pendere , ap-  
petere cælestia . Sacerdotio auctus in Ca-  
labriam venit , vbi honorifice acceptus ,  
primicerius 3 schola Caudorum Milien-  
sis Ecclesiaz constituitur . sed corruptis pro-  
vinciæ moribus breui cognitis , vitijsque ,  
qua peroderat , offensus , patrias in terras  
reueauit . qua tempestate Magnus Co-  
mes Rogerius debellatis in Sicilia Sarracen-  
is in Calabriam transgressus , vt Gerland-  
um comperit abscessisse , vehementer in-  
doluit . enim uero , pernouente animum  
Deo , ad Ecclesiaz Agrigentinæ Episcopatu-  
m destinarat . igitur legatos in Burgun-  
diā statim misit , qui sanctissimi viri re-  
ditum accuratissimis precibus impetrarēt ,  
is vero sancti spiritus virtute , præscitus fu-  
turorum , cum intelligerer à Deo potius  
acciri , quam ab homine ; religionique ha-  
beret , æternæ destinationi numinis con-  
traire , eisdem cum legatis in Calabriam  
reuertit . à Normannis , longobardisque  
exceptus est insignibus officijs : simul uno  
omnium consensu Episcopus Agrigentino-  
rum delectus . Sacerdotij 4 ornamenti ab  
Urbano PP. II. donatus .

Episcopus  
Agrigentinus  
Ecclesie ele-  
ctus ab Ur-  
bano Papa  
II. coœcra-  
tur.

Ineunti Episcopatum maximè curè fuit ,  
alere pauperes , peregrinos excipere , & gros-  
sulare defendere viduas , pupilos sustenta-  
re , ad cultum Christianæ religionis hortari  
gregem suum , Sarracenos , Iudeosque mel-  
liſtua prædicatione ad fidem pertrahere .  
atque horum plerosque , maiore fama sa-  
pientia , ad Christum traductos , pius Pon-  
tifex baptisme abluit . sedenim erat in-  
exhortando acer , & facundus , in agendo  
strenuus , consilio prouidus . auctoritatem ,  
simil & gratiam Gerlando conciliabat ip-  
sa corporis species . nam statura erat inge-  
ti , ore , habituque pulcherrimus . at vero  
corpus animi pulchrioris domicilium natu-  
ra formauerat . eximia in eo castitas , hone-  
stiq; mores enituerunt , præcipue caritas ,  
singularis misericordia in pauperes . nihil  
illo mansuetius , nihil dulcius fuit , vt voce

columba lequi putaretur . exhibuit in ho-  
spitalitate pietatem , sollicitudinem in ani-  
morum procuranda salute , in pastorali mi-  
nere vigilantiam , ac religionem . vt præli-  
tit Sacerdotē pietate , ita Principem mun-  
ificentia . quam laudem nō solum in dando  
beneficio , sed in ædificijs extruendis assicu-  
rus est . quippe Ecclesiam & Episcopi Agrig-  
entini sedem à fundamentis constituit ;  
quam in honorem Sanctissimæ Virginis  
Marie , & Beati Iacobi Apostoli sollemni  
ritu consecravit .

Extrema ætate Romam contendens , pā-  
ctorū Apostolorū limina pie venerans esti  
quibus salutatis , præteruectus Calabria li-  
tora , Dragonem & Balneariæ Præpositum  
visit : quem suppliciter precatus , vt de ex-  
cessu suo certior factus , Deo commendav-  
ret ; simul demortuo sibi 8 inadmisitra-  
tione Ecclesie successurum spiritu propheticō  
prædictit . neque aliter euénit . nam de-  
lectus est Drogo Episcopus , missis , qui Agri-  
gentum accesserent , starim atq; Gerlandus  
vita cōcessit . neq; is diu superites fuit , vt ia-  
Siciliam rediit . sexto setme mense , ab eius  
appūlī , Beatiissimi viri Annī , carnem exu-  
ta , enolauit ad cœlum . corpus in Ecclesiaz  
gremio depositum , clericis custodibus , qui  
reuerenter inspectarent , dum proximi Si-  
ciliæ Episcopi ad solennia funeris exspe-  
ctarentur . quattuor dies inhumatum ma-  
rit , cum admirarentur vniuersi suauitatem  
odoris , qui afflabatur e corpore , & per ædē  
longe , lateque diffundebatur , ex eo Ger-  
landi sanctitatem estimantes , Deum col-  
laudabant , qui lilij sui funis nobili mira-  
culo ornaret , interim qui aderant , cōtem-  
platione oris pascebāt oculos , intueri vul-  
tum Angeli , non hominis rati . ea erat ia-  
centis in feretro venustas , quam purissimus  
animus , vt à corpore discessit , ori relique-  
rat . quarto demum die , vt Episcopi ad-  
uenere , inter absidas Ecclesie duas , a Iæua  
humauere . obiit . 9 V. Kal. Martias , cum  
annos XII . Ecclesiam Agrigentinam re-  
xisset . Patronus Agrigenti colitur , ab eius  
nomine appellata nunc æde , quam ipse  
Virgini Deiparæ , & Iacobo Apostolo sta-  
tuerat , præstante Domino , qui viuit in  
secula .

Vide Annotaciones fol. 45.

SAN-

Stru-  
cta ab  
eo Ecclesia  
Agrigentina.

Sancte ad  
Deum mi-  
grat

IV. dies in-  
humat ma-  
net , & odo-  
refragrat .

9

# S. GERLANDI EPISCOPI AGRIGENTINI ET CONFESSORIS.

## Translatio, & Miracula.

Miraculis  
post mortē  
clarere inci-  
pit.



Sacerdoti  
apparēs iu-  
des, suum  
corpus aliū  
in locum  
transferrī.

VM Gerlandum, Confessorem suum, vellet Deus manifestum fieri, & maiore gloria inclarescere, miris perfecit rem modis. nocte quadam, B. Gerlandus Sacerdoti per visum apparuit, cum mandatis huiusmodi: ediceret Ecclesiaz ministro, velle se e loco, in quo situs erat, ad Ecclesiaz dexteram deferri. ea confidere Sacerdos cum negligeret, Gerlandus rursum in somnis monet, vt diligenter, quod imperatum fuerat, exequeretur. sed oblitus ille est mandatorum damno suo. tertium Gerlandus offert se dormienti minitabundum, ac Sacerdotem manu prehendens; dic, ait, ministro, vt corpus meum transferat: ni feceris, insanibili plaga percutiam te. simul dormitantem manu dicit ante sepulchrum suum. exinde tamdiu per Ecclesiam circumduxit, quo usque matutinas preces diei Dominici, feriatumque secunda, ac tertiae sollemni ritu expleuit. quo viso, sacerdos vehementer expauit. summoque mane surgens ex strato, ad Ecclesiaz ministrum quantocuyus festinat. ordine, quz S. Gerlandus demandarat, exponit. simul ostendebat ulceratum ab illo corpus, quod iussa tamdiu celasset. igitur de lata re ad Gentilem Agrigenti Episcopum, Cleroque totius Diocesis conuocato, Beatissimi Gerlandi corpus summo cum honore, ac reverentia translatum est, XIII. Kal. Aprilis, anno ab eius ex cesso XLIV. a Christo nato CI CLIX.

Haud multo post mira res accidit. forte supra Sancti Confessoris Sepulchrum canis incendit, statimque oculi eius ē genis exsiluere, perinde atque manu hominis, feroue eruti fuissent. quod videre multi, ac demirati sunt. mitior Beatissimus Gerlandus in ceruum fuit; is lampadem ante sepulchrum eius ardenter, cornu petram in terram deiecit. qua perspectare, accurrit Ostiarius, reperitque non modo integrum, sed accensam lampadem, subleuataisque in locum reposuit suum. quod ubi per urbem vulgatum est, audita erga B. Gerlandum pietas. ægri ad sepulchrum eius deferri coepere, sanabanturq; a morbis varijs, quibus conflicitabantur.

Quo tempore Siciliam pestilentia vis  
Tom. 3.

depopolabatur, sacerdos quidam vita, moribusque honestis, Ecclesiaz erat Agrigentia Cappellanus. is ministrandæ ægris Eucharistiaz, vt mos est, euocatus, crystallinam pixidem e tabernaculo deduxit; quz casu de manibus eius in facelli paumentum delapsa, unaque diffracta est. præter modum exterritus sacerdos, mœrensq; fragmina collegit; sindoneque inuoluta, flens singultim in armario reponit; noctem proximam in lacrymis, ac precibus solidam transagit B. Gerlandum obsecrans, & vt Patrem alloquens; ia eum se sperare: auferret ab eo opprobrium, & contemptu: neque ex contracto sacro Vale confusum, afflictumque viuere se pateretur. iam fessum corripit paulisper somnus. ecce tibi B. Gerlandus dormienti se offert, solaturq; cito surgeret, & ministerium commissum hilare impleret. impetrasse se, quod petret pro meritis Sanctissimæ Dei Genitricis. excitus Sacerdos, obstupefactusque ad tabernaculum properat, reperitque vas integratum, diuina virtute, precibusque Beatissimi Gerlandi.

Multos ante annos homo quidam domo Alicatensis, morbo diu vexatus, & arido latere, spem suam in B. Gerlando collocatam habebat. pie igitur ad sepulchrum eius aceedit. hic in genua accidens, oransque cum lacrimis, clamabat: miserere mei, S. Gerlande. statimque sanus, & morbo liber exsurgit, acclamante populo, ac Deum laudante, qui B. Gerlandi egregia merita talibus miraculis ostenderet.

Energumenus quidam vincitus, astriatusque, pluribus a viris perductus est ad facellum S. Ioannis Baptista, intra domum Episcopi situm: in quo B. Gerlandi corpus in arca tunc lignea, super altare depositum, seruabatur. illic Clericis, laicisque per multis adstantibus, certo intervallo temporis, somno opprimitur. mox euigilans incolmis, & a furore Dæmonis liberatus, Dei virtutem, meritaque S. Gerlandi prædicabat.

Anuo a Christi ortu CI CCCCXXXIX. Kal. Maias, quo tunc die translatio S. Gerlandi de more celebrabatur; pleriq; ex finitim populis Agrigentum confluxerant. Alij ad statum ijs diebus mercatum urbis, plures ad reliquias S. Gerlandi venerandas. puellæ inter ceteras duæ ex oppido

Diffractam  
é cristallo  
pixidē, in-  
tegrat de-  
nuo.

Ad eius se-  
pulchrū q-  
dā diutur-  
no morbo  
teleuantur.

Energume-  
nus libera-  
tur.

Puellæ duæ  
Dæmonio  
eripaz.

Biuōna venere , quæ ab immundis spiritibus afflictabantur . vni Flos , alteri Allegrantia nomen fuit . in ædem à parentibus induitæ , ante facellum fistuntur , vñi B. Gerlandi corpus honorabatur , hic parentes pernoctant , orantes , vt misericors Deus , B. Gerlandi meritis , liberare Virgines dignaretur . orto sole , retrahuntur puellæ ad Laurentium Episcopum , propter aram maximam . vbi vociferari , vñlula , horribilibus modis circumvoluere oculos , & incutere terrorem adstantibus . sed omnibus Deum precantibus , ac B. Gerlandum , vt virginum misereretur ; alteram , quæ Flos vocabatur , immundus spiritus , inter parentum complexus , fere ex immem reliquit . quod vt cognitum est , in æde tota non alia p̄z gaudio , quam gratiarum actio , voceisque laudis audiebantur . tunc Episcopus processionem p̄agi iubet , Canonicis , Cleroque hymnum concinenterib⁹ , Te Deum laudamus . vt in Ecclesiam regressum est , altera mulier Allegrantia sub arcanti reliquiarum , priusquam in facello super altare collocaretur , per vim tetraacta est . multosque post actus extimescendos , contortis ore , oculisque , demum pro meritis B. Gerlandia Dæmonie liberata eit : Iesu Christi laudes , & Gerlandi virtutem populo prædicante , & p̄z lætitia collacrymante . tum iussu Episcopi , puellæ peccata confessæ , ad gradus græ maximæ , cereos tenentes accensos , diuina officia pie audiueræ . quibus absoluatis , vbi Episcopus mulieres admonuit , vt benedicerent Deo , & B. Gerlando gratias referrent , cuius meritis ab infelito spiritu eterne essent , Dominico corpore , refecit , fauilaque cum prectione domum dimisit .

Anno 144... in Insula Gaulo , quæ Melita adiacet , mulier quædam Paula , paucos postquam viro despensa est , dies , crurum tibiartumque virio decubuit ; quæ morbus imbecilla adeo , & emollida pulmonis instar reddiderat , vt neque incedere posset , neque in pedes infistere . exhortebat coniugem sponsus : pater , Thomas Ferrarius filix æruminam moxerebat . atque is cum multis pecunias in medicos erogasset , neque humana ope crura , tibiaq; pristinum in robur , vñlumque redire possent , ad Deum se vertit . Iesum Christum deprecabatur , vt qui tot mutos , surdosque , & cœcos sanaret , languenti filia subueniret . quæ illum pietas in cruem pro peccatoribus egisset , eadem

Femina graui morbo afflita , sana tur .

ad excipiendas eius lacrymas , precesque permoueret . his quotdñe precibus curta Deum oraret , forte accidit , vt Guilelmus Ferrarius Melitensis , Paulæ consobrinus , qui Agrigenti habebat , Gaulum transmitteret . in ædes Thomæ ingressus , vt afflictam familiam graui filie malo cognovit ; parentes ægrotamque solatus , in speni salutis erexit ; si cum fide , animique affectu B. Gerlando se commendarent , pro meritis eius , incolumentem defessa redituram . simul , vt eos erga B. Gerlandum accenderet , miracula narrabat , quæ Agrigenti , ad sepulchrum eius , in dies patrabantur . his auditis , parentes visere reliquias B. Gerlandi statuunt . freto igitur Siciliam , & Melitam inter trajecto , ad Alicatam , exinde Agrigentum deueniunt . statim ad Gerlandi ædema contendunt : quo loco corpus eius depositum erat , ægra mulier deponitur . illic cum prolixius ab omnibus oraretur Deus , Paula , & mater , dixit , postquam huc deuenimus , leuavi ægritudine animum persensi treum , & suavitate quadam perfundi membra . cui mater , persevera , filia , pie orando . spero enim B. Gerlandi precibus , te , nosque à Deo reuelatum iri . longas exinde post preces , filia in ædes Guilelmi à parentibus defertur . postera die , ac tertio , qui dies natalis erat S. Gregorij Episcopi Agrigentini , cum denuo ad B. Gerlandi reliquias reportaretur , vñlumque ad sepulchrum stetat , Deum , & S. Gerlandum implorans ; vbi vespertinæ precatio nes explicata sunt , Paula redintegratas vires , ac solidata membra persensit , erigensque se , & in pedes consistens , surge , & mater , exclamat : gaude , & laude Deum , ac B. Gerlandum , quorum ope , sana sum . mater vt filiam vidit alacriter incedentem , alta voce , o B. Gerlande , dixit , laudetur in te Deus , qui promerita adeo tua mirificat . ad voces accurrere Canonici , ac presbyteri , hymnumque , Te Deum laudamus , occinuere , campano ære & turri resonante . gaudio tota cinitas perfusa est : miraculo Christi nomen , & B. Gerlandi laudatum , & milles repetitum ad Dei gloriam , qui regnat in secula seculorum .

†  
†



VITA

Anni Chr.  
1116.  
8. Aug.

131

## VITA

# BEATI CHREMETIS PRIMI ABBATIS

Monasterij Sanctiss. Saluatoris  
de Placa.

AUCTORE OCTAVIO CAETANO.

Chremes  
humana  
omnia abij-  
ct.



CHREMES, i sane eximius Christi athleta, extremis temporibus fuit, quibus Saraceni in Insula Sicilia dominabantur, patria, parentes, cuiusque prima etatis exordia, adhuc ignorata à me sunt. grandis iam natu, cum Dei sese officijs deuouere cuperet, ut id aequi cōmodius posset, abiiciens humanas omnes curas, ordinaria eorum impedimenta, qui ad pietatem grassari contendunt, desertum locum, neque dum celebrem, palestram suam deligit. quem prope locum, Francauilla opidum, longo post tempore cōditum est. immanis hic, vastaque magnitudinis attollitur rupes undeque praeupta, vno tantum aditu ab occidente. arduam hanc rupem, ab omni humano cultu alienā, Chremes sibi domiciliū voluit. vbi gratiarum stipendia, summo numini, ob accepta beneficia, pendens, dīn, noctuque precibis vacabat, corpus cibi abstinentia, vigilijsq; & algoribus conflectabat.

Ea tempestate, dum Rogerius Comes, Saracenos bello persequens, Siciliam obiret, rupem præteriit, qua super cælestem vitam Chremes agebat. qui simul atque id accepit, caritatis pretium esse existimauit, si tanto Duci Christiana de re, ac maxime Sicula benemerenti, obuiam irot, adeptas de Christi hostibus viatorias gratulaturus: insuper plium Comitem quibusdam donaret munusculis, benevolentia sua, letitiaeque argumētis, agrestibus illis quidem, sed qua pietatem apprime redolerent. quippe cum vitam ille degeret ab officijs, cultuque humanitatis abhorrentem, & ab ciuitatibus semotam, sane difficile negotium erat, inculto in loco adiuuenire, quo virum principem muneraret. quid nam igitur consilij capiat? ad plenissima Domini sui prōptuaria confugit. preces aliquantiū fundit, mox è silua proxima feras animantes, qua hominum esui conueniret, venire ad se in Dei nomine iubet.

De repente, res sane dictu incredibilis, diversi generis animalium multitudo (e siluis, antrisq; (audiisse crederes) viri Dei imperio obtemperans, adfuit. huius igitur agminis dux Chremes iter ad Rogerium facit, ad quem vt pergenit, summa animi vul-

Chremeti  
Deus obse-  
quentes dat  
feras anima-  
tes.

Quas voca-  
tas ad se du-  
cit ad Comi-  
tem Roge-  
rium.

Tom. 2.

tusq; demissione, & hilari aspectu cum saltasset, rogauit, vt ea, qua ipse duceret anima, dono acciperet. Rogerius, militesq; in summam adducti admirationē, simul ex tali spectaculo incredibilem voluptatē capiebant. tum demum Rogerius ex Chremete sciscitatur, quanam arte, quibusue, obsecro, rationibus, hæ belluæ cicures factæ à te sunt? postquam accepit, dicto eius, eodem fere tempore, ex speluncis & nemoribus ad uocatas, ægre in animū inducere poterat, nec fieri posse existimabat, vt gress ferarū, qua timiditate, qua feritate, natura insita, penitus deposita, mansuetus de subito sit. tum Chremes, vt palam Dei virtutē faceret, ad animantes versus; quando, inquit, vos donū Rogerius dignatur, abite hinc, liberaque viuēdi ratione, vt antea, fruimenti. simul illis benedixit vir sanctus, pristina loca alacritate maxima petuere. hæsit miraculi magnitudine Rogerius, statimque, equo desiliit, demisseque ad pedes viri sanctissimi prouolutus; quoniam, inquit, taati sunt apud Deum preces tuae, quæso te, vt cōmendare Deo peccatorē me velis; enique, vt sibi bene precaretur exposcebat.

Vt colloquendi finis fuit, Rogerius inclemtem illam rupem, itinere diffici, Chremete duce, concédit. inde pijssimus Comes, quippe cui sacra edificia mirum in modum cordi semper fuere, prospectu circum capto (qui in mare est ab oriente, ab occidente in aperto: campos vsq; ad Randatij colles, à meridie in Aetnam, à Septentrione in Siluam Placensem) cognita loci opportunitate, monasterium ea extrui super rupe, optimum duxit. & ad Chremetē, te Pater, ait, ac monasterium a tuum siluæ, agrisque, qua vides, dono, vnde vitam tolerent, qui hunc in locum se receperint, tuæque institutum vitæ consecrari voluerint. dein Rogerius, cum Chremetis se precibus commendasset, accepti ab eo benedictione, discessit. igitur opibus magni Comitis Rogerij monasterium construicētum, perfectumque est. permulti vero fama Chremetis traxi humanarum rerum laqueis exsoluti, ad nidulum rupi illi affixum, pietatis studio, conuolabant.

At Chremes cū in dies magis, magisq; fami-

Rogerius B.  
Chremetē  
reueretur.

Monasteriū  
excitat.

familiam crescere animaduerteret, & maiorum vestigijs esse insistendum recte duceret, antiquam sanctamque Magni Basilii monachorum parentis, viuendi rationem, præceptionesque alumnis prescripsit suis. ipse ut dignitate ceteris, ita exemplo vita praibat; omnibus omnium se virtutum exemplar exhibens, quod intuentes, perfectam pietatis imaginem ad se transferrent. dicitur tamen id se re Dæmon haud potuit; cum plane intelligeret, a tot palestritis, & opera magistrorum, semet illud. igitur insidias per inuidiam Chremeti struit; quo sublato r. illa quam familiam faciliter perfundaret. forte in eo monasterio quidam erant, qui a primis, flagrantibusque vita studijs per cordiam deieci, religiosaque disciplina pertensi, securos magistri mores non tolerabant. his secerum institor venenum instillat, & impellit tandem, ut austera ac durum senem perdant, sibique de medio tollant. vbi concepere animo scelus, persequi statuunt. condicto die, Chremetem alia omnia cogitantem, incertumque aborti, prærupta de rupe præcipitem agunt. nimirum hoc expescunt homines huiusmodi, qui in virtutum exercitationibus defruescunt, probos restores, quorum vita, curaque illis odio est, subuertere, aut amouere procul, ut cupidinibus se dedant suis.

Eiectus verum in rupem imprimitur. Mira patientia iniuria tolerat.

Verum ut patrati facinoris, atque diuinæ benevolentia iuxta posteris monumentum relinqueretur, Chremetis virtus sanctissimi vestigium diuinitus falso impressum est, cui primo iactu pedem impingens, in imum solum resiliit. quod vestigium ad nostram usque etatem, maxima omnium cum admiratione, tum pietate visitur, qua parte rupes ad septentrionem vergit. at homines nefarij senem male perdidisse iam rati, suo recordes malo latabantur. verum enim uero Deus, quippe cui suorum salus maximæ curæ est, statim deiectum Chremetem per Angelos suos, quos pijs viris ministros, custodesque pollicitus est, suscipi mandat, & ad radices montis incolument deponi, hic mitissimus vir ne minimum quidem pessimo facinore commotus est, verum fasce lignorum compacto, & in humeros imposito, perinde atque monachorum utilitate, eò se contulisset, ad monasterium inturbidus ascendit.

Cum ecce tibi ex improviso, qui malefacto exultabant, alia omnia expectan-

tes, venire Chremetem, & adesse conspicunt: qui animo, vultuque ad hilaritatem composito, humanitatem summa saueri alumnos suos iubet, tum vero illi attonitis similes, virgiliam loquendi facultatem habere, nescire per somnum, an per vigiliam negotium ageret, neque sane nunc Chremetis simulacrum. an ipsummet Chremetem viderent, recte diudicabant. vbi tandem quod cecidisset res, unaque sanitatem hominis cognoverunt, demississime, nec sine lacrymis ad eius pedes abiecti, facinus confiteri, veniam petere, vel ipsius etiam aspectu indignos se dicere, aliaque huiusmodi, quae sumnum animi dolorem indicarent. collacrymantibus filijs iniuriam benignus patet condonat: mox pacis osculo, & benedictione omnibus impetrata, in pristinam gratiam recipit, ac perq[ua]nter trahit.

Ceterum emigratorius tandem e vita Chremes, congregatos monachos in primis hortatus est, ut perfecte viuendi itinandum, tamenque negotium magna animi contentione caperent, & ad extreum usque spiritum retinerent: præcipue multorum inter ipsis amorem conseruare. de numeri eis bene precatus, enixa rogatus obsecratusque, ne honorifico sepulchro considerent, sed pro templi gradibus humarent, ut quicunque adem ingredierentur, pedibus procularent. tum puram sanctamque animam, Deo commendans, efflavit inter alumnorum suorum complexxas & lacrymas. quam gratum acceptumque Deus fuerit deificationis eius studium, ac exemplum, quod moriens rediuit, mirabiliter demonstratum est. nam limpida aqua, fons e terra gressio scaturit. vbi sanctissimum Chremetis corpus depositum fuit, & ad nosbam usque etatem scaturit. cuius aquam statim atque pio animi affectu quartana laborantes bibunt, pristinam valetudinem adipiscuntur. Beatisiani Chremetis caput, summo cultu seruatum VIII. Idus Augusti, festo die Christi Domini Seruatoris, cui ædes monasterij dedicata est, in ara expostum, maxima celebritate, ac pietate, illius regionis homines venerantur.

Humani ex petit, p. gradibus Ecclesie.

Vide Animada versione. fol. 47.

## VITA, ET MIRACVL A

Anni Chr.  
1118.  
7. Iulij.

## SANCTI LIDANI ABB.

AVCTORE DIONYSIO EPISCOPO SETINO.

<sup>2</sup>  
S. Lidanus  
in Sicilia  
natus.



LIDANVS 2 ex opido Antenæ in Sicilia, pater est ortus, bonæ eius opidi partis domino, cui nomen Gentilis, matre Cecilia, de familia per illustri Aueliarū. Sed his puer post habitis adscriptus est in Catinensium Monachorum cœtum nouennis adhuc, volentibus etiam parentibus: atque ut per æraté licuit, illud institutum vita sollemniter est professus. interea parentes de vita demigrant, & testamento hæredem ex asse filiū faciunt, annum septimum iam supra decimū agentem. regreditur in patriam Lidanus, ut omnia recognosceret, ea que se ratione gessit, ut non frustra monachum egificie videretur. nam eius dicti memor, qui vult venire post me abneget se metipsum, & tollat crucem suam. & sequatur me: diuendito patrimonio, parteque eius urbis, quæ majorum suorum ditioni subiecta fuerat, omnibusque in presentem pecuniam collatis, magnum aliquid animo cœlitus conceptum inconquens, egreditur de domo, & cognitione sua, & gressus Deo ducente flebit ad maritima, intra limites agri, hic cum silvas, lucas, paludesque, & omnia solitudinis comoda, atque opportuna cerneret, diuinitus edocuit eam sibi partem orbis terrarum deligi oportere, quo in loco cœptū religiosi sui persequeretur institutum. Lucas est cui nomen, ad tres arcus, stadijs ferme XXXII. ad Antoniani montem ab urbe Setia distans; iuxta eum locum, de pecunia paterna agrum cum emisset, Monasterium, impetrata Paledij Episcopi Setini facultate, exedificatum. S. Cecilia nomini cum propter suam erga Virginem reverentiam, tam in memoriam matris demortuæ dicavit, & sub S. Benedicti legibus, Monachis, Religiosisque viris adauxit. Breui sanctitas eius loci mirum quantum crevit; nam incredibile dictu est, quanta se abstinentia, ac ieiunijs exercerent ad aquam, & panem (carnes numquam) aliud obsonij vix apponebant. vigilare assidue, psalmodia, & sacrae acti sacrificij oblatio omni cum intentione animi celebrata; postremo horror ille nemorum, & plena silentij loca sanctitatem nō redolebant modo, sed acuebant. Et hæc quidem communis erat monasterij disciplina. Super hæc Lidanus alia priuatim aggerebat, enimvero statas, & occultas, ante prandium flagellationes cum memoria crucifixuum ac mortis dominicæ. In hoc vi-

te curriculo, intraque idem cœnobium, continenter se duos, & septuaginta annos exercuerat Lidanus, ad Pontificatum vsq. Gelasi Papæ II. cum miraculorum, vittumque luce coruscus desij inter mortales esse. VI. Nonas Iulias. Eius corpus iussu Drusini, Setiæ Episcopi, in opidum illud scilicet quicunque scit. sollempni pompa, ac frequentia delatum, in æde S. Mariz, sub ara maxima conditum, asseruato capite, quod populo quot annis, in eius obitus die, pro Sancti viri memoria, publice ostentaretur, argentea theca inclusum.

Iam vero miracula, quæ per B. Lidanum Deus operari dignatus est, singillatim explicare non est virium mearum, nonnulla tamen, senioribus quibusdam narrantibus accepta, ne scriptorum incuria pereant, humili quo dabitur stylo perscribam, in eo fretus, qui è saxo aquas eduxit, & iterum annum fertilem reddit. Ac primum, quod primo loco succurrit narrandum, illud est, quod in Monasterij constructione accidit. cum enim propter 4 vicinas paludes, ranarum coaxantium copia dispergarentur religiosi viri, vir Dei Lidanus confidens in Dei nomine, & Beatissimi Patris sui Benedicti suo cum scipione progressus cœpit paludem percutere, atque inter percutiendum, date, inquit, honorem Deo, & turbas has nolite auribus excitare noctis, credo enim, humanis magis vocibus delectatur Deus, quam vestris. ab eo momento ad hanc usque diem coaxatio in ea palude accipi nulla potuit, dannatis silētio ranis.

Ramus silen-  
tium impo-  
nit.

Quidam totum triennium insomnia laborans, pene perpetuum vigilarat, neque villa medicorum arte somnum oculis illice, re quierat; eius parentes acciti fama, ac nomine Lidani adductum egrotum statim in cœnobio, triduum expectant spe bona, si forte egressus vir Dei manus laboranti imponat, preceisque fundens, fugit in nomine Sanctissima Trinitatis tam inueteratum morbum, sed spe irrita. cogitant regredi, miceroris pleni. communitus huius facti Lidanus, egreditur, cognoscit omnia, & qua consolans afflictos, quia se, suamque extenuans sanctitatem, prehensum manu infirmum sistit ante altare Beatissimæ Virginis Ceciliae, & humi prosterni iubet. Ipse orare cœpit, cumque attentius immoraretur orando, tantus repente sopor vigilantem illum occupauit, vt cum apparente luce dormire coepisset, vix ad exitum diei euigilare potuerit, sed succidente vespere exercefactus ab astantibus, queri cœpit fraudatum se maxime voluptate, & corporis

<sup>3</sup>  
Monast. iux-  
ta setiam ex-  
truit.

ris, & animi, qualem tuncquam in anteacta vita perfessus. Tum se ad pedes Sanctissimi viri coniugis, efflagitans, ut a quo vsu accepisset vita consequens, ab eodem accipere mereretur religiose vitam habituari: sibi enim iam in animo esse fixum, velle cu Lidano, & vivere, & commorari. Sed ille negabat hoc coniugato viro concedi possum, quem separare ab uxore solius esset Dei, vade, inquit, fili mi, & coniugis, liberorum j. tuorum curam gere. at ille perfudit, & c in monasticum ingredi non posset iter, tam in hoc effecit, vt cum testamento omnes suas fortunas uxori, ac liberis legasset, in eodem cœnobio commotaretur, donec e vivis excederet.

**Pauperum** Illud omnino lepidum. Exercenti se ope fraudem contra quopiam extimo adsunt tres nudo cognoscit, et pore, efflagitantes ut eos misertus tegeret, opus illud fore Deo carum, neque ipsi infuetum esse; exceptos perhumaniter recreari cibo vir sanctus iubet dum prandet, quosdam clam emittit in destinatum locum, ubi per Spiritum Sanum notierat illos spaci lucri vestimenta occultasse, qui ea ad se deferrant: allata, ubi cibum cepere, partitur inter eos tres, cuique quod suum erat, eligitus. Enimvero credebat illi, magno se verlari in lucro, quamobrem reuertuntur ad eum locum, quo loco vestimenta sibi subtracta deposuerant, quibus haud quaquam inuenitis, primum quidem cohoruerunt; tum se intuicem intuerentur, animaduertitur, suo quemque amictu vestitum. quamobrem detectam fraudem, cum cognouissent suam tubore suffusi regreduntur ad B. Lidanum & proiecti in terram, dolis veniam exposuerunt, atque ut vir erat non prophetico solum, sed misericordi etiam spiritu dives, facile impetrant, & mohitis instructi salutibus abeunt.

Mulier ex Nimphe ciuitate, quia B. Lidano consanguinitate coniuncta dicebatur filium infantem noctu iuxta accubantem experfacta mortuum reperit, quamobrem flens, atque eiulans summo mane ad venerabilem Lidanum Abbatem tamquam maximis criminis rea penitentia causa accurrit. prouidit hæc spiritu vir sanctus & promissio nuntio, accessum mulieri prohibuit; sed illa adhuc in proposito perseuerabat, ergo iterum remuntrari illi iubet ne ad se accederet, eius facti iudicium penes Episcopum esse, non in Monachorum arbitrio. sed obdistrata mulier, seu moriar, inquit, seu vitam, ad Abbatem eundum est. accedenter intuitus B. Lidani acris obiurgatione excipit, sed illa suspirans, mi Pater, inquit, ne dedigneris peccatrici mulieri auxiliū praestare; qui quidem flexus ad preces, & lacrymas, admotitam proximum, deinde his verbis a se dimisit; vade quia filium tuum vinum inuenies. Viri dictum fides consecuta est mulieris, & infantis demortui vita; nam regressa domum, quem extinctum reliquerat, spirantem, viuentemque B. Lidai pre cibus inuenit.

Ioannes Sanctus Setiensis, magnis iuris-

gijs, ac tixis exceperat Benedictum Nigrum, eo quod in suspicionem venerat bouis sibi erecti, qui tamen noctu a pueris derelictus in agro inciderat in Lupos; sed Ioannes frumentos turbas palam fecerat, ita ut concursus fieret amicorum, vicinorumque non exiguus: res ad cædem properabat. intervenit B. Lidanus, & ad Ioannem accedens, obsecro, inquit, fili mi dimittit illis, vt tibi dimittat Deus, sic enim scriptum est: Dimittit, & dimittetur vobis, & rursus in Dominica oratione habetur: Dimitte nobis debita nostra sicut nos dimittimus debitoribus nostris. & tu fortasse in aliquo arte es, quod tibi expertas dimitti, & Deus propria dimittet. Ille obstinatus obduruit beati viri verbis. Et potius, inquit, me precipitari iube ex hoc ponte, quia ut huic parcā. ad hæc B. Lidanus respondit increpans patriter, & futura pandens. Male, male, inquam, fili mi loqueris. hoc unum scito, quia Diabolo magis obsequi promptus est, quia Deo, ei repentina superueniet tristitia, atq. calamitas: tibique hoc edico, atq. enuncio familia tuae eventurum: si tuum esset quidquid in orbe terrarum pretiosi nitet, illud omne cum magno doloris ictu repete tibi, nec opinanti, atferetur. dicta B. Lidani non multo post veritas hoc ordine rerum exceptit. Marcus, Ioannis istius filius sancto viro non obtemperantis nomine quadam, eum ad ignem staret, & alijs cum bubulcis & pastoribus confabularetur, somno, ut sit, contipitur, cum ecce repentina morbo corruptus, decidit in ignem, cumque strepitu expurgatus: accurrerent socij, extinctum de flamma rapuerunt, eoque erexit statim defecit ignis.

Quodam die, pauper quidam, sed pius, visendi Abbatis gratia abierat; cum propè accederet ad Monasterium, sentit illuc magnam accurrisse multitudinem hominum, ut sancti viri collocutionibus, atque miraculis foueretur: itaque veritus ne sibi reditum ceteri morarentur, ac propterea simili pateretur, vasculum vini plenum, quod secum attulerat, remoto ab arbitris loco seponebat, & inanis ad virum Dei accedit. iam prias suas collocutiones expletaverat sanctus vir, cum mensam apparari iubet: piscium quidem eduliorumque copia suppeditebat, vinum defecerat. cu hoc B. Lidanus cognoscet, subito certum virum destinat ad eum locum, in quo vas vinarium sepositum fuerat, & allatum deferti ad coniuas iubet: paullo post, pergit i' le alter, huius rei ignarus ut vasculum Abbati referret. sed frustratus spe sua intellexit vinum quod convivis portauerant illud ipsum fuisse, quod absconditum, & a S. Lidano prouisum, atque receptum fuerat. Quo palam facto, omnes Deo grates, laudesque cooperant referre, qui mirabilia facit in sanctis suis.

S. Viri de spiciens repentinom mortuus.

Vini vasculum absorbum Deo morte videt.

Vita Animaduersi. fol. 47.

MIRA-

# MIRACULA SANCTI LIDANI ABB. A IOANNE EPISCOPO SETINO descripta.



ERITAS quanto simplicius, tanto decentius, ac dignius enarratur. proin nec Rectoris coloranda sunt pigmentis diuina miracula, quæ ab ipso, qui lux est, lucisque auctor, fulgorem sua lucis accipiunt; nec series veritatis circumlocutionibus obnubilatur, & obducta pallescat, quæ sua tantum vi, suaque venustate clarescit. certe quidem incassum laborat, qui facibus iumare solem contendit. itaque Salomon ait omnis sermo ignitus clypeus est operantibus in se. nè addas quidquam verbis illius, nè arguaris ab ipso, inueniarisque mendax. quapropter miracula quædam, quæ per Contellorem suum Lidani post pium eius obitum facere Deus in Ecclesia Setina dignatus est, nè exciderent ab hominum memoria, ut à viris fide dignis acceperis scribere studui, nullo quidem pomposo verborum ornatu aut prolixitate diffusa, sed simplici, breviq. narratione. Et si vero fecisse imprudenter, ac temere videri possim, qui cum minime sufficientem me norim, id aggressus sim; attamen Deo, & conscientia mea teste cōfilium hoc meum non ex arrogantia, sed studio, pioque animi mei in S. Lidanum affectu, protectum est.

B. viri Reliquias igitur honorat.

Vixi in iudicio Setinum opidum communis incendio conflagraverat, adeò ut ne quo ipsi templis parceret iniuria flammam, quo splendidiore testimonio patefuerent profanorum hominum sceleri, vnaq; Sanctorum promerita: ergo cum B. Virginis Mariæ ades, ubi reliquias B. Lidani in arcu afferuabantur, corriperentur ignibus nihilque præter parietes non esset deuoratum, accessit ignis ad altare super quo præpter imminentem necessitatem ossa B. viri posuerant, sed restitit ignis, nec ausus est proprius ire, frenatus imperio illius, qui custodit omnia ossa Sanctorum suorum ut nè unum quidem ex his incendium abiunat, quin ipsa etiam altaris ornamenta ab igne dilecta & integra permantere. nos vero qui tanto B. Lidani miraculo gloriamur, Deum humiliter deprecamur, ut quemadmodum sacrosanctis eius corporis reliquias ab igne intactas seruauit, Beatissimi Confessoris sui intercessione flammarum in nobis vitiorum extinguat, sed ignem illum in nostris animis accendat, quem ut accenderet in terras descendit.

Paralyticas eius meritis conualescit. Mulier cui nomen Caracosa, ex Tuscia ubi ortum duxerit Setiam venerat, hic ad

mino visitata in paralysim incidit, & morbo miserabiliter vexata omnibus tere mens brorum vi, ac munere destituitur. Itaque iacebat suo in lecto, neque motum ullum facere quiverat, nisi ab alia mota, & in ipsis linteaminibus reuoluta. sed misericors Dominus minus miseriā inopis, & gemitus ægeritatem feminæ misertus est, & in eo facto mirificare sanctum suum voluit. cum ergo solum caperet, visus est hæc ei B. Lidanus proloqui; Caracosa si expetis hac te ægritudine leuare, iube te, quo die mea memoria in terris celebratur, eo die in Basilicam B. Mariæ Virginis deterriri, ubi meum situm est corpus; & esto animo alaci ac confidenti fore te tuæ primitæ sanitati restituendæ ab eo, qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. paruit illa, & in tēplum delatam cum lacrymis, & suspirijs ante altare, in quo B. Lidani corpus condebatur, vehementer Deum orat, atque eff agitat, ut per interuentum B. Lidani ab eo morbi genere misericorditer eriperet: Dominus autem cuius miserationes sunt super omnia opera eius, & qui saluos in eo sperantes facit, miris illam modis liberavit, ut sanctum suum mirificaret in terris, eaque optatum, fidei præmium reportaret; nam quæ primum mulier vix partem villam corporis agere poterat, & vndeque afflita ita iacebat, ut alterius ope, atque opera vivere, atque ire oporteret, eadem ab eo qui erigit elisos, & soluit compeditos erecta repente cœpit exili e, & turbis spectatibus per ædē ambulare integris membris, redintegratisque viribus; atque ea corporis valitudinem tam bene usq; est, ut multis post annis in columis superuixerit, populus autem qui ad festum diem S. Lidani conuenerat miraculo exsultans, cum canticis, hymnisq; Deum laudabat qui solus mirabilia facit.

Narrabo aliud dissimile in re non dissimili euentu. Agnes mulier Setinæ cum à Dæmonie malo vexaretur, credidit se posse medicorum subsidio ab ea vexatione liberari. Sed hac spe frustrata est, & super ægritudinem suam inopiam addidit. nam fortunas inutilibus medicamentis attruerat. demum intelligit spiritus hos nequam non nisi in digito Dei ejici de humanis corporibus posse. quamobrem in perwigilio Sancti Lidani defertur ad eadem B. Mariæ, ubi sanctissimum corpus eius requiescit: restitit ad fores cacodæmon, præsentiens damnū suum, sed intromittitur vi, ac violentia, & cum frequenti horribilium multitidine propter

Vexata à Spi-  
tu maligno  
liberatur.

pter sancti virti corpus nondem illam in p<sup>re</sup>cibus, atque oratione insomnem duxit, v<sup>e</sup> quedum crastina luce sollempne misere sacramentum perficeretur: iam populus ire domini iussus, cœperat, excedere, cum illa præter consuetudinem somno correpta tantisper quieuit. experetta, sensit se suæ egestionis scedis immunditijs tetricoq; odore adeo obuolutam, ut sustineri vix a quod quam posset. itaque tetricus ille spiritus imperio B. Lidani fugatus abiisse per eas partes creditum: ipsa eadem mulier constantissimamente incolumem B. Lidani meritis alleuerabat; & regressa domum suam, mutato velitu exultans in Domino, qui misericordiam suam per B. Lidanum cum ea fecit, reuerit in ædem ut psalmodiam vesperarum publice audiret. miraculum subsequutum multorum annorum integritas confirmata.

Alia ex castro Sermoneta nuptiæ à parentibus data, cum primum à viro cognita, virginitatis suæ florem amisit, ita toto corpore diriguit, ut facultate sentiendi pene extincta, non modo sermone, sed ne nutriri quidem suam exponere voluntatem, aut alterius expositam accipere posset: interea festus B. Lidano dies dicatus accedebat, cum ergo magna animi deuotione, spe plena mulier & contritionem sui cordis exterua quoque corporis castigatione adauget, nam faxum de collo suspensum Setiam usq; portat, & ante aram maximam in qua corpus B. Lidani conditum erat, se ficit. non longam inibi moram fecerat: & illico linguæ usum de integro recipit, & confirmatis corporis membris exultans in Deo salutari suo, ad patriam reddit, prædicans omnibus quæ à B. Lidano beneficia acceperat.

Petrus Saladinus Setianus cuius forte amissum bouem huc illicet nocte concubia perquirebat ei adolescenti publicus humai generis hostis, qui semper tamquam leo

rugiens, & querens quem deuoret, affluit pro hominis habitu occurrit, & nocendi cupidus, impetum, impressionemque in ipsū facit. & sane perdidisset nisi Dei misericordia contra violentiam potentis aduersarij mirabiliter succurisset. nam Saladinus in tanto constitutus periculo, inuocato nomine B. Lidani oravit, sibi, ut affisteret. nec frustra, nam repente ei apparuit, monachi habitu eodem quo viuens Lidanus vtebatur; quo viso hostis repente evanuit. tum B. Lidanus comiter, ac perhumane confortans exterritum iuuenem deduxit sub mœnia urbis Setinæ. ille stupefactus, ac præmetu destitutus viribus, petijit a Beatisimo Lidano panem sibi dari, qui frustum panis non hominum manu, sed Angelica industria elaborati paternæ affectu præbuit, quæ comedit ille, confortatusque est. sed cum abire vellet, B. Lidanus abi inquit, fili mis in pace, Dominus defensor vitæ tuæ est, neque te ultra oportet trepidare. adolescentis autem tremebundus noli me derelinquare, Pater, sancte, inquit, quia adhuc mihi restat periculum in via. excepit alter, noli filii mi timere, ego tibi socium opportunitum procurabo, qui te domum usque tuam numquam deseret. & post aliquantulum temporis uitiumquempiam de agro reuertentem, comitem illi dedit, qui cum ad ædes suas tuto reduxit. sed adolescentis natura sua pusillanimis, & terrore illo magis consternatus, incidit in stuporem mentis, ut neque quid sibi accideret enuntiare posset. Sed aliquanto post recreatus, nutu significauit existentibus, velle se ad B. Lidani corpus deduci. deductus, statim recuperat vires, & orationem, vocemque amissam, & quæ videlerat cum hilaritate & fide narrat. vniuersa autem Ciuitas Setina tanto miraculo, visu que Beatisimi Lidani Confessoris auditio, cum ingenti animoru[m] letitia cognouit se, usque ciues vniuersos in S. Lidani tutela, atque custodia indesinenter vivere, & magnificabat Deum, viuentem in secula seculorum.

## VITA

# S. BARTHOLOMAEI FUNDATORIS MAGNI MONASTERII Sancti Saluatoris. A Daniele Monacho scripta, & ex Græcis Codd. translata.

**S**ANCTORVM in virorum facta, moresque posteris tradere, sane utilissimum est virtutis amatoribus, plurimumque ad animarum salutem conducit, ex enim nat-

ratio incitat animos ad virtutum exercitationes, laborumque, & difficultatum contemptione suadet. quemadmodum enim si de bello, tropheisque coram bellatoribus quis-

Virōs ac vō  
cem alia p  
cum recupe  
tar.

Saladinum  
diabolo  
defenditur.

Anni Chr.  
1140.  
19. Augusti

quispiam differat, eorum animi statim inar-  
descunt, instructas ferme acies querunt, &  
in hostium congressum ruunt, & quo cre-  
bris huc audiunt, eo vehementius accen-  
duntur: ita cupidæ mentes virtutū, Aposto-  
lorum certamina, cursusque, prælia Marty-  
rum, Sanctorum vitas, Monachorum aduer-  
sionem spirituales nequitias collationes ex  
historia aliqua perdiscentes, generosa qua-  
dam alacritate, statim ad eorum imitatio-  
nem attolluntur, suaque aguntur impul-  
su ad paria facinora perpetrandæ, pares cū  
illis à Deo coronas, ac præmia adipisci p-  
optantes. cum igitur adeo perspicua cunc-  
tis sit veritas, & ad virtutes incitamentum,  
quod in celebrium viroq; gestis rebus enar-  
randis collocatum est; recte nos facturos ar-  
bitrati sumus, si vitam proderemus Deo in  
primis gratiam, mortaliumque animis utilē  
Patri nostri, ac Pastoris Bartholomæi, vi-  
ri tanta ornati virtute, ac solis instar re&e  
factorum radios undeque diffundentis:  
neque virtutes eius obscurari obliuione fi-  
neremus. sane olim Ethnici tantum studij  
contulere ad fabulosa Heroum suorum faci-  
nora literis mandanda, vnde nihil omnino  
monumenti caperetur, ad hominum vitam  
ro&te instituendam, quin potius ex scelestis  
turpibusque narrationibus, damni plurimū  
exfiltreret, nobis vero reticenda venerabilis  
viri virtus, ac sine luce historiæ relinquent-  
da; imo commemoranda pro virili est, tan-  
tumque virtutis exemplar, cunctis mortali-  
bus eorum bono exponendum.

Tulit hunc sanctum virum, quod vos non  
latet, quotquot prope adeitis, sacra, &  
diuinitus collecta congregatio, haud ampla  
aliqua & ornata vrbs, sed vile, obscurumq;  
opidum in his Calabriæ partibus situm,  
qua meridiem spectat, nomea & vero Pa-  
triz, Semeri. ne no vero humilitatem Pa-  
triz intuitus, humile aliquid de tanto viro,  
deque eximi s eius ornamenti judignum  
suspicetur. sic enim aspernari licet non.

B. Barthol.  
in Calabriæ  
opido Seme-  
ri natus.

Apostolos modo, ac Prophetas, sed ipsorum  
Principes Eliam Thesbiten, Io: Baptistam, ip-  
sumq; Petrum Christi Ecclesiaz fundamentū.  
quid horum Patria, si splendorē, assentatio-  
nemq; quaris, abiecius? & Patria quidē ma-  
gni huius, & inclyti Patris eiusmodi, atque  
ignobilis fuit. at parentes ille magnos ha-  
buit, excelsosq; , ac vera nobilitate claros:  
qui que patrimonium virtutis, quod à ma-  
ioribus in se derinuarunt, proprijs in dies in-  
cremētis auxere. nam à prauo opere, vt ma-  
gnus ille lob, recedēt, infimas, fluxasq; vo-  
luptates despexere, rei vero familiaris par-  
tem maximam ab interitu, mundiq. huius  
Principe vindicantes, è diuersorio in domi-  
ciliū, optimum inde exemplum filio facti,  
sibiq. thesanros beatitudinis æternæ cumu-  
lantes, transmiscebant. pater quidem Geor-  
gius. mater vero Helena appellabatur. hi  
præclarum hunc virum tāquam bona stirps  
bonum gignētes furculum, Deoq; largitori  
donoru; per sanctum baptismam consecran-  
tes, Bafiliū diuinitus nuncuparunt. vt ipsa-  
nominis appellatione regia pueri indoles  
ad carnis passiones inflexibilis, & ab earum

seruitute libera demonstraretur.

Sed enim Beati illi, quos retulimus, eius  
virtutis erant, vt in omnibus veluti diu ino  
metu manu ducerentur. itaq. nulla maior  
cura, quā filium in disciplina, ac lege Domi-  
ni, vt monet Apostolus, educare; vt eū regiū  
teuera donarium, digniūq; cælesti Rege tem-  
plum efficerent, puer vero non respiciebat  
ad ludos, iocosq; & alia, quibus ætas puerilis  
delectari plerumq; solet; sed ad domesticū  
exemplum: parentes suos, perpetuo contem-  
plans, in corpore imbecillo, atq; adhuc im-  
perfecto, prudētiam perfectā præseferebat:  
ex primo, quod aiunt, germine, indicās, qua-  
lem esset in plantā eiusurus. postquā exces-  
sit è pueris, a parentibus traditur lacris liter-  
ris perdiscendis. sane copiosa doctrinæ fe-  
mina quotidie sinu mentis excipiens breui  
edidit vberes fructus, quiq; ætate superarēt.  
Lacris itē ædibus semper assistens diuinorū  
hymnorū cantibus, sanctisq; lectionibus  
simul animum, sensuq; permulcebat.

Hinc Dei timorē, vt Isaías ait, vtero mē-  
tis concipiens, animaduertensq. quam nihil  
eorum, quæ spectantur firmum, stabileq. sit;  
parentes, mundumq. & quæ in ipso sunt,  
propter Christum despiciens, cogitationes  
omnes in vaum Deum transferr. nemini ve-  
ro quidquam locutus, suamue cōsilium de-  
tegens, parentibus, cōsanguineis, amicis om-  
nibus relictis, ipsoq. patrio solo, quo nihil  
hominibus optatius est, clam paternis ædi-  
bus egressus Cyrilum monachum magni no-  
minis petit, qui tunc temporis ad torrentē  
Melitenum cū paucis se exercentibus in pie-  
tate, diuinū virtutis mel studiose conficiens  
morabatur, ad hunc cū peruenisset, dici vix  
potest quanta animi contentionē sacrum-  
sibi monachorū habitū dari postulabat. Ac  
senex iuueniē ei ætate obiçies, fieri, inquit  
nō potest, fili, vt monasticæ vitæ labores in  
præsētia toleres; ac futurū breui est, vt suc-  
cubas; multi enim sūt, virisq. ipsis perdiffici-  
les, nedū teneris, qualis ipse es, & adolescētu-  
lis delicatis, apud parētes adhuc degas, sua-  
deo: nec tātos labores tā imbecillo corpore  
sustinēdos suscipias, is vero auditis senis ver-  
bis, ego, inquit, Pater, hāc ob causā adji te,  
vt sic Christo viuā, moriar carni. q; si labo-  
res istos aggrediēt me, vte aīs, mori cōtige-  
rit, præclarius mihi hoc pati, quā à te inanē  
discedere; retroq. q; in Euāgelio dicitur, re-  
spicer, cū ad aratrū manū miserim. adeò cō-  
stans animi, ppositū, ardētēq; in Deū amo-  
rē vbi Cyrilus p̄spexit, capillis eius detōsis,  
sacro monachorū habitu induit. vt vero co-  
rū, q; in seculo degēs habuerat, ne nomē qdē  
deinde reliquū ipsi foret, eo cōmutato, Bar-  
tholomæ vocavit. hunc in modū B. Cyrillo  
iā subiectus, ad monasticæ vitæ exercitatio-  
nes, & disciplinam informari cœpit. simul  
ætate subcrescente, virtutum in eo semina  
concrescabant. aliaque multa alia ab optimo  
præceptore, in eius corde, tamquam  
in bono, ac pingui solo sata adiiciebantur.

Quoniam vero multis ad salutem auc-  
tor, & afflictis animis solitum futurum erat  
solis illum B. Cyrilli institutionibus imbui,

Clam par-  
tibus, ad Cy-  
rillum asce-  
tam se con-  
fett.

prouida Dei sapientia non sicut. sed com-  
paranda virtutis, ac sanctitatis, que exige-  
dete in eo debebant, opportunitatem e-  
hibens, studiosos alios Dei viros inuise eti-  
cupiditatem iniecit. vt in morem sed eti-  
apis, ex singulis, quod utile foret, deci-  
pens, idoneus ad eos regendo redderetur,  
quos ad virtutem directatus erat. igitur di-  
ui no afflatus numine, Sanctum Cyrillum  
deserit; orbemque terrarum peragrans spe-  
ciale virtutis, & sapientiae viros, quotquot  
Christo essent amore deuincti, conquis-  
tum his versatus affidue, & cuiusque vitam  
attente considerans, breui temporis inter-  
vallo, omne virtutis genus sibi compar uit.  
circumibat vero, iuxta Christi Domini pre-  
ceptum, nudis pedibus, sola tunica, utri-  
ta illa quidem, vilique amictus: pellicea  
zona praecinctus: inedia maciletus, ac squal-  
iens. baculum manu gestabat, in crucis for-  
matam, (quod fertur Apostolorum Princeps  
fecisse) cum aduersus spirituales hostes pro-  
pugnaculum, cum ob continuam Iesu Christi,  
pro nobis crucifixi, memoriam.

Hac ratione nauis instar pretiosissimi iusti  
vnguentis, cum diuinis iara meditationibus,  
operibusque instructus esset, tale vi-  
tuendi institutum deserere, seque ad solita-  
riam, & tranquillam transferre vitam de-  
cernit. igitur ab omni sane hominum con-  
sortio subducens se, sicut passer, vt loquitur S. David, in montes hosce nostros, tunc  
temporis hominibus prope inuios, se ad  
quietem peropportunos transmigrat. in  
quorum vertice, cum oratorium magno  
Martyri Sisinnio dicatum reperisset, in quo  
senex quidam solitariam vitam ducebat,  
hospitio ab eo exceptus est. ibi dies aliquot  
commoratus, cum monacho communica-  
to consilio, rogat ad interiora nemoris sibi  
ducem fieri, vbi a nemine omnino impedi-  
tus, Deo vacare solus posset. Ergo Blasius  
(hoc erat seni nomen) ex sermone, exerci-  
tationeque pietatis, qua in vultu iuuenis  
prælucebat, Christi famulum esse digno-  
scens, libenter annuens ad optatum locum  
perducit. vt vero vir sanctus quietum locum,  
omnique ex parte tranquillum comperit,  
magno gaudio perfusus est vt qui votis iam  
potiretur suis, hie senem enixe precatur, ve-  
niat ad se diebus alternis, leguminis aliquid  
afferens, exiguum corpori folementum. cum  
facilem, paratumque ad perficiendum, quod  
expeteret, inuenisset, suas ad Deum preces  
pollicitus, gratias, vt par erat, rependit. ad  
hoc tempus indicans, quo vellet inuisi, sua  
ad studia, sedemque vt redeat, hortatur.

Bartholomeus vero montis cultor, quem  
optauerat, effectus, habitare cum feris præ  
hominum commercio eligens, totum se  
concupitam diu quieti tradit, cumque in an-  
gustum, nec bene, commodeue effossam  
speluncam semet inclusisset, sed humiditas  
multum, asperique frigoris admittente,  
precationibus, & ieiunijs semper insistens,  
ex sacris Davidis canticis voluptates capie-  
bat suas. sed eorum, qua ad solarium cor-  
poris excogitata sunt, nihil sane habebat;

Admirabi-  
lis eius vita  
cultus.

non lucernam, non mensam, non lectulam,  
vel parvam aliquam storem, vt usus se exer-  
centibus est, ad moderatum corporis leua-  
mentum. nuda ipse humo, parec omnino,  
& quasi furtim capiebat somnum. vigilijs  
adeo induruerat, vt totum scire noscere spa-  
cium flectendis genibus, orandoque transi-  
geret. dicebat enim: oportere monachum  
semper vigilare, nescientem iuxta Domini  
voce, qua hora sur venit. ceterū subcrem-  
iticæ ritæ initia leguminibꝫ à bono illo sene  
suppeditatis, sustentabatur. vbi vero decursu  
temporis habitu temperantia comparauerat  
agrestes tantummodo herbas, & aquas. o  
idque ea cum moderatione, vt suadet ar-  
ceret, gustabat, omnesqꝫ delicias suas, sump-  
tus omnis expertes, colloquia in oratione  
cum Deo, ac perennes lacrymas ducebat.

Neque aduersum diuitiarat voluptates  
ventris bellum strenue gerebat, verum etiā  
maxima frigora, imbruesque, & ianumeras  
prope zeminas, propter Christum volens  
perpetiebatur. nam cum loca adeo fri-  
gida incoleret, nec foco ritebatur, quod vnu  
eremiticam vitam complexis maxima se-  
latio esse solet. cum igitur in castigationem  
corporis adeo severe incumberet, & infer-  
tiorem hominem, vt equum est, superiori  
subigeret, mentisque aciem diligenter pur-  
gans, nitidissimum Spiritus Sancti speculum  
reddere conaretur. qui bonis nostris semper  
aduersatur, Dæmon, quiete eum agere non  
patiebatur. sed varijs terrere spectris, obrue-  
re saxis, & in profundissimas subiectarū val-  
lum voragini dare præcipitem pertenta-  
bat. is vero nequaquam ignorans, cuiusna  
stiz artes, ac præstigia forent, fixa in Deo  
mente, Davidic illa carmina contra hostē  
occinebat. Dominus illuminatio, & salus  
mea, quæ timebo. Dominus protector vita  
mea; à quo trepidabo? dū appropiant super  
me nocentes, vt edant carnes meas, qui tri-  
bulat me inimici mei, ipsi infirmati sunt, &  
cederunt. si cōsistant aduersu me castra, nō  
timebit cor meū. si exsurgat aduersum me  
præliū, in hoc ego sperabo. hęc recitās vir sā-  
ctus, aduersu mōstra signū crucis exprime-  
bat. quin etiā nonnūquā sacri eius, diuinisqꝫ  
oris, vel tenui habitu fugabātur confectum  
spectra, & sōnaj instar terriculamēta dissol-  
uebātur. sed hostibus superior effactus. Deo  
victorię largitori gratias agebat; a quo vbe-  
res quotidie, vt cantat diuinus Psaltes, vo-  
luptates percipiebat. nā secundū multitudi-  
nem, inquit, dolor in corde meo, consola-  
tiones tuę delectauerunt animam meam.

Illud hic lubet enarrare, qꝫ auditu quidē  
iucundissimum erit, magnāqꝫ simili admiratio-  
nē audientiū animis afferet. Virū sanctū  
aliquādo adiere senex Blasius, vnaqꝫ B. Cyril-  
lus, quæ spiritualē eius Patrē tuisse supra cō-  
memorauimus. iā prope locū erat, vbi Bar-  
tholomeo in more erat, sēpenumero orare.  
O mirū, & terrible spectaculū, colūna ignis  
cōspecta ab illis est, à terra in Cælum vique  
prosensa. rei insolentia nō immērito obitu-  
pefacti, visaqꝫ ineffabilia contemplati. at-  
tonitis similes constitere. vbi vero iugēs ille  
iamen:

Immensusque splendor abscessit ex oculis, eo accedentes, ubi admirabilem illam speciem viderant. S. Bartholomaeum inuenient tamquam alterum Mosen ex consortio sermonis Domini, eximio illustratum fulgore, totaque facie mirum in modum radiante. talis igitur, cum esset Bartholomeus, tantamq; à Deo gloriam consecutus, haud consentaneum erat, solitudine, instar lucernæ sub modio, semper abscondi, propriaque saluti tantummodo vacare. quare qui rebus nostris perpetuo prospicit Deus eum manifestat, conspicuumque, quibus esset ignotus, hunc in modum reddit.

Viri quidam agrestium ferarum venati intenti, hunc aliquando in montem accedere, ubi Pater Angelicam dicens vitam demorabatur. quem drepente tali forte modo habentem se conspiciunt: prope antrum stantem, Deumque sibi ac toti mundo propitiantem. viro venatores repentinae, insuetoque perturbati, iam fugam capiebant. verum sanctus adeo turbatos cernen viros, nolite, statim inquit, fratres, timere: homo siquidem & ipse sum, licet ob peccata mea, hunc ad habitandum locum elegerim. qua illi voce animula resumentes, propiusque accedentes, Angelicum plane aspectum, speciemque viri Dei & corporis habitudinem cernunt. minime enim, ut qui in montibus degeret, terribili, & agresti forma erat, sed mitis potius, blandusque, ac re vera celestis Angelus. vultus suauis, suauior alloquio; multumque utilitatis, tum vultu, tum verbis ad se accedentibus afferens. itaque saturati viri iucundissimo eius, animis utili, confortio, multaque inde voluptate percepta, & habita eius benedictione, discessere: seuere prius à sancto viro admoniti, ut nemini omnino de ipso quidquam loquerentur. breui tempore interiecto, rursus venatores ad magnam, hanc, utilissimamque redeunt venationem; neque enim seruum eius suavitatis tanto priuare se bono diutius sinebat. Sed Dei famulus iucundissimos, ac viuificos fructus rursus illis lingua porrigens, liberali exceptos coniuio, faulta cum preicatione dimittit: at hi ingens adeo apud se bonum celare neutiquam valentes, manifestant thesaurum, ipsumque nescientibus patefaciunt.

Hoc pacto vir sanctus iam palam factus, fama sui cupidos bonorum huiusmodi fama sui ad muleos ad se pertrahebat. hæc enim pennata confesse perirabit stim circumvolitans, vt clara aliqua, ac sonora tuba, virum ubique prædicabat, ciens non proximos modo, sed longe semotos, vt omnes ad ipsum accurrerent. Bartholomeus vero, & vt Ioannis Baptista ratione vitæ, ita spiritum emulatus, ad se adeuntibus pœnitentiam. & peccatorum confessionem pertractabat de nulla alia re, inquiens, filij, & fratres, tantopere lætatur Deus, atque de homine pœnitentiam agente, & animi labes per confessionem eluentem. cuius rei testis ipse est pro nobis homo factus. qui non veni, dixit, vocare iustos;

Tom. 2.

sed peccatores ad pœnitentiam. illorum igitur pœniteat nos, dilecti, quibus, vt homines, temporibus anteactis, Deum & conditorem nostrum offendimus. isque vt bonus, & natura misericors, ad se toto ex corde conuersis veniam redonabit; & quemadmodum prodigum illum filium, per pœnitentiam in primitum nos honorem, & filiorum adoptionem restituet hæc, & talia docens, monensque quotidie, ad salutem inducebat omnes, vitamque instituere iuxta Dei præcepta persuadebat. eum vero adestium alij maximo præcepto emolumento, domum reuertebantur. alij vero doctrinæ eius dulcedine, veluti compedibus quibusdam, irretiti, vitæ comites, eiusque instituti esse percipientes, magistrum ipsum, & viæ ducem ad salutem efflagitabant. qui plane quietis amantissimus, bonique quod in quiete est, summopere auidus, primum quidem ferebat ægre postulata, illamque ab se prouintiam tamquam difficilem rejeciebat. dein perpendens eum, qui sibi soli vivit, rebusq; tantum suis sollicite prospicit, vni sibi utilem esse. alios vero instinentem, & animarum curam gerente, plurimum facere lucri, maximamque erga Deum caritatem præferre, & quoquis obsequio maiorem, precibus tandem cessit.

Excepit igitur, qui venirent ad se modisque omnibus eorum salutis curam gerebat, ad solitariam vitam instituens. cum iisdem in Oratorio degens, quod multos ante annos à Niphone quadam Monacho, vt ferunt, Beatae Dei Genitricis, ac Ioannis Baptista Nugduniati nominibus, ibidem exstructum erat. tum sane virum sanctum vidisses secundum Psalmistam, desertum in stagna spiritualium aquarum ponentem, & collocantem illic esurientes, ejusdemque constituentem habitationis, & seminarum agros doctrinæ arato; ad hoc intelligentes vineas plâtantem, quæ & fructum fecerunt nativitatis. respexit enim de celo agricola animarum, vt Prophætæ verbis rursus utar, eisque benedixit, ac multiplicati sunt nimis. Sed extenderunt palmites suos usque ad mare, & usque ad flumina propagines suas; ita vt videret omnis iniquitas, qui est mendacij pater, & obstrueret os suum, ploraretq; & acerbissime lamentaretur. puræ vero illæ mentes choreas circa Deum agentes, deque nostra salute voluptatem semper capientes, inre lætarentur, & maiores conditori suo gratias agerent, hymnosque celebrieres concinerent.

Atqui ego, quæ hoc loco vir sanctus diuina virtute mira gessit, auditoribus sane iniquus essem, si præterirem. minime quidem ea silebo, sed narrationi attentione præstanta est. vel hinc enim maxime viri cum Deo familiaritatem, coniunctionemque cognoscemus. circumfidentibus aliquando discipulis eius, à matutinis ad Deum precibus, in æde Dei Genitricis, & à nocturnis le laboribus paulum

Via ducem  
a salutem  
se præbet.

In opere pa-  
nis ad sacri-  
ficiū diuī iū  
tō prouis i.

recreantibus, sermonem inchoans Pater, nocturna, inquit, Dei praconia, fratres, laudesque pro viribus ab ipso suppeditatis, peracta iam sunt. ceterum parata sunt, quæ ad diuinum sacrificium pertinent, ut stata hora sacrificemus. ihs vero afferentibus, panem non esse, ex quo sacra Deo hostia immoletur. rursum Pater, at vos, ait, filij, nulla super hoc cura esto; potest enim Deus, qui quadraginta annos mirabilis cibo Israeliticum populum in dese. to paut, nobis quoque in rerum necessitatibus inopia, sui caussa, in extremo constitutis, quæ opus sunt suppeditare. hæc locutus, quedam addens de diuina prouidentia, qua cuncta gubernantur, quodque nec passerae vniuersi Rector cura sua destituit, sermonem absoluit. nondum aderat tertia diei hora, sub quam Christianis mos est incriuentum sacrificium offerre. ecce tibi ad ipsos venit diuinitus missus ē vicinis vir quidam, religiosus Christi cultor, recentes, candidosque panes afferens, quorum beneficio abunde subleuata præsenti inopia, peractoque diuino sacrificio, debitas Deo gratias egerunt. prophetæ sane gratia datus erat vir Sanctus, ac patrare misericordia valebat, sed propter excellentem animi sui modestiam, & humilitatem nobebat.

Iam vero pluribus ipsum adeuntibus, coniunctumque eius amplectentibus crescebat in dies comitatus, & augebatur. quem monasticis constitutionibus, regulisque excolebat. atque ultra spirituale regimen illorum, quæ ad corporis sustentationem, conseruationemque necessaria essent, diligenter omnia procurabat; quamquam affecto esset corpore, multis instar boni pugilis exercitationibus probatus, crebrisque, & graibus morbis vexatus. hic rursum quietis amore accensus, Deoque in secreto vacandi, ac perfectius cognoscendi desiderio, fratres deserere cogitabat. illos igitur Deo committere, aliamque ad solitudinem proficisci statuit; ubi hominum gloriam fugiens, quæ una plurimum ad virtutem corrumpendam valet, capita quiete oblectaretur. hæc animo volutans, totus in ea secessione erat, silvasque, & aspera montium secum ipse meditabatur. circumspetabantque communis vero Seruatoris, Dominique omnium parens, multitudini eorum propiciens, qui salutem consecuturi peripsum erant, nocte quadam vigilanti, & in lueta oratione pernoctanti adstitit, luce immensa, & diuina effulgens, carneque indutum ex se Deum vlnis gelitans, cum mandatis huiusmodi: Cessia, Bartholomæ, in presentiarum à quietis studio, desiderioque abeundi in vias ad solitudines. hic te manere oportet, mihique animarum scholam hoc ipso in loco constituere, in quo multi per te salutem adipiscuntur.

His a Dei Genitrice Beatus Pater admonitus, solitudinis studium dimittit, totusque, ut bonus, obediensque famulus, in monasterium extuendum incubit, præ-

silio hortantis Domini, eiusque filij, & Dei potentia fretus. breui tantum operis ad finem perduxit, multos incitans, qui sumptus ad ædificiorum constructionem suppeditarent. quorum princeps, ardensq; adiutor exsticuit Christodulus & Ammiratus. vir apud terrenos reges tunc temporis plurimum potens, Beatum hunc Patrem, germanumque seruum cælestis Regis flagranti prosequens amore, totusque ab eius præceptis, & monitis pendens: ut quiuis voluerit, ex literis à celebrissimo Patre ad illum missis, plane cognoscet. per hunc igitur religiosum virum pio, christianoque Regi Rogerio, eiusque affinibus, famulum suum notum reddens, qui honorantes se, gloriosos facit Dominus, in animos illorum inducit, ut que ad monasterij fundationem necessaria essent, liberaliter præberent. qui cum virtutib; cognouissent, virique virtutem, quamque cum Deo familiaritatem haberet, opere maximo reveriti sunt, eique adeo adheserunt, eius in dicendo vim ab omni adulacione semotam, admirantes, ut non modo pecunias, opeisque, & quæcumque huiusmodi, sed etiam semet ipsos tradentes, internuntium apud Deum, suarumque curatorem animarum constituerint; illud Davidis ferme nobis prænuntiantes: nimis honorati sunt amici tui Deus.

Hinc vir Sanctus adeo omnibus conspicuus redditus est, adeoque exstructum ab eo monasterium impleri cœptum, ut multa, ac pene innumera ex hoc uno domicilia monachorum deriuariat. sanctissimis ab eo conditis legibus constituta. multi etiam ex ipsorum monachis ad Archiepiscoporum sedes emerentur, curaque ijs pastoralis committeretur. quin plures aliorum monasteriorum Präfules, pastoresque, diuinam viri conuersationem suspicentes, præfecturam renuētes, ad eum accedebat, cum inallect sub ipsius esse regimine, quæ alijs præesse. venerandum in primis, ac noble illud par, Cosmas, & Iacius, viri vera optimi, & sanctissimi, omniisque donis ornati, præ summa, ut æquum est credere, humilitate, modestiaque animi, huic se committentes Patri, ad incrementa monasterij plurimum contulerunt, atque collaborant: eius effecti marius, brachiaque, & si quod aliud est membrum nobile, ac necessarium quo tempore B. 4 Polychronius Gynacopolios Episcopus, de rebus eius certior fama redditus, ipsum intueri coram, colloquijs, ac precibus perfaci cōcupiuit. itaque nulla interposita mora, ad eum una cum S. Cyrillo venit, cuius superiorius oratio meminit. quos Sanctissimus Bartholomæus summa cuncta animi voluptate excipiens, gaudebat, spirituque super illos exultabat: aduentum eorum præstantissimo quouis lucro pretiosiore ducens. ij vero cum Sancti viri res fama maiores esse cognoscerent, de virtute eius, ac sanctitate vehementer lætabantur.

Die quodam hi Beatisimi viri cum Bar.

Monasteriū  
ædificat.

Effulgens  
Dei Mater  
apparet.

**Bartholomæo confidentes**, deque rebus inter se differentes, quæ tales decerent viros; quod nondum Pater esset sacerdotio iniciatus, ut eum ad gradum euchi paterneretur, maximopere contendebant. at is sermonem huiusmodi, ac virorum preces moleste admundum ferens, refugiebat rem: Sacerdotioq; minime se idoneum iudicâs, vir plane sanctus ab se omnino rejiciebat. quis, inquiens, ego sum; Reuerendi admundum Domini mei, ut tantum dignitatis subiectam? veram resumpto illi sermone, optimè, ait, nouimus, Dilectissime Fili, te, p̄te nimia humilitate tua, ut talia de te ipso sentias, persuasum. Sed tibi nos Dei voluntatem contestantes modestiz tuz notum esse volumus, non sine certo afflatu, ad hoc cogi te a nobis, destinatumque à diuino spiritu certo scito. his virorum, illorum consilijs, & rationibus, monachorumque, & discipulorum suorum precibus, à Sanctis eius manibus benedici assidue experientium, ægre persuasus Bartholomæus, in templo glorioſi Prophetæ, & Præcursoris Domini, Ioannis Baptizæ ab eximio Polychromio ordinationem accipit, Deumque in sede sacerdotali, dignus longe altiore gradu, laudat.

Haud multo post, ad parentes fama peruenit, qui longius profectionem ad eum differre nequaquam tulere, naturæ affectu vehementer stimulante. igitur carissimum filium magno cum gudio cœueniunt, orationemque ex mellifluo eius ore manantē percipientes, diuinis filij monitis parentes obtemperant, mundique ut consentaneum erat, vanitati nuntium remittunt. præque eo, quod illum edidissent terris, ingeti adeo recepta remuneratione, monasticam vitam audiissime complectuntur. in qua sub tam bono filio præclare agentes, in senectute bona ad Dominum migrauerent, caduca cū sempiternis communantes, & parentes quidem suos hoc pacto remuneratus est vir Beatissimus, talesque illis vicem carnalis originis rependit. genitor spiritu ijs effensus, à quibus secundum carnem genitus erat. complares item alios affinitate fibi connexos ad Angelicum, diuumque vitæ institutum pertraxit. sed ad ea, quæ reliqua, progrediendum est; memoriaque, ac narratione dignæ res exponendæ.

Extruso iam monasterio, antiquâ Romanam proficiisci Bartholomæo necesse fuit, ut Papæ diplomaticis ( erat 5. is Paschalensis ) immunitates illi necessarias procuraret. in Urbe cum Pontifici Maximo, tum Cleri primoribus carus, & venerandus fuit. philosophiam eius, sermonumque prudentiam adeo demirati omnes sunt, ut maximum Dei viro honorem detulerint, eiusque postulata libenter concesserint; contra feri Tyranni aspectum eius, increpatiōnesque pertimescebant. quos in vinculis habebant, laqueo, suspendi oue destinatos, omni cum alacritate, & sententia mortis absolutos, ei donabant. Sicarij quidam in latrocinijs, intestinisque cordibus à pue-

ris enutriti, vbi aspectum eius dumtaxat conspexere, diuino ab eo spiritus fulgore coruscante percussi, pauentes ac tremebundi, ad eius proiecti pedes, pœnitentiam tum verbis, tum corporis habitu præsefentes, ad honestam dein viuendi rationem se recepere.

Hæ ratione Bartholomæus Dei famulus, accedentibus ad se omnibus cauſa salutis exſiliebat. alijs quidem cum suauissimis monitis, quibus si quid spinosum, & inſtruſum animaduertebat, ex animis euilebat; purgansque, mores optimos, Deoq; gratos inferebat. quibusdam commiseratione in egentes, quos inopia, qua premebantur, summa cum caritate subleuabat. erat enim in huiusmodi, si quis alijs animo maxime pio. ijs vero, qui in calamitatem aliquam deciderant, seu quavis afflictionis arumna, opere ac verbo solatium præbens, idoneam vnicuique curam, opemq; afferebat. si quos forte corporum morbis vexatos pernosset, neutiquam erga hos negligens erat, sed pro viribus refocillabat. ut verbo dicam, quavis ægritudine laborantes ad animi constantiam prudenter reuocans, lingue sua dulcedine permulcebat. ij sunt animi iustorum, propensi semper ad miserationem, Deique bonitatem æmulantes, qui super iustos, & iniustos pluit: nec quemquam sua destitui beneficentia patiuntur, sed omnibus omnia, secundum diuinum Paulum, facti, benignitas sua radios in omnes extendunt.

Ex eo Bartholomæus, pietatis urgente affectu, idonea ad excipiēdos hospites circum monasterium domicilia construxit. in quibus necessaria aduentibus abunde parans, tanta cum alacritate hospitibus ministrabat, vnicuique, quæ consentanea forent, apponens; ut nullus commorantium illic esset, qui que congrueret, curam, humanitatemque desideraret. atque hæc ad magni huius Patris cum Deo consuetudinem, & caritatem demonstrandam: quibus alia quædam nulla ex parte inferiora oratio additura est. Famine aliquando per Calabriam ingrauescentes, egenisque omnibus ad B. Bartholomæi monasterium, tamquam ad commune refugium, ac tutum portum configentibus, certa cum spe realeatos iri à malo, quo premebantur, caritatis flagrans Pater, ac diuinæ bonitatis imitator, pernorat laborare inopia monasterium, tantæq; hominum alendæ multititudini neutiquam sufficere. sed afflitos rerum indigentia animos, miserisque solatio carere, nullo modo ferebat, quid agat? totas noëtes incumbit in preces. pro quantum apud Deum fiducia, gratiæque consecutus fuerat. ecce tibi mane cellam penariam farina refertam. ipsos nonnumquā coctos panes ministris tradebat, iubebatq; necessaria egentibus elargiri immensam Dei misericordiam imitatus, qui, ut inquit David, aperit manum suam, & implet omnem animal benedictione. & hæc quidem ita se habent.

D. Bartholo  
miræ in oœ  
caritas.

Coactus  
inauguratur  
sacerdotio.

Immunitä-  
tes pro Mo-  
nasterio suo  
à Pontifice  
imperat.

Opere

Operæ pretium vero est illud commemorare , quod auditorū animis plurimum voluptatis , utilitatisque afferre potest . capto à Sarracenis monasterij nauigio, mōnachi ea perpeti opperebantur; quæ Christiani ab huiusmodi solent. dies erat , quo hæc fratribus contigerant, hebdomadæquidem septimus , ac postremus , mensis vero Iulij tertius , & vigesimus ; quando vir sanctus vna cum discipulis suis Sanctissimi Martyris Apollinaris memoriam celebrabat , qui vero in nauigio erant , parum aberant , quin à piratis impijs extrema periclitarentur . at Pater de filiis assidue sollicitus , Deoque pro illis supplicans; de malis , in quibus tunc versabantur , ab eo edocetur . Statim fratres in templum congregati , vñaque psalmos Nonæ concinens , vergebant enim iam dies ad meridiem , preces pro fratribus summum in discrimen adductis , clementissimo Deo offert . qui celerrime exaudiens ( oculi enim Domini super iustos , vt inquit Psaltes , & aures eius in preces eorū ) mirandum in modum de presentibus illos calamitatibus eripuit , precatique incoimes reddidit ; non modo exitio , quod timebatur , erectos , sed muneribus etiam à sacrilegis illis affectos . ceterum vt mirabilia sanctissimi viri gesta dicēdo omnia complectamur fieri non potest , sed ne in longū deducta oratio , molestiam parlat , vbi pauca iam dictis addiderimus , ad mortem eius gradum faciamus .

Sane monachi sacris codicibus ad diuinarum scripturarum commentationem , meditationemque indigebant . iam enim imitati Patrem , ad huiusmodi res valde dociles , studiosique euaserant , omnem scripturæ sensum diligenter p̄scrutantes . Téplum præterea , quod in honorem B. Virginis Bartholomæus extruxerat , sacris vasis , venerandisque imaginibus ornari oportebat . is igitur longinquitate itineris , ac difficultate nequaquam exterritus , fratribus quibusdam comitantibus , ad nouam Romam urbium Reginam , ad Alexium , & Irenam piissimos Principes contendit . qui ea tempestate clavum Romani imperij summum gloria moderabantur . ab ijs , ac toto senatu perhonorifice excipitur . multaque , & opulenta dona , imagines , libros , & sacra vasa , liberalitate omnium comparavit ; sua sibi virtute viam sternente , omniumq; animos ad hoc inducente . præ ceteris Basilius cognomento Calunera præcipue dignitatis , Regibusque ob consilium , & prudentiam valde familiaris , vehementiore in Bartholomæum caritate exarsit . ac super officia , quibus eum liberaliter prosecutus fuerat , pretiosis vestibus , alijsque muneribus , pro sua in Deum pietate donauit . quod vero monasterium sanctissimi , & in cœlo fulgentissimi Patris nostri Basiliij dictatum nomini in monte Sancto condiderat in Bartholomæum illud contulit . inde ratus beneficium potius accipere , quam dare , cuius administrationem multis eius precibus exoratus vir sanctus suscepit . ver-

Ab exitio,  
& seruitute  
liberat mo-  
nachos  
suos.

Constanti-  
nopolim na-  
wigat.

Præfecturā  
Monasterij  
in Mōte sa-  
cto Iuscepti.

bisque , & opere ad virtutem excoleus , de gentibus illic monachis plurimum utilitatis attulit .

Postea quam redeundum Bartholomæo fuit , ne grex , cui præterat , cura ipsius ad longum tempus destitutus , detrimentum pateretur , fratres in vnum cogit , qui que inter eos motum sanctitate præstabat , euocans , monasterij Præfectum sibi substituit . quod sane eximio huic Patri subiectum diu mansit . qua de causa in hanc usque diem , vt ferunt , Calabri monasterium ab incolis dicitur . dum redditum Pater meditatur . Reges multis de rebus admonuit ; de iustitia , clementia , liberalitate in subditos : imperij tumorem , & gloriolam nihili facerent , ea , quæ in cœlis sunt bona , concupiscent , regnumque æternum mansuetudine , ac benignitate in subiectos compararent . ad hæc , & talia hortatus , gratesque pro beneficijs agens , inde profectus , ad monasterium suum reuertitur . quod allatis signis , sacrificisque donarijs magnifice exornat . ad hoc sacella quædam non longe à monasterio construit , locum expians , immundis ante spiritibus infestum , in eoque cum socijs Deo laudes persoluens .

In animarum sane curâ strenue incumbens , hortabatur singulos . suadebatque , vt forti animo spiritus nequā fraudibus obfisterent , monastica vita difficultates constanter perferrent , neque animum ob eius labores abiicerent : sed spe præmiorum potius roborarentur , seque ad anteriora quotidie extenderent : haud segnes ad Deum deprecandum accederent , sed omni tempore , ac loco , vt Apostolus ait , utile animæ , & salutare opus orationis summa cum alacritate complecterenrur . orantes non labia solum mouerent . hoc enī uagæ mentis indicium est , nullumque parit fructum , imo damnationis causa existit . oportere eum , qui revera orat , cogitationes undeque cohibere , eaque ratione in ijs , quæ proferuntur ore , mentem figure . absurdum quippe , aiebat , esse , bona à Deo petere , preces vero minus recte face re . nam si mortali adstantes Regi , reuerentiam habitu , modisque omnibus exhibemus , non ne multo magis cum maiestate illa immensa , quæ omnem creaturam infinitis excedit partibus , agentes , contremiscemus ? his ad fratres monitis , leues illis virtutis præstabat alas , vtque supra inimici laqueos euolarent , efficiebat . erat enim sermo eius melle dulcior , ipsas refrens Sirenes . verius loquar , diuino erat lacte conditus , aptissimumque ad virtutem . quin compositi semper eius mores , neque umquam dissoluti tacita quædam erat spectantium cohortatio , itisque ad compunctionem permouendis , sermonem ipso efficacior .

Habet hoc loco oratio rem , nulla vni- quam obliuione delendam , ad auditorum emolumentum , sancti q; viri hand exiguum gloriam . pergeendum igitur porro est , memore

I Calabriā,  
ad suū Mo-  
nasterium  
redit .

memorandaque, quæ digna memoria sunt, plurimis Sanctus Pater noster Bartholomæus, præcerat monachis, quorum duo ex monasterio S. Angeli Melitensium, vitam eius virtutibus claram, & dñficiaque, quæ ab eo struebantur, cōspicentes, & aurum, quoq; vndeque ad illud mittebatur, conçet, bescere inuidia corpore; ac quemadmodum olim Hermes & Hermogenes in Paulam insigentes, conceptum, virus quam primum euomueret. Regè adçus, dolosque, & calumnias aduersus virum sanctu struunt. Pijssime, inquit, Rex, in æternum viue. Monachus Bartholomæus, quem probat osti, planus est, aurum omne, & argenteum, quod ei dono datur, in cognatos cōfert, & cum similibus sui per luxum, turpissime res absunt: atque etiam insuper hereticus est. audita Pijssimus Rex Rogerius vehementer admiratus, statim literas scribit, quibus Bartholomæus Messana siti iubebatur. quibus is acceptis, sine cunctatione ad Regem venit, ubi adfuit, simul calumniatores se coram Rex venire imperat. attenacis hoc loco aures præbete. enim vero quid grati habet oratio.

Ergo ubi pro tribunali, in totius conspectu Senatus adstitere, veteratores illi Sanctissimum vitum calumniantur, falsoque accusant. at is ne quidem contra verbata dicebat. sed omnia habere se, ut asserebant illi, fatebatur. quod suthmæ erat virtutis. quemadmodum Christus meus, instar agni mitissimi Pilato coram adsticcit; ita vir. Sanctus coram Rege, ac Senatu; nec mirum, quippe germanus eius discipulus erat. postquam Rex Bartholomæum audiuit calumnias aduersum se confitentem, iracundia exarsit, conscripsitque in eum sententiam, ut igni traderetur. continuo faramenta, ac ligna comportantur; parati adstant ministri ad exsequenda iussa. cum res hoc loco essent; vir Sanctus, pijssime, inquit, Rex, viuum abs te peto. quod sacerdos suu, quanquam peccator, & indignus; liceat mihi prius diuinam rem facere: dein mandatum tuum executioni detur. quod ut permisum a Rege est, illico vestes ad sacrificium illi præbentur, in æde quadam S. Nicolai, in extremo isthmo portus Messane. illuc Rex, Senatusque omnis peruenierat. viactusque vir Sanctus adducebatur. ita vero is Sacris induitus vestibus, inchoat diuinam rem. hic Deus, qui sperantes in se numquam deserit, verosque famulos suos honorat, sane maximum hoc loco miraculum edit, par illis, quæ pro Israelitis olim patraverat.

Cœpto, ut diximus, sacrificio, offerebatur iam, corpusque mysticum in altum sustollebatur, cum Rex, virique optimates permulti ad hoc spectand. in ingressi, ecce pone Bartholomæum igneam columnam vident, quæ à pedibus eius erecta in cœlum protendebatur, Angelosque ei ministrantes. ò rem miram. quis Dei magnalia enarrat, qui gloriosos adeo eos reddit, à quibus honoratur? stupor omanes, horrorque re-

pente incessit. Vrbs Messana re auditæ, tota ferme permota est; cunctique viri, feminæque, adolescentes, ac senes, serui, liberique, atque omnis ætas ad viri sanctissimi pedes, gratiam ab eo postulantes, procedebant. ipse in primis Rex, primoresque omnes, colligatis manibus, ac nixi genibus, ad pedes Bartholomæi prouoluebantur, veniamque orantes: ignosce, dicebant, Pater Sanctissime. rerum enim ignoratione, cuæcta aduersum te diximus, egimusque; is vero subleuabat omnes, & fausta precatus, dimittebat. hic Rex accitos calumniatores cremari igne decernit. vetuit autem vir Sanctus, Patris iam tum inde loco ab Rege habitus. ad quem Rex: honorabilis in primis Pater, age, inquit, hoc ipso in loco, ignis in exitium tui accensus erat; statue quid hic fieri oportet? tum is, altare, templumque Seruatoris nostri nomine ædificandum censet. continuo 7 Rex amplissimum extruere monasterium statuit, quod & perfecit; pecuniam, possessiones, bona, sacramque supellecilem in eum finem dicans. atque ita in sancti viri venerationem, magnificum eo loco monasterium ædificatum est. atque hæc quidem sic.

Verum Bartholomæus in Calabriam ad monasterium suum, Regis mandato profectus, illic accitum ad se Lucam 8 mira sanctitatis monachum, aliosque XII. praestantes, ac pios viros, ex suo selectos grege; librosque, & domus annuos prouenitus, ceteraque supellecilem cum illis partitus, ac Lucam predicto Saluatoris monasterio præficiens, faustis cum precationibus dimisit. cetera, quæ ad eiusdem monasterij constructionem attinent, cui colligitum ex eo perquirat. Iam tandem aliquando breuiter, summatimque progesfa, ad sancti viri obitum nostra peruenit oratio.

Postea quam Beatissimus vir hunc in modum vitam suam virtutibus omnibus exornarat, seque posteris Angelicæ consuetudinis formam, viuunque typum exhibuerat; ad hæc cum multis confixerat tentationibus, iam inde ab initio conuerzionis sua, ab immundis spiritibus sibi ingelitis, & a familiaribus, suisque disciplinis, & vt Propheta ait, ab hominibus pacis sua, comedentibus panem suum; quas omnes instar telæ araneorum, pro sua in Deum fiducia, ac patientia, disoluit: cumque iam ex vita hac discessorus esset, ac ad celestem illam ciuitatem profecturus, vt laborum suorum premia consequeretur, in leuem recidit morbum. quando diuini spiritus in se habitantis virtute, præsciens instare sibi extreum diem, in gratijs Deo agendis lætisque hymnis, omne tempus infunebat. aderat iam dies, quo Sanctissima Deipara beatam dormitionem celebramus, cum cœtu discipulorum ad se conuocato. sermoneque ad eos habito de discessu suo, dignum virum, qui fratrum regimen susciperet, pronuntiat. Lucas is erat, morum sanctitate omniaque in monasterio

Ibi Christo  
Seruatoritatem  
plu, et Cor-  
nobium ex-  
fructu est.

Bartholo-  
mæus in Ca-  
labriam co-  
cedit.

8

Monasterio  
s. Saluatoris  
Lucam præ-  
ficit.

Imminente  
sibi mortem  
diuinitus co-  
gnovit.

præ-

A Rogerio  
Rege Mel-  
latam acci-  
sus.

Reum se co-  
fites dam-  
natur igni.

Super Bar-  
tholomæu  
ignea colu-  
na visa, &  
Angeli.

præstantissimus, & magni huiusce Patris expressam effigiem, simulacrumque in seipso retinens. cum accersisset hunc ad se, manuque vere sanctas imposuisset, & vberiorem ei Spiritus sancti virtutem precatus fuisset, vtque olim contemplator Dei Moses filio Nun, aut Eliseo postea auriga Elias, gratiam communicasset, spiritualis sui Israël administrationem delegavit. summa deinde alacritate ad felicem se mortem præparabat; iam nunc per spem bona illa animo hauriens, æternasque delicias, & gaudia, quæ à Deo diligentibus se parata didicimus. attamen oculos subinde ad astates vertens, amanter eos respiciebat.

Quamquam vero desperata iam salute, exigua in spe traheret animam, totusque eset in profecionis sua cogitatione, rerumque, quas opere maximo concupierat, vt filios tamen suos, affectu videt, prorumpere in lacrymas videt, abscensuque suum acerbissime fert; ( quis enim animo tam saxeo, stupidoque fuit, qui talis obitum Patris siccis oculis præteriret? ) nolite, inquit, carissimi filij, Patrem vestrum lamentis prosequi. votis prosequamini potius, atque ad Deum precib; . hoc enim mihi, vobisque, rebus omnibus longe erit utilius. nec me extremum trahentem spiritum, iam iamq; defectum, sanitati redditum desideretis. sed hanc Patri gratiam

vt detis, postremum rogo: meorum ad vos monitorum memoriam retinet, ipsi vobis attendite, moresque vestros componite, ineuitabilem mortis necessitatem afflue recogitantes, arque ad emigrandum ex vita hac, parati estote. quis enim homo est, vt à Propheta didicimus, qui viuit, & non videbit mortem? & reputa, inquit ille, nouissima tua, & in æternum non peccabis. hunc in modum cum circumstantium lacrimas, Actumque sedasset, fuissetque quedam philosophatus de anima, futuraque vita; opportune etiam numerique monuisset, qua ratione, secundum sacra eloquia, præsentem vitam traduceret; demum futura quadam monasterio diuino spiritu prædicens, cunctisque salutem precatus, Deoque, ac Sanctissimæ eius Matri gregem suum commendans, in manus Domini puram, sanctamque omnino animam XIV. Kal. Septembri emisit. corpus eius monastica vita laboribus diutius exercitatum, sanctissimumque, cuius ijs, quibus decebat, hymnis, facibusque, pījs fratrum manibus in ædem, quam ipse in honorem Beatæ Virginis struxerat, deportatum, humatumque est; ad gloriam Patris, Filij, ac Spiritus sancti, unius supremæ Deitatis, quam decet omnis honor, gloria, & adoratio in secula seculorum. Amen. Vnde Animaduersiones. fol. 49.

Sanctissime  
moritur.

## DE BEATO COSMA EPISCOPO AFRICANO.

Anni Chr.  
1160.  
10. Septemb.



**B**EATVS & Cosmas, incertum cuius sedis in Africa Episcopus fuerit, quae in Siciliam ratione delatus aduenierit. incertum, item mihi est, an is, vt quidam ex fama tradunt, dum in Africa diuinam immolaret hostiam, ab Ethnicis imperfectus sit; & corpus exinde Panormum in Siciliam deportatum fuerit: an causa religiosis, ( Africana Ecclesia à Sarracenis Africam tenentibus dilacerata ) seu metu, seu vi pulsus, in Siciliam transgessus, Panormi extrellum obierit diem; datumque optimi Antistitis tenerentiae, vt in æde maxima sepeliretur. obijisse illum IV. Idus Septembri, anno post Christum natū CI CLX, marmor docet, quod ante sepulchrum eius fuit.

Sane demortuo Cosma diuinos & ho-

In hac tumba iacet

Cosmas & venerabilis

Archiepiscopus Africanus

Anno Dominicæ Incarnationis CI CLX

Indictione nona mense Septembri, die decimo.

In hoc altare translatum est præscriptum corpus

Anno D. CI CCCLXIX. Ind. VIII. X. Octobr. die Mercurij.

nores olim tributos satis constar. nam corpus eius sub altare conditum, quæ virorum sanctorum honorem exititisse scimus; superioribus temporibus in veneratione fuit. à fronte altaris Crates è ferro, ad quas pendens lampas ardebat. illic fndebarantur & fidelibus preces, & oscula cratibus, vbi orauerant, pie dabantur; per quas miraculum fide puluis è sepulchro sumebatur ab ægrotis, qui morbos frigoribus corripiebantur. at vetus ara, sub quo Cosma Episcopi corpus antea condebatur, vni columnarū innixa stetit, in Ecclesiaz gremio. crediderim eo translatum VI. Idus Octobris, Christi anno CI CCCLXIX. seu ex Africa, si Cosmas illic ferro existitus; seu ex loco, si miti obitu Panormi excisit, in quo prius humauerant, cum miraculis inclaresceret. ad hanc aram inscriptum marmor repertum est, quod modo recitamus.

2

3

ex boe

ex hoc altari rursum B. Cosma corpus in sacellum, & cuius uomen Sancta Maria, translatum a Caesare Marullo, Archiepiscopo Panormitano, qui eis eleganter studiosus, altaria ad columnas demoliri iussit, sacellaq;

a leua Ecclesiae edificanda, curauit. utinam Beate Cosma, rescrire de te plura concedat Deus, ut in te magis, magisq; honoretur.

Vide Animaduers. fol. 58.

# TRANSLATIO S. CHRISTINAE VIRGINIS, ET MARTYRIS

Ex M. SS. codicibus Ecclesiae Panormitanæ, & Sapinesis.



**C**VILEMO I. Siciliæ Regis, & Panormitanæ Ecclesiae Antistite Hugone, anno circiter certimo sexagesimo supra millesimum, Corpus S. Christinae Tyriensis, seu Volsiniensis translatum est Panormum, urbem Siciliæ Principem, e Castro Sepino: est vero Sepinum in Samnio opidum, Beneuetum recedens ad Septentrionem triginta & fere milliaribus; in quod olim Romanorum colonia deducta est ab Imper. Nerone, & Sepinum, apud antiquiores Scriptores Liuium, Ptolomæum Frontinum, dicitur. rem ita peractam narrant sacræ Lectiones olim decentatae inter Diuinæ officia apud Ecclesiam Panormitanam.

Cum olim Panormi Hugo Molinus & Comes Rogerij Siciliæ Regis gener, idemque Sepini dominus, cum alijs è prima nobilitate viris, de sacrorum corporum re iisque differeret, atq; honoré, ut virtutū præmium, & immortalitatis pignus, à deo benificentissime tum prodigiorū luce, tum piorū veneratione, ijs impensum admiraretur, se siuimus; Sepinum merito felicissimum esse exclamauit Comes; sacra enim ipsiana eius Christina Virg. se ibi tueri dixit, quæ apud lacum Volsinium in Tuscia edita, ibidē sub Urbano Parete, nō inurbane modo, sed pessimis etiā modis habita, ac sub alijs mox tyrannis crudelissime duodennis puella vexata atq; cœfolla, martyrium & nostræ fidei fecerat præclarissimum. qua arrepta occasione Hugo Panormitanus Archiep. exorat hominē, benigno illius ingenio fretus, ut Panormum tato velit munere, ac thesauro locupletare: hic scilicet maiore in honore habendas sacra Virginis reliquias, ubi nuper Rogerius de Primorum cōsilio, tanquam celebriore in loco, coronam induerat regiæ: ubi Guilelmus filius leto primæ Nobilitatis flore exornatae Virginis spem fecerat immortalem. satis ad incolumentem, satis ad splendorē fore Sepino, si exigua ipsanctū paix ibi resedisset, consulendum potius esse Sanctorū honori, si ex corū amore cor nobis incalescat, nec

priuati aut commodi, aut decoris ducamus affectu. demum nec defuturā addebat Regis gratiā de sua amplificanda Regia studiostimi; neq; turbarum pericula imminere Sepino, si nemo ex loci accolis in peragendæ rei conscientiā vocaretur. cum tandem precibus, & suasionibus Archiepiscopi & Primorum, qui aderant, annuisset Comes, abducte Sepino fuere Reliquiæ. mox Panormi, quo par erat cultu ac veneratione exceptæ Nonis Maij.

Iam tum Patronam Christinam Virginem Senatus Populusq; Panormitanus delegit: Corpus argenteæ inclusit arcæ, quæ deinde ad annum salutis 1557. in elegantiore formâ redacta est, insculptis ad iurea suppliæ imaginibus, quæ ad Tyrum, & patriæ urbē, olim illa constantissime pro Christi fide tuenda subiuerat. in facello vero à Regibus olim extrusio elegantissime exornato, & religiosissime culto intra ferreas crates ad custodiæ detinetur. eadē ex argento theca annuis prima mensis Maij dominica die, solemnibus etiā nundinis ad hominum frequentiā è propinquis oppidis facilius congregandâ inititutis, per urbē celebri pôpa, & cōfluëtis populi pietate circumuehit: nec innumera desunt beneficissime Patronæ beneficia in eos præsertim qui à malo genio male torquentur. colitur etiā soleniori cultu dies festus S. Christinae die 24. Iulij. in quam recurrat anniversaria felicissima mortis memoria. Adeo vero gloriosum sibi existimat Hugo Antistes hanc Virginis Christinæ translationem, ut suo sepulcro ita inscribi voluerit.

*Hugo Presul primus S. Christinæ exaltauit. ubi exaltationem vocat eam in celebriorem locum deductionem reliquiarum, & à se primo factam commendat.*

Sed ad rem presentem facit, ut enarreremus quæ fuerit ratio exportandæ Virginis ex urbe ad lacum Volsinium sita, ubi & mortalitatem expieuit, & diu piissime fuerat culta, ad Caltrum Sepinum; id vero non aliunde eruam; quam è Sepinensis Ecclesiæ Actis in lectiones diuinorum officiorum olim digestis. Narrant vero præ-

T

clia-

Tom. 2.

Anni Chr.  
1160.  
mense Maio.

Liu. lib. 10.  
Frontia de  
colonis.

Abb. Celea  
finus.

N.

clarissimam Virginem ad Volsinium lacum olim sepultam, ibi celeberrime cultam fuisse, eo præsertim prodigio, quod singulis annis in anniversaria mortis die, eiusdem Virginis Caput ter, ad horam tertiam, nonā, & vespertinam, in eo lacu, in quem viuens à tyrannis demersa oīam fuerat, per dimidium fere horæ, spectante hominum multitudine illuc accurrente, enatare videretur. Cum autem duo è Gallia ad sacra loca Hierosolymitana peregrinari decreuerint, in Italiam deuenire, ibi verò celebriores Sanctorum reliquijs vrbes, ac templa venerabundi iustrabat, quare ad Tyrum vrbum Volsinio lacui proximam delati, animaduerso parvus caute ibi S. Christinæ Virginis Corpus custodiri, de eo surripiendo, & clam in aliud locum, vbi honorificentius coleretur, transferendo cogitarunt; imo eam sibi mentem diuinitus iniectam credidere; neq; enim rem aggressi sunt, nisi præmissis ad deū, & Virginem Christinam precibus, quorū honori amplificando, & internis iussis inseruire voluerunt, processit facinus, nemine prohibente, reliquias ergo in culeum ex humero dependetè apicē repositas lati, tacitiq; deferunt, & yrbe abscedunt ad mare Adriaticum, vt nauis solueret Hierosolymam, cù nullius verò nauij opportunitas se daret, per Apuliā vagabatur, ibant, redibantq; Sæpinū, illuc s̄pē diuino consilio reducti, vnde discesserant.

Interior regente Numine eorum linguis, manare cœpit fama sacræ sarcinæ, & Sæpinensem populi illico peruersit; quare illius concursu mox factum est, vt inter pia vota agnoscerentur S. Christinæ Reliquiæ; eas, ut opinor, irradiebat prodigiorum lux, & cælitus immissa credulitas, indicijs innixa certissimis, mox ad venerationem in pompa ad S. Salvatoris deferuntur à Clericis & Magistratu; sed cunctari tūc visu, & immotu nulla vi deportari poterant, hic populus flere, se tanto indignum munere, & Virginem nihil minus, ne Sæpino abire vellet, deprecari, nūcupato tandem omnium voto de celebrandis festis diebus, Inventionis, Translationis, & Passionis ad cultum S. Christinæ, illatum est eius corpus in sacram ædē. Meminere S. Christinæ in Volsinijs passæ, & Panormitaniam ab anno 1160. translatæ, Baronius, & Vigliegas, b Ribadeneira, c Fazellus, & Carnenalis, e alijq; scriptores. f fuere sane nonnulli g qui dixerint Venetijs esse Corpus S. Christinæ Tyriæ, seu, quod idem est Volsiniensis; imo est h qui addat inde translatu fuisse Beuenum prope Bethuniæ in Flandriæ. Sed vel pro Venetijs legendi Volsinijs penes antiquiores libros, vnde manauit error aliorū, vel alia est Christina Venetas translata, nisi de exigua corporis parte nostræ Christinæ agatur.

Vide Animaduersione, fol. 58.

- a Ad Martyrolog. die 24 Iulij.
- b Ad eadē c diem.
- d Decad. I. lib. 8.
- e Hist. Sic.
- f Pirrus in Not. Panot.
- g Maurelianus die 24 Iulij in Mart. tyrolog.
- Ferrar, in Catolog. ss. Bardi i descrip. Venet.
- b Martyrol. Gallicā.....
- cadem die 24.

#### MONITIO AD LECTOREM.

**D**UXplex S. Rosalia, ut vides. Vita subiectitur dupliciti auctore; cuius rei illa est r. v. alteram breuius scripsit olim Octavius Caetanus è Societate Iesu ante Inventionem Reliquiarum S. Rosalia, qua post eius etiam obitum contigit. Sed cœta q; narrat, factū prætulerint ys, qua postea converta sunt. Et ad antiquam traditionem pluriliter agnoscendā valeat, quāquam parum exstant, non fuerunt omittenda cœta

aut illius Inventionis historiā. Ineulenter ac diligissime explicauerit Iordanus Casini ex eadem Societate Iesu, cuius prudētia & pietate in primis Archiepiscopus Panormitanus in sacris lypsinis agnoscendis, usus est; pleraque etiam, que per eam occasionē de huius Virginis vita annotare, idē perpendit, ex tribus, eius libris Italicis scriptis atq; iam in lucis editis, altera Vita, & Inventionis narratio, quā secundo loco subiectimus, multis relectis excerpta est.

## DE S. ROSALIA

### VIRGINE PANORMITANA,

ET ANACHORETIDE.

AVCTORE OCTAVIO CAIETANO S. I.

Anni Chr.  
1160.  
4. Septembr.

**R**OSALIA Virgo Panormi nata è nobili genere, quod Regiam familiam propinquitate attringeret, cara in primis fuit Margarita Reginæ, quæ Guilelmo Siciliæ Regi nupsit. ab aula regia, in qua nata educta que dicitur, in proximum vrbi Panormo montem, cui Peregrino nomen, secessit, vitamque ab omni consortio remotam in spelunca translegit; ibi pie sancteque obiit, humataque est. propter eamdem speluncam ædes D. Virginis Rosaliz ædificata est; adjunctum deinde cœnobium

Eremitarū, qui in familiam S. Francisci postea transiere, ante annos fere viginti, dum hæc scriberè, semina virili ueste, ac nomise sumpto, Angelū se dixit, habituq; eremitarū in antrū D. Rosaliz se abdidit, vbi solitaria vitæ per aliquot annos duxit; dein proximi cœno bij Præfecturam suscepit; in ea administratione cupidio illâ incessit defodiendi corporis S. Rosaliz; postea vero quām rem exequi atrepto ligone cœpit, visa exudare, oleo defossa humus, & cōtremiscere atriū; quibus perterrita prodigijs, ab incepto destitit. In Vrbe Panormo ædicula oīam fuit S. Ro-

Anno fere  
1160.

S. Rosalie nomini dicata, quæ dein S. Cata-  
rinæ, in præsentiarum Sæcti Martyris Ignati Episcopi Antiocheni templo adhæsit; vbi creata D. Rosaliæ ara, in qua eius effi-  
gies antiquæ tabula colitur.

In opido Bibona ædes item est S. Rosaliæ  
sacra, cuius origo haud sane recens est; sed  
enim antiquis temporibus cum Siciliam pe-  
stis lues depopularetur, traditur fæminam  
diuina specie, quæ Rosalia Virgo credita  
est, bono viro se videndam obtulisse, ac mo-  
nuisse, ut eo, quem monstrabat, loco,  
sacrâ ædæ conderet, & D. Rosaliæ dicaret.  
paruisse hominem cælestibus illico mo-  
nitis. ademq; quæ adhuc stat, exædificasse.  
locus vero extra opidi muros tunc tempo-

ris fuit; nā Bibona muris olim circumscpta,  
& murorum extant vestigia; sed ædes con-  
sequentibus temporibus maiore spatio au-  
cta. eodem loco, vbi, nunc ædes, ingens erat  
saxum hedera circumuestitum, & in illud  
etiam veneratio; nam derasus ex eo puluis  
cum liquore ebibitur ab ijs, qui morbosis  
frigoribus laborant; & multis inde incolu-  
mitas redit. ignotum opidanis quonā æuo  
exstructa primū fuerit hæc D. Rosaliæ ædes:  
sed in ea D. Rosaliæ tabula est ante annos  
centum vigintiquinque depicta, fusumque  
æs campanum ante annos ceturum quinqua-  
ginta. Panormi solemnis D. Rosaliæ Virgi-  
nis memoria, in diuinis precibus, quot an-  
nis colitur pridie nonas Septembri.

## VITA

## S. ROSALIAE VIRGINIS.

EX HISTORIA IORDANIS CASCINI SOC. IESV.

## Proœmium de huius Historiæ fundamentis.



ES à D. Rosalia præcla-  
re gestæ non modo pro-  
ximis seculis superiores  
sunt, sed Maiorum etiā  
nostrorum monumētis  
ita dissimulatæ, ut dolé-  
dum sit facinora Virginis  
eximiæ, virtutisq; exé-  
pla singularis, sepulcralibus fuisse tenebris  
obuoluta. iacuere sacra ipsius lipsana annis  
fere leptuaginta supra quadringentos in-  
penitissimo antri sinu conseputa; sed spes  
interim diuino oraculo sæpius affulgebat  
eius thesauri reperiendi: & prodiere illa-  
tandem incolumitatem Patriæ allatura; an  
aliquid sit, quod eamdem spern de cognoscendis  
vñquā egregiæ Virginis gestis ale-  
re queat, haud satis dispicio. æquo tamen  
dolori parcere oportet eos, qui dei consiliū  
humano longe superius de Sanctis suis ve-  
nerabundi, ut par est, suspiciunt; quiq; huma-  
nas deinceps causas eius ignorationis secum  
reputauerint. etenim Rosalia sibi solitaria,  
vno nobilitata deo, in suæ træquillitatis ve-  
re extra hominum turbas, inter locorū de-  
serta floruit: refusit etiā lux obscurō as-  
cœutiēt seculo, scriptorum luminibus fe-  
re orbato; quamvis enim exactis Saracenis  
sensim tunc resförderceret res Sicula, non po-  
tuit è vestigio tot iam annis horrida, & in-  
cultæ, bonarum artium frugem deponere:  
seuiebat modo calamitatum hyems, torre-  
bat modo bellorū æstus; quid ergo mirum  
sit, si roseus iste flos, silentij folliculo clausus,  
non eruperit? si quid tandem memorie  
scriptisq; de ea traditum est, toties deplora-  
ta flammaturum irruptione in nostratia ta-  
bularia, absumi facile potuit.

TOM. A.

Sed quādo præstat vera historiæ inopiæ  
pati, quām nugarū opulentiam sequi, nar-  
rationem hanc nō alio texemus filo, quām  
quod, vetus traditio, antiquæ tabulæ, reper-  
ta haud dudum epigraphæ Quisquinensis  
antri ab ipsa Virginis manu exarata, atque  
inuenti sacri corporis situs, nobis parce  
suppeditant. & quidem quæ olim ante In-  
uentionē Corporis ad nos antiqua traditio  
de D. Rosaliæ Vita transmiserat, Octavius  
Caietanus è Soc. Iesu diligens sacræ histo-  
riæ de Sanctis Siculis scriptor, collegit fere  
omnia, paucis prætermisssis, de quibus for-  
te dubitauit, an sussent Traditioni adiecta  
per famæ, ut solet, incremēta. ea vero sunt  
Rosaliæ Panormi natam nobilissimo gene-  
re: è Regū Siculorū aula in Peregrini mōris  
solitudinē pietatis caussa secessisse: ibi de-  
functæ, sepultæq; sacros honores cōsequitā,  
ac sub Guillelmi Regis ac Margaritæ Regi-  
næ coniugis tépora floruisse. Sed Quisquin-  
ensis antri inscriptio post Reliquiarū inven-  
tionem reperta edicit, Sinibaldo Patre pro-  
gnatam, Iesu Christi amore impulsam, ibi  
domicilium sibi delegisse: Antiquæ demum  
tabulæ depictas eiusdem Virginis peregrina-  
tiones, inhabitatas montium caveras, an-  
gelorum & Deiparæ cōmercia, cælo trans-  
missos, aut inde delatos florū honores ocu-  
lis exhibent. his verò certissimis histo-  
riæ fundamentis pauca superimponemus  
aliunde desumpta.

D. ROSALIAE NOMEN, PATRIA,  
Genus.

F Vere, non tamen ante annum, quod  
sciam, 1612, qui degenerem, & inale-  
cor-

corruptam à vulgo vocem, Rosaliæ nomen credidere; quare iam tum à plerisq; cæptū, *Rosoleam* dici; quæ vox ad Italicam politiorem nomenclaturam aptius conformata, libertius ab eruditis auribus excipiebatur. manauit error e testo ædis Oliuellensis Sanctarum Virginum picturis variegato; ubi in erratica scheda à pictore scriptum *S. Rosolea*. Sed hominis in immunitando nomine nuperam vel negligenciam, vel audaciam arguit veteres omnes tabulæ Rosaliæ nomen præferentes, inter quas una in Marturanensi templo ab anno 1257. de scripta est; ijs adde sacrarum precum brevia maria volumina, & Sanctorum nominæ in seriæ ad litanias in libello Ecclesiæ Panormitanæ olim digesta. questioni demum finem imponit Quisquinensis epigraphe, ubi his prolati vocibus, *Ego Rosalia, diu ipsa suum sanxit nomen*, Neque hæc Rosaliæ vox inusitatæ nomenclaturæ videtur poterit, nam Helegas antiquus scriptor ad Elaurij Dexeri Chronicon adiecit, de Rhode, quæ cum Maria Marci matre Romanam venit, hæc habet; *Rbode, qua Rosalia dicitur*, in perserutione Troiani passa est. alijs item sceminiis ad nostra usque tempora id nominis lepe impositum fuisse, siue cum lustrali baptuimatis aqua expiarentur, siue cum sanctioris vita amore nomine moretq; pristinos in religiosa familia abiciunt, sexcentis liquet exemplis;

Panormi natam Rosaliam è nobilissimo genere, quod regiam familiam propinquitate contingere, vetus, ut dixi, fama à majoribus deducta confirmat; quare in Aula Regia natam educatione refert; cuius rei testis in primis locuples est, quem laudauit, Octavius Caietanus.

Sinibaldo fuisse parenti nomen, sumq; Quisquinæ ac Rosarum, ampli sane terrarum tractus, dominum ab eadem Quisquianensi epigraphe primum nobis innotuit; cumq; diligentius de veteri fama generis Cardinalis Auria Archiepiscopus Panormitanus quæsiuisset, ab Imp. Carolo Magno genus D. Rosaliæ duxisse tam multorum optimatum doctorumq; virorum consensu firmauit, vt in re antiquissima tot seculis à nobis dissipata, nulla nec major, nec melior suffragatio desiderari queat; quare Urbano VIII. Pontifici Maximo non modo, vt id in Sanctorum Martyrologio ad Nostræ Virginis laudationem adiiceretur, sed cum eadem res iterum in examen venire; nihil loco mouendam esse persuasit, Impulit verò tantæ Virginis amor, vt eruditissimi quicq; peruestigare pergerent, qui tandem Sinibaldus pater ad Carolum Magnum referret genus; cur item aut ipse, aut eius parentes in Siciliam venerint, sedemq; Panormini fixerint. quæ in re in hanc tandem sententiam Iordanus Cascini e Societate Iesu, primus huius historiarum scriptor, venit, adduxitq; facile reliquos hac plurimarum rerum, quas afferit, summa. Constantia nostri Rogerij Regis filia posthuma, vt Henrico V. Imperatori nuberet, Panormo Re-

tē honorifice deducta est à plerisq; Magni tibus: hos inter Matthæus recensetur è Comitū Marsorum familia, eiudē Constantius cōsanguineus, & Sinibaldi aut filius aut nepos, sed hæc Matthæi cognatio, ab illa Beatrice pendet, quæ Oderisi, ultimi Marsorum Comitis filia, Rogerio Siciliæ Regi olim nupsit, genuitq; Constantiam. In hunc ergo Sinibaldum, qui Matthæi cum pater aut apus esset, Rogerio Regi affinis fuit, ex incidenti note, quæ D. Rosaliæ parentē fuisse indicent; genitus ille quidē reperit suum à Carolo Imp. cui Magni nomen adiunctum; de vniuersalitate quippe Marsorum Comitū familia id certus & que ac antiquis scriptorū monumētis cōprobatur; in ea etiā tempora incident, quibus D. Rosaliæ parentē ob etatē filiæ mox statuenda, vixisse oportuit. Panormū Rogerij Sedē Regiam incoluisse, Matthæi, quam dicebam, profectio argumento est; Rogerio autem adhæsse Sinibaldū, cum ex Italia, alijsq; regionibus præclarissimos ille ducces, siveq; adolescentis Regni administratos accurate, vti narrat, eligebat, vero simile est, bonisq; Siculis ibi auctum à munifico Rege facile crediderim. quod si traditæ à Maioribus famæ de Rosaliæ cognatione cum nostris tibus Nottmannis Regibus, hæc, quammodo explicauit; affinitas non faciat satis, conjectare per me licebit, duxisse forte Sinibaldū Rogerij Regis consanguineā (quod alijs etiā præclaris viris tunc accidisse sciimus) à qua & Rosaliam, & amplissimā dotis pomine ditionē sit consequens; unde majorē etiā hautet veri similitudinē, quod fama iam diu vulgauit, Rosaliā in Aula Regis natā educataque, id tandem certum fixumq; else volo Sinibaldū Rosaliæ parentē. Quisquinae & Rosarum dominum fuisse; id enim eadē suo inscripsit antro Rosalia; quod factū patet, vt de more eius tēpqrīs Sinibaldo parenti cognomen faceret, aut usurpare, quo ab alijs feceretur. est vero Quisquina mons ille, quæ nunc Coschinā dicimus, ubi opidum est, cui nomen à Sancto Stephano; Rosas hodie Rosarum montem appellat, ubi Ducatus Bibonensis. nec adeo angusta hæc omnis ditione fuit, vt ad eā despiciendā opus non fuerit excellenti animi magnitudine fluxas res deditante; & plane huc tendere volumus, quæ modo enarravimus, generis claritudinē, aula fastum, diutiarū ex ditionē copiam ampliorū honorum spē his nixā radicibus, & ob cognitionē. Regis fulcam præsidio; isthac enim omnia Rosaliam eorum contemptricem, atq; adeo ijs sublimiore extollunt magis, quam si ea tueri adamasset, illisq; inhibant, vt laxe sit, prope seruisset.

#### RECESSVS IN EREMVM,

**C**ælesti motz imperu ab Aula Regis, patria domo, atque à parentibus in genua Virgo pietati excolenda in montis antra secessit: sed quæ querint sanctoris vita initia explicandum, aut parum

pet

per potius admirandū nobis est. quis plane nō perspiciat rem esse sexcentis implicitam difficultatum nodis , vbi omnia ex animo procedunt prospera , mundi gloriam abiecere, certa fulta maioris amplitudinis spe, benevolentia Regis animatam , præteritis amplam ornamenti, & futuris amplificandam decorum incrementis? hæc qui conetur, alto estimuero oportet sit animo , vt diuinæ gratiæ efficaciore vegetatus motu , ex altiore fastigio terrenarum rerum tenuitate perspecta , despicere dicitur vniuersa, cū præsertim speciosa isthæc non despici modo, sed commutari oporteat cum terricæ rupis horrore, scabrarum asperitate cautiū, ferarumque consuetudine : Quare cum D. Rosaliam cogitamus, sublime quidpiam , & vulgari existimatione maius suspiciendū nobis est, quod primis ac celeberrimis eremis cultoribus conferri queat.

Sunt qui ijs, quæ sensibus sunt obnoxia , adeo capiantur, vt fine illis vix præclarum quidpiam mente concipient ; quare cum diuinum illum animi motum, vnde Rosalia recessum in solitudinem, abdicationemque rerum ortam intelligent, explicare conantur, non aliter eius impetus magnitudinem vel sibi, vel vulgo persuadeant, quam si obiectam oculis nostræ Virginis speciem vel patientis Iesu, vel aliam quædam inusitatam enarent. Sed profecto nihil hic certum adhuc, firmumque reperi : neque tantum vulgi auribus dandum, vt hæc communiscatur. docendus potius est rudis populus quanto Deus illapsu cor hominis subebat , atque peruadat; quantoque agat impetu, & vertat, quod velit. dicitur ille sanctissimus alliciteris Dei illecebris facile trahi hominum mentem, horrore percilli eiusdem minis, & omnipotenti manu id fieri vt quidquid durum in corde, leniter mollescat ; quidquid asperum, mitescat , vt blande captus animus dolores amplectatur, suauissimeque à deliciarum sensu abalienetur. Si hæc desint, sensibus obiectas piarum rerum species, nil afferre emolumenti; si vero adsint, æque sine sensibilibus prodesse imaginibus, quapropter ex difficultate potius operis, quod generose aggressa ad finem usque felicissime perduxit, quantos animi motus, sapientiaque cælestis radios Rosalia cordi Deus immiserit, coniunctionem, & nostro bono augendo perpendamus.

Facilius profecto erit vites hederasue, nullo pedamento ac fulcro assurgere, quam feminas se sine aliorum consuetudine sustinere: quare perbellè Aristoteles materie comparauit , quæ formis definiti suis negavit. neque naturæ, corporisue imbecillitatem hic tantum inspicio , sed mentis etiam & consilij; non enim fert muliebris animus in arduis rebus, coque minus in cælesti capessendo itinere gressum vrgore vllum , nisi auctoris & magistri ope, consilioque sufficiatur. At non modo feminam, sed pueram, Virginem, locupletem, assuetam aulæ, Dynaste progenitam, & in amplissimo honorum fastigio positam in latebras montium

se abdidisse, fuit longe difficultius: cum ergo hæc ignorari non possent, virili pueræ animo fuerunt superanda, nec sine singulare cælestis gratiæ beneficio ; quamobrem recessus ille Rosalia, eò fuit admiratione ac laude dignior, quod natura erat imbecillior.

Eorum præterea, qui in deserta hominibus loca se contulere, consilium fuit ut plurimum , vel tyrannorum rabiem quæ terriculis, quæ illecebris ad exitium armatam declinare; vel ut sua dilucenter scelera suavibus Pœnitentia lacrymis. At Rosalia neque à Tyrannis pulsa, neque Ethnicorum furore agitata, nullis irritata conuicijs, nec Pœnitentia acta stimulo, in summa rerum omnium copia & felicitate secure residens, ob vius Iesu Christi amorem, quod ipsa testatur, horrendem speluncarum sedem pro Regia Panormitana optauit sibi. Adiunctus certe est plurimorum fugæ ab hominum consortio, sui, susque tranquillitatis amor, quamuis non contemnendus; Nostræ tam Virginis fuga uno Christi amore suscepta non umbram pacis, sed uehementioris arenam certaminis cum humani generis hominibus insundi respexit.

Demum adèo feliciter cessit sub Ecclesiæ nascientis initia primis Eremi incolis recessus , vt florente iam pace, ad aliquot saecula diuinioris auræ impulsu, innumera hominum vis, imitandi studio , solitudinis finibus se contineret; tunc vero propositum exemplar rei difficultatem imminuebat ; præsertim cum eò vix unquam penetravit quidpiam, vt ex aliorum omnium memoria excidisse videretur; cum longe saltem Patrum in monasterijs præsidentium cura respiciebat. Sed nostra hæc Rosa duodecimo floruit saeculo, cum pro temporum ratione exempla illa in solitudinem à mundo poenitentium fugientium elanguerant; nec vilius fæmina, quæ in nostrate Sicilia tunc Eremum incoleret, imitatio Rosaliam propeleret; & omnium plane oculos ibi fallere necesse habebat , quæ fugam inconsultis omnibus, nè retardaretur, iniuit; quare cibarijs, vestibus, lecto, domo se mox destituendam sentiens, suimet aut oblita , aut negligens, quod supra hominum morem, & vires est, in vocantis Dei amplexus ruit.

Hæc sunt , quæ fugam Rosalia sanctissimis Dei amantis illecebris initam satis commendat; ceterum quam rerum occasionem arripuerit, vel imminiserit Dei consilium , & anne sensibilibus diuinatum rerum obiectis impulerit, incerta, occultaque sunt , & nos haec tenus latent. Antiqua sane tabula Dinæ in Eremum iamiam ituram ita exhibet. Rosalia genu minori Iesu infans elatis duobus dextræ manus digitis, quasi crucis signo mox benedicturus , abeundi facultatem facere videtur, puellum sustinet fortunata parentis, & coniunctis in nostram Virginem oculis, appositaque ad peitus manu , patrocinij sui pensionem præfert. adstant hinc & inde Angeli duo habitu ad iter conformato, bacillo fultus alter & armis, librum alter & precarios globulos , sacram huius

per e-

peregrinationis supellecilem desert. nec ibi prætermis opinor fuissem si quæ sensibiles rerum species Rosaliam ad fugam hanc capessendam impulissent.

Sed quò tandem secesserit Rosalia, duce Jesu Christi amore, enucleatus, eius laudibus exaggerandis, enarrandum est. dilitant Panormo quadraginta fere passuum milibus Quisquinæ mons, & nemus, antrum hic oblongum, & duplex, non sine peculiari Numinis consilio, in montis latus excurrit: prima eius pars sex leptena vlnis protrahitur vario laterum flexu, quæ quatuor modo, modo sex palmis vtr inque distant; in medio eius cavernæ quasi antrum in antro excavatur ad lœvam: hic integrum lapidem oblongum in lectuli pœne figuram efformatum, & è solo sublatum aliquantulum reperias. in proclivi leniter fitus ille est, ut dormienti cervical appositum videatur; sensim ad latera, hinc illinc rupes assurgit, & altiore fastigio conopæum irritatur. accedit quiescenti opportunitas, cum hyberno tempore perpluit vsquequaque antrum, huic vni parcitur loco. illud admiratione dignius, lapidem illum non videri indigenam, sed aliunde comportatum, non hominum tamen industria per eas aditus angustias, quæ capere illum non possent; sed priusquam ultimam antri metam attingas, sinistrorsù retroactus secunda antri partis aditum repieres, ea angustia, & humilitate, ut horro rem incutiat ingressuro; neque enim illuc penetrabit quispiam, nisi inter rigidaria salsa exorrecto primum brachio & humero, ad duos, tresve palmos prorepat. secunda hæc antri pars ad quinque vlnas in longum protrahitur, in cuius interiore & postrema cellula cæteris ampliore resedisse, ut plurimum Virginæ arbitramur; vñi enim aptior, & sedile habet manu, ut videtur, efformatum. per aliquot rimas malignam lucem antrum excipit: nullus tunc ibi portæ ritu hiatus, sed è superiore loco angustus aditus Virginem obliqua via descendente admittebat; non secus ac si ipsa in pectus dimitteretur. hæ sunt sepulcralis erga stoli angustia, quibuscum amplissimos Panormitanæ Regiæ splendores Rosalia commutauit: exelso Virgo nobilitata animo ad aperrima hæc contendit, quia nouit Amorem asperis nutriti: & quæ lesua ardebat, huc vocante secuta venit, sedemque ibi fixit imperterrita.

Qua descendendum in hanc caueam erat, parte lœua rupes aliquanto latior, & lœuor adsurgebat, faxi genio virgata, & liris distincta compluribus. hic à Virginis manu characteres, qui duos transuersos digitos sunt alti, profunde insulpi, & in novem inæquales digesti lineas, altissimæ mettisensum expressere. factumque est volente Deo, ut hæc epigra phe saxo insculpta, quæ omnium opinor hominum oculos ante hac incognita effugerat, intra paucos dies postquam in Peregrino monte Panormitano inuentum est S. Rosaliæ corpus, in Quisquinensi antro reperiatur. ei quidem

antro exterius ara D. Rosaliæ sacra adiacet, ad quam olim supplicationes extra ordinem plures placando Numini itare, & sacra tunc peragi consueuerant; sed nulla eius inscriptionis fama aderat; ea vero saxon manu Virginis insculpta ita concepta erat. E G O ROSALIA SINIBALDI QVISQVINÆ, ET ROSARVM DOMINI FILIA AMORE DOMINI MEI IESV CHRISTI INI HOC ANTRO HABITARI DECREVI. Sed si non errasset, minus muliebrem manum, Siculæ terminationis idiotismum prodidisset; quare hæc menda crediderim puellaris manus non satis latinam linguam edocet sigilla, sed si scriptio modus & verba muliebre manum & ingenium, sententia enim uero sensum humano superiorum præfert. & amoris illud incendium, quod Rosaliæ peccatus vrebatur, & saxa corripuit, æternum legentes comburet.

Post aliquod tempus, incertum qua causa, sed non sine Nunainis nutu, ex hoc Quisquinensi antro migravit Rosalia, cælitibus viæ socijs ac ducibus, ut veteres produnt depicting tabulæ: nec antra deseruit, sed commutauit. venit in Peregrini montis, Panormo propinquai, speluncam, de qua dicam, cum de eius corporis Inuentione agendum est: id solum hic moneo, segetem hic ampliorem afflictionum a Virgine demessâ. rigidissimis hoc antrum penitioribusque montis visceribus abditur, boreæ flatibus obuiū obrigescit crudelius, & perenni majorique stolidicio lutescit. quare non alius ibi locus humano vñi accommodatus esse potuit, quam tuguriolum, ac veluti nidulus saxon excavatus, post aditum speluncæ tunc angustissimum lœua delitescens, qui vix puellam caperet per foramen reptando ingressam.

#### VIVENDI RATIO IN ANTRIS.

**S**ED quænam fuérit Rosaliæ vivendi ratio in vtroque Antro, si quis exquirat, usurpare plane licebit Hieronymi verba de suo Paulo Eremitarū Principe, quæmodo in media aetate vixerit, aut quas Satana pertulerit infidias, nulli compertum babetur. idque eò credibilius, quo arctioris solitariaz vita genus secuta est. fuerunt Anachoretæ, qui aliquem agendi modum cum hominibus admitterent; sed alij arctius vita genus sequuti, ita ab humana se societate secreuerunt, ut soli viuerent Deo, in specus vel semper, vel ut plurimum inclusi. ad hunc vero perfectionis apicem, qui humanæ mentis obtutum fugit, Rosaliam concendisse necesse fuit: neque enim nobilis puella in paternis, vel patriæ vrbi proximis agris versari potuisset, quin agnosceretur: nec semel agnitz licuisset vitam ibi agrestem ducere temporum iniurijs, bestiarum ferocitati, latronum, nequissimorumque hominum infidis expositam. quare prudenter factum arbitror, ut in sua illa epigraphie non scripsit Rosalia, in hac Ereno, aut in hoc monte, sed

tè, sed in hoc antro se habitaturam insculpsérit.

Sed nihil periculosius exclamat S. Bernardus, quām solum luctari velle cum dēmons; is enim tunc sauiore ira, se contemptum dolens, inuadit: nil etiam admirabilius esse credidere Eremiticæ vitæ Patres eorum fortitudine, qui in solis terris soli vicitarent sine humano adiutorio, nihil aliunde solatij haurientes, quām quod è cœlo illis depluit. Efferantur etiam s̄epe vitia nostra in solitudine, inquit consultissimus harum rerum Doctor Cassianus, nisi fuerint ante purgata. Cum ergo mirum protet sit hominē in solitudine oblectamentis omnibus, & aliorum auxilio destitutum sibi ipsi sufficere ad debellandos vehementiores hostium impetus, plane obstupescet, qui Rosaliam cogitet paternarum deliciarum retinaculis exemptam, ad antra secessisse horrida, vietamque diu ibi soli cognitam Deo ad plures annos duxisse. oportuit sane cum lemuribus sui impotentibus, callidarum machinationum auctoribus strenue depugnare, dum generis maiestatem, regis domus blādimenta, nubilium annorum opportunitatem in eius memoriā reuocarent; dum simul asperitatem antri, loci solitudinem, vitez pericula obijcerent, & mox molestiam animi, vitæ tedium, moerorem, iramue inducerent, & in puellæ perniciem vrgerent; quare veteres tabulæ tartarea monstra per horrorem in fugam lapsa monstrant ad cōspectum Virginis in se acriter ferrea catena deservientis. necesse enimvero illi fuit perpetuis se ieiunis, vigilijs, ceterisque eiusmodi corporis consilitationibus macerare; animus enim non melius alitur, quām tenuitate & asperitate vixit, nec aliunde annona, & bellica instrumenta sustinendis demonum prælijs felicius comparantur. hic Rosalia nullo humanarum rerum vsu vixit ad Amoris Diuini modum, quo duce illuc appulerat, & volens detinebat: quamobrem cum pietate ab antiquo icones non aliud frequentius exprimant, quām beata cum cœlestibus, Deipara, & Seruatore Iesu Rosalij commercia, florū calathos, & capitī coronamenta ad blanditias, innuunt plane quibus illa curis, & oblectamentis in tanta loci, rerumque omnium asperitate detinereatur. Florez enim corollæ virtutes, ciuitasque in animo florentes arguant, & quam suavis ab illo castissimo pectore cœlestis contemplationis odor exhalaret ad Superos.

#### MORS. SEPVLTVRA.

**V**itam sanctam me aetam mors exceptit ad immortalitatem traductura. ubi ergo Rosalia sibi demigrandum esse intellexit, ut soli Deo in solitudinis horrore vivierat, ita propositi tenax nullius tunc hominis officiosam societatem, ut videtur, admisit. quod à magnis item Anachoretis factitatum legimus, nuda ergo in humo suę Peregrina spelunca se se illa componit, dexteram, pulsilli more, languenti supponit ea

piti; finistra sacrum Iesu Christi Crucifixi simulacrum in sinu detinet cum precarijs globulis per digitos innexis ac pendulis; nec alio, quām amoris telo confossa Rosalia pridie Nonas Septembbris, roseam efflauit animam eternum in Cœlo resurrecentem. hoc plane situ ac habitu post quinque fere secula repertum Virginis cadauer. atq; inde de primū coniectare licuit nullo tabifici morbi labore afflictam fuisse, cum dormientis potius, quām cum morte luctantis speciem referat: si quis præterea ex mortalibus eò loci adfuisset, sane compoñisset ille ad pectus, vt solet, ambas puellæ manus; fectro de more sacras exuuias extuisset ad sacra cœmeteria haud longe remota, nec sub humo eas defodisset, quæ aquis guttatum deciduis in illarum perniciem lutescebat. quare vt solitariam illa vitam duxerat, ita volens libensque solitariam, vt reor, sustinuit mortem; sed quibus illam delicijs munificus æque ac omnipotens Deus condiderit, latere nos idem voluit, quod minus forte, quam par eset, capere exigua mortalia mente possemus.

Quo salutis humanæ anno integerrimus Rosalij animus in Cœlum euolarit, incertū nobis est: id solum fama ad nos deueniens edicit, anno circiter sexagesimo supra vndecim secula hæc contigisse. quare quod de Margaritæ Reginæ benevolentia erga Rosaliam retulere Maiores, id de pietate Reginæ erga puellam iam sanctitatis fama illūtrem pertinere potuit; nam Margarita annū octogesimum tertium duodecimi seculi salem attigit: quamuis si paucos admodum annos Eremiticæ Rosalij vitez quis tribuat, potuisset illa inter honorarias puelas, Margaritæ in aula degens obsequi, & redamari; nam quinquagesimo anno eius duodecimi seculi nupsit Margarita Guillermo Sicilæ Regi.

Sej ac um Rosalij ibidem in Peregrino monte repositum est, sed mirifice Angelorum ministerio exstructum fuisse inde persuasum plerisque est, quod nouam s̄ pulchri formam, quæ supra hominum induitram sit, intuciamur; saxum vndeque ossibus circumductum, sine compage aut rima, non secus ac globus ex ære fusus, sua caritate corpus Virginis complectebatur, ne temporis aut loci violaretur iniurijs. haud abnuerint alicubi decidas aquæ guttas lapidescere; sed nostrum hunc lapidem ex eo perenni fluxa coaliuisse non credam: in alta ille humo, quindecim fere pedes defossus iacebat, vt vndeque à solida montis rupe remotus, fossili tātum terra circumvolueretur: cur vero eam tantummodo humu quæ proxima beato corpori erat, adeo felicem existimem, ut ipsa dumtaxat aquarum ope in lapideum concreceret; reliqua vero infra, & supra saxum nihil soliditatis conciperet: non ea tātum antri pars, sed totū vndeque frequentibus & illicidijs antrum perpluit. nec tamen alibi visa humus lapidescere, in remota antri parte pauca defossorum ossa fuere defossa, sed non inuoluta

lapi-

<sup>1</sup>apide ex humo compacto; imo hæc aliorū ossa nigra ex aquarum stillicidio, exesa, cariosa, horrida videbantur; contra vero mīrum est quantum nostræ Virginis reliquæ ingenio candore, eboris instar, niterent: quantum medulla in ossibus iam arida tenuissimis intertexta fibris sine carie, hic aurea flauesceret, ibi argento, aut cristallo prior candesceret. lapis præterea iste intra ossium meatus, ipsum capitum cranium, oris intercapitatem ita permeabat, ut natuā ossibus soliditatem atque pulchritudinem seruauerit, non secus ac opobalsami, aut alterius, contra temporis edacitatem, amuletis vices subiret. deinde nemo umquam eo loci traxit videt quam in lapide isto colorum varietatem & pulcritudinem sub aspero cortice admiramur; multicolor ille est, alicubi cristallum nitore simulat in multos angulos refracto lumine; in hyacinthum abit aliquando cæruleo colore præfulgidus; partim berylli glaucinum fulgorē imitatus, partim in alias gemmas admirabilis plane specie degenerat. atque hæc omnia non in merito adeo excelsam huius sepulcri structuram, non naturæ viribus, sed singulari Dei opificis prouidentia tribuendam esse persuadent, ut quo honore aliorū aliquando Sanctorum corpora prosequuntur est Deus, cum thecas illis Angelorum manibus præparauit, eumdem Rosaliam impenderit, diuini sui amoris monumentum; ac simul dum sordidæ, ac viliori Virginis parti sepulcrum ad custodiam curauit extriendum, quantas ille delicias immortali eius animo sua sponte sibi caritatis nexu consacrato contulerit, manifesto prodidit. quod si tot annos & secula occultum, ignotumq. id corpus in alta defossum humo latere voluit, id maiore patriæ seruandæ beneficio, & celebrioribus Virginei cultus iacentis benigne rependendum sanxit.

#### RELIGIOSVS SANCTÆ ROSALIAE Cultus.

**N**ON adeo tamen Vitam, mortem, & sepulcrum Rosaliam occlusit Deus ut eius sanctitatis radij nō emicarent id est tidem, quanam ratione id factum in Virginie, quæ ab hominum se consortio viuens se luxerat, nos latet; sed plane factum scimus, nec miramur, cum ab admirabilis Dei consilio id profectum esse intelligamus. celebritatem ergo nominis, sanctitatis opinionem, Diuæ titulum cum religioso cultu ab Ecclesia Sicula iam diu usurpato hæc plane contendantur, antrum Peregrini montis iam dudum ante plura secula religiose cultum, etis sacrae titulus cū Virginis Rosalia effigie; cuius aræ olim adnexum Ecclesiasticum beneficium de iure Patronatus Panormitanus Senatus, alterum item templum eidem Virginis ibi ante annum salutis 1414 excitatum, ubi proxime deinde exstructa est D. Catarina ædes, cui nomen Olivella fecit olea ex propinquâ area, atque ad eam triusque meminit eruditissimus Iuris Ca-

nonici Doctor Nicolaus Tudiscus Archiepiscopus Panormitanus, qui sub nomine Abbatis Panormitani inclaruit, & celebratur; is enim anno 1439. in catalogum ducentarum fere sacrarum ædium, quibus thynnariæ pescationes aliquot pisces quot annis pendunt, regessit duplex hoc S. Rosalia templum. eidem eleemosynas erogatas legimus; qua in re numquam extidero è memoria debet antiquissima cuiusdam Theophaniz testamentaria dispositio in pergamena carta scripta die 18. Aprilis anno 1257. quam autographam sæpe legimus & custodiri diligenter curauimus; ibi enim inter alia Sanctis legata, tarecum aureum. S. Rosalia templo solui imperavit, ostenditque apertissime intra centum annos à Rosalia obitu sacram illi eadem publico cultu exstructam. aliorum etiam quatuordecim delubrorum per vniuersam Siciliam, repertis eorumdem vestigijs renouata modo memoria est, Caccabi in Hospitio, seu, ut vocant, Grancia monasterij S. Nicolai de Nmore; Cephalœdi ad litus orienti aduersum duplice ab opido lapide: Politij Rahalmuti, Bisbonæ, Calascibetta, Troina, Ficarræ, Sancto Mauri, Tortorici, Sicli, Augustæ, Paulæ in Calabria, Rouelli in Lucania; Altaria recensentur multo plura; imagines vero, cum sanctitatis titulo publici cultus teste, innumeræ, ex quo: antiquissime: inter quas post plures ab Inventione reliquiarum annos, ea innovuit, quæ in Cathedrâl Panormitano templo depicta olim fuit; trabibus enim maioribus sustinendis, seu potius ornandis ad parietes lignæ fulcra apte conformata subduntur; in ijs vero depictæ sunt plures Sanctorum, etiæ, quæ tamen eorum, qui in solo eiusdem templi degant, ob altitudinem oculorum aciem adeo figiunt, ut inde dignosci nequeant: dum autem idem templum magnificentissime, ut moris est, celebrando S. Rosalia festo holosericis auro intertextis aulæs, & diuite gaza exornaretur, sub nona trabe agnitus in imagine S. Rosalia eremiticus vestitus modus, nam cinericij colo: is facco vestitur, cui circumiectum ad humeros, peregrinorum ritu breue palliolum cæruleo, sed iam languido colore imbutum; binis rosis hinc & inde, quæ brachia pallio teguntur, & characteribus S. R. nomen S. Rosalia innuitur. trabs autem illa cum ornamentis praesertim aequali templo antiquitate, quod dedicatum fuisse constat à Gualterio Archiepiscopo, eius auctore, anno 1185. non diu post S. Rosalia obitum, in antiqua etiam Litanias, quæ inter supplicationes Panormi olim recitabantur, S. Rosalia nomen in aliarum Virginum chorum relatum esse ex codicibus ante plura secula, manu descriptis, liquet. Sed, quod inleris, cultus tantus, ac tam late sparsus, obtorquentibus Siculorum animis, & decadente sanctitatis fama sensim refixerat; quod non aliunde manus credam, quam quod laterent sacrosanctæ eius Virginis reliquæ, quæ mortaliuum animos cœlesti igne

igne succenderent, & a norem beneficis fouerent: ita cum olim latuere Apostolorum Petri & Pauli corpora, deferant, ut scribunt Platina & Ciacconius, rerum Pontificiarum scriptores, in honore esse propter desuetudinem, & ignorantiam hominum. quousque sub Urbano V. innouerent. quare excidisse Rosaliæ cultum permisit Deus in alicuius obliuionis tenebras, vt felicius, & ampliori celebritate resurgeret: numquam etamen deleta prorsus S. Rosaliæ memoria, sed retenta sunt semina, vnde ad gloriam palliolarum in Cathedrali enim ade Panormitanæ, die 4. Septembris ritu semiduplici recitari iam cœperant, renouato cultus studio ad anniversarium festum diuinæ preces ab anno 1609. & futura iuventionis spem de eruenda ab impendentibus periculis patria, fama diuino confirmata oraculo sustinebat; qua vero ratione celebritas nomi-

nis, hominum obsequia, & planus in Diuina Rosaliæ refioruerint per eius Reliquiarum Inventionem, & innumera ab ijs erumpentia miracula, mox cum de ea agemus, differendum erit. illud interim egregiaz virtutis exemplar a D. Rosalia Christianæ pictati propositum nos admirari non desinamus; puellam, quam aucta stemmata insigiem, paternus honor illustrem, abuadantes diuitie satis superque locupletem, regiae ex propinquitate & benevolentia fauor conspicuam fecerant, nominis ignorationem præ nobilitate, rerum omnium inopiam præ magnis opibus, secretam angustamq. specum præ magnifica regia, præ aulicorum conuictu ferarum contubernium, præ regia gratia diuinum amorem, præ corporis illecebris delicias animi potiora, duxisse: admirationem vero tantæ Virginis imitandæ studium consequatur.

Anno Chr.  
1624.  
15. Iulij.

# INVENTIO CORPORIS SANCTAE ROSALIAE VIRG. PANORMITANÆ

Ex Historia Iordanis Cascini Soc. IESV.



IVINÆ mentis consilio plane admirando factum est, vt Anachoretidis Virginis Rosaliæ Reliquia, quæ Montis Peregrini latebris, rupibusque consepulta iam diu delitescebant, ad publici cultus lucem tandem aliquando, diuinorum beneficiorum radijs collustratae educerentur. reiecit id quidem Deus in annum vigesimum quartum saeculi decimisep timi post quadragesimos & septuaginta febre annos à Sanctissima Virginis obitu; sed nouit ipse tempora suis diuinæ sapientiationibus opportuna; quibusque interuallis Sanctorum honores vel precini sinat, vel attollit iubeat: res cælestium æque ac mortaliarum arcanis consilijs regens, alia approperat, alia in longam trahit, & illa quidem opinione nostra celerius, hæc setiùs, sed omnia ex sua sapientia, sua cuique data tempestiuitate, maturat. & quidem statim ac in cælestium animorum ectū, ex ista mortaliarum turba, Rosalia discessit; imaginibus, aris, temptis, supplicationibus

Tom. 2.

eins sanctirati pia de Christianæ Religiosis more veneratio delata fuit; is nimirum honos à munifice largitore redonatus est abiectissimo, asperrimoque vita cultui, quem nobilissima Virgo diuina incensa amore sponte delegerat. procedente tamen tempore diuinæ prouidentia ratio tulit, vt excidere pedetentim illa ex hominum memoria inciperet, & plerisque aris, ac templis vetustate dilutis non modo in exteros, sed in Panormum ipsam, tantæ Virginis patriam urbem, obliuio diurna surreperet. sed hæc eò tendebant, vt maior deinde cultus renouatis studijs surgeret, totoque terrarum orbe inclitæ sanctitatis, & insignis patrocinij fama pœtuagata mortaliuum pectora ad eius amorem vehementius incenderet; qua vero ratione id factum sit, dicere aggredior.

Panormo, quæ Septentrionibus est opposita, duobus vix passuum millibus distans Mons Peregrinus alte asurgit; eius crepidines ex dupli coeli plaga, quæ Boreas, & quæ Eurus tyrrhenas impelliunt vadas, mari alliuntur; reliquæ per

V

per agrum Panormitanum porrexit occidentem, meridiemque respicunt, septemq; sunt circum amoenis collibus, & viridantibus pratis: postquam duo passuum milia a subiecta planicie ascendendo emessa sunt, haud longe a culmine, ingens panditur specus centrum palmorum longitudine excurrentis; primi aditus latitudo viginti & octo palmos patet, tum magis, magisque pergentem orientem versus flistro latere, eadem latitudo ad quadrangula & amplius palmos relaxator ad eum usque locum, unde sacrum Rosalia corpus erutum dicemus: inde angulata constringentes redunt rupes, & sensim coesant antri latera in triura fere palmarum angustias ostio oppositas. altitudo varians, ve in excisis, pendebusque tecum rupibus, qua octo, qua tredecim palmis continebatur, at in medio antequam mani hiatu recedit. ostium paucis ab hinc annis apertum patuit, nam antea angustum potius foramen erat, ut nemini, nisi obuerso latere is pergeret, ingressum preberet, nec statim ingresso latior patebat via, sed ad decem fere palmos intra rupis crassitudinem per easdem fere angustias perrumpendum erat. haec tamen laxa moles, quæ aditum poene obstruebat antri, ad laudem in eodem antro aliam quasi cancam duodecim palmis in longum, lacunaque porrectam sive continebat suo, atque hic dumtaxat angulus fulse videtur ad habitandum aptus; solus quippe stillicidij immunis.

Iam hoc in antro consepultum Diu*n* Rosalia iacere corpus fama a maioribus ad posteros constantissime deducta retulerat; atque hinc factum est, ut cum certus ibi non designaretur locus, alij alijs temporibus, veteri in Virginem Rosaliam pietate permoti, modo hinc, modo inde eruere pertentauerint; hoc tamen unum antrum, tamquam certissimam sanctissimæ prædæ latebram indagantes, anno circiter sexagesimo ante repertas Reliquias, ex eo Religiosorum cœnobio, quod prope antrum posterioribus seculis extructum est sub Diu*n* Francisci institutis, quidam frater Frauciscus adiuncto sibi socio fratre Marco de Panormo, rem est adoratus; sed pieras in calumniam cecidit, in suspicionem quippe affectati thesauri veneri, & apud moderatorem suum in iudicium vocati sunt; sed ab eodem deinde, perspecta innocentia, absoluti. Non longe eo post tempore mulier, florente adhuc aetate, Sanctæ Rosalie imitanda studio succensa, superbam Procerum aulam, ac splendidum cultum cum huius spelunca, vitæque asperitate commutauit, virileque animum gerens viriles etiam vestes ac nomen induit, Angelum se vocari dicitans; a quo sanc nomine animus, institutaque viuendi, contemplandique ratio minime diffidebant. Haec itaque, oblata sepe per vitum Sanctæ Rosalie specie oblectata, gratiam ab eis inire arbitrata est, si eius cor-

pus ibi perquireret, ut vero ad fossatum ventum est, oleum primo humus sundere; deinde cum nihil eo prodigio deterrita, confirmato pergeret animo, repente tremore tellus, totusque mons concutus: quæ sane, cum sensisset Diu*n* abuere, nec illa iniota audendum quipiam, ab incepto desistit. traditum, quoque a plerisque haud dubie fidei viris aliam sanctitatem insignem, dum hanc scricri corporis inquisitionem agitaret animo, diuinus accepisse, tum denum inventum iri, cum publica Panormus calamitate premetur; quod in tunc sparsum, eum de Diu*n* Rosalie corpore incidisse sermo, posteris tradebatur. cum autem constitutum adesset tempus, quo in lucem venerationemque hominum profertur, effest Diu*n* Rosalie Reliquæ, ne aut humani ingentij, aut fortutæ, sed dimidi eis confilij ea videretur Inuentio, huiuscmodi miraculo cœlitus initium ei datum est.

Anno 1623, mense Octobri mulier, cui Hieronyma Gatto nomen erat, in publico Panormino nosocomio jacebat ægra, nec longe a morte aberat, qui sustinendæ Sacramentis Ecclesiæ rite munita, se comparauerat. interim cum noctu vigilaret, vehementi flagrare sit, adolescentulam videt, Sanguinalis species, & habitu, quæ ad penitentes lychnos flammarum concinnaret: ne nomine quidem cognita ea tunc erat Hieronyma; sed quæ tandem esset, edentis edocuit, suisque illa verbis arbitrabanit. ab hac igitur puella ad se euocata, progressaque, adnotæ labris arientibus magnus attactu sedari primum sibi sicuti, ac deinde his benignè verbis compellari fecit sensit. execute animo metum; propediem conualesces, modo votum montis Peregrini suscipias. concepto itaque voto post biduum valens è lecto desilit Hieronyma. Sed quoniam secunde persepe res negligientiam creant, peregrinationem moras septendo ad insequentis anni mensera Maium, ac sacros Pentecostes dies distulit; non tamen interim décerat Religiosis vel oblitæ incitamenum, vel neglegit supplicium, quartana febris, qua hoc temporis spatio afflictaretur. Sub finem ergo Maij alias quasdam mulieres sui consilij & itineris nocta socias ad specum venit Peregrinæ montis Diu*n* Rosalie sacram. hic persolutis vñi precibus, dum comites alii alio non longe secederent, sola Hieronyma moram in antro trahens somno correpra Deiparam. Virginem videre sibi visa est ceruleo amictam pallio, ac Iesu puerum vñis complexam, seque his colloquenterem. exsolutum venisti quod promiseras; iam igitur vales. oblata simus eadem Sanctimonialis species, quam in nosocomio videbar eodem ornata ritu; locumque digito designans, ubi suum iacebat corpus, horzatur ut fodierendum cureret; ac certius se quod signum

26.May  
1624

signum daturam pollicetur, ut ipsum perspectum habeat magis. vbi euanuit visus, Hieronyma rem aperit religiosis viris in proximo cœnobio degentibus, alijsque. intererat ibi Vitus Amodæus vnus eum vxore sua Hieronymæ socia; is, licet olim reperiundo huic sacro corpori inanem posuisset operam, modo mulieris dicto, à cuius ingenuo & mœribus longe abhorrire videbat, vt id mendacij strueret, spem sibi, atque animos refectos sensit, coque magis quod locum à Hieronyma indicatum nemo habet, ut cœnobitas illi asserebant, & ex fama ipse narrat, scrutatus esset. eò progesa mulier, ut proprius defodicendum locum præscribebat, vidisse se veluti dissidente solo saxum in altum tolli sante testata est: quare intelligens id esse, quod paulo ante promissum sibi fuerat signum, ipsa manum tunc operi alacris admouet, & leuiter tentare aggreditur.

29. Maij.

Amodæus vero asumptis alijs operæ suæ socijs ad montem quarto Kalendas Iunij regresus rem sedulo incepit: vbi multum fossa telluris egressissent, pluresque inter exercendum, intermittendumque opus, extraxissent dies, nec villum adhuc sacri corporis appareret vestigium, eius reperiundi spem pœne abiecerant; abiecissentque etiam animos, ni aliquorum interuenitus, qui quid rei ibi ab alijs gereretur ne sciebant, alia quadam spe renouasset. hithesaurum eo in loco abstrusum nescio qua fama, scriptoque proditum dicitabant. quoniam igitur in humano pectori pluri-mum auri sacra fames valeret, & plerique mortalium vel levissima suspicionis aura ad abstrusarum dipitiarum inuestigationē impelluntur, hi omnes communicato consilio, vel spe sacrarum Reliquiarum in spem potiundi thesauri versa, vel altera potius ab altera aucta, alterutram in irritum minime casuram rati, quod reliquum erat laboris exhaustire pergunt. sed lente procedebat opus, nam remotus ab urbe locus, eorum hominum mens, ad se suamque familiam alendam, alijs intenta curis, & elangescens spes moram non raro injiciebant. sed hac profecto mora vñus est Deus, vt interim Sanctæ Virginis Rosalie maxima gloria pararetur seges.

Ineunte enim Iunio eius anni exitialem lucem Panormum inuexit barbara supplex tabe imbuta, eo nauigio per imprudentiam importata, quo Christiani de Maurorum seruitute redempti domum postlimino reducebantur. id veneni in paucos initio trâfusum, mox in alios atque alios serpens miserum in modum peruadere urbem occipit: trepidatum itaque Panormi est tum insolentia, tum atrocitate morbi, qui florentissimis etiam populis vastitatem inten-tat, nihil interim à Magistratis prætermisum, quod humano consilio effici potuit, vt sub ipsum initium reprimetur lues, feriatum à publicis scholis, compulsa mulieres ac puerilis ætas, vt se se domi conti-

Tom. 2.

nerent, nec tempula adirent, nisi quæ proxima essent cuiusque domui & festis dumtaxat diebus ad rem diuinam: transmissæ gentibus eleemosynæ, nè prodire cogerentur: edictum, vt quidquid barbaræ meritis apud ciues esset, proderetur, & ære publico ad auertendam avaritiam pretio persoluto in ignem coniectum arderet. quibus supperebant opes, ij si forte vel morbus, vel morbi suspicio domum inuafisset, positis custodijs, & capitis pœna intentata, ab aliorum consuetudine domo conclusi sua segregabantur: sed pro alijs, quibus angusta domi res erat, nosocomiū in suburbio primò constitutum, atque aliud deinde breui exædificatum; attributæ ibi domus tum pestilentia tabidis, tum seorsim ihs, quos consuetudo cum his suspectos fecerat; curata omnium funera publico sumptu, vt quos pestis absumperat, efferrarentur. demum nihil sumptui parsum, sed abunde suppeditata omnia cum ministris, medicis, confessarijs, macror tamen, pauor, ac trepidatio adeo peruaserant singulos, vt faciem urbis paulo ante florentissimam repentinus morbus immutauerit. id angebat magis quod capta consilia non procederent, nec restingueretur incendium, sed sicuti flamma in syluam incidens vrgente vento latius grassaretur. igitur vbi humana ope vis morbi, que in dies recrudescere videbatur, leuari non poterat, ad diuinam promptiori animo confugendum erat.

Qua in re maxime enituit Eminentissimi Cardinalis Ioannettini Auriæ Archiepiscopi Panormitani paterna in gregem suam caritas, & insignis in rebus omnibus celsitudo animi, & supra casus omnes inuita constantia. is cum æstatem illam Thermis Himerensis ageret, leuandæ ægritudinis gratia, accepto nouæ calamitatis nocio, statim moras omnes rupit; nec tanti fecit uel Thermitani aeris clementiam sibi propitiari, vel valetudinis suæ parum firmæ discrimen, quin illico laboranti populo opem, quæ posset, latus, Panormum accederet. Vix eam attigerat cum maxima fortis ac suorum amantis animi documenta dedit: obuios quoque mœrore ac metu consternatōs erigere, confirmare grauitate verborum, comitate consolari; pauperum inopiaz, quorum cessantibus ex parte officijs, aduenarumque commercijs, crescebat in dies multitudo, larga stipe succurre-re; aliaque omnia, quæ sui iuris ac muneric erant, mature curare, dispositis verò per urbis regiones sacerdotibus, qui ex religiosis familijs & clero animorum saluti suum deuouerant caput, vt Sacramentorum ope iuuandis ægris presto essent; eò intendit mentem vt vniuersus populus ad Deum supplex animum precesque conuerteret, & quod caput est, recte factis ad misericordiam inflechteret. Nec satis habuit perpetuam illam precem, que secundis etiam rebus Panormo solemnis, publico cultu ad venerandum.

V 2

pro-

proposito Augustissimo Eucharistie Sacramento quadragenis horis, singula Vrbis tempia obeundo, per agitatur; sed hunc precandi ritum vno tempore in omnibus simul sacris adibis celebrari iussit: singulis etiam Religiosorum Ordinibus, quibus id moris est, suam congixit diem, qua ad eadem maximam supplicatum procederent; quod pietatis officium nudis incedentes pedibus, habilibus vocis modis, alijsque corporis afflictionibus, offensi Numinis metum spectanti populo incutientes, religiosissime obliuere; post singulas earum familiarum supplicationes, solemnem aliam totius Religiosi cœtus & Cleri indixit, in qua per verbum sacra Reliquia Sanctorum Virginum ac Martyrum Christinæ, ac Nymphæ, quarum in tutela civitas est, ducerentur; & ipse Antistes Pontificis ritu ornatus, ac superplex etiam Senatus huic postremæ supplicationi interfuit, prosequente sacrum agmen populo, lacrymis perfafo, & clamoribus dignam opem implorantibus identidem sublatis, habita vero eis supplicatio idibus Iulij matutinis horis, sed insperato edocere nos voluit Deus, quod potissimum calamitatis perfugium Panormo daret, & cogitationem implorandæ opis à Diua Rosalia iniecit, ut invocata illico adesset singulare beneficentia exemplo, sed opera pretium est rem tantam accuratius scribere, eade in omnino fide, qua eam sacerdotes quatuor pietate non minus, quam zitate graues seorsim, ac legitime rogati, iurei rando confirmata explicaueré, qui illud primum Sacramento d. C. testati sunt, se nihil eorum, que in Peregrino monte agerentur, vñquam accepisse, nec ante cogitasse, aut conuenisse inter se, vt id facerent, quod diuino solum impellente spiritu factum esse narrabimus.

Duo ergo Sacerdotum paria, inter utrumque frequentissimi Cleri versum, sacris vestibus muneri eccl temporis congruis ornati incedebant; horum erat, Sanctorum nomina in litanias digesta invocando ceteris praecinere; nec unum Cantorum pars ab altero pendebat, sed cum unumquodq. suū ducoret chorum, vnius ferme stadii intervallo disiungabantur inuicem, quod spatij Cleri Ordines occupabant, sacra etiam pectorata Sanctorum Rocchi, Sebastiani, & aliorum interposita inter utrosque Cantores, atque his circumfusa hominum multitudine muruum eripiebant aspectum, ut ne annueat quidem unum pars alteri, nedium aliqui, nec distinet audiri inuicem possent. iam vbi ad Sanctorum Virginum chorum in ea Litaniarum invocatione processum est, additèque post alias extra ordinem suissent Virgines, ut moris est, Panormitanæ Vrbis Patronæ Christinæ, Nympha, & Oliva (nam D. Agatha iam suo praecesserat loco) D. Petrus Garofalus, cuius ad quintum & sexagesimum annum prouecta aetas, circumstantium id sibi nemine suggestente, interno quodam ac diuino æsus impetu collegam sibi D. Franciscum Moscarilum

rogat submissa voce, placeret ne invocari insuper S. Virginem Rosaliam? hem, hoc ipsum, inquit ille, agitabam animo, itaque hac subita conspiratione animorum, sublata de more voce, S. Rosaliam invocant. alterum vero Cantorum collegium, licet quid ab altero fieret minime consciente esset, eodem pene tempore, eodemque Virginum loco, eamdem diuinitus iniectam protulit vocem, hoc tantum interfuit, quod ait: è Cantoribus D. Joseph Pare S. Anastasiæ, quam prætermiserant, invocare cogitabat & collegæ id faciendum proposuit; is vero, cui D. Vincentij de Amaco nomen erat, S. Anastasiaz S. Rosaliam præponendam cōsulit; nec mora uno consensu eius opem implorarunt. Enimvero, quamquam aliquot ante seculis ex veteribus codicibus compertum deinde fuerit inter Sanctorum Virginum numerum in Litanijs invocari solite S. Rosaliam; antiquo tamen decretis Pontificum, veterum Litaniarum ritu, retinendum taxat trium Patronatum, quas modo recensui, nominibus, mos invocandi nostre Virginis Rosalie in desuetudinem iam diu abierat; & sane cum eo præcineadi munere hi Sacerdotes plures annos functi essent, numquam tamen aut S. Rosalie nomen in Litanijs inseruerant, aut de eo aduocando cogitauerant, nec si cogitassent, ausserent vñquam id præstare, cum Ecclesiasticæ disciplinæ ac rituum ab Ecclesia præscriptorum retinentissimus esset Archiepiscopus Auria, nouarum simul terram osar, ac severissimus vindex, si quid contra illos, aut præter moribus admittam consuetudinem peccaretur, quare credidere ij Sacerdotes, recenti adhuc facto (quod polte sancte jurarunt) eam sibi Deo cogitationem immisam: vbi vero occidente sole alterum, pars de alterius impulsu, & facto, multo vero magis, postquam posterio die de Sacri Corporis S. Rosalie inuentione fama percrebuit, dubitare se non posse confirmarunt, quin diuino afflati spiritu id effecissent. Sed ut quonam modo compellata Virgo Rosalia, supplicantis populi preces & vestigio exaudierit, & ad opem ferendam accurrerit, posteriorum memoriæ tradamus, ad fossores reuertatur oratio.

Repetierant illi cruenta telluris labore sepe intermissum, imo alacrius aggressi sex ipsos dies modo consumperant, cum idibus Iulij præcipiti iam die inter fodendam egesta iam humo quindecim pedes alta, in magnum, viuumque incident saxum, cuius longitudo ad sex & amplius palmos producita, latitudo & altitudo fere tribus continetur; integrum id erat, & solidum videbatur, de illo tamen extrahendo deliberarunt; cum enim reliquis montis rupibus non haberet, sed telluri vndeque esset in fossum, impedimento ijs erat quo minus ulterius pergerent, funibus vero, & machinarum ingenio destituti, ferrea clava diffingere aggrediantur; & primo fragmen molis non sane magna discindunt, tum socium hortatur Amodius, ut id sustollat, eruatque, rem ille tentat

15. Iulij,  
1624.

15. Iulij  
1624.

tentat; sed aliquantulum luctans caussabatur maximum exiguae molis pondus. irridet hominem Amodarus, viriumq; imbecillitatem socio exprobans, in caueam desilit, ratus se rem facili negotio posse confidere. Sed mox imparem se etiam sensit, imo ambobus omni conatu simul molientibus, sustoli nequit. nihil dum diuinum suspicentes, ut inceptra perficerent, in alia frustra fragmen illud clausæ istæ disrumpunt, & vacuanæ esse animaduertunt. maiori inde suæ imbecillitatis admiratione perculsi, contéplantur attétius natuam arrepti fragminis conditionem; cum ecce insertam saxe, qua cauum erat, caluariam vident. exclamant illico keti se S. Rosaliæ corpus reperisse; monachos è propinquo cœnobio accersunt; cumq; omnes admiratione defixi nitorem in ossibus singularem intuerentur, sensere aliqui odoris suauitatem è mirâdam magis, quod nō omnibus eam percipere cœlitus daretur. atq; hic ossu decor, & suauissimi odoris afflatus cœlestè Rosam prodere occœpit, reputabant illi animo non sine singulari dei prouidentia præter communem naturæ morem eo lapide, æque ac in marmoreo tumulo sarta tecta illa ossa habita; intelligebant iam non à nativo saxy pondere suas vires fuisse superatas; sed diuinitus ipfis non opinantibus datum indiciam, quod mentem aliò distractam & iactem excitat, alacriores ergo ad extra-hendam reliquam lapidis molem se accingunt. Sed Virgo, quæ se difficultorem in exiguo fragmendo solum cranium continentem præbuit, ut semet eo prodigo proderet, iam agnita leuiorem effecit molem, quæ reliquum incluserat corpus; quare duorum hominum manibus nullo fultis adminiculò educta tam facile est, ut lenare semet illam dixisses potius, quam eleuari. proprius vero obiectus oculis ille saxonæ integrissimi corporis tumulus admiratione exciuit, quippe nec compagibus cohærens, neq; rimulis fastiœns, neq; lateribus præminens, nec ullo tectus operculo nullum deditse aditum, quæ corpus inferretur, apertissime demontstrabat.

Postquam persuasum est omnibus, qui in antrum conuenerant, S. Rosaliæ corpus inuentum, aduolat continuo nuncius ad Senatum vnu ex religiosis viris: Senatus rem defert ad Principe Filibertum, Sabaudiaz Ducis filium, Vices Regis in administranda Sicilia obiuntem. ille eius rei cognitione, ut ius falq; erat, integrum Cardinali Auriaz Archiepiscopo reliquit: sed hic suam illico desiderari diligentia, aut æqualem tantæ rei prudentiam non est passus. quare eodem temporis puncto certos destinat viros, quibus fidei plurimum inerat, suo & Senatus fatellito munitos, ut quid quid inuentum esset à cuiuluis arrogantia ac fraude præstarent integrum. vbi illuxit, alios submisit maioris autoritatis viros inquisitum, ut quæ maxima fide gesta, evetaq; omnia in tabulas referrentur. iussitq; inuentum corpus nocte insequenti, quæ

occulte poterat, in suum domiciliū trāsuehi, atq; in sacrario decenter afferuari; in re tanti momenti consulto magis, quæm properaro opus esse ratus, expectandumq; esse dum deus certiora sanctitatis documenta daret. sed inter alia in inuestigandis, tum etiam in traducendis ijs Reliquijs, præclarissimum dedit tota illa faxea moles, tot partibus maior eo fragmento, quod iustolini vnius hominis conatu non potuit, quot à reliquo corpore superatur caput; sicut enim cum efferretur è cauea leuis, ita cum Panormum transferretur leuissima effecta est. arcæ inclusa lignæ vnius hominis humero per salebras ardui montis longo viarum tractu nullo tamen negotio, vecta est. Sed incredibile memoratu est quæm citissime inuenti corporis fama peruagata sit vrbem; quæm grata acciderit ciuibus, & quæm ingenti pietatis ac letitiaz sensu in omnium animos penitus illapsa sit. vna vox omnium erat, mox vrbem à pestilentia novo alumnæ suæ patrocinio liberâdam. quid aliud esse quod malis Panormi rebus tantum boni reseruasset deus? nimur non irasci ad internectionem hominibus deum: eumdem & bellum inferre, & pacis interpretes dare: infligere vulnera, & suppeditare remedia: eius prouidentiaz esse, ut cuna inde benefici generis herbae existunt, hinc alexipharmacæ exoriantur; & vbi pungunt spinæ, recreent rosæ. difficile dictu est quætum ardere populus in Virginem cœperit, ut facile diuino impulsus spiritu credi posset: S. Rosaliæ nomen, quod antea maxima pars ignorabat, celebrare; crebris co:onis de ea miscere sermonem; sua studia promere; alias aliua hortari, & in spem salutis adducere: montem Peregrium frequentes subire, specum inuñere, dissecti lapidis fragmæta in pretio habere, & quasi gemmas excerpere; ex humo puluerem, è stillicidio aquam petere: mox expressas typis imagines S. Virginis parare sibi quisq; venerari, ac postibus domus, quasi pestis amuletum affigere. quare vix duodecim dies effluxerant, cum Senatus Populusque indicto concilio omnium suffragijs patronam sibi Sanctam Rosaliam expetit, delegitque; tum eius Reliquijs, quando ipsas publice colendi potestas fieret, arcam ex ioudo argéto, solemini quo annis pompa per Vrbis vias circumferendam, ac delubrum in æde maxima ornatissimum publico ære construenda sanxerunt.

Sed quis innumera S. Virginis beneficia ac miracula in maxima varietate locorum ac temporum per vrbem supra omnē naturæ vim patrata enameret? initium quidem factum ab eo qui peste correptus in Lazareto (ita ab ulceroso Lazaro Itali vocant hoc nolocomij genus, quod pestilenta attractis vni est) cum nihil de translatione sacri corporis persensisset, diuinitus solum admonitus, nunc, inquit, ex monte corpus S. Rosaliæ deportatur; dictisq; supplicantis fidem extemplo fecit recepta ex insperato valetudo. mox dum ægris corporibus

ribus vel aliquid ex antro collectum pie applicaretur, vel modicum aqua siue de specie vestimentis, siue cui frumentum saxy illius aut ossis fuisset infusum, ebiberetur, tot tamq; prodigia, contra pestilentes præcipue, exitialesq; morbos, consequuta sunt, ut eorum numerus non secus ac admirandus modus fidem supererent. ne quid tamen pijs populi moribus, vulgiq; admurmurationibus daretur, optimum factu, ac necessariu Cardinali Archiepiscopo visum est de ijs cognosci, & in publicas tabuias singillatim referri rogatis legitime, iuratisq; testibus. Sed eadem, quæ à plerisq; de pellebatur pestilentia, maximo impedimento erat; cū enim agrotis, eorumq; familiaribus pedem domo non liceret esterre, longumq; diuerum interuallum intercurseret, quo usq; suspicione rite deponerent, ne quid mali in alios manare posset, late item serpens in alios & alios morbus, aliæq; plurima curæ celeritatem probationum retardabant. de multis vero liquido breui constitit, quæ ne huiusc narrationis serié intercidere cogamur, satius visum est hic non referre; sed ex eo miraculorum numero pauca sub finem at texemus.

¶ Distraxit interim aliquantulum Cardinalis animum aduersa Principis Filiberti Proregis valetudo, tum mors 3. nonas Augusti, ac deinde eidem Cardinalium ipius Principis suffragio, tum totius Regij Consilij cōsensione demandata Siciliæ administratio. nouum ergo magistratum cū iniisset Cardinalis Auria postridie nonas Augusti, nouas animo curas agitans, licet nihil eorum, quæ ad humanam industriam vigilantiamq; spectarent, prætermitti patet, totius tamen Vrbis ac Regni salutem (nam & alias vrbes pestis inuaserat, & reliquis è propinquuo periculū imminebat) in diuinis remedij possimum nisi sentiebat; quare noua etiam iræ diuinæ placamina excogitari cœpta, & nouis ingruentibus malis noua subinde patrocchia adsciscere decreuit. prima in Virginis Deipara obliquis cura fuit, in qua plurimum spei situm.

6. Aug.  
1624.

15. Aug.

Asumptæ igitur in cælum Virginis die, dum saeruni operaretur Antistes, Senatus, ac reliquus Magistratus, & per suum syndicum populus iurarunt, voverunt publice, se ad pedes suminæ hominum, superumq; Regis procumbentes ex animi sui sententia fatei Deiparam Virginem singulari eius, quæ paritura erat, beneficio, eius labis exortem in ipso sui cōceptu extitisse, quæ iam ab ultima origine genus humanum peruasit; nec umquam eam sententiam extorqueri sibi passuros, dum per Pontificis Romani scita liceret eam tueri. tum peruigilium diei qui conceptæ Deipara facer est mense Decembri, ieunio, ipsumq; diem peculiari, solemnique præter solitum honore publico celebraturos spoponderunt, adiecta deinde vota de colenda D. Rosalia in Patronatum numero, & de arca argentea eius Reliquijs construenda, cum publice ad cultum propositæ erunt, deinde intra breue temporis

interuallum alij & plures Sancti in Patronos vrbis a Senatu adlecti, vt priuato aliquorum id pie peleatum sensui fieret satis; sed nihil interim reinittebat pestis; ad D. Rosaliæ nimurum patrocinium nos reiiciebat Deipara, cui Deus nominis tunc nō adeo clari celebritatem cōparare per eius beneficia fauxerat. atque vt id semel dicam quod sèpius experientia comprobante compertum est, recrudescens pestilentiae vis debacchabatur vehementius, quoties à sacrarum Rosaliæ reliquiarum declaratio-ne vrgenda Antistitis animus, siue ministeriorum negligentia, siue rei difficultate, siue alijs curis præpeditus retardabatur; mitescebat vero, cum ad eam redibat; restincta demum est, vt dicemus, cum ex solemní pompa circumductæ, agnitiq; publicum ac celebrem cultum sunt consequutæ.

Ventum interea est ad Septembri initium, in cuius quartum diem incidit S. Rosaliæ in cælum abitus, festusq; eius cultus. & mirandum fuit quantum exarsere & magistratus, & populi studia in eo tūm primū solemniori ritu celebrando; nam hactenus in sacrarum precū officio, & re diuina, eius mētio inter secundatum partium Virgines nulla amplioris venerationis significatio-ne continebatur. indicum ergo est in peruigilio ieunium, & religiose feriari; supplicatio quoque, sed vt res & tempus ferebat, moderatiore pompa apparatu, habita est; deductamq; S. Virginis Rosaliæ depictam imaginem, eximia pietatis sensu venerata est effusa populi multitudo, mulierum maxime, quæ nullo edicti iam ante propositi metu retineri potuit, quin domo erumperent, nimio fortasse plus, quam humano cōsilio par erat. S. Virginis ope fretæ, quod nihil ex eo discursu colenda illius causa facto accipiendum detrimenti foret. nec spes sefellit. ab hac supplicatione remittere vis morbi adeo visa est, vt cū pauci admodum duos ipsos menses vel nouo contagio inficerentur, vel ex eo interirent, laxata tandem fuerint per urbem populi cōmercia.

Interim cum sedata aliquantum peste, & ciuitas tolerando, & Cardinalis Archiepiscopus, idemq; Prorex consulendo respiraret, videretq; miracula non temere in vulgo iactari, sed relatum breui fuisse trecentorum circiter testimonium; Senatus etiam populusq; prodigijs & beneficijs excitus efflagitare non desisteret, vt inuentum corpus per ipsum, cui legitima id decernendi potestas à Sacrosancto Tridentino Concilio permitta erat, venerari liceret publice, ex eiusdem Conciliij prescripto Theologæ Doctores, aliosq; virtute, doctrinæq; insignes viros, atque ex religiosis familijs eorum moderatores in consilium Cardinalis vocat. rei grauitate propolita, ac rerum gestarum, miraculorumq; serie ex tabulis explicata, mandat singulis, vt mox sibi afferendas tabulas per otium domi diligenter cognoscant. Vbi iterum conuenere, in maioris partis inclinatione, pauci se adhuc hærente

4. Septembr.

Merent dixerant; nulla præsertim inscrip-  
tione ad tumulum reperta, que corpus il-  
lud esse D. Rosalizæ testaretur; miraculis ve-  
ro adiecerat, quod si fidei, iuvocationique San-  
ctæ Virginis tribui possent; neque aliter ex  
ijs liquere posse rebantur Reliquiarum  
veritatem, nisi protestatione præmissa ad  
eam confirmandam edi constitisset. Vrge:  
bant alij longe maius momentum facere  
traditionem de S. Rosalizæ corpore huc ab-  
struso, quam inscriptiones has numeratae  
priuatae auctorum fidei niti, multas rebus  
antiquis nouas apponi, vel loco mox tra-  
here in diuersum res & sententias, in eradi-  
tiones vero nihil ferme eiusmodi vitij ca-  
dere quo non uno auctore, sed multorum  
ac ferme omnium consenserit, multorumque  
memoria faculorū, sine fraudis suspicione,  
comendatur de miraculorum vi re-  
proposita, tunc multis, sed in alia deinde  
sezione, ut dicemus, vberius disceptatū est.

Hæc paucoram hæsitatio aliquantū mo-  
re Cardinali Archipiscopo obiicit, quo-  
minus rem mature deceraret, quam om-  
nium volebat consensu contestatam; quare  
dimiso concilio accuratis iussit inquiritur  
de miraculis, tum de sepulcro S. Rosalizæ;  
omnemque persequens viam, qua ad rem  
securè statuendam adduci posset, sex viris  
Medicæ artis, eisdemque anatomizæ peritis  
negotium dedit, vt ea ossa lapidi in-  
ferta diligenter inspicerent; forte enim sub-  
iecta oculis aliquid certioris consiliū datura  
esse persensit, sed res primū tentata, pa-  
rum processit, & in alios labynthos Car-  
dinalem coniecit; nam cum post solis oc-  
casum, obscuro iam cœlo ad inspiciendum  
ea conuenissent, domesticarum facularum  
lux non satis rem aperiebat; nō solum enim  
circumiecta insertis offibus saxa fallebant  
oculoram aciem, vt nihil de eorumdem  
offibus magnitudine, atque natura conie-  
ctare facile possenti sed cum ad iustum sche-  
lidis quantitatē concreti lapidis moles  
superinducta esset, nec vnam ab altera sta-  
tua dijudicandi per malignam illam lucem  
vmbras etiam offudentē copia esset, mon-  
strofi potius cuiusdam corporis speciem ea  
moles præbuit, longe solitam virilis, nedū  
feminei corporis magnitudinem exceden-  
tis. accessit etiam ea dubitatio, ne confusa  
cum alijs in eodem humatis antro ea ossa  
iam fuissent; tria enim ibi saxa ex mole, &  
modo tria videbantur esse capita, Giganteum,  
puerile alterum, mediocre tertium. Obiecta ergo primo fere aspectu ea specie  
nihil diligenter scrutandum rati, ad Car-  
dinalem decepti retulere, quid vidissent.  
percult ea vox Cardinialis animum, homi-  
nas alioqui, pro insita ingenio prudentia,  
minime proni ad fidem incertis rebus ad-  
hibendam. ergo medicis seuerissime inter-  
dicta ne quid non modo in vulgus sparge-  
rent, sed ne cuiquam communicarent. in-  
gentes ille secum curas agitabat, Deum,  
qui tot miraculis illuxisset, adsuturum spe-  
rare, non parum iacterim tacitus astuantem  
animum auertit. hæc ita moderabatur om-

nium consiliorum auctor Deus, vt per mor-  
bi incrementa, totius populi peccata seu-  
riori multarentur supplicio, & cumulatior  
inde gloria S. Rosalizæ suo veniret temore.

Ergo per occasionem tum coeuntis po-  
puli ob laxata commercia, tum intermissione  
de sacris Reliquijs colendis curæ, vt dixi-  
mus, inter nouas idutque Nouembres, que  
paulo ante pestilentię flamma extinta  
propemodum videbatur, tacitis prima m.  
incrementis, mox magis magisque debac-  
chari per urbem, & veluti si ex multis simul  
locis magna vis globulorum esset è belli-  
q[ui] tormentis explosa, ita ex omnibus vrbis  
vicis novi coragionum nuncij obstrepēbat  
auribus; mulciis passim pestem incidere ple-  
rosque interire, vix spatium curandæ super-  
esse, ita simul peste & morte opprimi; dese-  
ri colonis domos, deleri familias; opple-  
ta defunctorum aggrestis corporibus trahi  
ferretur; centena quotidie, eoque amplius  
exanimata corpora, totidemque morbo, me-  
tuque propemodum examinata ad certam  
ferme perniciem extra urbem ad lazaretū  
efferri. cumque noctu & interdiu compla-  
cato amicorum, filiorum orbitates, paren-  
tum & coniugum dolor in squalore vultus,  
ac pullis vestibus, & ciuiliatu obijcerentur  
oculis, atque auribus, tantum terroris iniec-  
tum est, vt qui anteā impavidi iteterant, cō-  
ciderent animis. interim cum adfuisset con-  
ceptus Disparz dies, qui octauus est Decé-  
bris, non is modo, vt ex voto constitutum  
erat, solemnissimus fuit, sed per septē etiā  
in sequentes dies ingenti populorum con-  
cursu in S. Francisci priuilegium illud Vir-  
ginis magnifico apparatu, quotidianis fa-  
cias conceptionibus, celebratum est. Virtus ta-  
men morbi tam late serpens in omnes se se-  
angulos, ac velutivrbis viscera, insinuabat, vt  
nihil iam in humanis opibus relictum præ-  
fidijs esse videretur. sed quoniam Dei filij  
mater Patris misericordiam non exorasset,  
nihil iam, præter sacram anchoram, moue-  
dum restabat ea erat Christi patibulo af-  
fixi simulacrum in æde maxima religiosissi-  
me affluatum, quod non nisi accisis domi  
rebus loco moueri, perque urbem ostenta-  
ri solet, quare nouo inceunte anno indictum  
est triduum de more ieunium, sacra sce-  
lerum exomologesis ad expiandum animū  
cum sanctissima Eucharistie epulo, vt pa-  
renti Deo Opt. Max. vniuersi filij mors pro  
mortalibus obita, circumacta Christi Cru-  
cifixi effigie, cum maxima eius leniendę ira-  
cundia spe proponeretur. idque factum est  
religiosissime, præcedentibus sodalitatibus  
pluriinis, religiosis omnibus familiis cum  
Sanctorum Reliquijs, & frequentissimo Cle-  
ro, subsecutis Senatu, reliqua nobilitate, &  
plebe innunera nullo discrimine, qui nume-  
ravere, intra tredecim & quatuordecim mil-  
lia concludi ardantium cereorum numerū  
tradicere. sed quod mirandum magis, alij  
nudis, & catenatis pedibus, alij funibus col-  
lo iniectis, pars spineis fertis redunuti, cine-  
reque conspersi, pars varijs afflictationibus,  
aut aculeatis flagellis se macerantes, omnes

Initio No-  
uembris.

5. Januarij  
1625.

lacrymis perfusi, sublatis per interualla clamoribus misericordiam implorantibus, profundū doloris sensum squalore, & suspicījs præferentes processere. eodemque ordine, & maiori adhuc comitatu die in sequenti reducunt est sacrum simulacrum e S. Mariæ de Catenis: tum per octo proximos die in medio tempio maximo stetit alto in pectore, instauratis supplicationibus, & perpetuis ad deum suis precibus tanto populi concursu, tantoq; animorum motu ut gemitibus, suspirijs, & flebilibus acclamationibus ædes maxima continuo personaret. nulla quemquam catendi contagij cura tangebat; id enim omnibus persuasum, è cœlo mali remedium precibus veluti extorquendum esse. Videlles Niniuen suimet pœnitentem; nec tamen, sicut illius, ita & Paormitanæ circuitatis delendæ sententiam mutare videbatur deus, nulla per id tempus diminutio ne pestilentiae facta. id vñum mercedis ac beneficij ex tot ante obitis supplicationibus, afflictorum corporum hostijs, taneaq; lacrymarum & sanguinis profusione retulisse ciuitas omnium opinione visa est, vt referuercent hominum studia in D. Rosaliz Reliquias, vnde omnis deo volente pœdebat salus. tremebat dolenter populus, quod tantum sibi præsidij diuinitus transmissi poene ademptum esset. Senatus resiggitare non desistebat: referebantur quædam quasi diuinæ hominum spætate virtutis voces, nisi inuentis Reliquijs debitus decernatur honor ad vnum omnes peste infestitulos: accendebantur demum gravissimorum hominum studia ad id negotij sedulo promouendum. Rogatus interim Antistes ab insignis pietatis viro Jordano Cascini è Societate Iesu, cuius in primis prudentia hac in re vtebatur, vt liceret sibi tandem saxa illa, in quibus sacra delitescebant ossa, inspicere, antequam finem scribendi faceret pro D. Rosaliz corpore agnoscendo, dubitationesque à nonnullis allatas refelleret. tunc demum ille, quæ curæ ab medicis iniecit tacitum ipsius pectus vident, aperuit; permisitq; Jordano, vt ad scitis duobus ex eadem Societate Theologis cum D. Francisco Ribæ Vicario Generali, & D. Vincentio Domenico ad eam rem conuenirent. hi cum grandiorem faxi molem, quæ Gygantum caput Medicis visa est, arripuerunt, distinxere oculis, luce meridiana clarissim, saxum adhærens ab inclusis ossibus capitum, quod non nisi iustum præferebat magnitudinem: quod puerile cranium Medici dixerant, testaceum vas erat: quod verò mediocre, verumq; crediderant caput, saxum erat rotundum, quod vertebræ in modum fuerat alteri grandiori insertum. posse denique ossa melius dignosci animaduertunt, si saxeo sensim cortice disrupto patarent, qua saltum id fieri poterat absq; periculo ne illa in schedas abiaret. dissipavit hæc lux mæstitiae tenebras à Cardinalis pectori, ossuasq; simul dubitationū discussit umbras. de die ergo iterata in-

spectio est ab ijsdem Anatomicæ artis Doctoribus, præclaris tane ac doctissimis viris, liquida iam solis luce omnia collustrante. tum omnes se admiratione defixos circumspicere; dubitare num hæc eadem essent saxa antea à se visa, an alia fuissent ad fallendum, illudendumque obiecta. deinde omnes ingenuæ fassi sunt, non fuissent sibi integrum, clausum primum noctu coacti sunt, per incertam facularum lucem, certæ de ijs sententias ferre. eorum vero quæ tum dixerunt, ac postea volente Antistite scriptis syngraphis singuli prodidere, hæc fuit summa. quæ ossa vno, denso, pretiosiora, comprehensa lapide in propria seruata arca, iam ab initio S. Rosaliz esse dicebantur, vnius forma, vniuersaliter habitudinis, atq; adeo vnius esse corporis, longe diversa ab ijs, quæ in alijs ante locis defossa & in aliam post arcam comportata, nigra, cariosa, cadaver olentia, ita male deformata, vt loci temporumq; ludibrijs communis naturæ lege obiecta, vel primo aspectu, videbantur. hæc vero omnia candida, decora, & quasi ex industria expolita nitescere, nullo corruptionis vestigio deturpare; quidquid in ossibus iam antea frattis spongiosum appareret, admirandam sane præfere pulcritudinem, & instar auri flauescere. & si vero ex maxima parte tam intacte saxo cohærent, vt separari omnia, salua integritate nequeant, nusquam tam in lapidis naturam esse conuersa, formamq; esse manifeste discretam, quod experimento etiam facto certissime constitit, nam aliquot ossa integra ac nitidissima, veluti ex folliculo grana, extrahi potuerunt: præsttim capitum partes agnitas sunt, quarum duæ summum cranium, imum tertia componebat: omnia inter se, & cum ipso capite magnitudinis, aliarumq; affectionum proportione conuenire; nec plura, aut pauciora esse, quam vnum requirat corpus; imo singula iam suis ex arte Anatomicæ nominibus compellabant; quod longe accuratius in tertia inspectione, cum in arca ad publicam venerationem recondenda fuerunt, præstitere. odorem non exhalarre ingratum, sed suauem: nonnulli etiam dum hæc scrutarentur, quiddam diuisum fragrare persensere, sed ad breuem temporis moram, nam paulo post, quod rei non naturalis argumentum est, ad pristinam redibant. minimum illud, quod inter mulierem virilemque ossium structurā intereat, non facile, in hoc tamen corpore ob saxa velamīta nullatenus deprehendi potuisse; mulieris vero esse non viri corpus ex indicijs sensere; minora quippe erant ossa, candidiora, ac minutioribus quasi gratis compacta, quam in virorum corporibus contingat. Demum adnatæ lapidis sepimentata rem miraculi plenam esse asserebant, supra quam natura præstare posse videtur; atq; adeo singulare hic dei beneficium in protegendis ijs ossibus agnoscendum. res certe erat miræ elegantia ac venustatis non antehac visæ, quæq; intuentum non solum

solum teneret oculos, sed animos etiam caperet, ut nemo ab inspicio, amandoque temperare posset.

Tandem idibus Februarij Præsul eos omnes, qui secundæ huic inspectioni adfuere, tum alios, qui primo acciti fuerant, in consilium tertio aduocauit. iucunlenta primum oratione pietatis, prudenterque plena, res ad eam diem gestas explicauit; tum quid de inuentis Reliquijs statuendum proposuit, appositis ijs doctrinæ luminibus, quæ ceteris facem præferrent ad rem tanti momenti decernendam. Medicos suam de cognitis ossibus sententiam in medium proferte iussit; tum de distinctione horum ossium ab alijs in eodem antro, sed alio in loco, non longe post repertis. tum de eorum conseruatione & pulcritudine, & prout cuique naturæ terminos res transiliisse videbatur, differerent. nouissima ac prima miracula legitime iuratis testibus accuratius cōprobata recitari voluit, prætermis innumerabilibus signis quotidie ac passim editis, quorum ratio haberij non potuit. perpensum hic etiam, quantum momenti habeant miracula, quæ dei loquentis sunt verba, & diuinum veritatis confirmante sigillum, ad vindicandas alicui sancto suas reliquias, cum de ijs dignoscendis agitur, & ad eius inuocationem nominis, applicationemque ossium fiunt; tacite quippe tunc ea adiicitur conditio petitioni miraculi, si eius sancti sint reliquiae; imo in re nostra, fuit etiam aliquando expressis verbis adiectum, ut miraculo, quod expetebatur, vellet deus prodere, an ex Reliquijs essent Nostratis Rosaliæ: collatum, discussumque diligenter est, quid in celebrioribus sacrorum corporum inuigitationibus, ac præsertim Sanctorum Placidi & Sociorum haud dudum in Sicilia euensi, quibusque indicijs ad rei caput deuentum esse prodant historiæ. Rogati demum singula Religiosorum Ordinum Capita, aliquæ Theologorum culmina, in hanc omnes iuere sententiam, euidenter videri credibile, atque adeo pie prudenterque existimandum placere deo miraculorum auctori, ea ossa, ut par est, honorifice haberi, atque ut sacras Reliquias Sanctæ Rosaliæ publico ritu coli & adorari; idque rei veritati, Christianæ religioni, traditæ Sanctorum Patrum doctrine, sacrorum canonum institutis, Ecclesiæ consuetudini consentaneum esse. Fuit tamen virus ex hoc consilio, qui proditum abunde miraculis aiebat eas Reliquias esse sanctas; sed ipsissimas Sanctæ Rosaliæ esse cœlesti aliquo viso magis ac magis exploratum vellet rejectum quidem à reliquis est id desiderium, quod deo præscriberet rationem detegendæ veritatis, quam satis declarauerat, sed humanis hisce votis facilis obsecundauit deus hoc ipso die tertiodécimo Februarij, ne quid levissimæ dubitationis reliquum.

Tom. 2.

esser, quod Sanctæ Virginis glorie obesse videretur. sed cœlestis visus, qui eadem consultationis die, ut dixi, accidit, aliquot post dies relatus est ad Cardinalem, cum iam certum haberet sacras Reliquias proponere populo adorandas; eaque hora relatus est, cum de die, & apparatu Antistes, & pauci ex familiaribus considerarent. quod factum crediderim eo consilio, ut minime necessarium fuisset ostenderet deus ad rem satis superque contestatam, hoc tamen miraculum, quod Reliquiarum testificationem, & liberandez per eas Vrbis exhibuit prædictionem, & quoniam est, ut integrum, ut euénit, prescribam.

Puellam Vincentij Bonelli coniungem adorta pestis absumpserat. sed is qui viventis uxoris morbum dissimularat, defunctam in æde sacra intrâ urbem humandam esse contendebat, dicitans eam non pestile corruptam, sed insolita vi morbi subito & viuis excessisse. dolo etiam suo mendacium adstruebat, quod eius domus nemini medicorum patueret; nam ipse nec corpori coniugis, quam propter ætatis florem, & elegantes mores vnice deperierat, medica admouerentur manus, ad discendo à peritis, adhibendoque morbi remedia, medicum egerat. sed non secesserit eorum, qui publicæ valetudini præerant, diligentiam, aut hædem & vbi ergo in cadavere pestilentia signa comperta sunt, iussum, ut illa extra urbem efficeretur, & ipse intra domum se contineret. hic ille mœrore angi, neq; coniungem defunctam dolebat magis, quam inspectam pudebat. igitur doloris impatiens proximo die, qui pridie idus Februarias fuit, sub primam noctem publicam legem, & domus claultra perfringens, vrbe egreditur, & in domuncula ad crepidines montis Peregrini sic noctem illam traduxit; postera, deinde luce, ut animum ab ægritudine auocaret, venaticos præ se agens caedes, quos domo secum eduxerat, solus montis illius saiebras, sclopum gestans, peragrare cepit. vbi eò loci progressus est, quas vulgo Scalias appellant, obuiam se se tulit mulier eremitico quidem vestium cultu, sed decorata facie, atque hominem primo, ac improviso aspectu exhorrescentem, & vix oculos præ veneratione attollentem, sic blande alloquitur, Solue animum me tu: mecum vna ad ardua montis succede: specum tibi, & penetrale commonistrabo meum. his dictis præiuit illa, ac taciti utriusque ad antrum, vbi sacrum Sanctæ Rosaliæ corpus inuentum diximus, perirexere. hic illa ad Vincentium os simus, vocemque conuertens, Ecce, inquit, antrum, vbi meum iacens corpus tot transigit annos. diu quæsitus olim est, sed iam hinc modo longe abest. digitoque exsignans saxum omnipiù maxime excavatum, quod corpus humanum per foramen adrepens anguste caperet, & hac, inquit,

X mea

m̄ea est Peregrina cella , vbi multū itidem  
statī exegi . sed nunc iam Panormum ver-  
sus descendamus; nam quæ tibi agēda sunt,  
inter descendendum edisseram . non longe  
ab antro decesserant , & Vincentius , qui  
ad huc incertus animi , atq̄itoque similis  
poenae obrigerat , nunc tandem , cum  
sibimet ipse animi aliquantum fecisset , sic  
eam affatur . Ecquām tē dicam esse , mul-  
lier ! o quantus inest dēcor ! n̄ tu Ange-  
li vultum , iron hominis , refers . ad hanc  
illa lubridens , non me agnoscis ? cum  
negasset homo : Ego , inquit , Rosalia  
sum . Tu ne illa , Vincentius excipit , Di-  
ua Rosalia ? ac dēcto capite venerabun-  
dus ad eius accidit pedes ; quid igitur , sub-  
dit , inclita Virgo pacem Panormio non  
expōscis ? quidni à Patria prohibes gras-  
santem lucem , quæ quod roboris , quod flo-  
ris est cūcum male depascitur ; atque hos  
inter uxor etiam m̄ea sublata est . Tunc  
Virgo . Ita usque adhuc Deo libitum fuit.  
sed iam ad eō veniam m̄ee Ciuitati obti-  
nui , interposita maxime Virginis Deipar-  
te totiusque orbis Reginæ gratia . Vbi  
Corporis mei Reliquia circundatē per Ur-  
bem fuerint , atque celebri hymno Deo  
gratia , tum sacerdos beneficio Ciuitatis af-  
fēcta erit , interim tibi per me mandat  
Deus , vt Panormum regressus c̄stīnū  
ex homologisi , faciatque Eucharistia animū  
lūtres : tum per eum Sacerdotem ,  
qui tibi aures confienti dederit tibi enim  
adire non licebit ) Cardinali Auris num-  
cies , non longiori disceptatione opus es-  
se ficeret sciat ipsūmet meum corpus apud  
se in sacrario seruari . Rechte ne rem tenes ;  
facturum te recipis , nec ne ? Ego vero ,  
inquit is , recipio , atque id tibi pulliceor .  
Vbi progredientes ad eam Vallem , quam  
vulgo d̄as appellantum Virgo , tibi , in-  
quit , præcipio , ut dicto audiens manda-  
ta perticias : atque hoc tibi esto signum ,  
ne vana h̄ec exultimes visa , auditaque  
peccata corripieris , & post quatuor dies de-  
cedes . Ne time , animum lacramentis pur-  
gu , & per Confessarium , quæ dixi , num-  
cies volo . his dictis euauit .

Iam Vincentium pergentem in urbem  
ire febris adoritur , atque anceps illa co-  
gitatio , standum ne sibi promissis esset ;  
hinc enim hominem impellebat fides ac  
religio , vt ea præstaret : at inde abiterre-  
bat metus , ne si se violatorem legis , ac  
delicti custodiz reum proderet , capite  
pfecteretur : subegit tandem hominem  
humani periculi metus , mutatoque consil-  
lio domam prima nocte répetit . quatuor  
ip̄os dies in lecto iacuerat , omnia per-  
tinaci sicutio supprimens , ac ne domeiti-  
cis quidem aliquid communicando , post  
exactam median noctem , quæ anteit duo-  
decimūm Februarij dienū mater filio  
assideli per incrementum p̄tientiaz vim  
animū a sensibus auocari aduertebas , nec  
multum abesse , vt à corpore dirimatur ,  
Sacerdotem accersisti tubet . Cutatis agro-

rum animis in ea regione , quam Saharā  
Agathæ Villam incolz appellant , præter  
spectate virtutis sacerdos Domus Petrus  
Monachus , qui saeiente Panormi luc  
cūm vacuus periculō , in patria suā age-  
rēt Thermis , caritate in deum hominesq;  
succensus ab Archiepiscopo Panormita-  
no flagitauit , atque alteris litteris impe-  
trauit id munus sibi demandari , vt sacra-  
menta ministraret peste correptis . hic era  
gō Vibentio opulatum veniens , cum  
ab alienatam à sensibus mentem offendis-  
set , precib⁹ , & si quo alio modo per id  
tempus licuit , hominem iutur ; abieisque  
præcepit , vt se reuocarent , si forte inten-  
sif redirent sensus . id post aliquot horas  
factum : at Vincentius iam sui compos-  
timo cum sacerdote congressu , Multa  
inquit , eaq̄ē maxima prius quād pecca-  
ta , expōnitenda inhi sunt , Pater . ne-  
garē hic contra quidquam Confessioni  
prætendunt : quis enim animū a suo  
statu post paulo non dimouendum pra-  
flet ? quamobrem Vincentius peccata  
ante omnia aperire induxit animū ; sed  
fide ab ipso sacerdote accepta , ijs audi-  
tis , ad cetera vacuas præbūrunt aures .  
Igitur vbi absoluto criminibus animo , ac  
cœlesti pane refecto , rei narrandæ tem-  
p̄is adfuit , varie astrectis commotisque  
præcordijs ; sime dolore tam diu dilatata  
narrationis ; hinc gaudio ; quod iam he-  
tegendæ rei tam gravis copia esset , cum  
prorumpere vellet in verbis , magnam pr̄f-  
num lacrymarum vim effudit . tum cop-  
festis viribus vigescente sarcis animo ; in  
medio considens lēcto , Ades , inquit , ani-  
mo , Pater ; magnus enim rei pretium  
est . Atque h̄ec præfatus oblatam sibi spe-  
ciem ; habitos sermones eo , quo dixi ,  
ordine exposuit . sciscitanti deinde mul-  
ta Sacerdoti apte respondit ; ac demum  
obrestatus eum est , vt maturaret rem  
ad Cardinalem perferre . eo dimisso nihil  
eundatur Sacerdos . at Cardinalis nuti-  
cio auditu duos è vestigio ex Capuccino-  
rum familia iuuandis etiam segrorum an-  
nis destinatos , cum eodem Sacerdote  
ad Vincentium ire iussit ; vt rarsus om-  
nia accurate audirent , & scripto exciper-  
rent ; ita enim fieret , vt exploratam inq-  
uis ; ratuque mitaculum ; si tribus ea-  
dem testibus diceretur , libique consta-  
ret in narrando æger . nec vero quidquam  
discrepauit , sed omnia alacriter vno  
deinceps tenore répetita , & præscripto  
perfecto Virginis Rosalia imperio lacus  
Vincentius , animam mox agere ocepat  
pit , emulsiisque in cælum , vt fas sit credere  
duodecim Kalendas Martij .

Igitur quo die de S. Rosalie Reliquijs ini-  
ta consultatio sacerdos honores ijs decreuit  
duobus deus prodigijs rem conseruare  
vitis ; altero , missa de celo eadem Vir-  
ginis specie , cuius agebatur gloria , ad tem-  
p̄e decretam noto cœlestique calculo s̄ap-  
balendam ; altero in ipsa urbe pestilen-  
tiam

tiam compescendo; nam è tabulis Præfectorum Valetudinis publicæ, in quas postea contactorum, ac pereuntium numerus referebatur, ab eo die insigni decreto diminutum eum numerum, qui centenos antea singulis fere diebus continebat, licet animaduertere; nec multum effluxit temporis, cum ad denos aut etiam quinque redactus est. adeo non aliud iracundia sua modum, quam S. Rosaliæ gloriam statuisse videbatur deus; einsque habendas huic Virginis tradidisse in manus, ut quo magis, minusue sua procederet gloria, o illas vel adduceret, vel remitteret. tum breui ad leuandum onus, & ut omnium osfium apertius constaret numerus, & suo inscripta nomine condi possent, scalpro excisorio resepta magnam partem est crassities silicis, qui ea tot seculis ab iniurijs temporum defenderat. ac ne longius Ciuitatis salus protrahetur, octauo Kalendas Martias anno iubilæi & salutis millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, coacto cum Prætore frequenti Senatu, selectisque alijs viris, fragillatim ossa, suo appellata per Anatomistas, ac notata nomine, & lapide adhuc non admodum alto circumiecta, in capsulam, quæ pro temporis angustijs parari posuit, locuplete ornamento elegantem, ab Cardinale Archiepiscopo Senatui tradita, fuere immissa. præcipiti vero ad vesperam die oīnibus Vrbis Primoribus, & candidato Clericoru ordine cereis facibus præcunze, subiectum humeris ecclesiastica dignitate fungentium sacrum illud onus, ex ædibus Archiepiscopi elatum est in proximum templum Cathedrale. ibi sublimi in folio collocata sacra ipsana Cardinalis Auria, Archiepiscopus, Regius Magistratus omnis, Senatus Vrbis, & immensa adcurrentis populi multitudo piissime adorarunt; & præcinente Antistite plenis musicis choris deo ac Virgini decantata laudes, effusæq; preces. vbi vero satis concessum temporis satiandis oculis, animisque populi, ab iisdem Sacerdotibus transuicta in sacram cellam, vbi vetus Reliquiarum thesaurus SS. Christianæ, & Nymphæ argenteis arcis honorifice asseruatur. festiuus tunc, perque triduum æris campani pulsus, æneorum tormentorum fragor, accensæ sub noctem faculae, non virorum modo, sed & mulierum, quibus, sublato interim edicto, tacta est potestas accedendi ad templum, (excentaque alia latitatem ac pietatem) prodebat simul, ac fouebant. sed hæc præludia fuere honorum & gaudij Panormitani.

Disceperabatur interim, inter doctos etiā, de cælestium oraculorum tum veteri traditione, tum nuper à Bonello acceptorum sententia, an habitis primis sacro Corpori honoribus extirpanda penitus foret pestilentia, an expectandum beneficium, donec solemnii pompa per urbem circumferretur. id tutissimum plerique sentiebant, vt quam citissime, non expectato anniversario Inventionis die, nec magnifico vilo apparatu, qualis iam animo concipiebatur, per urbē

Tom.2.

Reliquæ dicerentur; nemo enim ultra hoc tempus incolumitatis spē reiiciebat, sed neq; id diuino consilio, nec Magistrati placuit. cum ergo iam doceret euentus, non statim cultis Reliquijs stirpitus lumen omnem Panormo euulsam esse, in dies tamen magis magisque langescere, decretum est, vt post unum, aut alterum mensem, adauero quam maxime posset operarum numero, ad solemniorē pompam, atque apparatus celerius concinnandum, urbem obirent; is enim cultus gloriæ Virginis, quam promouebat deus, eique pietati, quam fovere in populo par erat, consentaneus videbatur. Quatuor sublicios triumphales arcus Catalaunia, Florentina, Genuensis, & Neapolitana gens, que negotiandi causa Panormi degit, poetarum, pictorumq; industria, signis, epigrammatis, alijsq; maximo sumptu eleganter exornatos statuerūt, quintum ære publico Senatus in meditullio urbis construxit amplissimum, vbi & Architecti ingenium & ars, fabrorum industria, & diues urbis pietas cum liberalitate elicit; ad quindecim aureorum millia impensum est; nam sericis pannis acu pictis, argento auroque intertextis quadragesinta & octo columnarum ordines, fornicesque erant conuicti; simulacris triginta sex, innumerisq; alijs ornamentis moles altissima admirationem excivit. ædes maxima peripetasmatis quanta quanta est pretiosis ornata: imperatum ciuibus, ut longissimo viarum tractu, qua eundum erat, domorum parietes a calce ad summum usque verticem, quibus quisquæ posset elegantioribus ornamentis conuictarent: altaria per aliquot interualla viarum triginta tria, signis, vasisque argenteis, atque aureis affabre cælatis referta erigerent, vt tota vrbis vnius templi D. Rosaliæ sacri speciem præ se ferret. strepēbat tota fere ciuitas apparatu ingentium machinarum, fabrisq; omnium generum per amplissima atria, domosq; dispersis. certatim res agebatur summa opum vi, nec quisquam a celi inclemencia, vel quod præstissimum erat periculi, a contagio rei suæ familiari metuebat, vel sibi quidquid ingruere peste abstrusū fuerat in penetrabilibus ædiis, obstruto etiā muris portarū aditu, id, quāvis pretiosissimum esset, eductum nūc est: qui vidente metu se se domi continuerant, veluti carceri sponte mancipati, prodire omnes; ea nimis omniū animos spes ac religio inuaserat, se iam periculis defunctos D. Rosaliæ patrocinio: nec id sane sefellit quempiam. ceterum cum temporis plusquam constituerat Magistratus, absumentum esset in tauto rerum apparatu, quod tamē vix satis esse potuisset tot tantisque operibus perficiendis, nisi moræ impatiens alacritas, veluti fugientem pestilentiam infœcta, sibi stimulos admouisset; indicta tandem est solemnis supplicationis triumphi in morem v. idus Iunij.

Pompam ducebant ex quatuor præcipuis urbis regionibus longa serie ciues generere ac fortuna honesti, nobilesque in qua-

X 3 tuor

9. Junij  
1625.

taor distincti classes, tum sodalitates tres & nonaginta cum Sanctorum simulacris: aditus ducentarum Virginum impuberum chorus, qui floreis certis redimitus, palmarum ramos quantibus preferens, Io triumphhe, si non voce, virginitatis certe insignibus, S. Rosalia decantabat; & frequentissimus Clericorum ordo subsequuti sunt. Arcam crystallinis compactam tabulis, & argenteis distinctas laminis sacra Rosalia olla coccineo serico involuta concludetem ex perno Equestrie ordinis flore triginta duo, vestium splendore, gemmisq; clari humeris vectabant suis, his reliqua agglomerata nobilitas, tum Cardinalis Auria Vrbis Archiepiscopus, idemq; Prorex stipante, Senatu, & Consilio Regio prosequebatur, quanto populi vias ac fenestras omnes occupantis plausu, quot lxtitiz signis, piisque lacrymis continentis sacram Corpus exciperetur; quo pax Nouemdiale reductis in ædem maximam Reliquias atq; in altissima solio positis, solemnè ritu celebratum sit, cum explicari facile nequeat, ne longum faciam, libens prætereo; imperata fuisse in omnem apparatum, quæ publicū, qua peccatum, centum autocorum millia, harum rerum peritores credidere.

Sed finom pestilentie finis narrationis tandem excipiat, experta non exiguo suo damno sepius fuerat hoc anno Ciuitas, quantum obfuisserent festorum dierum celebritas, & conventus omnes per occasionem supplicationum facti: quare una vox omnium erat, ex tanto apparatu, vsuq; supellecillis, que famulis, operis, omniq; infirmis plebi vitro citroq; contrectanda tradebatur, atq; ex tanto, tamq; diurno populi conuentu, vniuersam omnino Ciuitatem pestilentia conflagraturam, nisi diuina virtute ab eo periculo euasisset: spes tamen in Virginem Rosalianam diuinitus concepta incoluntatis pignus, soit ad hanc peragenda, nec fecellit, recisa sunt Hydræ huic terribilis capira omnia: restinxus est ignis illic noxius urbem depopulatus; quare gaudium & admiratio omnium animos occus paucis, ac paene oblitus fecerat miraculis magnitudo. illud tamen plerosq; percultit, quod cum per proximos festos dies in tantâ hominum frequentia, contractuq; supellecillis, nemo à pestilentia tentatus fuisse, elapsis diebus circiter decem, scintillæ aliquot item emicarent; & licet paucos admodum corriperent, inecere tamen metu, ne maxima inde flamma excitaretur incendij. cōperta quidem fuit aliquot hominum temeritas, quib; dum intra lazareti fines, tum morbo impliciti, tum ægrorum ministri supplicationem D. Rosaliæ peragerent, & Reliquiarum particulam popa exceduntia veniebat, per sumamam liquidam ex urbe illuc penetrarunt, amicos ibi commorantes non resursi modo, sed in amplexu etiam, & caro cum oscula ruerentes; quare spe optime in D. Rosaliæ patrocinio posita in temeritatem ab ihs adducta, restitutam rem pono ex integro euer-

terunt. consternavit ciuium animos nouus is pestilentie rumor; sed omnia lentez serpebat, morbus intra exiguum retentus numerum; & cum antea, vbi semel domum quamplam invadisset lues, vix paucis ex ea familia pepercisset, nunc uno ægo, cateri ut plurimum immunes erant. matres libertorū amore victæ, eos peste forte affectos, modo amplectu, souere, concrecere impune potuerunt. vt iam euulos ferocissima beltæ dætes D. Rosaliæ manu sibi ipsi gravulantes intuerentur omnes, sed adhuc eam vivere ægre ferrent. Senatu interim mens inieta est de exortando Montis Peregrini antro, quod antea S. Virgini promiserat, nec hædenus grauioribus dissentus curis perficere quiverat: illuc ergo ascendit Prætori loci conditionem contemplatus, iufitq; ornamenta; incidit illud iter in diem decimam quintam Iulij, qua primis ab Inuentione sancti Corporis annus cludebatur; fauiteq; id accidit; cum enim regrediretur, nunciatum illi est, neminem ea die tota urbe vel peste correptum, vel in eius suspitionem vertisse, neque vilam ex veteri morbo mortem accidisse. disculsa ergo nabecula, celestis beneficij clarior, latiorque lux splendescere occipit, atque iniri iam tum quadraginta dictum numerus, ex veteri instituto, veluti iure gentiū prescriptus perfectæ incoluntati explorandæ. eaque dictum peripha felicissime præterlapsa, ac decem alijs diebus de more ad purgandam Ciuitatem exactis, in diem tertium Septembbris, qui Natalem S. Rosaliæ diem præcedit, incidit, perfectæ redintegratæ valetudinis documentum: quare laudibus Deo O. M., ac S. Rosaliæ Ciui & Patronæ rite persolutis, licet Panormo commercia iam diu intermissa iungere cum omnibus Siciliæ & Orbis urbibus, eademque fuit & Natalis S. Virginis, & Panormi renascentis lux.

Sed quinque circiter menses effluxerant à pestilentia, vt ita dicam, conseulta, cum reuixit Panormi, quod aliquid infectarum olim vestium, sive hominum avaritia ibi absconditum, & modo depromptum, sive ex alijs oppidis importatum fuerit; sive enim mortalium genus diuinis beneficijs, aut ut nefrum, aut etiam abusum, ea per secordiam corruptit. fuit vero longior mitior hæc posterior lues; quare, licet ad tuendam publicam fidem aliarum urbium, gentiumque commercio abdicarit se Panormus, haud tamen necesse habuit ciuium concursus interdicere, aut foeminas puerisq; edicere, ne, pro maiori ipsorum contrahenda peccatis periclio, domo pedem efferreret. idq; etiam S. Rosaliæ precibus & deo datum est, se credidere prudentiores, qui naturæ lege in eo veneno, quod clausum in absconditis vestibus per æstatem & autumnum recruduisse oportuit, satis virium else cogitarunt ad ciuitatem de novo corrumpendam, ac etiæ devastandam, cum præsertim humana præsidia non multum obsitterent. vt majorē verò iterato S. Rosaliæ beneficio lucē assunderet deus, sine secundæ huic pestilentiæ statuit

statuit Deus mense Junio anni 1626. cum recurrebat dies triumphi ab eadem Virgine proximo anno peracti. nec multo post idem incoluntatis beneficium in omne Si-  
ciliae corporis quā fuerat eo morbo correptū supra spem & humanas vires à Capite promanauit; hic omnium sensus, atque confessio fuit, exactum pestilentiae morbum tum ab ijs vrbibus, quas occupauorat, tum ab illis quibus immittiebat. D. Rosaliz patroci-  
nio, quare & omnium ore id celebrabatur, & in Proregum editis, vbi de facultate in-  
gredi commercii, & transuonae rei fami-  
liaris agebatur, explicatum est luculentē;  
Sequod præclarus est, anno 1629. Urbano  
VIII. Pontifice Maximus singulari erga hanc  
Virginem pietate incensus, eius nomen bis  
in Ecclesiæ fastos detulit, diem natalem  
paucis nonas Septembres, & Reliquiarum  
Inventionem idibus Iulij, ad eius etiam ho-  
noroficentissimo eulogio. Sicut in liberacione  
D. Rosaliz beneficij acceptam referente.  
Mirum quantum per eam occasionem no-  
men & cultus hanc Virginis in Siciliam uni-  
uersam, & in plures Christiani orbis prouin-

In Marty-  
rologio.  
Die 15.Iu-  
lii. & 4.Sep-  
tembris.

cias sit propagatus, multæ illam ciuitates  
Patronam sibi deligere, altaria dedicare,  
Aedē S. Philadelpho adificat.

Traicit in Calabriam.

Ibi multis saluti fuit.

tione mutis, atque elinguibus concedendis, nunc audiendi vim surdis, nunc debilibus firmitatem, nunc elephantias, aliaue contagione correptis eniundandis, adeo ut beneficium ab eo nullum, quod iure concedi posset, frustra peteretur, quamobrem Laurentij sanctitas, atque eius miraculorum fama, non Calabriam modo, sed & alias mundi partes maxima celebritate peruerasit.

Ea tempestate urbs Reginum, contra Messanam, ex altera parte freti sita, magnis agitata est turbib; post hos subsecuta grauis, ac acerba pestilézia, qua afflati principes ciuitatis, ac nobiles quamplurimi dissum obire. atque hoc damnum dux eiusdem ciuitatis, & Messanensis Episcopus, cum superioris medicamentis omnibus humanis intelligerent, neque villa in re superesse remedium, præter diuinam liberalitatem, ac potentiam, idem Domini cum utriusque ciuitatis nobilitate, ac populo, quæ fama Laurentij sincore, vita, ac miraculorum, vigebat, ad eum demiso animo, ac protinus lacrimis conueniunt; atq; ad pedes eius accidentunt, supplicanteque fletu magno, ut quoniam carus Deo, ac denotus erat, eam maiestatem flecteret suis precibus, ut honestatis, ac misericordiz memor ciuitatem illum, ac ciues a tam vehementi, ac mortifica contagione, tamque graui diuine iustitiae flagello liberaret. preces, ac miseria orantium Laurentium permouere. ita cum iisdem Reginum venit, qua in urbe causa severissimis corporum afflictionibus, continentique inedia se ipse vexaret, & identidem orationi faciat, maxima animi contortione, insuytoret; statim diuino nutu cessavit supplicium illud, & extincta peste, ciuitas vniuersa Reginum merito Laurentij reuixit.

Qui post exauditas suas orationes, atq; impetrata beneficia, nequaquam rasum, cessavit, optimis admonitionibus exhortans eos homines ad penitentiam. quin Ionæ Prophetæ apud Niniutas concionantis exemplum secutus, indicit acre trium dierum ieiunium, non viris solum, ac feminis, sed pueris, puellisq; ac infantibus, nec dum à materno vberc depulsis. quin vero etiam iumentis, ac bruris animalibus vniuersis. præcepitque totum illud triduum, sollemnes agi ad templum aliquod processiones hominum, quibus rite perfecti, omnibus patuit iram Dei omnino deterbuuisse, ergo indicta publica concione, populum Laurentius vniuersum conuocauit, instruensque religiosis, ac pijs catholice, studioseque viuendi institutis, interrogauit; ap; in eo monte, qui propter vicinitatem ipsi immineret urbi, vestigium existaret templi alicuius vllum, cuncti cum responderent, nemini de tali re memoriam esse, neque signum vllum apparere; excipit is, tornas in loco sacras ædes adificatas olim fuisse, & Sanctissimæ Trinitati dedicatas, ac frequentissima hominum multitudine religiose, ordinatèque procedente, monachum ascen-

Rhegium  
precib; luis  
à pestilentia  
liberat.

Dirutæ  
ætes ues  
ctis in Tria  
natis re-  
staurat.

ascendit, & ut quisque Laurentij exemplo, ac præcepto saxum impositum humeris gestauerat, cum uestribus, ac ruderibus expurgassent, quæ reperta inibi sunt vestigia, allata materia, brevi tempore restaurarunt dirutas ædes. quibus Laurentius perfecit, bona Rhegiporum venia redditum ad ecclesiam Sanctæ Dominæ paravit. inibi degentem conuenit religiosus senex, qui coram primum inclinatus, tum in hec verba incipit.

Pater sancte, hac mihi nocte Dominus Iesus Christus apparuit, qui regali maiestate thronum excelsissimum, ac sidereum insidebat, circum ministrorum millia milium, & decies centena millia assistebant ei, qui ad quosdam ex ijs spiritibus conversus, aduocate, inquit, ad nos Laurentium. qui frequentes ad te cum conuolaverat, post carissima oscula, nuntium tibi expromebant. deinde deductum coram Iesu Christo Domino nostro, sistebar. ille hilarissimo te vulta complexus, quam amansissime, Laurenti mihi carissimum, inquit, te, à me orationes exaudiens sunt: per te ergo, ac tua merita ab teterrimis spiritibus obsecuti facillime soluentur, morbos, atque agri conualecent, demum nullus morbi, aut Diaboli tanta vexatio ne opprimitur, quem non tua intercessiones relevabunt. hoc visum senior ille per somnum cum vidisset, Laurentio narravit. ille vero ut coram magna hominum multitudine stabat, oculis in cælum religiose sublati: filioli, inquit, dilectissimi, hector vos hilares esse, & spe firma, ac tuta intuiti clementiz, ac bonitati dñi uinc. hanc urbem supplicium nullum, aut morbi genus notabile peruadet; bonos enim, ac rectos corde, perfecto Deus amore prosequitur. quam iucundissimam orationem ea multitudine cum accepit, universa repente humili prostata, vultuque in alium elevato, grates, ac laude maiestati summa primum, deinde Laurentio retulit, lacrymis vertit flueatis.

Post hæc occurrit illi ex Apennini iugis descendens grauis quidam Eremita, baculum & summa sui parte crucis formam gerentem, manu tenens; & salutem inquit, pater sancte, ac venerande. Pater, me meus Abbas ad te mittit, qui te eius nomine quam suppliciter orem, ut die Paschæ proximo missam apud nos celebratum venias. cui Laurentius liberissime se mandatis obsecutur, respondit modo id placueret Deo. itaque iuxta condita ad constitutum diem monasterio adfuit, & quam religiosissime sacrificium Missæ peregit. triduum in eo cœnobio visitandis eremitis consumxit. nam iugum montis superans, aliquos ibi sese in diuinis rebus exercentes offendit, quos humillime consulutatos, atque complexos interrogauit; quandiu in asperimo co morte, atque intra tam desertam solitudinem, peccatorum supplicia pœnitendo subierint, responderunt illi; per octo iam annorum spatium id abagi, illucque ex

Aetna monte venisse, vnum cum his diem sanctis collocutionibus peregit, & facultate eorum, ac pace bona ad Sanctæ Dominæ reditum iterum facit; ubi eum monachi, ac discipuli vehementi desiderio praestolabantur, quod eius præceptionibus, ac doctrina proficerent ipsi magnopere; & viduæ confortarentur in via Domini; & qui sexu matrimonij coniuncti erant, ad sacramenti integratatem seruandam incitarentur; & pueri etiam ad rectam, Christianamque disciplinam informarentur.

Paucis post diebus ex ea æde in patriam suam recepit. ubi templum construxit ad honorem Sanctissimæ Trinitatis, titulo Sanctorum omnium, quod hodieque magna veneratione, ac cultu exstat. has ob res tota Sicilia, fama diuulgabatur de Beati Laurentij sanitate, ac nomine. quæ tanto magis augebatur, quo plures ad subsidium impetrandum, conuolabant ad eum, periculosis oppressi morbis, quos ipse in columnati restituiebat. itaque diversis è Siciliæ partibus ad se concurrebtes, qua demoniacos, qua debiles, quaque languidos dimittebat, propter impetratam valetudinem, alacres domum. Signo enim crucis, atque obsecrationibus ipse suis, delitatoe luce corporea, aut loquendi visu, aut audiendi, aut etiam gradiendi, rursus in integrâ statuebat, sensibus ac membris restitutus. spiritus etiam nequam de corporibus humanis oxylime expellebantur. itaque de Beato Laurentio usurpari illud Iesu Christi ad Ioannis Baptista discipulos dictum recte poterat: renuntiate Ioanni, quæ auditis & viditis; coeci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgent, pauperes euangelizantur.

Neque vero corporibus tantum Laurentii sanctitas, ac virtus medebatur, veritas etiam animis conferebat eorum, quorum de corpore ægritudines eiecerat. conuertebant enim ad Deum bene penitendo, abstinebantque se deinceps non magis à commessionibus, quam à vitijs, ac turpi male loquendi consuetudine. quod illi libenterissime præstabant, cum intelligerent, atq; in se ipsi essent manifesto experti internas animi cogitationes, & sensa prava; atq; improba ab eo deprehendi: sepeque publica concione esse generacioni reprehæsa multorum occulta facinora. priuati autem, ac secreto si quando quemquā cōmoneri oportere, id vero mirabilis caritate, patientia, atque animi demissione præstabat. cātumq; aliquādo lacrymarum profundebat, donec is, qm admonget, à suo errore respiceret, atq; ad virtutis iter regredieretur. potissimum eius sermo huc tendebat, ut ad verā cōtritionē, & ad summæ bonitatis, ac misericordiae Dei considerationē, & ad acerbissimam Iesu Christi cōtemplationem passionis adduceret, immergetque homines in profundam Domini nostri mortis cogitationem, ac pretiosissimi fanguinis pro redemptione nostra super lignum Crucis profusi.

Multis mi raculis per Siciliā inclaret.

Dilem praedictis obitu  
sui.

Igitur appetente tempore, quo diuino  
nunquam ac naturę lege Laurentius ex hac brevi  
ni, ac periculosa vita, ad diuturniorēm  
etiam, & tutiorem esset commigraturus,  
obitus sui horam tribus diebus ante & pra-  
dixit, & ploratu multo, manifestisque  
contritionis, ac penitentiae signis, acce-  
deret se ad momentum illud demonstrauit.  
nam quamquam opprimi se ardentissima  
febri sentiebat, nequaquam tamen de  
sua oratione mentali, aut vocali præter-  
misit. in sanctis actionibus perseverans,  
aspero cilicio ad renes cinctus, quod gesta-  
re ab etatis primo tyrocnio consuerat,  
semper constans, pius, ac promptus sem-  
per sanctissimae pietatis Christi passioni at-  
tentus, cuius historiam euangelicis scriptis  
demandata recitari curabat a presbyte-  
ris, ac religiosis alijs viris, qui illi assidebat,  
duni recitatur, pra nimio dolore, solutus  
in lacrymas, aspero saxo peccus ipse tunde-  
re, & sanguinem nittium elicere. demum  
cum ad metas peruenisset peregrinationis  
suz, & ad separationem animaꝝ a corpore,  
plenam doloris, quamquam sibi felicem  
futuram, cum mentem, atque oculos in  
exulum fixos teneret, manibus coniundim  
sublatis, vultu pr lacrymis madente, san-  
guinem de pectore, atque e corde gemi-  
tus profundus profundens, ut fidelis  
seruus Dominum suum imitaretur, dili-  
gens discipulus, & filius magistrum, ac pa-  
rentem, ac demum, vt Christianus suum  
Christum, exclamauit voce magna, atque  
contenta: in manus tuas, Domine com-  
mendo spiritum meum, quibus extremis  
ab eo sanctissime pronuntiatis verbis, an-  
nuens imago Iesu Christi de cruce penden-  
tis, quas coram Laurentio stabant, be-  
ne dictum inclinavit caput, signum admir-  
abile amoris in Laurentium, atque eius

Moriens  
imago Iesu  
Christi cru-  
cifixi caput  
inclinat.

sicutis, & indicium etiam mundo manife-  
stu, quanto honore prosequatur eos Deus,  
qui se colunt, atque debito pariter honore  
afficiunt.

Excessit è viuis Beatus vir anno ab In-  
carnatione diuina CICCLXII. trigesimo  
Decembri die, vesperi. vt de corporis  
vinculis anima soluta est, cädidissima, atq*z*  
hilaris auolauit in exulum; quam cum om-  
ni genere latitiz inter cantus musicos de-  
ductam, Sancti Angeli præsentarunt in  
conspicuum æterni Dei. eodemque die  
cadaver B. Laurentij magnō cultu, ac vel-  
leratione frequentissimoque populo, non  
solum patriꝝ eius, vbi expirauerat, sed &  
toris vicinitatis, conditum est in æde  
ab se constituta, omnium Sanctorum. nec  
multis ab hinc diebus, odor ex eo tumulo  
efflari sentibasur suauissimus. nonnullo ve-  
ro post tempore, felicissimæ illæ reliquias,  
atque ossa à religioso quodam viro lecta;  
ac de antiquo sepulchro translata; pretio-  
so scrinio seruatæ sunt. ex eo tempore,  
statim maximis signis, & miraculis emicue-  
runt; quæ in ijs præstabant omnibus, quó-  
rum fides viua, atque efficax postulabæ.  
quæ Laurentij in mortales beneficia in ho-  
diernum diem nō sokum durant, sed etiam  
augentur maxime. itaque innumerabiles  
ad eum concursus populorum sunt, neque  
frustra ab eo subsidium imploratur. nulla  
enim tam horribilis, atque acerbi forma  
mordi est, quam Sancti Laurentij meritis  
non exsuperent, atque ab se ejciant. quæ  
omnia efficit immortalis Deus, vt ostendat,  
quam sit mirabilis in Sanctis suis, qui  
in Trinitate perfecta regnat in secula se-  
calorum. Amen.

Vide Animadvers fol. 60.

Odor sua-  
vissimus af-  
flat e sepul-  
chro eius.

Translatæ  
reliquiæ plu-  
rimis mira-  
culis fulget.

Anno Chr.  
1164.  
2. Januar.

# VITA SANCTI SILVESTRI TRAINENSIS

E M.SS. Græcis Monasterij Trainensis.



ANCTVS Pater i Silvester  
in opido Traino, natus,  
claruit temporibus Guille-  
mi Sicilie Regis religiosi-  
simi, ac piissimi. hic a te-  
nera etate sacrosanctū mo-  
nachi habitum induit in Trainensi mona-

sterio Sancti Michaelis. sed simul cum etate  
tantos in virtute progressus faciebat, vt  
patribus, quibuscum versabatur, forma  
exemplarque esset virtutum omnium. nec  
desiderabatur in eo celestis vis ad miracu-  
la patranda. hinc Sancti spiritus gratia  
præditus cæcis vilum, claudis gressum re-  
stitue-

Miraculis  
clarus.

stinebat. atque id occasio fuit, cur plerique monachi innocentem virum ab alienato animo odissent; quod ille exemplo Iesu Christi, Domini nostri, aequo animo fecerat. verum ex ijs miraculis, quæ Christi virtute Silvester edidit, nonnulla hic recensere opera pretium est.

Cum olim visendi Diu<sup>4</sup> Agathæ Sepulchrum magno desiderio teneretur, facta à seniore eundi facultate, iter præter naturæ leges, vnius 5 horæ spatio confecit: quæ res monasterij præfectum, certosque monachos vehementer obstupefecit. huic porro aliud insigne miraculum addamus. Pistor panem cocturus, furni pavimentum verrere meditabatur, nec tamen penniculum ei erat, quo id præstatet. tum Silvester e vestigio in clibanum ingressus, extrema vestis ora illud facili negotio perpurgauit. quod cum vidisset pistor ingenti tremore, ac metu perculsus, statim conuocat monasterij Præfetum cum vniuersis monachis, ijsque rem narrat. hinc senior, ac monachi prodigiū admirati, Deum mirabilia per famulum suum facientem, gloriosum prædicauero, hominemque magno in honore cœperunt habere. sed is cum ab hismodi honoribus vehementer abhorret, benedictione à seniore impertita, Romam proficitur. quo in itinere multa ille miracula per Christi virtutem patravit. ibi à Papa benedictione accepta, sacris initiatus est. sed tamen à sacro faciendo censuit abstinendum. nec interim, qui infirmitate valetudinis laborabant, eos destitutit curare.

Verum cum suum in domicilium reuerti constituisse, Panormum nauigauit. ea in vrbe cum iotelligeret Regis filium graui morbo tentari, in Regiam it, rogatque, fieret sibi copia ægrum inuisendi. idque facile ut impetravit, nonnulli ex medicis, ut sancto viro illudenter, scrofa vrinam ei videndam exhibent. at is non modo proibe nouit, quid illuc esset rei, sed etiam quid utero scrofa gestaret. nam ad Regem conuersus; hæc, inquit, denos gerit foetus. tum Rex exenterari scrofam iubet; repertumque est, sicuti Sanctus vir præixerat, magna cum Regis, ceterumque admiratione. deinde enixa à Rege rogatus, filium, Deo bene iuuante, pristinæ valetudini restituit, Rege, omnibusque alijs Deo gratias per soluentibus. & Rex ad Silvestrum, pete, inquit, aliquid à me, Pater Sanctissime. at is cados aliquot de Thynnorum sale conditorum fruistris petiit, ad monachorum vicum;

quod ille libenter præsttit, quinquaginta cados quot annis, aliaque multa, monasterio attribuens. ceterum ad cœnobium reuersus Silvester, cum reliquum, quod breue fuit, vitæ tempis preicationibus, ac ieuniis traduxisset, obdormiuit 6 in Domino, Anno 6672.

Sancte mo-  
ritur.

6

Ex alio M.  
SS.

Sed ad mortem se ille asceticis exercitationibus piissime comparauerat. reuersus enim in monasterium, in quo nuper Abbas decesserat, cum monachi, de successore deligendo contendentes, Silvestrum in Abbatem eligere constituerunt, recusans munus, ne Abbas fieret è monasterio discessit, seque in silvam, non longe à ciuitate distantem, contulit; quo in loco eremiticam vitam aliquamdiu duxit orationibus, & ieuniis deditus; humi cubabat, diversisque asperitatis generibus corpus suum affligebat; quibus in pīs exercitationibus in dies proticebat usque ad ultimum vitæ terminum; in quo IV. Nonas Ianuarij feliciter animam Creatori suo Deo reddidit. cuius corpus in eodem silvæ loco sepultum fuit, multis miraculis clarum. atque inibi celebris ecclesia, sub S. Silvestri nomine, ædificata est, ad quam in eius festo, bis in anno (7) celebrari solet, magna utriusque sexus finitimarum terrarum, & locorum multitudo confluit, multique à spiritibus immundis vexati curantur, & alijs in firmitatibus detenti, S. Silvestri intercessione, in columnes ad sua, ejus reuertuntur. anno vero CI<sup>1</sup> LXXV. tota fere Sicilia pestilentia afflictabatur, adeo ut ingens hominum numerus quotidie moreretur, præsertim in ipsa clitate Trainæ, quæ trium mensium spatio percutienti morbo laborauit, quo fere milie ducenti obire, & in dies multi decederent, usq. ad IV. Nonas Ianuarij, quibus S. Silvestri natalem diem ciues celebrant, ac venerantur. ergo cum peccatis maxime exardesceret, ciues fuisse lacrymis, magno cum affectu, ipsius Sancti Imaginem per ciuitatem deduxerunt, ut malum illud ab eis auerteretur; itatimque pestis, intercessione S. Silvestri, penitus extincta fuit. Iulius III. etiam Pontifex Maximus sanctitatis, & miraculorum famamotus, anno primo sui Pontificatus, multas indulgentias omnibus Christi fidelibus ecclesiam S. Silvestri pie inuisentibus concessit, festumque celebrari, & ab omnibus collati voluit, ut ex eius diplomate planissimum est, ad Dei gloriam, qui vivit, & regnat in secula.

Moritur clæ-  
rus miracu-  
lis.

7

Alios à ma-  
lo genio, a-  
lios à varijs  
morbis libe-  
rat.

Pestilentia  
á Patria abi-  
git.

Vide Animadvers. fol. 59.

testimonia 1580. msc.



H Y M N V S  
IN DIVVM SILVESTRVM  
E SACRIS CODICIBVS  
Monasterij Troinensis.



OTVS à divinis pendens inspirationibus, animamque puris actionibus exercens, purum domicilium, & sacratissimum Spiritus Sancti tempulum nūcupatus es; ac properter abstinentiam diuinum receptaculum cœlestium doctrinarum, ac splendorum euasisti. Propterea te tanquam cœlicolam beatificamus, Silvester, Troina decus, & virtutum vas celeberrimum, & monachorum tibi diem festum celebrantium ornamentum.

Mundum Pater abnegans, & quæ sunt in mundo, virili animo, optimus spiritualium certaminum miles, in prælijs versatus, & continuis vexatis temptationibus, humanarum passionum exercitum superasti; propterea te magnum, coronatumq; Athletam Salvator appellavit, diuinarym q; virtutum certator Silvester, & Lucidum sidus, quod in calis splendet.

Cum vitam mortalem odio haberet, piissime Pater, ad deum recurrens, carnis desideria perdomasti, & vitam veluti spiritualis, seu mortalis Angelus immaculatā, & omni passione carentem duxisti, & mēte illustratus, miracula multa operatus es, & magna prodigia, quibus actionibus te beatificamus Silvester, tuam celebrantes sanctam commemorationem.

Angelicam vitam in terris tibi imitandam proponens, Beate Silvester, scuto æquanimitatis animā tuam inquisisti, quam obrem corporis passionum vīctor euasisti, intrinsecus enim vehementer ardente furorū inuadens, accensos carbones vestium extremitatibus incolornis attigisti; & Regis filium iam moribundum à morbo liberasti, ora pro nobis, ut à cunctis libetemur passionibus, qui tuam sanctam celebramus commemorationem.

Salve Monachorum splendor, ecclesie manifesta pulchritudo, lampas tenebras vita dispergens, radio Spiritus sancti perlucens, clarissimum fidus, & fax omnia ijs, qui in periculo fluctuantur, illustrans, salutarem eis ostendens splendorem: Beate Silvester intercede pro nobis a deo, ut te collaudates remissionem peccatorum nostrorum, & vitam æternam consequamur.

Regis filium, sapientissime Pater, sanare dignatus es, non vana humana artis sapientia; sed diuina potius, & omnipotenti gratia; quamobrem medicorum figura de spiciens prudentissime eorum insipientiam

reprehendis, & miraculo debitum explicit, præclarissime Pater, fidelissimus medicus eius, qui sanctis suis dixit, super scorpionem, & serpentem ambulabitis, & infirmitates omnes ejusdotis, me collaudantes.

Gratis remedia præbens tamquam vetos Christi discipulus, & regia recusans pretia, hoc tantum dixisti, non argentum, sed pretiosum aoram desidero, sed qui mecum vitam ducunt, aridum recipiente ieiunantes obsonium: quamobrem maxima visus es admiratione dignus. Per viscera Domini Iesu Christi ora pro nobis Deum, ut tuam exaudiens petitionem magnam salutare, consequamur.

Cum animum, ò Gloriose Pater, nactus es ducem, atque divino nimine afflatus, incontinentes passiones reieciisti, non enim acrem in vanum percutiebas, neque Salvatori militabas huiuscē vita negotijs impli catus; sed cum legitime certaueris, iure optimo coronatus es.

Postquam, ò sapiens, multiplices passiones mundi fugisti, diuinas desiderasti, & in senescientis vita feruefactus es amore, in cuius deinde participatione cum sis, Diue Pater Silvester, qui trilucentem Trinitatis splendorem aspicis, ora pro salute horum, qui hymnis te celebrant.

Multiplices mundi passiones fugiens, prudentissime Pater, divina desiderasti, & æternam vitam desiderio concupisti. huius igitur particeps, Sancte Pater, qui trisolarem respicis Trinitatem, ora pro nobis te collaudantibus, vt salutem consequamur.

Te Troina Præfulem, Silvester, inexpugnabilem spirituum expulsore, & infirmorum medicum, qui nos ab omnibus malis liberasti, tuam sanctam & miraculosam veneramur Reliquiam.

Deincolit animam tuam diuinus amor, ad Mireti & mentem tuam traiiciens ornamenti, adaptant cœlestibus.

Ihs quæ tibi resistebeant, Pater, summo adhibito studio vitis, tuaq; anima virtutibus exornata, vna cum Angelis exultans Beate.

Arcano lumine, Pater Silvester, supremum desiderato, eo que adepto, omnem peccati nebulae dispersisti.

Peperisti Deipara ante sæcula generatum Verbum, quod per te semper Virgo, in carne liberator apparuit.

Archangeli, Silvester, templum frequens, Angelicam in terra translegisti vitam, ut similis Angelo.

Sor-

Sordidam carnis, Sancte Pater, aufugisti voluptatem bonorum, qua omnen intellectum superant, accepisti mercedem.

Deo adhaerens, animamq; pacificans omne malitiae lutum feculentum evitasti.

Te nunc Beatificamus generationes omnes, Virgo, per quam mors interiit, & vita omnibus apparuit.

Stella magna hodie in Troinæ splendet Silvester, miraculaq; edit appropinquatibus arcis suæ, clamantibusq; valeas, Pater ter beate.

Non sacrificium per sanguinem, indicas sequens leges, sed suas passiones mortificatas Silvester obtulit.

Euangelij dictis obsequens, Silvester sancte, cruce tua sublata, gaudens dominum tuum sequutus es.

Mentem alis angelicam imitans, longum iter translegisti, ac si volares, Beate.

Placatum reddere seruis tuis, precibus tuis maternis, castissima filium taum iratum; tu enim sola spes es te laudantium.

Expellis, Silvester, morbos tuis intercessionibus, & communem malum totam patram depascens.

Magnum imitatus es Basiliūm, vir divinus, cuius vaticinationibus oraculis dei seruus redditus es.

Nutris usq; adhuc Monachos tuos, Beatissime, & terrestrē, & celeste præbens alimentum.

Immixta misquisti Dei genitrix, sanctissima Deum humanitate, & deificasti heminem.

Tunica sanctissime pura te Christus donauit, hanc autem tu, Beate, portas in sacro thalamo exornatam.

Talentum sacrum, Beate, multiplicasti, & nunc audis, eugo serue bone, & fidelissime.

Patriam tuam, generose, sciens esse illam celestem mansionem conculeato mundo, solitudinem desiderasti.

Matrem & Virginem puram te Maria, Dei sponsa, hymnis prædicamus liberati per te a tormentis.

In terra veluti Angelus vitam duxisti, Beatissime, Deo que carnem tuam, vt vivum obtulisti; dedisti omnia Deo, Silvester Pater, demones fugasti diuinam virtute, quapropter ea præmium accepisti Creatoris tui manu.

Celebris, & decotus in Monastica philosophia, Pater, deo placuisti, carnem quidem teneris educationibus, ieunijs, & humicubationibus in seruitutem redigens, intellectuali verò animæ oculo conuersans cum Deo, vnde & huius seculi mundi principem fortiter expugnasti, & coronam accepisti ab agonotheta Christo, recte tibi dicentem, serue bone, & fidelis, ingredere in gaudium domini tui, quo circa & nos beatificantes te cantamus, valeas Pater Silvester præclarissime. Omni desiderio, irrationabilibusque concupiscentijs, Beate Silvester, ob amorem Christi tui mortificatis, nunc iubilans clamas,

Benedictus es deus patrum nostrorum.

Odio habens, diuine Pater, præfulis manus, fugisti querentes te, humiliatis altitudinem querens, & clamare doctus, Benedictus es &c.

Gratiam Sancti spiritus habens, Beatissime Silvester, capita conteris serpentum, & scorpionum, clamasq; laudatus, Benedictus es &c.

Scalam Iacob in te modum pontis Virgo agnoscimus, per quā nos metipos multo complexi sumus, & elamare didicimus, Benedictus es &c.

Illum qui te ante certamina athletica corroborauit, B. Silvester, laudamus & superexaltamus in secula.

In tuis certaminibus inuisibilium Draconum conculcans capita magnus miles Christi Agonotheta apparuisti.

Lucernam diuinam Monachi te videntes, noctis caliginem vincimus, Silvester, concorditer Christum glorificantem.

Calis latiore, quam laudat exercitus Angelorum, laudamus, atque benedicimus in secula &c.

Commemoratio tua, Diuine, gaudio implet eos, qui illam cum affectu celebrat, quam nos pro dignitate laudantes protectione tua tuere.

Speculo terreno iam soluto, Silvester, Pater, lumen increatum clare intueris, vnaq; cum Angelis tripndians assilitis Deo.

Monachorum ceteras protege Beate, feruentibus tuis ad Deum precibus, & ora Pater pro illo, qui te laudat, vel laudauit.

Omnis rationabilis creatura te Regiam omnium, verissimamque Dei genitricem post deum multis honorat cantibus.

Magnum Protectorem, & ciuitatis tutorem Silvestrum miraculis exundantem, lucera amque Sicilia honorentes beatificamus Monachorum multitudo Sacerdotumq; cœtus; Deam etenim deprecatur incelsibus intercessiōibus.

Terrestribus despectis, Beate Silvester, Christo te subdidisti vocanti, ieunijs atq; vigilijs purificans animam, eamq; clarum spiritus receptaculum faciens, idcirco nunc vna cum Angelorum gaudes choris.

Vna tuarum Reliquiarum, Pater, effundit medicamenta illis, qui cum affectu te, innocent; vnde & commemorationem tuam vniuersali gaudio, & claris cantibus celebrat Troina, quam tuis precibus, Pater Silvester protege.

Excelse contemplationi totus deditus proieciisti vanas mundi cogitationes; ad Christi verò amorem semper habens animum promptum, & quasi alatus ad supernam illam vivendi rationem, tripli splendore frueris.

Homo dei, fidelisque famule, virtutum exercitator, miraculorum inundatio, vas sacrum, ornamentum vndeque honestum Ecclesiaz, Sanctorum cohæres, ne definas, Pater Silvester orare pro nobis ad Dominum.

Expositio  
lario.

Ad Laudes.

## VITA

Anno Chr.  
1167.  
17. Aug.

# SANCTI NICOLAI ADERNIONENSIS EREMITAE.

Ex Anonymo Monacho Synchrono.



<sup>2</sup>  
Nicolaus  
Aderniae-

sis.

A parentibus  
ad nuptias  
cōpellitur.

In deserta  
Iosa Aetate  
eccedit.

V A i rempestate re-  
gnabat illustris Comes  
Rogerius, qui Siciliam  
armis vindicauerat è Sar-  
racenorū dominatu, B.  
Nicolaus a in Ader-  
nione, ex familia Poli-  
torum natus est. paren-  
tes haud infimos, sed inter eius opidi pri-  
mos habuit; quibus cū non esset, cui bona,  
& fortunas relinquērēt, D.N. Iesum Christum,  
eiusque Sanctissimam Matrem, multis  
cum precibus, ieiunijs, & elemosynis exo-  
rantes, Nicolaum, vnicam prolem, suscep-  
re. puer cum bona indole proficeret, ma-  
gistris traditus est, à quibus literis instrue-  
retur. iam vero parentes vitz exitum per-  
timescentes, de vxore à filio ducenda de-  
cernunt; cui cum alligatum Nicolaum  
vellent, ac pene etiam cogerent, is autem  
omnino abnueret, neque effugere eorum  
vini alia via posset, clam omnibus arripere  
fugam statuit. sed enim interdui, noctuq;  
animo veriabat suo, quod in Euangelio  
scriptum est; si quis vult venire post me,  
& non odit patrem suum, & matrem suam,  
& vxorem, & filios, & fratres, & sorores, nō  
potest meus esse discipulus.

Nocte igitur, quam Dei prouidentia  
destinarat, cum omnes cubitum issent,  
somniaque arē complexus esset, dum Ni-  
colaus domum, patriam, parentes, & vni-  
uersa, quæ à parentibus habiturum se spe-  
raret, Dei amore nihil pendens, relinque-  
re deliberat, & fugam cogitat, vox ad eum  
de cælo hæc venit: Nicolae, surge, & leque-  
re me. statim ille exsurgit, & secutus est sibi  
dicentem: veni nescum, & ostendam tibi  
salutarem penitentia locum, in quo, si vo-  
lueris, seruare animam tuam poteris. itaq;  
ad medium Aetna montis regionem dedu-  
ctus, antrum repribus obseptum nactus, in  
eum se abdit; vbi ieiunijs & orationibus,  
ac præcipue meditationi passionis Iesu  
Christi assidue vacans, corpusque verberis  
bus, alijsque macerationibus castigans, an-  
nos ferme tres permanxit. Quoniam vero is  
locus prefectibus eius minime aptus vide-  
batur, patriæque vicinos erat, ac filium pa-  
rentes perquirebant, cum ab eo diuina  
prudentia remouere Nicolaum vellet,

suntium suum ad eum delegat, his cum  
mandatis, Nicolae, noli hic amplius com-  
morari, nam tui te querunt. quod si inue-  
niant, in patriam abducunt; itaque, quod  
ceperisti, perdes. sed perge in locum, quem  
tibi ostendero, versus 3 Arciam, sub  
montem & Calamnam; vbi, donec vitam  
finieris, commoraberis.

Aurora appetente, Nicolaus ex Aetna  
profectus ad locum, quem reuelauerat An-  
gelus, iter suum aggreditur. cum vero in-  
medium siluam pertinisset, Domon ha-  
bitu mercatoris ei fit obuiam, itaque locu-  
tus: quo miser, adeo solus pergis? ille re-  
spondit in montem Calamnam, iuxta Ar-  
ciam, quo missus sum. exceptit hostis  
hominum: veni mecum, nam melius tibi  
euenerit. ostendam tibi ciuitates meas, &  
loca; eaque, si dictis meis obtemperauer-  
is, tibi dabo. in quibus potioribus refer-  
tus voluptatibus, viues multo iucundius,  
quam in monte Calamina. quibus auditis,  
B. Nicolaus secum animo reputans, dice-  
bat: quis est hic, qui ab itinere meo me  
retrahit, mihiq; diuitias pollieetar suas,  
& panem suum, quem comedam, uestesq;  
suas, & voluptates, quibus in hoc seculo  
fruar; & tantam erga me caritatem pra-  
fert? statimque Passionem Christi in ani-  
mum reuocans, intendensque oculos in-  
caluam: ô Domine Iesu Christe, dixit, per  
tua quinque vulnera, & per Passionem tuā,  
concede, ut huiuscē tentationis laqueos  
euadam. Quia oratione finita, ab ea vexa-  
tione liber fuit, & Dm̄ ex eius oculis  
euanuit.

Igitur ceptum iter persecutus, ad locū,  
cui hodie aqua Sancta nomen, donenit, illid  
de via fessus, & solitis corporis sui castiga-  
tionibus conflictatus, laborare siti coepit.  
quamobrem humi stratus, subleuatisque  
oculis in cælum, hac prece Deum orauit:  
Domine, qui fontes olim vberimos de-  
petra eduxisti, mihi obsecro concede, ut  
inuenire aquam hic possim, qua refrigerē  
corpus meum. Quo dicto, vocem è cælo  
audiuit: exurge, Nicola, & faxa quod  
vides, baculo tuo percute, in nomine Pa-  
tris, & Filij, & Spiritus Sancti; illud, quod  
petis, tibi præstabit. ut audiuit, ita execu-  
cetus est, statimque aqua è faxo proma-  
nauit,

<sup>3</sup>  
In Arcarie-  
se territoriū  
contendit,  
demon fru-  
stra obsistē-  
te.

Eius preci-  
bus fons sca-  
turit mira-  
culis clarus.

nam; quā varijs exinde vexati morbis, aut doloribus epotantes, sani effecti sunt. Ceterum Nicolaus vbi ad demonstratum sibi montem peruenit, in maxima cibi abstinentia, assiduisque ad Deum precationibus, & vbere lacrymarum profusione, vitam trāsegit. Exstat in montis cacumine saxum, sub quo orationes suas ad Deum fundebat. frequens erat in meditatione vulnerum Iesu Christi, in quorum dulcissima recordatione, plerunque septies per diem, amare col lacrymabatur. Sed victimam illi radices herbarum præbebant; interdum panis Angelicus, cibum semel in die, quamdiu vixit, capere solitus. permanit in eo monte annos XXX. & amplius, prater paucos Religiosos viros, cognitus omnino nemini. ad virtutem suam cum propinquaret, feminis duabus occurrit, quæ cum pyra portarent, Iesu Christi nomine, ab ijs petijt illorum fructuum, particulam altera eorum negante, liberalē alteram expertus, gratijs Deo actis, ei bene est precatus. hæ mulieres à morte B. Nicolai atque eius in manifestatione testatae sunt; ei, quæ benefica fuerat, multos ad dies prima superalisse, auaræ vero omnia putuisse, ut ne vñi quidem essent idonea.

Iam 7. Kal. Septembris agricola quidam Leo insigni vir probitare, cum quæstum palabundo boues intra filiam, ac solitudinem raperetur, eo deuenit, vbi B. Nicolaus animam exhalarat, vitaque funsus, flexis genibus, baculoque manibus ianixus, cælū suspiciebat. quo viso expauit homo, continuoque inclamauit. quis vero es tu? quis nam tu es? sed cum nullum ei responsum redderetur, ad cadauer accedens dextera manu tetigit, statimque exaruit brachium, quo prodigio monitus, secum ipse meditabatur, aliquem hominem sanctum certo illum esse. igitur prope ad Arcariam recurrat. visa Archipresbytero, ac magistratibus vulgat, stupore omnium: præsertim quod ea tempestate, æreæ templorum campanæ, nulla vi humana pulsæ, sonitum edidissent. ergo Clerus, magistratusque, ac populus, agricola duce, nudis pedibus ad Nicolaum procedunt. quo simul atque peruentus est, cū præmostre corpus extinctum ductor vellet, & a refactum brachium extenderet, integrum repente sensit. Honori vero D. Nicolai datum, vt quo loco corpus inuentum est, Ecclesia eius nomini dedicaretur.

Iam vero cum corpus in Arcariam deportaretur, de via per D. Hippolyti erat transeundum, sed cum præterirent, ita grue, acqne onerosum sensere, vt ne moueri quidem vestigio posset, consilium inter se incepsit, quam potius ad ædem Sancus deduci vellet. cum multas eius opidi nuncupassent, tentassentque, si forte eo progrederetur, frustæ tentarunt. Itaque magna inter vulgus admiratio, magnum in præceptibus sententiaz discrimen; quod ab infante inter brachia matris ei prodigio adstantis, pendente, direptum est; qui inclamauit, deferrent ad D. Virginis Mariæ, cui à Rogato nomen: cōsecutum spōnse Nicolaum;

ad hanc æde: n Monasterium situm erat, ab instituti Basiliani sectatoribus excutum, admodum Religiosis, pijsque viris. horum, vt fides est, vnum sibi viuens Nicolaus delegat in confessarium, qui scripto etiam nonnulla de eius vita adnotauerat. hoc veriti oraculo suscepito, sublatum statim sine ullo impedimento corpus eò detulerunt. vbi 336. annos, (5) corruptionis omnino expers, viuidum, atque integrum durauit, nec sine miraculis in veneratione fuit.

Sed cum anno salutis 1503. die Maij X. maxima pluviarum penuria, laboraret ea, omnis vicinitas, supplices populi, de nomine cælitæ inuocando, ad illud templum mira Religione perrexerunt. statimque, vt educatum B. Nicolai corpus, vt mos iam priderem cum fructu cooperat, sublime in altari statuerunt, ingens pluvia, admirabilis Dei beneficio, ac D. Nicolai, consecuta est. quo tempore, cum plurimi post pias preces, sacras Reliquias reuerenter, studioseque exoscularentur, accedit vt permixta turba famosa mulier, id etiam auderet. enimvero ad eius accessum, retraxit se sanctum illud corpus, nec tangi se sicut, magno omnium stupore. factò autem sacrosancta sacrificio Misse, cum post circumductas referrent in templum Reliquias, in ipso ædis aditu, quoniam subirevterius, inusitato pressi pondere nequibat, qui pegmati humeros supposuerunt, coacti sunt subsistere, & misericordiam, ac pietatem ab immortali Deo inuocare.

Prodigium hoc exceptum est lætis evenit, nam in promiscuo illo vulgo, Ioannes Hospitalis, qui hernia iæmidudum vexabatur, adeo portentosa, vt non nisi mantica sustentaretur, repente se eo morbo releuatum sensit. & ipse quidem passim misericordiam clamitare tantam, & sanitatem suam diuulgare. vulgo autem concursus ad eum, videndi studio, fieri. inter hæc herniosus alter de multitidine, sublati vocibus iterat, sum sanus. & ecce tibi tertius eodem morbi genere laborans, & ego, inquit, sum sanus, sum ego quoque. quamobrem in tanto populi stupore, ac sensu peropportune visu est cuidam de Franciscana familia religioso, ac bono viro, concionatori non indocto de sublimi loco verba facere. quorum exitus is fuit; vt Arcarienses ciues sollemni fidei recipieren, impensos se, quidquid impendū pecunia foret, quoad facultas à summo Pôtifice fieret, cius sancti viri Reliquias venerandi.

Deleicti ergo ad hanc rem viri prudētes duo, Antonius Tundus Presbyter, & Joānes Cortonus. ij publicis sumptibus Romam adeunç, & per libellos supplices rem tractat. sed delato in diem negotio, ac infecto, pecunia consumpta, redditum meditabantur. forte in hospitalium diuerterant: eo in loco tristes, atque cogitabundos aggreditur paupere, atque inculto habitu nescio quis: ciuitates essent, quo sine Romam venissent, quæque tanti causa mœroris? cui cum perbenigne respondissent, consolatus eos est, ne, inquit, tristemini, fratres: ite securi, heri .a. in.

<sup>5</sup>  
In S. Maris  
per annos  
336. corp.  
incorruptu  
maueret

S. Eremite  
cadauer à  
meretricis  
osculo se  
trahit.

Modo modo  
sacrum Ni-  
colai cada-  
uer reper-  
tum.

Corpus, in-  
ter depor-  
tatum per-  
stat immo-  
tum.

De D. Nic.  
Reliq. vene-  
randis di-  
ploma.

in Ostijs Tiberinis, vestra est res peracta, & facultatis diploma apud talem (addebat nomen) inuenietis. quibus edictis, egressus ex hospitio pauper, desist apparere. Illi Ostia Tiberina adeuntes, quæ a peregrino acceperant, vera fuisse senserunt. Datum 6 vero est diploma Pontificium de venerandis B. Nicolai Reliquijs, anno à partu Virginis 1507. die 7. Junij, Julio II. Pontifice Maximo.

Inter hæc B. Nicolai fama, miraculorum numero illustris, late per ea loca diuulgabatur; & plurimi pro assecutate supplicatui, ad eum concurrebant, nec frustra. valentes .ni. atque integri suam ad domum, multa cum gratiarum actione, reuertebantur, id vero Adernionenses, eiusdem opidi cum B. Nicolao ciues, vehementer incendit, vt tam diuitem apud se thesaurum potius domi habent, quam alibi alij. sed conantes saepenumero clanculum asportare, detexit tintinnabulum ex æde D. Mariae, sua sponte sonitum ingeminas, quo signo, exciti etiam Arcatienses, agmine facto, quod in eorum iure erat, defensuri concurrebant.

Quoniam autem locus ipse, qui longe ab opido, atque in Siluis erat, videbatur occasionem ijs incursionibus præbere; decretum Arcatiensibus est, transferri eas Reliquias intra opidum oportere, tintoque collocari, mandatur id negotium octo de primoribus opidi, Petro Rosatæ presbytero, Ioanni Gemburdo, Ioanni Sciarra, Florino Marino, alteri Ioanni item Sciarra, tribusq; alijs, quorum nomina intercidere. hi intempesta nocte, ac densis occupata tenebris, suscepimus cum reuerentia B. Nicolai 7 corpus, intra opidum, comitante eos diuina luce, in S. Pantaleonis reposuerunt, nemine prorsus id, cum fieret, odorante. erat ibi Brontensis quidam, qui annum quartumdecimum à Dæmonis obsidebatur. imo vero octo ab hinc annos, emortuum iam corpus, atque anima destitutum, ipse (quod ab eo dice-

batur) sustentabat. ergo quicamq; ille erat ad B. Nicolaum ducus, à malo spiritu solitus est. effugatoque Dæmonie, consedit cadaver putridum.

Hæc, aliaque plura operatus est merito suo B. Nicolaus, hodieque operatur. quod ut nemini non est palam, ita vniuersos incitat, ad gratias Deo agendas, debet, sed illud omnino non est prætereundum. Miserier in villam alijs cum mulieribus perrexit, filium parvulum, cui Matthæo nomen fuit, cubantem in lecto relinquens. hunc deinde mortuum offenderat. confernata mortore, ac lactu mater B. Nicolai implorat auxilium: ab eo vitam demortuo filio querit. quæfuit, & inuenit. nam ab oratione matris, tamquam euigilasset è somno, filius loqui cepit, gratesq; Deo, & Nicolao agere, is deinde ad senectatem periuixit.

Militelli Baronissa tot, tantorumque celebritate miraculorum, accessa in Beatum huic virum, ad eius adorandas Reliquias se se contulit, cum adhuc in predicto cœnobio seruarentur. ergo cum id maximo comitatu perfecisset, puerulo etiam secum deduxit filio; cupida secum de tanto thesauro, particula domum referre, frustulum ex brachio cum accepisset, aere fudo, ac terribilissimo reuertebatur, ecce autem aer repetitio contristatus, imbri maximo, & grande omnia verberabat. ipse filius istu gradinis obsecratur. itaque hoc prodigium restituzione expiandum, omnes censuerunt, qui matrem comitabantur. quod ante quæ præstarent, ea brachii particula placuit extinctum pueruli oculum contingi, si forte repararetur. euentus felix fuit, & mirabilis. eius facti memoriam seruat hodie mons, ubi hæc cuenere: collis Orbulus ex orbitate pueri dictus. hæc ad gloriam Dei Omnipotens, Beata Virginis Marie, & B. Nicolai scripta sunt.

Vide Animaduers. fol. 61.

Puerum  
mortuum ad  
vitam reu-  
cat.

Puero resti-  
tutis à ma-  
ter reliquo jis  
lumen resti-  
tutum.

# COSMANI THEOLOGI IN DIVVM NICOLAVM EREMITAM HYMNVS.



Aculo. & benedictione lupos omnes ex ouili depulit, perinde atque pater, & populum aduocatus, curam eorum habet, qui pie illum colunt: nosque à quouis periculo, ac morbo liberat.

Peccata, vt colubros, à ptero fugiebat. Dæmonesque abigebat, atque vt strenuus propugnator in fugam vertebat: murus etiā fortissimus erat aduersum inimicos: intercede pro animabus nostris.

Vitam oppido quam asperam exegit, eximiamque animi submissionem, ac pie-  
tatem

tatem præstulit. ex eo magna sunt nostra, in eum studia; non enim clientes suos defecit in eorum necessitatibus.

A teneri annis, Religiosorum virorum institutum consecutus est, multoq[ue] à flagitijs erectos, ad meliorem frugem corxit.

Cum Deum precaretur, h[ic] erat eius oratio: o Pater, o fili, o Sancte Spiritus, in precationem meam intende, qui v[er]sor in hac solitudine, in te dumtaxat spes meas collocatas habeo: cum ē vita discelero, obsecro, animam meam recipias.

Quemadmodum pastor ad nos venisti, & veluti collucens Sol, cœcos illuminasti, atq[ue] ad verum iter nos d[omi]nisti,

Vt pie, submissoque vixit, ita & mortem obiit: atque à probō viro Leone repertus est. Eremite habitu induitus, & quemadmodum lux orbi terrarum apparuit.

Splendor huic opido exortus es, qui nūquam occidit, intercessor vero es apud Deū & propicius clientibus tuis, terra, marique: exinde te laudamus, & tibi gratias referimus.

Beatus Nicolaus, signo Crucis cum baculo facto, oves sanavit, luposque expulit, & vicinos populo, à morbis eis tutatus.

Ego Cosmanus Theolo, us ingens eius p[re]cognitione studium pernoui, qua dum viueret, se maceravit, ac per p[re]cognitionem instar lucernæ ardenter ante Deum, ad quē

profecitus es, fuisti. nunc vero splendoribus gloriae frueris.

Flagrante Deum precatus es, vt suam nobis gratiam largiretur, suaque p[re]cognitione eam vim adeptus es, vt cœcis lumen, anditum surdis restitueres, omnesque morbos procurares.

Spécum, in qua habuisti serpentes, & aspides insidiebant, quos iussu tuo, vitzque asperitate quam longe fugasti.

Inuocato nomine tuo, tempestate in mari sedasti, nauique cursum prosperum in tutum portum dedisti.

Ab infancia plane probatum est, illum Deo consecratum fuisse. nam ipsis adhuc in facijs, se à latte abstinebat, diebus Mercurij, Veneris, & Sabbati, non sine magna admiratione, & omnium stupore.

Precationes tuæ gratæ Deo erant; sincero enim corde fundebantur.

O fortis apud Deum defensor, aduersum Dæmones, & Christianorum aduocatus, à malis omnibus nos libera.

Qui admodum lingua eius prompta, ad Deum laudandum fuit, ita munificæ ad eleemosynas manus,

Sint benedictæ mammæ, quas suxisti; & benedictus sit venter, qui te gestauit; nam Virgo es, & mente, & corpore.

Vide Animaducri. fol. 63.

## V I T A

# S. LVCAE ABBATIS COGNOMENTO CASALII.

Anno Chr.  
1164.  
2. Martj.

<sup>1</sup>  
<sup>2</sup>  
D. Luc. Nicoseius, è famiglia Casalii.



VCAS, ī cognomento Casalius; in ī opido Nicosia ortus est. a prima ætate, literis operā dedit; institutus apud venerabilem virum monasterio S. Pl. ilippi Agyrii præfectum; qui tunc temporis in Nicosino suburbio, cui S. Michaeli nomen, morabatur. decimum annum agens ab eodem magistro ad monasterium S. Philippi Agyrii perductus est; ubi Deo se mancipare percipiens, monasticium habitum sumpsit. adolescentis non nisi virtutibus summis promeritus omnium voluntatem, Deoque, ac Monachis placens, inter Presbyteros adscriptus est. in Sacerdote ijs mores, & animi pietas exsplenduerunt; vt ad eum proinde vniuersi, atque ad Patrem accurrerent; quos nota sermonibus modo solatus, sed signis opitulatus dimisit; nec quenquam ab se tristem abire passus.

Virtutibus,  
& Miraculis splende-  
fuit.

est. ex eo factum, vt non aliis adeo volentibus omnibus, maximeque procurantibus, trāsierit ad monasterij Præfecturā. sed enim defuncto Abbatे, monachorum suffragijs, studijsque flagrantibus, qui succederet in locum eius, Lucas delectus eit. ipse vñus præ sua modestia reluctari, & reclamare, dignum eo honore non esse se. igitur denian datam dignitatem pertinaciter abnuente, cœtus ille monachorum rem ad Summum Pontificem detulit; cuius voluntati Lucas obtemperans, monasterij Præfecturam vel inuitus suscepit. eam dum administrat, magna cum laude, ex suffulione, luminibus ornatus est. vt S. Abbatis virtutes malo cœcatis à Deo probarentur.

Die quodam redibat ē Nicosia Lucas, quo perductus fuerat, vt propinquos, & affines suos consolaretur. forte in via monachos itineris comites cupidio incelsit deridendi senis, egressi opido, propter fontem consultunt. verba per deridiculum cœcant,

Monasterij  
præfecturā  
inuitus sus-  
cepit.

Senexcc⁹  
à monachis  
deridetur,  
sed à Deo  
honoratur.

dant, persuadentque, multitudinem oppidanorum sequi, pertractam desiderio audiendi Abbatem concionantem; proin ascenderet proximum tumulum, & audios verbi virtutis populos pasceret. facile obedit pius vir; at Deus illusum se præferens, eo illuso, qui Vicarium munus gretet, uno eodemque facinore monachorum licentiam coarguit. & servi sui Lucæ sanctitatem demonstravit. is enim ad circumstantem populum, ut sibi persuasum fuerat, concionatus, posteaquam finem loquendi fecit, orationem sueta formulæ concludens, per omnia secula seculorum, faxa 3 circum omnia respondere, amen, amen; voce adeo terribili exterriti monachi conciderunt; mox flexis genibus, proclamauere, Pater Sancte, precare Deum pro nobis, in quem peccauimus, derideteste. Orantibus veniam benigne respondit: condonet vobis, filij, Deus. mulis dein insensis iter ingressi, ubi ad monasterium.

Agyraeorum monachi perueniere, vitro missaculum, quod acciderat, vulgauere, Denim senisque sanctimoniam attollentes. quin adeo se ad frugem correxere, ut quoties sermonem cum Abbate instituerent proloqui solerent, Pater sancte, ora pro nobis.

Migravit ad Dominum Lucas in senectute bona, VI. Nonas Martij, in monasterio S. Philippi Agyraeorum, ubi corpus eius seruatur in eadem cum S. Philippo Presbytero arca. in sanctorum numerum à Summo Pontifice relatus est, efflagitante opido Agyrio scripsit Beati Lucæ vitam monachus, vir nominis sui, Bonus. sed Nicosiensis honestare patriam, ac ciuem volentes, Ecclesiā, quo loco concionem habuerat, inclamantibus faxis, Diuo Lucæ constituerunt, quem prodigium posteris prædicaret: ad Dei gloriam, qui regnat per secula.

Bonus senex moritur.

Vide Animaduſſ. fol. 63.

Anno Chr.  
1220.  
5. Maij.

# VITA SANCTI ANGELI MARTYRIS SCRIPTORE ENOCH Patriarcha Hierosolymit.



ENOCH 1 Seruus Dei,  
& Domini nostri Iesu Christi, diuina miseratione Patriarcha Hierosolymitanus, toti, ac venerabili ecclesiae orientali, occidentali, meridionali, & septentrionali, ac omnibus catholicis, & fidei orthodoxæ subiectis salutem, & pacem. Vobis vniuersis, & singulis, quibus spiritus Dei, in virtute Domini nostri Christi, mysterio, & Sacramento fidei lumen cognoscendæ veritatis infudit, vere & fideliter scribere statuimus vitam, & triumphum Sanctissimi viri Angeli, Hierosolymitani, Christi Martyris glorioſissimi, cuius martyrium proprijs ipsis manibus contrectauimus, ad instructionem præsentium, & futurorum Christi fidelium, & in testimonium veritatis: Athanasij Episcopi Alexandrini, & Hieronymi Presbyteri Cardinalis vestigia imitantes, & aliorum doctrina, & sanctitate præstantium hominum, qui magna virtute & fide vitas & passiones Martyrum, ac Christi confessorum diuersis temporibus conscripserunt; & conscripbris eorum exemplis, atque mi-

raculis, populo Christiano multipliciter profuerunt. quamquam enim nos imbecilli, & fragiles, ac Dei seruorum minimi, ingenij viribus diffidimus, immenso tamen caritatis ardore, & sanctorum exemplis incensi, non de lingua terstite, ac styli candore, sed de sola Dei bonitate, & mentis sinceritate confisi, id operis scribendum suscepimus, ut per nos vestre sinceritati, & fideliū vniuerstativitatem huiusmodi vnde cuncte probatissima tanti Patris, quam Deus mirabilium suorum operibus insigniuit, & tum gloriosi Martyris victoria imitanda proponatur, & deinceps per vos quasi per manus posteris etiam excolenda tradatur, & in omnium seculorum memoriam reducatur. nos enim nonnisi, aut quæ ipsius vera oculis conspeximus, aut à socijs nostris alijs, fide certissima dignis, audiuiimus, & cognouimus, veritati semper inharentes, nuntiamus, ab omni etiam mendacijs suspicione penitus alieni. non immemores dicti Salomonis: qui mentiuntur, occidunt animam: & Psalmographi dicunt: perdes omnes, qui loquuntur inendacium. cum & Dominus in Evangelio instruat, de omni verbo otioso nos, in extremo iudicij die, ratio-

rationem esse reddituros. hanc igitur vitam sanctissimam viri Sancti Dei, hanc eius victoriam gloriofissimam, merito imitandam vobis, & cunctis fidelibus intimamus. vos autem in primis, qui Ecclesie a Summo Deo præpositi per salutaria Christi pacua commissum veitæ fidei gregem ad cælestem patriam dirigitis, hortamur, & obsecramus in Domino; vt non modo vitam ipsam, & victoriam Sancti Martyris, sed etiam reuelationes, quibus futuris ætatis monaci potest, & instrui populus Christianus, à Domino Iesu Christo ei factas, omnibus notissimas faciat: vt ex his etiā magno fidelium profectu, glorificetur Deus in Sancto Martyre suo, in hac ipsa mortali militia, qui Martyrem suum æternum vivere facit in patria.

D: Testibus. & sancta Synodu approbante vitam Sancti Angeli,

C A P. I.

**C**ongregatis in Sancta Hierosolymina Synodo Sanctis Patribus; dum Angeli Hierosolymitani, viri omnium consensu sanctissimi, nuper in Sicilia gladio perempti, extremus vita dies, profusis lacrimis, & intimo pectoris dolore, prænuntiatur. & vita, necisque innocentissimi viri decursus, scitu quidem dignissimus, à plerisq; patrum studiosa meditatione perquiritur, Ierasimus, homo diuinus, Archiepiscopus Nazareth, Angeli ipius, særissime memorandi, socius, & Ioannes Archiepiscopus Cæsariensis, ac Petrus Episcopus Ascalonensis, quæ est Béthlem; multi etiam sanctissimi, ac honestissimi viri, Eremitæ monachis Carmeli, atque alij complures sacrissimi homines, qui eiusdem S. Angeli diutinam societatem habuerunt, & cum eo religiosissime conuixerunt, veritati testimoniis perhibentes, constanti animo affirmat ipsum; Angelū toto vita spatio virum sanctitatem clarissimum, Dei iussu cum reliquijs Sanctorum, & Deiparę Virginis Marię imagine, primum ad Italiam, mox vero ad Siciliam profectum, atque ibi tandem in opido Agridentia Dioecesis, quod Alicantia dicitur, quod veritatem prædicaret, & contra plurima, & nefanda, quæ in dies magis pullulabant, hominum facinora inuenitus, ne Deus offendretur agiter, neue boni, si qui aderant, malorum contagia contrahere sinearentur, acriter argueret (sicut à Christo mors ei prænuntiata fuerat) pro diuina voluntatis reuelatione, & veritatis defensione, gladio pereceptum, & martyrio coronatum, diuturni certaininis victoria ad Christum, quem toto mentis ardore inhiabat, migrasse, quoru[m] attestacionem ego Enoch, qui in eius obitu præens fui, illumque diem, & eius societas memoria

Tom. 2.

nunquam delere valui, certo & solido veritatis argumento confirmans, ab ipsis virti sancti natalibus, quos Nicodemus Patriarcha, vir sanctissimus, predecessor noster, via voce sapienter referebat, vsque ad martyrij gloriam, totam vitæ seriem (propt[er] presentibus scriptis digeram) grauissimo approbante Senatu, tum animi alacritate, tū ingenti cordis mœrore recensi. fuerunt autem inter alios, illo in consensu Patres numero sex, & triginta, videlicet Athanasius de Claromonte, Patriarcha Alexandrinus Ioannes Archiepiscopus Duracensis, Andreas Archiepiscopus Nicomediensis, Ioannes Archiepiscopus Cretensis, Lucas Archiepiscopus Thessalonicensis, Paulus Archiepiscopus Colossensis, Alexander Archiepiscopus Nicosiensis, Petrus Archiepiscopus Tracensis, Stephanus Archiepiscopus Torenensis, Josephus Archiepiscopus Tyrensis, Philippus Archiepiscopus Patracensis, Ioannes Episcopus Atheniensis, Julianus Episcopus Beronensis, Paulus Episcopus Bindensis, Cassianus Episcopus Sia Ionensis, Mercurius Episcopus Biriconensis, Syxtus Episcopus Penadensis, Petrus Episcopus Tiberialensis, Elias Episcopus Iopox, & Zaffz, Andreas Episcopus Ascalonensis, id est Gazz, Pelagius Episcopus Neapolis, id est Sichen, Athanasius Episcopus Montis Thabor, Georgius Episcopus Palferensis, Paulus Episcopus Famagustensis, Georgius Episcopus Terobolinensis, Andreas Episcopus Gabuliensis, Ioeles Episcopus Anteradensis, Petrus Episcopus Tripolitanus, Athanasius Episcopus Rages Medorum, Alexander Episcopus Damascenus, Thadæus Episcopus Scopienensis, Antonius Episcopus Stephanensis, Alexius Episcopus Cirgenensis, Georgius Episcopus Albanensis, Ioannes Episcopus Heridensis, Petrus Episcopus Dulanensis, Iacobus Episcopus Alexiensis, à quibus omnibus, & singulis, nemine villa ex parte in aliquo discrepante, graui censori iudicio relata primum omnia, rigoroso cognita examine confirmantur. mox vero magnificatur diuina bonitas, & sanctus ipse Christi Martyr Angelus cœlitum adiunctus consortio, vt pro militante Christiano populo sit apud Deum perpetuus intercessor, communis omnium prece rogatur: & maxima demum apud ciues Hierusalem deuotione recipitur & assiduis, ac magnis votis obseruatur, & colitur, in dies Deo operante, mirabilis claret.

De Pa-

De parentibus S. Angeli, & ap-  
paritione gloriose Virgi-  
nis, illis facta.

## C A P. I I.

D. Angeli  
parentibus  
Iesseo, &  
Maria gene-  
re Hebreis.

**N**ondum communis naturae necessitas omnes, qui Iesseum, & Mariam Matryris Angeli parentes noverunt, de medijs sustulit: sunt enim adhuc Hierosolymis complices, tametsi longe, & annis graves, sensum tamen serenum omnium integritate vegeti, qui eorum vitam inculpabilem. Christi fidei receptionem, ac mortalis vita exitum adea memoria tenent, ut perinde ac si illi nondum vita functi essent, de singulari hi rationem reddere, & honestissimam illorum consuetudinem recensere, & approbare consuecant. itaque Iesseus, & Maria (quod locupletissimis testibus comprehesum est) vt pote natione Hebrei, de spiritu, & progenie Quid, & si antiquam Dei legem tato mentis studio seruabant, & ieiunijs, ac vigilijs misericorde vacantes, vitam non intermissione Dei servitio traducebant. cum primis tam studiofissime orabant, vt Deus lumen veritatis mentibus eorum infundaret: & nunc in lege promissus venisset iam, an venturus esset Messias, ostenderet, post longas denique meditationes, & diuturnas preces, ad horas Kal. Aprilis prope festum azymorum, dum solo prostrati, & rigidè indui cibicio, ac multis profusi lacrymis, continua in oratione persistunt; & confirmatione animo donec eternus Pater diurni gemitus, & lacrymarum miseratus, fidei catholicæ veritatem, manifestet, inmediatamente præligunt, & sine cibo, & potu persistere decernunt: sub horam noctis sextam sancti diei Virginem splendissimam Christi Matrem, magno Angelorum cœtu comitatem conspicunt, quæ his eos dictis affari dignata est. progenies de domo David, unde me quoque prodijisse altissimus voluit, ponite dubitationem, & metum: mentis oculos abstergite, & Messiam in lege promissum frustra postmodum exspectari credite. venit ille, & saluum fecit populum suum; quem noctis, & caliginis tenebris non comprehendentes. hic Dei, quoad diuinatorem filius, de Spiritu Sancto conceptus, abs que virili semine, ex me Matre, & Virgine, assumpit carnis humanitatem suscepit. hucus vos suscipite mysterium, hoc tenete sacramentum, id ipsum, vt deversa mentis acie percipiatis, Hierosolymitanum Patriarcham, vitum spiritu propheticō insignem sapienter conuenite, ipsumque ceu pernigilem animatum pastorem, & verum catholicæ fidei Zelatorem consulite. iamque moram tollite, templum adite, vbi diuinæ ex more celebrantur laudes; & quæ vidistis, sacro Antistiti renuntiate. quæ vero ipse de Christiana fide insinuerit, peccore fido suscipite, & mente firma credite. in eius etenim manibus

Messiam videturis operatum; Iesum Christum filium Dei viui; quo mortalius viso oculis, sacrosanctum baptismum nequam quam differet, eo enim fidei Sacramento superioris Hierusalem incolaz fieri poteritis, qui inferioris nunc ciues estis, id autem, Iessee, tibi praeditum velim, virginimo post Pentecosten die, Mariam, uxorem tuam duos tibi filios conceperat, quorum prima Angelus, secundo Ioanni nomen est. erunt hi olivæ bina, florentes in Carmeli vertice; duorum candela bra lucentia, atque duæ lugentes ardentes in Sancta Dei Ecclesia, hic enim erit Patriarchæ magnus, & instruet Hierusalem virginis virtutis suæ, ille vero prædiuinæ voluntatis revelatione, & Christi nomiae gloriosum consequens triumphum martyrij, quibus dictis Virgo venustissima, velut latitans circumfusa nube, recedens visa est, at Iesseus, & Maria primaria animo contenti, mox quadam fiducia freti pijs Virginem, & deuotis prosequuntur vocibus: atque ubi felicissima visione destitui cognoscunt, poplite flexo, & capite ad terram preponito, Deo, & ipsi Deiparæ Virgini gratias agentes, gaudio & exultatione expletur.

De conversione sancta paren-  
tentum Sancti Angeli, cuius-  
que natiuitate, & mi-  
raculosa infan-  
tili abi-  
sentia,

## C A P. I I I.

**C**ertissima demum huius oraculi eu-  
dencia firmata, & anbris audiunt San-  
ctum Dei templum festini, & abares adeunt. quod cum nullus aut Iudaicus aut idololatrico dogmati deditus ingredi posset, ingenti animi fiducia subiace  
volentes, à ianitore, impetu quasi tumultuario, repelluntur, tamen candidati in-  
uenies specie, & nitore venustissimi, qua-  
si de improviso apparentes, repulsova protectionem suscipiant, & custode se-  
cedere coacti, fores patere faciunt, quorum duo Iesseum, duo Mariam suscipien-  
tes intraducunt, hac Angelorum apparitione permoti complures, qui tegibus adhuc Iudaicis tenebantur. Christum, animo Deum vorum concipiunt, & magna fide, & spe ingressos subsequuntur. Iesseus, & Maria ritum seruantes, Antistitem reverentibus dictis salutant, & ceu gravimes disidentes, iussa Deiparæ Virginiis, quasi visionem clara oratione exponunt. populus, qui quattuor circumstantiam milia hominum excedebat, stu-  
pore repletus, Antistes Deos, & Virgini gratias

A templo  
repulso An-  
geli, iuueni  
specie, intro-  
ducunt.

gratias referens, illos incomparabili caritate suscipit, sacrisque Christianæ fidei initiari, ac salutaribus documentis instrui præcipit. atque interim, cum dies ille Christi passionis dicatus esset, & maxima populi confluentis deuotione, diuina celebrarentur officia, Christianis eos ritibus, & diuinis laudibus interesso iubet, illi vero incredibili mentis alacritate, ut ipso super ad fidei Sacramentum vocati ritus, & ceremonias, ipsaque diuina officia admirati, Deo maiores gratias egerunt, qui ab eorum oculis tenebras effugient. sequenti vero die, cui sabbati nomen indicitur, cum solito more Antistes hostiā manu tenens, signo Crucis calicem signare Iesum Chri volueret, officiis, & Maria (dictu mirabile) stumvident Christum ea ætate, & forma, qua morti in Hostia subiici voluit, mortalibus oculis vident. & consecrata, verum sanguis fidei argumentum, & alij non pauci hora eadem, atque eodem modo vidisse attestati sunt: fuere autem numero triginta, qui pura id ipsum conscientia Patriarchæ retulerunt; & æque omnes percep-  
to expleti gaudio, diuina bonitati gratias egerunt, quæ tali eos, tantoque munere dignata fuerit. ipso Sabbati die, aqua fontis sacri sanctificata, Præfus ad se Iesseum, & Mariam vocari iubet: & quid de Christiana fide sentirent, quidue crederent, interrogat, atque omni vias diligentia, intima etiam cordis scrutatur, quoad eius fieri potuit, sin gula quæque examinat. quos vbi mente para, cordeque sincero esse comperit, pro ut sancta docet Ecclesia, baptizat in nomine Patris, & filii, & Spiritus Sancti, conuerso po-  
pulo respondentem, amen. quo peracto, corporis eo, & sanctissimi crucis participes ef-  
ficiens, more Ecclesiaz communicat: indeq; statuta loca eis adire præcipit. Iesseus igitur vxore valere iussa, domum adiit eremiticam cœnobitarum Dei Genitricis de monte Carmelo: quæ 3 Diuæ Annæ ædes, vbi Deipara Virgo in lucem edita est, seruato adhuc nomine, censemur. Maria vero venia-  
t coniuge impetrata, petiit montem Sion, vbi monasterium est sanctimonialium Ordinis Sancti Basili. hoc autem Patriarchæ præcepto præstare, & vñq. ad festum Pentecostes seorsum cum sanctis illis hominibus morari, adducti sunt ea lege, vt post præfixum dierum terminum, ad eorum ædes redirent. difficile dicta est, quanto animi ardore, quanta fide, & caritate non modo præcepta, sed & consilia Christi seruare, eaque toto spiritu complecti studuerint. atq; adeo ut non modo Christianissimi, sed & omnium integerrimi, & religiosissimi iudicati sint. vnde factū est, vt eorum exemplo, breui temporis spatio, centum 4 & triginta Iudaica prauritate relata, ad fidem orthodoxam conuersi, se Christo adduxerint, interea festo die Pentecostes adueniente, penitentia Sacramenti, iuxta Ecclesiaz institutu, imbecillitatis humanæ piacula deponunt, & pristino animi candore recepto, manu Antistitis, solleñi ritu Eucharistiaz Sacramentum incomparabili deuotione suscipiunt. nec multo post obteta à sacro Antistite venia, ad pro-

Sacra aqua  
ablauatur.

3

Tom. 2.

temporis spatio, centum 4 & triginta Iudaica prauritate relata, ad fidem orthodoxam conuersi, se Christo adduxerint, interea festo die Pentecostes adueniente, penitentia Sacramenti, iuxta Ecclesiaz institutu, imbecillitatis humanæ piacula deponunt, & pristino animi candore recepto, manu Antistitis, solleñi ritu Eucharistiaz Sacramentum incomparabili deuotione suscipiunt. nec multo post obteta à sacro Antistite venia, ad pro-

prios lares remigrant, miratur vniuersa ciuitas, & in dies magis singulorū mentes firmantur, dum breuissimi temporis successu, animi constantiam, virtutem, & religionem vtriusque suscipiunt ac Maria (propt Virgineq; visionis oraculo ei pronuntiatum fueru) felici puerperio geminam prolem suscepit. & transfacto 5 iusto dierum numero, ex more Antistiti offerens, sanctissimi fôris lauacro gemellos regenerari curauit, primo quidem Angelo, secundo vero Ioannini nomen fuit, hos tanta soletia pietas paterna nutriendos suscepit, vt nihil eis deferset, quo utique idonei fierent ad omnium virtutum exemplat. Patriarcha in primis parentum paupertate cognita, omnibus n. illi, quæ ante susceptum fidei Sacramentum possidebant, pauperibus Patriarchæ iusu distributis, solo Christo contesti, & nudi ad Ecclesiaz sinum peruererant, summo caritatis affectu, & parentibus, & infantibus ipsis alimenta simul, & omnia vita necessaria ministrat. hoc autem silentio prætermitti non debet, cum non sine mysterio, & admiranda virtutis præfigio effectum indicari possit, quod utique infantulus vberibus admotus numquam vel lac sumeret, nisi prænata, & notabili corporali necessitate adductus; & ita ut facile eos consulto abtinere dignosceres. quartum denique infantiaz annum compleuere, cum parentes diem sui obitus, Angelo Dei nuntio prænuntiantur, accepisse, & ad supernam Hierusalem se propediem à Domino vocari, constantissime Antistiti retulerunt. atq; ut eorum corpora in domo sanctæ Annæ, extra urbis mœnia, vbi Eremitarum S. Mariæ de monte Carmelo constructum est monasterium, sepeliret, votis pijs supplicantes; ipsos eorum liberos infantulos eius, fidei crediderunt: quibus potuerunt precibus orantes, vt patrem indueret, & infantulos ipsos in filios adoptaret. Antistes suscepit prius pio, & benigno animo infantium cura conuersus ad utrumque parentē religiosis verbis; fiat, inquit, in pace locus vester, & habitatio vestra in monte Sancto Sion. habita tum Præfus benedictione, incomparabili in Deum deuotione accensi, ad lares proprios redierunt, indeque saepius repetitis quotidianis orationibus, Sanctissimæ Trinitati, B. Virginis, totique cœlesti curiæ preces fundebant; vt mentem piam usque ad vitæ exitum eis feruarent. paucis denique interiectis diebus, Maria primum felicem animam exhalans, ad Dominum, qui eam elegit, non sine Beatorum lætitia peruenit. nec longo post interposito temporis spatio, ipse quoque Iesus consortem secutus est, illorum corpora omni honore, & deuotione, cura Antistitis, sepulta sunt in monasterio Carmelitano, vbi Diuæ Anna ædes esse confuerant, extra urbis mœnia.

A. A. 3

De S.

De S. Angeli educatione, stu-  
dio literarum, de suscep-  
to Religionis propo-  
sito.

## CAP. IV.

**A**nge lus. & Ioānes, ma-  
ribus, & li-  
teris infor-  
mantur.

**S**epultis parentibus, Angelus ad loq-  
ues in domum Nicodemi adducum-  
tur; ubi crescente firmiore etate, linguam  
rum, & artium peritiam, ac moribus informari coepit. Hebreas primo, Græcas  
proximo, latinas postremo locę literas,  
paucis annis tanto studio didicerunt, ut a  
septimo ad decimum octavum suę etatis  
annum, trium linguarum peritissimi censem-  
erentur, verumtamen cum linguis, non me-  
diocriter in artibus, & scripturis profece-  
runt, adeo ut expedicium eorum adolescentiam,  
& optimis informantiam moribus, ne-  
mo satis admirari posset. interim Nicode-  
mias Patriarcha, vir sanctus & se multo oni-  
stum senio, & morti proximum cognoscens,  
vocatos ad se adolescentes, paterna hac  
oratione compellat. breui relicta mortali  
hac vita, scio me profectum ad patrem,  
qui me de nihilo procreare dignatus est:  
vos, carissimi filii, Deo gratias agite, qui  
deduxit adolescentiam veltram ad optimam  
indolis periodum. tempus iam adest, ut  
bona spe fruges proferatis. quocirca qua-  
ti filii paterna caritas fieri debet, vos hor-  
tor, ut vanam spem omnem, & fallacissimam  
mundi huius illecebras contemnatis, ac vi-  
tam celibem, sacraeque sanctorum homi-  
num societati dicatur eligatis, & in ea fir-  
matuviuendi proposito usque ad mortem  
Deo serviat. vita enim celibate nihil aut fe-  
licius, aut beatius, que homines ceu An-  
gelos efficit. His auditis, iuuenes ingenti  
dolore confecti, & imo pectora suspiria-  
trahentes, incesta hæc responsa dederunt,  
stupor invasit cor nostrum, & animam, que  
in amaritudine posita est, ubi tristi nuntio-  
re, quem ceu unicum, & verum parentem  
nouimus, breui nos relieturum accepimus,  
& quamquam maioris gloriae corona, ad-  
quam properas, latitiam proponit, pater-  
na tamen presentia, qua filii recreari mi-  
rifice solemus, predicta iam priuatio menti  
tristitiam affert, quia vero diuinæ disposi-  
tioni humana semper voluntas conforma-  
da est, Deum veræ consolationis patrem  
oramus; ut tanti parentis cura destitutos  
cofoletur, & diuinæ clementiaz suę manum  
ipse portigat, & animos languentium eri-  
git, tueatur, & soueat, hortationibus sa-  
etas tuis sic hærehimus, ut vita durante, tuę  
sanctę memorie nupquam impiemores vi-  
deamur, immortali Deo, cuiusque Genitri-  
ci, quod nobis vitæ superest, dedicamus. re-  
gula Sancti Basiliij modis nostrum,  
animum diu iam inuitauit, sed Deo deniq;  
inspirante animo statuimus vitæ normam  
seruandam suscipere, quam annis, supra-

quadragesimos, pluribus iam evolutis, pro-  
phetarum successores diu in monte Carmel-  
lo, nunc vero plerisque in locis, seruare su-  
sceperunt. hæc enim vel ex eo misericordie no-  
strum inquit, & commonet animalium, quia  
principio Dei Genitricis titulo dicata, vber  
rimas in sancta Dei Ecclesia virtutum our-  
nium fruges proferre videtur, in hac ipsa  
religionis professione, & patre filio bene-  
dicente, Deo & Virginis Deipatre seruite,  
decrevimus. oramusque, ac precamur filii  
patrem, ut antequam ad Dominum migra-  
tur, tuę eternitatis iter suscipias, in mo-  
nasterio sancta Annae Cenobitarum Car-  
meli montis, ubi quiescent ossa parentum,  
filios reponas in Dei, & Beatae Virginis  
absequio vitam mortalium astaros. Explora-  
tis itaque adolescentium, & cognitis ani-  
mis, sonuit benignissime eorum vocis vir-  
sanctus, & quibus potuit verbishortatus,  
ad confirmandum propositum eos indu-  
xit. ac paucis tandem interiectis diebus, re-  
ptius opportune discussa cum Hieronymo,  
expressi monasterij Priore, viro vite inte-  
grate, ac innocentia singulari; habituq;  
fratrum consilio, & assensa ipsum mona-  
sterium ingrediendi propositum, & diem  
statuunt.

Adsciscun-  
tur in Ceno-  
bio Montis  
Carmeli.

De ingressu Religionis, de vi-  
ctus abstinentia, de subu-  
cula ferrea, & alijs in-  
dumentis, de strato,  
de somno, & mo-  
do oran-  
di.

## CAP. V.

**D**IE igitur festo Nativitatis Beatae  
Virginis, omni solennitate se-  
uata, adolescentes moribus, & vita conspi-  
cui, incredibili humilitate, & devotione,  
habitum Carmelitanæ professionis susci-  
piunt. nec solum, religionem ingressi in  
virtute, & probitate proficiunt, sed & inten-  
tim sanctimoniz, & humilitatis quotidiana  
exempla proferunt. sicut tandem pera-  
cto probationis anno, & ex more sollemni  
professione emissa, decreto Patrum in  
Cenobio Carmeli montis constituantur,  
ubi abstinentia maiore, quam regulæ insti-  
tuto tenerentur, vivere coeperunt. nam  
cum à festo Sanctæ Crucis, quod mens  
Seemptembri celebratur, usque ad Domini-  
nicæ Resurrectionis lasta sollemaia, Car-  
melita ieunia continuare soleant, ipsi at-  
tentiore animo, corpus abstinentia pre-  
mere cupientes, impetrata humiliter à  
Priore venia, eadem ieunia simplicis, &  
solius panis, & aquæ modica refractione  
contenti, peragebant. feria tamen secun-  
da, quarta, & sexta si penitus aliud nisi  
cru-

Vota Reli-  
gioia nūcu-  
pan:

Corpus do-  
mant afflic-  
tionibus.

erūdariq[ue] & molium fabarum modicum sumebant. à festo quoque Resurrectionis ad Pentecosten, quarta, & sexta ferijs s[an]cti Jo[seph], & eodem modo pane, & aqua contēti erant, alijs vero diebus patrum canarium modo oleo conditatum edebant. à Pentecoste autem ad festum Sanctæ Crucis, Dominico, & Iouis die coctis tum olentibus tam leguminibus vescabantur. ceteris autem diebus solius panis, & aquæ simpli ci eibo viuebant, numquam denique aut carnes, aut lach[ry]mas aut oua comedenterunt, nec rizum bibabant, sed neque solum ciboru abstinentia, & ieiunijs corpus premere, sed & fere intolerabili vestium duricie, & asperitate illud ad seruitutem spiritus redigere satagebant. ferrea namque subucula nudam carnem tegentes, laneam desuper albam, griseamq[ue], deinde ceu-camisiam & natui coloris cucullatam, cœnobitarum more, gestabant. ceterum diuinitas in choro vacantes, aut extra monasterij iussu Prioris prodecetes, candidam insuper chlamydem camisinis, ceu virgulis distinctam, & circulatam gerebant. lecti eorum, nuda humu: & cum corpus quandoque laetitiam effet, tabulæ, leu (quod maius mente concipi leuamen non poterat) mediocri[us] seni manipulus, cubile fessis plusquam molissimum videbantur, duabus tamen lodi cibus, inferius altera, altera superius, vt solebant, denique indui semper, & orationibus inharentes dormiebant. numquam visi sunt in lecto iacentes. & erat tanta eorum vigilancia, tanta sollicitudo, vt quotidiano officio ex debito persoluto, diebus singulis, totum genibus flexis Psalterium, legem Domini medirando, perlegeret, nec unquam orationibus vacare desisteret, nisi ad alia obedientia salutaris monita vocarentur,

### De primo miraculo Sancti Angeli.

#### C A P. VI.

**D**IE quodam, iussu Prioris, nomine Hieremij, viri senio venerabilis, Angelus & Ioannes lignatum mittuntur. vbi cum Ioannes arboris stipitem scindere nitetur, forte manubrio egressa securis, in profundissimum, qui iuxta erat, fontem Eliae decidit. quo casu percussus iuuenis animus, tristari cœpit. Angelus vero hoc viso, bono fratrem animo esse iubet, & lignum manu capiens, dixit: nunc, frater, quanta in Deum fide erigamur, facile cognoscere est. vitandus quippe nobis est Deus, Virgo etiam, ac Elieus pater noster, vt nunc quoque securim hanc nostram supernatare faciant, veluti tempore prophetarum supernatas, non dubiatur creditur. quo dicto, aquæ lignum apposuit, & forenti oratione habita; age dum, frater, inquit, securim cape. & surgens Ioan-

nes ferrum inuenit, vt prius erat, ligno coniunctum, medio in fonte quasi natans. & accepta securi, ingentissimas Deo, & Virgini, ac patri Elioso gratias egerunt. tunc Angelus, ne hominum viuenti cuipia Dei donu huiusmodi releuaret, fratri præcepit; Deo, inquiens, soli acceptum, & sanctis eius, ac sincere fideli referendum. & nihil Deo magis placere, quam maiore semper humilitate Dei seruum proficere, ad memoriam reuocauit, erat tum senex Hieremias oratorio clausus, & diuinorum meditationi innexus; ubi quasi raptus videt Angelum feruentissime orare, & eius orationis virtute ferrum natare, prout oratione Patris Eliae olim nataesse dicitur, & hoc primum miraculum fuit, quod fecit Dominus pet orationem servi sui Angeli. haec autem superius explicata omnia, à Nicodemo Hierosolymitano Patriarcha predecessor nostro, fide & sinceritate relata, iam omnibus in aperto sunt.

### De miraculis Sancti Ioannis fratris Sancti Angeli.

#### C A P. VII.

**I**psa quoque à primis, quod aiunt, cunabulis fere semper in domo superius expressi Nicodemi Patriarchæ versatus, predicta omnia ab eo ipso pluries accepisse, in conspectu Dei, & hominum attestari non vereor. ceterum postea quam religionem ingressus sum, vidi & alia multa ipsius Angeli opera mirabilia, quibus quantum diuinæ bonitati ardentissima fides cum spe & caritate, atque cum abstinentia numquam intermissa oratio, ac denique sinceræ probitati coniuncta humilitas, acceptæ forent, facile perspectum est. silentio nunc præterirem, qua plurima meritis Ioannis, Deus operari dignatus est. sed decet glorificari Deum in operibus sanctorum, qui semper est mirabilis, & facit mirabilia magna solus in cælo, & in terra. vidi ego, qui vita penitus fundi, ad suæ resolutionis corruptionem accedebant, orationis virtute, & lacrimis Ioannis, vita officium resumpisse, vidi non modo paralysi, & lepra, sed & morbis alijs fere incurabilibus laborantes, ad sanitatem reuocatos fuisse. vt taceam plurimos oculis captos, qui faciem cæli videre non poterant, oculorum beneficio restitutos. vt omittam Demonibus vexatos, & denique liberatos. haec enim vt facta difficultaria sunt sanctis, in virtute illius, in quo sanctificantur, sic & vere credentibus non difficultaria, quæ facta fuerint, vi. debuntur.

Sed et B.  
Ioannes mul  
tis inclavit  
miraculis.



Ferrum su-  
pernatum, &  
manubrio  
iungitur.

De

**De S. Angelo transcunte vna  
cum LXX. hominibus su.  
pra Iordanem siccis  
pedibus.**

**C A P. VIII.**

Hierosoly-  
mā germani  
fratres  
missi.

**N** Icodemo vita fundo, Onuphrius Societatis Cœnitarum Sæci Bæsilij professor, vir sanctitate eximia in Patriarcham eligitur, & interim superuenientibus, quæ celebria sunt, Natiuitatis ieiuniis, Ieremias montis Carmeli Prior Angelum, Ioannem Zebedeum, & Thadeum cœnobitas egregij nominis, & spectatæ sanctitatis ad suscipiēdos ordines sacros promouet, & propterea Hierosolymam mittit, quocirca prioris benedictione humiliter accepta, se alacres itineri accingunt, vbi vero ad Iordanis ripam perueniunt, nimia defluentium aquarum excrescentia, flumen exundare conspiciunt; adeo ut demersa scapha plurimi, qui ad alteram fluuij ripam traijere cupiebant, frustra ibi morari congerentur. quibus in vnum coactis, Angelus sic ait: viri fratres, vos præcipue, qui regenerationis charactere signati estis, nunc precor, reuocate animos, & Deum vera fide credentibus, benignum, & exorabilem sperate. ipse enim omnipotens, nec abbreviata est manus eius, vt mirabilia faciat. orate igitur, fratres, vt diuino digni munere, nunc eifici mereamur, & flumen pertransire valeamus. quibus dictis, nuda terra apponens genua, atque orientem versus faciem dirigēs, iunctis & extensis vtrisq; manibus, & oculis in cælum eleuatis, tota simul cum multitudine dimidiā horam, vel circiter orauit. postmodum ad flumen se conferens, dixit: ò flumen, vere sanctū, quod Dei mandato meatus tuos retrosum conuertisti, & populum electum siccis pedibus transire permisisti, ac Dominum nostrum Iesum Christum in baptismo receperisti, per signum, quod in te fecit Sanctus Pater Elias præsente Eliseo, ad paradisum per turbinem profecturus, & per virtutem Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, atq; per merita sanctorum prophetarum, nec non per obedientiam nobis impositam, sieste, & comprise cursum tuum; vt nos omnes spiritu, & aqua regenerati, illæsi transire valeamus. his dictis, flumen ( dictu mirabili, & longe mirabilius visu ) parte inferiori, cursum velocissimum retrofecit; superiori vero, aquarum planities, instar summī montis stetit. atque ita omnes tuta, illæsi que pedibus siccis, pertransiuerent. hoc miraculum tota regione vulgatum, multis tum improbis conuersationis ad pœnitentiā, tum Agarenis, Hebræisque reductionis ad fidem, causa fuit. verum Angelus quanto magis Dei benignitatem erga se, & gratiā cognoscet, tanto schumiliorem præstebat, tantoque ardentiorem Christianꝝ

Fluitus, Iordanes in caput recurrit, ei, socij que via p̄cet.

pietati, & orationibus exhibebat. venit tandem cum socijs Hierosolymam, & à sancto viro Onuphrio sacros ordines incredibili humilitate, & deuotione suscepit. erat autem Angelus, & Ioannes tuas sacerdotij dignitatibus sublimati, octauum, & vigesimum annum nati. cum audita interim Angeli Sanctitate, Hierosolymitaniciues Priorē cōueniunt, rogantque, vt diebus aliquot Angelum Hierosolymis retinere: quem commode salutare, ciusque orationibus se commendare cupiebant. quod cum Prior ab Angelo requireret honestis ille adductis rationibus, quo celerius inde discederet, ei persuasit. hoc autem in primis Angelo discedendi rationem suadebat, vt popularem auram declinaret.

Annos 28.  
nati, Sacer-  
dotio inau-  
gurantur.

**Dé resuscitato Iosepho adole-  
scente à S. Angelo.**

**C A P. IX.**

**T**ransactis itaque natalitijs festis, Angelus cum Ioanne Bethleem proficiuntur. vbi quæ loci deuotio exquirebatur, religionis officia complere studet. cum interim mulier Elisabeth nomine, viri sancti Dei nomen celebre, & miracula audiens, deuotione accensa, & spe erecta, natum, biduo iam ante vita fundum, ad Angelum afferri curat, cumque his compeliat: Angele, seru Dei, prophetarum imitator, credo firmissime, si filium hunc meū chlamyde, quam geris, tetigeris, reuicturum. cui Angelus, mortuos suscitare, peccatori homini, qualem me esse profiteor, non est datum. munus hoc Dei solius, & vere seruorum eius. at illa obortis perfusa lacrimis, numquam, inquit, abscedam, donec chlamyde contexeris Iosephum filium meum, & pro eo orationem teceris. his commotus lacrymis, vir Dei sanctus, puerum chlamyde cooperuit, & ad orientem versus, in hac orationis verba prostratus: Deus, admirande in omnibus operibus tuis, qui per merita Patris Elizæ, viduæ filium suscitasti, per virtutem sanctissimæ passionis filii tui, Domini nostri Iesu Christi, qui suscitauit Lazarum quatriugrum monumento, iam fetidum, quæ tua est infinita potentia suscita, & reuoca ad vitam filium Elisabeth, ancillæ tuæ. vix oratione compleuit & adolescens quasi à somno excitatus reuixit. vbi multorum cœtu astante, vere, inquit, Dei cultor Angele, quem Deus exaudit, vt mortuos reuocet ad vitam, ora pro Iosepho, qui per orationem tuam à corporali simulo, & spirituali morte ad vitam iterum reuocatus sum, conuersus postmodum ad astantes dixit; scitote & me æternis damnatum tenebris, & sempiterni pœnis destinatum, eo quod sanctissimum Dei nomen blasphemare sum ausus; & sancti huius viri Angeli ineritis, & intercessione, ab utraque morte, sum liberatus. fuit

B duo iam  
vita fundū  
reuocat ab  
inferis.

fuit autem miraculum huiusmodi omnibus notis apum, non modo Bethlemitis, sed his, qui ad festum congenerant, decem numerò hominum millia excedentibus: aderant autem cù primis Ioannes Archiepiscopus Nazaret, & Petrus Episcopus Bethleem, cum alijs Graecorum Presulibus.

**D**e recessu Sancti Angeli clam in desertum, & quod operamento eius cappe albae, quā reliquit septem mortui suscitati sunt, & mundati sunt tuor leprosi.

## C A P. X.

**N**oste vero sequenti, longa, & seruissima oratione peracta, iam spētata sanctitatis, & gratiae estimationem de se concitata, & honoris reverentiam omnium cōsensu passim exhibitam fugere statuit; & humilitati, ac contemplationi in solitudine vacare dēcreuit. Ob idque locum p̄enitentię idoneum mente voluntans, tandem visione manifesta, apud se Angelū vidit, qui eius propoſitum confirmavit, locum docuit, & se ducēm exhibuit. surgēs itaque Angelus, Angelo Dei dumtaxat comitatus, in desertum abiit, ubi Christus quadraginta diebus, & noctibus, pro humano genere cum ieunio p̄enitentiam continuavit, & quamquā loci facies vnde cūq; squalida, situ nihil non asperum p̄fesserēs, & horrida solitudo pericula omnia intenabat, ipse tamen ad doliarum omnium locum veluti amoenissimum peruenisse iudicat; ibique firmato permanendi consilio, quoscumque humanarum virium conatus, p̄enitentia, & deuotione, ac continua celestium meditatione, assiduus experitur, quotidie Christi ieunium ad memoriam reuocatur; quotidie locus Christi contactu venerabilis cor eius inflammat: quotidiē demum Christi passio soluit ad lacrimas, & prouocat in singultus. atque his studijs, eo in loco quinquenpium compleat. quo tempore, ubi Angelus esse, ad nullius quidem notitiam peruenit; tametsi per nesciort, & montes, & vniuersam regionem, dīn quæsitus foret. interea vero chlamys ipsius, quæ penes socios relata erat apud Bethleem, ingenti & incredibili deuotione quæsita, eius apud Deum meritā, & gratiam multipliciter patefecit. hoc autem, relatione, & stupore dignum videri poterit; quod cum plorique varijs vexati languoribus, & ( quod humani ingenij vires excedit ) nonnulli vita functi, deuotione inenarrabili, eadem chlamyde contexti, certissimo fidei argumento referantur, nō tamen omnes eiusce chlamydis contactu sanitatis, & vitæ beneficium accepisse dicuntur, ex his autem, qui non sine Dei

gloria reuixerunt, Andreas Ioannis filius Hierosolymitanus, Blasius Antonij, ex Bethania, Thadea Pauli Samaritana, Stephanus p̄a memoria Philippi Hierosolymitanus, Lazarus bona recordationis Blasij ex Hierico, Matthæus recolenda memoriæ Iosephi Nazareni, fideli multorum testimonia memorantur ex his vero qui fuerunt ad vitam reuocati, viri cōenobitarū, mulieres autem sanctimonialium in Sion monte monasteria ingressæ sunt; Deoque & magnæ eius genitrici semper Virgini vita austerritate, & p̄enitentia incomparabili seruuerūt, & miris modis alios ad Dei obsequium induxerant. hæc autem omnia, & singula palam proferri, per totā orientalem Ecclesiam, omnibus fatis constat. in primis autem in ipsa Hierosolymiana Ecclesia, ab Onuphrio Patriarcha, viro certissime fidei, ea omnia publicari audiuiimus; p̄äsentibus sex, & triginta Episcopis superius expressis, in synodali consilio eiusdem Onuphrij Patriarchæ, prope Hierosolymas sollemniter congregatis, eorum vñanimi assensu ipse Diuus Angelus in Diuorum numerum relatus, debita Martiribus veneratione excolitur, sed quod reliquum est vita, & gestorum eius memorabilium narrare procedamus.

**Q**uo d. S. Ioannes, frater Sancti Angeli, fuit electus in Patriarchā Hierosolymitanum iuxta reuelationem B. Virginis; & S. Angelus remansit V. annis in deserto nutritus, & visitatus quotidie ab Angelis;

## C A P. XI.

**H**IS vero diebus Patriarcha vita diē clausit, cuius loco Ioannes Angelus frater subrogatus, & vñanimi totius ciuitati, assensu, Spiritus sancti gratia disponente in Patriarcham electus, ouęs contagij purgare, & ad pascua salutis redigere iatagebat. & non multo post constans famę per ora orationis volare, & vbiq; incrobescere ceperit, Angelam in deserto, ubi Christus ieunauit, quinquennio persticisse, ibique spiritali alimonia, & pane Angelico nutritum, neenon Beatorum colloquia roboratum, ab officijs corporeis qualsi alienum, soli spiritui, & diuinorum contemplationi vacare; & in ipsa Christi solitudine, toto spiritu, & affectu Christiani imitari Christo adhucero, Christiani denique toto mentis ardore momentis omnibus resonare. huius vero constantissimæ famæ certissimi fuere auctores, & plurimi hunc dubia sanctitate homines, quibus id ipsum antelucana, & certa

In solitudine celestibus alimbris vixit.

In desertū Christi Io. cōrēdit.

Quinquen-  
nium illuc  
complevit,

Plerique ad  
vitam reuo-  
cari cōtractu  
vestis,

vito-

visione, & oraculo non obscuro renuntiatum fuerat.

**Quod Christus cum multitudine Angelorum apparuit S. Angelo, cui præcepit, ut iret in Siciliam ad prædicandum, & ad subeundum martyrium.**

### C A P. XII.

**I**n terea vero quinquenao transacto, Christus sole splendidior, magna Angelorum, & Sanctorum multitudine comitante, Angelo apparuit, dicens: satis hic tibi, Angele, iam satis hic immoratum est: satis priuato profectui, & contemplationi datum. ea te nunc celerius præstare oportet, per quæ à Patre aeterno ad gloriæ prædestinatus non dubia adoptione vocaris.

martyrio igitur in Insula Sicilia, & opido Agrigentina diœcesis, quod Alicata dicitur, Dei amore suscipiendo, & plurimis, pro reuelanda Dei voluntate, & veritate tuerenda, laboribus preferendis te accingas. verumtamen primum Hierosolymam, & ad Ecclesias Orientis te transferas, & fideles confirmes in his omnibus, quæ sunt secundum voluntatem Patris mei. postea cum tempus fuerit, Alexandrinus Patriarcha Athanasius, iussu meo, eredet tibi reliquias Ioannis Baptista, Ieremias, Georgij, & Catharinæ; cum & imagine Matris meæ, quam Thecla Virgine, Pauli discipula instantे, miro deuotionis affectu, Lucas depinxit. ea enim, vbi sacrilega Barbarorum impietas omnia contaminare, & furens in sacra, dehonesta contendit, fernari non decet. quæ Romano Pontifici & Honorio III. & Friderico de Claramonte resignabis in Italia, apud urbem Veterem. quibus peractis, Siciliam versus iter facies. ibi enim euangelizare opus est, ibi pugnare oportet. nefanda ibi Christianorum sclera, impia sacrilegia, crudeles incestus, exsecranda cordis duritia, nulla Dei reverentia, nullus timor, infidelitas plurima, nulla legum obseruantia, & fere nulla fides. ea nullo censore committuntur, & crescunt, quibus offenditur Pater meus cælestis. quas ob res euangelizabis legem meam, increpabis, argues, & clamabis in abominationem, & detestationem impiorum. & nisi conuersi fuerint, pronuntiabis euaginatum gladium, & manum eum percutientem, & ita hæc virtus veniet super eos. cum vero in oppido Alicata fueris, scito ibi hominem sceleratissimum, qui propriam sororem, elapsis iam annis duodecim, cognovit carnaliter, & tres ex ea filios habuit; quamquam illa maritum habet. quod nefandissimum scelus inquinat Siciliam totam, & cedit in scandalum populorum, & fidei, ibi labores

Legatum  
eum Christus suū in  
Siciliā de-  
fubat.

tibi, ibi sudores plurimi supersunt. Sed Magarita tui tandem prædicationibus ad penitentiam adducta, crimen, quod iam manifestum est, palam pronuntiabit, & culpam fatebitur, tres filio, in medium producens, & supplex, ac humilis veniam petens. Berengarius vero huius facti causa, ira replebitur, & insolect. ac primum coacta sceleratorum, & concionatum manu, te innocentem gladio perimet. sororem postmodum, quod penitens illa crimen proprio ore detexerit, amens & furijs agitatus petet, quam tu seruari præcipes. hoc prædicationis labore in abominationem exsecrabilium scelerum, & impietatum, ac nefandi incestus, hoc martyrij medio, morte Ioannis Baptistæ ad cælestem patriam ascendas; ad quam mors pro veritate accepta, spontaneo martyrij patibulo viam aperiet, vbi tribus laureis coronato, paratum tibi regnum inuenies ab initio seculi, & gaudebis cum Sanctis Angelis in æternum.

**De responsione Sancti Angeli ad Christum, de que commendatione ciuitatis Hierusalem.**

### C A P. XIII.

**A**ngelus vbi se Christum clara visione vidisse cognovit, reuerenter prostratus, qua potuit mente purissima, adorauit. atque post piam maximi, & deuotissimi affectus orationem sese obtulit pro eius nomine, & amore moritum, & pro viribus vbique commissurum, vt eius voluntas omnibus intotesceret. tu, inquit, fili Dei vivi, vere Deus aeternus, pro me hanc vilissimam carnem induere, tot labores, tot dolores, tot ærumnas pati, mortem etiam subire dignatus es; & ego pro nomine sancto tuo non moriar? moriar certe latuus; & erit dulce mihi, tua pro veritate mori. demum, vnum, itquit, te oro, ac precor, clementissime Iesu, vt ciuitatem illam Hierusalem, immensæ bonitatis tuae oculo respicias, vbi manus ad Patrem tetendisti in sacrificium pertinum, vbi contumelias omnes, et quæ hominis lingua exprimi vix possunt, sponte passus, & tandem in cruce affixus, & spinis coronatus, sacratissimum sanguinem tuum, pro instauracione & salute humani generis, effundere, voluisti miserere, & propitius esto propter nomen tuum;

& libera eam, ne semper in ea glorietur inimici tui.

†

**Réuelatio Christi de regnis, & Prouincijs Christianorum, occupandis ab Agarenis, de que imperio Turcarum extendendo, quorum armis castiganda foret fere tota Europa.**

C A P. XIV.

**T**VM , Christus scito, Angele, & hāc réuelationem vbiq; prædicabis, quod ciuitas Hierusalē dñi erit sub ditione Agarenorum, que & ab eis non multo post ferre tota fīnditus destruetur. ipsa insuper Iudea, Samaria, Galilea, & tota terra promissionis, & Aegyptus cum multis regionibus, & prouincijs Afiz, & Africæ, paucis interiectis annis, omni ex parte cedent in potestate Ismaelitarum. & quæ nunc vides, vbi diuinæ celebrantur laudes, sacre ades, & ecclesias destruentur. & Christiani ritus fere vbiq; ad nihilum reducentur. nec multo post vniuersa illa mundi pars, quæ minor Afia dicitur, in ditionem Mahometis, Othomano duce, deueniet. Cuius successores Graciam inuadentes, fere totam, occupabunt. indeque terra, & mari, in dies magis potentia eorum augebitur; & terribit fere omnes gentes, & perueniet usque ad regnum Epyri, Dalmatia, & Prussia. succedente vero tempore, ciuitatem etiam Hierosolymam cum vniuerso Ismaelitarū dominio Othomani obtinebunt, & Christianorum propugnacula expugnabūt. Vngariam pluries inuadent, eamque fere desolabunt. terribit, & infestabitur Europa: Italia vero ipsa, vbi Sedes Petri est, diu & sepe vexabitur; & diurna, & perniciosa bella sentiet: & videbit ignem, & sanguinem, & ruinam, & quasi desolationem. & erit afflictio, & saeuia furor, & ira super filios ingratitudinis; & præcedent fames, pestis, & diuisio, & comitabuntur, & non deficient. veniēt autē hāc propter abominationes eorum, qui construunt Babylone, dissipat sanctuarium, & sustinent populum iniquitatis, & conuerunt eum ad impietatem, & turpitudinem omnis immunditie, & omnis peccati. tunc Angelus: quando hāc futura prænuntiabo? & Christus: quando Ecclesia nitore deterso, iacebit quasi vidua. quando Romani Pastoris solium, & regnum factum plurimi affectabunt, & unus aduersabitur alteri: quando surgent Hypocrites, populos frandentes, prætextu sanctitatis, & religionis, & erit plena ecclesia sedarum, in quibus regnabunt superbia, ambition, & luxuria, cum cohorte filiarū eius: quando principes diuisi disceptabūt, & Rex Regi, & Pontifex Pontifici aduersabitur: & quasi tolletur pax de medio gentium, & discordia fere pariet interitum: quando hereses praualebunt, & erit fere extincta.

Tom. 2.

fides; & populi, & qui dominantur eis, ad vanitates, & infanias conuertentur; tunc Pater meus æternus mactet furorem, & irā, & permitteret ingratitudinis filios vbiq; torqueri ab hostiis, & inimicis nominis mei. hec omnia constanter, & intrepide prædicabis, & annuntiabis populo Christiano, quæ ventura sunt propter sceleris eius.

**Réuelatio de Rege, qui liberaturus est Christianum orbem de manibus Turcarum.**

C A P. XV.

**F**AT Angelus: miserere, inquit, Ecclesie tua, auerte iram tuam à populo tuo, qui clementer passus es pro eo, & liberentur dilecti tui, quos effusi sanguinis pretios redemisti, & da tandem, qui liberet ciuitatem sanctam tuā; & eripiat eam à captiuitate, & manu hostium. cui Christus: cum contritus fuerit populus meus, & cognoscet vias meas, & suscipiet iustitiam, & custodiet eam, veniet tandem qui liberabit, & ponet pacem in gentibus, & erit consolatio iustorum. quis, inquit, Angelus, iste erit, qui liberabit ciuitatem tuam? & Christus: surget tandem Rex antiqua de gēte, & stirpe Francigena, insigni in Deum pietate, & suscipiet à Regibus Christianis, & fidei orthodoxæ professis: & erit dilectus eis. & terra, ac mari crescat potentia eius. hic rebus Ecclesie quasi ad intercessionem redactus subueniet. & Pontifici Romano iunctus, purgatis Christianorum erroribus, & Ecclesia ad statum bonis optatum restituta, copias transmittet, quas sequetur multitudine vltro militantium: & magna cohortiturma, qui pro meo nomine eo prælio cadent, effusi cruxis præmia suscipiet, & cum tropheis gloriolis calum ascendet. ipse vero instructa classe fretus transfretabit, & perditas restituat Ecclesiæ, & liberabit Hierusalem. & his dictis ab oculis Angeli Christus candidissima nube circumfusa abiit.

**De reditu S. Angeli à deserto, & conuersione LXXX. Iudeorum in Hierusalem.**

C A P. XVI.

**H**AC Christi visione confirmatus Angelus, & consolatione repletus, Hierusalem versus iter arripuit; vbi propter magnam diurnæ inediæ abstinentiam, vix cognitus, Priorem adiit; quem vbi vidit,

B b

vidit religioso more in terram prouolutus, humiliter salutauit. Prior cognito Angelo, omni coacto Fratrum coetu gestiens ingentes Deo gratias egit, ipsumque complexus, suauissime recepit. audiens Angelii aduentum Ioannes Patriarcha, eius frater, venit ad monasterium Sancte Anne, plurima latitiz signa ostendens. Angelus vero Joanni ipsi Patriarcha Fratri, & simul Priori, ac Fratribus, eum ut Hierosolymis remaneret, orantibus, Christi iusta exposuit, eiusque apparitionem, & revelationem natrauit. deinde praedicate coepit; & sepius vniuerso totius ciuitatis populo congregato, sexaginta fere millium hominum numerum precedente, Christi revelationes tanto feruore, tantoque spiritus ardore manifestauit; ut non modo Christianorum plurimi, abstensis prioris vita maculis, ad vitæ integratem sese contulerint; pluresque ex his religioni, & regularibus elaustris perpetuo sese addixerint; sed etiam ex Agarenis multi, & ex Iudeis non pauci Mahometica spurcitia, & Iudaica perfidia relictis, ad Christi fidem conuersi, sacramentum regenerationis suscepserint, quibus peractis, multis alijs in oppidis, & urbibus Christi iusta exsecutus est.

### De recessu ab Hierusalem, & aduentu S. Angeli in Alexandria.

#### C A P. XVII.

**P**ost hac antem assumptis Fratre Iosepho ex opido, quod Emaus nuncupatur, fratre Petro ex Bethleem, & mefratre Enoch, Alexandriam versus iter facere coepit. quo ubi peruenimus, illius ciuitatis Patriarcha Athanasius, vir sanctitate, & fama nemini posthabendus, quod iam sanctissimi viri Angeli virtutem, & sanctimoniam percepisset, incredibili caritate nos suscepit. cui Angelus post ardentissimam ad populum habitam concessionem, Christi visionem, & mandata exposuit. at ille de reliquijs resignandis, nihil penitus accepisse, respondit. ultra tamen sese vir sanctus obtulit, diuinis sermonis lauacrum suscepserunt, & lucem obtinuerunt. inde vero soluentes, in Siciliam peruenimus.

Ab Athanasio Patriarcha Sæctorū Reliquias in Italiam preferendas accipit.  
†



De nauigatione S. Angeli cap. ti à IV. tritemibus Saracenorum: quorum LXX. fulminati, ceteri cœci facti sunt, qui dein crediderunt in Christum.

#### C A P. XVIII.

**A**lexandria relicta, kal. Aprilis, Januarii navigio Siciliem versus soluit, & prospeta vni navigatione, 10 quindecim dierum spatio, ad portum Siciliae propinquum peruenimus. forte autem ibi tritemes quatuor infidelium latebant, quæ lanuensium nauem de improviso aggredit, capiunt, eamq; septuaginta Saraceni ascendunt, & Christianos fere omnes compediens fertis devincunt, quibus Angelus dicit: nolite Dei seruos, & amicos Christi offendere. illi vero ira peregit in Angelum ruunt; queat dum ligare volunt, ille invictus manus, hac voce orate cœpiti liberos, D. & de omnibus itanicorum nostrorum, & da gloriam nominis tuo, ut gloriemur in laude tua, & liberentur dilecti tui. his dictis, subito ignis de celo descendere visus est: quo septuaginta, qui nauem ascenderant Saraceni, exulti, quasi in famillas, & cimeres conuentuntur. alij vero, qui trecenti in tritembus erant, omnes oculis capti, vocice humili misericordiam petebant. tunc Angelus ad tritemes primus pertransiit, & Christianis, ut sequerentur, animatis, hoc sermone vesus est: quicumque vestrum, & virti Ismaelitz, corde sincero credet in Iesum Christum filium Dei, dicto citius spiritus, & corporis luceo suscepit, & deinde æternæ vitæ gaudia consequetur. quæ Angeli oratione, omnes 11 sacri fontis lauacrum suscepserunt, & lucem obtinuerunt. inde vero soluentes, in Siciliam peruenimus.

De aduentu S. Angeli ad ciuitatem Messanam, deque restituta muto locula.

#### C A P. XIX.

**P**rimum itaq; Messanam appulsi, cenobium Carmelitanæ professionis adiunimus. Prioriq; ex more obedientia præstata, & coenobitis salute dicta, hospitia caritatis accepimus, atque ipsa in urbe sollemnia sacra peregrimus, tota cimitate gestiente ad spectaculum eorum, qui nuper sacramentum fidei recuperant. Mulier ibi nobilitate insignis, nomine Conitania, filium matrem, ut eum sanum faceret, ante

ante viri Dei Sancti pedes cōstituit; à quo, Dō oratione facta, lingue beneficium infans recuperauit. tribus postmodum religiosis sermonibus habitis, ab oculis multorum tenebras effugauit.

De aduentu S. Angeli ad portum ciuitatis Veteris, deque Reliquijs allatis Dominino Friderico de Claromonte.

C A P. XX.

**P**Ost hæc Messana relicta, ad portum urbis Veteris peruenimus. erat autē ibi Honorius III. Romanorum Pontifex, & Fridericus de Claromonte. Angelus Christiani Vicarium prius ex more salutat, & summa eum prosequitur reuerentia. à quo benignissime suscipitur, ac de multis primū terræ sanctæ mirabilibus deuotissime interrogatur. & post mutui, & prolixo sermonis colloquium libe. o, & facili aditu sponte dato, quo sèpe redeat, requiritur. deinam benigno Pontifice reliquo, Fridericum de Claromonte conuenit, & eum, Patriarcha Athanasij fratri nomine, valere iubet. qui quanta humanitate, & quibus officijs nos cumulauerit, longum esset referre. multis denique cum eo colloquij habitis, opportunitate data ipsis Pontifici, & Friderico sanctorum reliquias cōsignauit; brachium, & tibiam S. Ioannis Baptiste, caput Ieremij Prophetæ, brachium Sanctæ Catharinae, tibiam Sancti Georgij, & imaginem Beatae Virginis. eas honore incomparabili deuotione suscepit Honorius; & Angelum mirifice complexus, omnibus eum officijs humanitatis prosequitur, & vt ibi remaneret, omni studio hortatur. ille vero candidus, & humilis ingentes Pontifici gratias egit, & se ad Christi mādata vocari affirmat: cui suæ Professionis cœnobitas Carmeli montis commendat. verum Pontifex, ubi eum quinques publice prædicatorem audiuit, in eum mira deuotione accēsus, & sanctitate, ac doctrina eius incredibiliter permotus, modis omnibus ipsum detinere ntitur: & moestus tādem abeundi sollicitum, & inutus dimittit. Fridericus Beatae Virginis imaginem a Pontifice impetrat, & Angelo Panormum perferendam commendat.

De colloquio S. Angelicu D. Franciso, deque leproso mandato:

C A P. XXI.

**R**Elicitis Honorio, & Friderico, Romanum venimus, ubi loca Sætorum omnipia Tom. a.

deuote lustrantes; mane primo, maxima tum Cleri, tum populi multitudine coacta in basilica S. Ioannis Lateranensis Sanctus Dei Angelus, magno spiritus fervore, prædicare cœpit. aderant ibi Sancti Dei viri Franciscus, & Dominicus; quos cum numquā antea vidisset, supernæ claritatis splendore mente illustrata, cognovit, & nouas, sed solidissimas Ecclesiæ columnas aedes prædixit, sermonē tandem finito, Sanctus Dominicus spiritu eleuatus, dixit Sancto Francisco; hic est Angelus Hierolymitanus, Christi, & fidei catholicæ defensor, & declamator ardentissimus, qui doctrina, & sanctitate vitæ incredibiliter Christianæ fideli profuit. cuius Sanctus Franciscus respondit: hic ille est cuius cælestis, qui in Sicilia martyrio coronabitur. & ambo simul animo hilari ad Sanctum Angelum veniunt, & cum incredibili humilitate salutant, ac multo pacis osculo prosequuntur. tunc Angelus, saluete, inquit, maximi Christianæ militiæ doctores, Dominice, impugnator hæresum strenuissime, & Franciscus, Christi præcipue imitator, qui virtute humilitatis, vera portabis stigmata Christi. Dominicus vero: tu, inquit, Angele, gaudie, & latare, tibi enim Christi priuilegio datum est, mortiferam hæreticorum radiem compescere, Christianum nomen defendere, & Ecclesiam augere, & illustrare. & Franciscus subdidit; tibi, Angele, veritatis defensor, merito gestiendum est, breui namque in Sicilia martyrio vitæ militiam terminabis; & triplici laurea coronatus, diuinæ fruitionis, & sempiterni gaudi præmia tuscipies. ad hæc Angelus: vobis, sanctissimi viri, vobis magis gaudendum, quibus Christianam reipublicam felicibus cœptis, meritis, & doctrinis amplificare conceatum est. his, & alijs ultro, citroque inenarrabili caritatis ardore, dictis, seorsum cedentes de multis, & magnis scripturarum, & fidei mystérijs humiliter inter se aliquandiu locuti sunt. quibus ita agentibus, felicem, qui aderat, diem, & rarum, ac singulare spectaculum dixerunt; quo simul tria mundi lumina in unum conuenerunt, inde vero simul procedentes, cum prope ad Sanctam Sabinam peruenissent, homo genere nobilis, leprosus; offert se obuium eis, dicens; orate, sanctissimi viri, vt Deus fædo hoc morbo veltra intercessione me liberet. quem illi in pace abire iubent. & subito sanus effectus, dat gloriam, & honorem omnipotenti Deo. Angelus autem cum Dominico, & Francisco, diem il- lum, & noctem diuinis sermo- nibus, & oratione trans- git.



**Quod S. Angelus Panormitō  
ueritatis ad fidem CCVII.  
Iudiciorum.**

## C A P. XXII.

Per Italiam  
iter facit  
prædicans,  
edensq; mi-  
racula.

13  
14

Siciliā pe-  
rigrinat.  
Agrigētūm  
venit.

**B** Enigna tandem à Sanctissimo Poati-  
fice Honoriō III. venia impetrata,  
& Sanctis Dominico, & Franciso in Chri-  
sto valere iussis, ab Urbe profectus, cū  
socijs per superiorēm Italianam iter longum  
faciens, vbicumque moram trahere oport-  
tuīt, euangelizando, & verbo, ac opere in  
fide instruendo, multa, & admiratione di-  
gnissima fecit miracula. & aliqua tum in  
Apulia, tum in Campania suę professio-  
nis cōnobitis loca suscepit. ac tandem in  
Siciliā pertinet; vbi primum 13 Panor-  
mus ei hospitium dedit, 14 in mona-  
sterio Sāctā Mariā, cognomēto de Crypta,  
ordinis Sancti Basiliū. vbi Athanasius mo-  
nasticam duxit vitam, antequam in Ale-  
xandrinam Patriarcham assumptus foret,  
quod nōdūm ibi domus Carmeliticę pro-  
fessionis esset. hic spiritus feruore incom-  
parabili, diebus quadraginta, quotidianis  
sermonibus vacat Angelus, & incompara-  
bilia conuersationis opera, & fructus incredi-  
biles protulit. nam & Iudeorum septem  
supra ducētos conuersi sunt, & de Ismaeli-  
tis plurimi. Christiani vero fere omnes ad  
pœnitentiā reduci, infirmi quoque non  
pauci diuersis ægritudinibus vexati, ad sa-  
nitatem restituti, quibus peractis eisdem  
assumptis socijs, maiorem Insulę partem,  
vbi Sanctus sua prædicatione opus esse,  
Christo inspirante, cognoscebat, verbum  
Dei sequinādo peragrat. plurimis inte-  
rim Carmelitanę professionis habitum cō-  
cedit, & loca aliqua Carmelo addit. ac  
denique Agrigentum, vt illius urbis Anti-  
stitem reuerenter salutaret, proficiuntur.

**Quod S. Angelus mundauit 7.  
leprosos, & sanauit Ar-  
chiepiscopū Panor-  
mitanum ab in-  
curabili in-  
firmi-  
tate.**

15

**P** Otto transeunti per 15 balnea Cī-  
phalij, in ipso Thermařum loco, in-  
uenti sunt septē viri leprosi, videlicet Ioan-  
nes Drepensis, Pinus Thermensis, Fran-  
ciscus Paetensis, Andreas Notensis, Laz-  
arus Randaciensis, Antonius Calatanisettē-  
sus, Mansfeldus Suteranus. quibus cum ali-  
quamdiu balneorum custos contenderat,  
prohibens, ne balneum intrarent, ipsum le-

prosorū non esse attestans, tum ille eorum  
controversiam audiens, dixit: pacem ha-  
bete, præcor, viri Christiani, & audite, obse-  
cro: creditis ne, balnei virtute sanitatem  
vobis restituī posse? at illi credimus, inqui-  
unt. tunc Angelus, error certe vester est,  
viri Christiani, alia enim viā salus vobis  
querenda est. pœnitēre vos peccatorum  
oportet. contritione præviā confessio, ve-  
stra est medicina; qua, sine balnei ingre-  
ſu, iam liberati eritis. his auditis, sancti vi-  
tri monitis parent; & pœnitentia sacramen-  
tū perficiunt; quos Angelus proximi for-  
tis aqua, proprijs manibus lauit, & oratio-  
ne præhabita, per virtutem Iesu Christi le-  
pram abire iubet. subitoque eorum carnes  
mundissimæ visæ sunt; ac si numquam lepre  
contagio laborasset. sanatis vero Ange-  
lus dixit: cauete, ne in aliam peccando  
graviorem ægritudinem incidatis. scilicet  
enim in hermitatis cauilla est, & peccatum in  
Deum, & proximum. fecit autem vir Dei  
sanctus hoc miraculum palam. quod ma-  
nifestum fuit viris centum, & triginta præ-  
sentibus; præcipue vero Gotfrido Panor-  
mitano Archiepiscopo, qui doloribus pres-  
sus, in balneis morabatur: & Deum ma-  
gnificans in sancto viro Angelo, subito &  
ipse sanus fuit,

**Quod S. Angelus Agrigentū  
curauit paralyticos, dç-  
moniacos, cœcos,  
& surdos.**

## C A P. XXIV.

**D** Iscellūrum Angelum Antistes Pa-  
normitanus multis precibus detinē-  
re nicitur, quem vbi confirmato animo  
abiturum videt, Agrigentum usque comes  
sequitur. vbi quinquaginta dierum spatio,  
quotidianis prædicationibus Angelus ope-  
ram dedit: & populum ad pœnitentiā,  
& deuotionem usque adeq; conuertit, vt  
fere tota ciuitas, opera pietatis, & religio-  
nis complexa, uberrimas salutis fruges  
proficeret; summo Dei, & catholicę fidei  
cultu, iustitia obseruantia, & pacis, fidelis-  
bus restitutis. illuc paralyticī, Dæmoni-  
bus vexati, cœci, surdi, leprosi, alijsq;  
infirmitatibus varijs oppressi a di-  
peritis insulæ partibus confluens,  
q; meritis Sancti Angeli re-  
cuporata sanitatis be-  
neficium receper-  
tunt.

Quod

**Quod S. Angelus venit ad opidum Alicatam, & cœpit exseque mandatum Domini.**

**C A P. XXV.**

**K** Alendis Martij dimissa Agrigento, Alicatam peruenimus, quo præcipue Christi Domini nostri præcepto ad prædicandum missus fuerat Angelus. venit & nobiscum Panormitanus Antistes, Angeli Sacraffissimi diuino colloquio mirifice delectatus, in cuius domo hospitari, & cum ea diebus aliquot permanere, antequam nostræ professionis locum, qui non multis ante annis ibi constructus fuerat, ingredemur, multis eius præcibus coacti sumus, missus ad Priorem loci fratre Iosepho, & venia impetrata. denique Religionis domum ingredimur, & omnibus iuxta professionis morem peractis. haud multo post, cœpit Angelus vchementissimo sui spiritus feruore prædicare, vitia arguere, peccata detestari, incestum damnare, sacrilegia, stupra, & id genus facinora, quibus ira Dei provocatur; pœnas, & supplicia, quæ subiuntur sunt oblitati, proponere; Dei vñsionem ad memoriam reuocare, iusticiam docere, scripturarum dogmata aperire, & alia huiusmodi declamationibus quotidiani agere, quibus plurimi, licet maximis innodati sceleribus, & malis malorum artibus irretiti forent, ad cor redire; gemitu, & lacrymis cordis dolorem præferentes, & Dei misericordiam implorantes, quos Berengarius 16 tyrannus ore impudenti rendens subannabat, quem Sanctus Angelus seruato caritatis, ac fraterræ correctionis ordine, quam sapissime monuit, ut Deum mutueret, incestum dimitteret, Christi legationem audiret. & ita quidem monuit, ut nihil prætermissum relinqueret, quod ad eius reductionem attineret. at illa in dies insolentior effici, in malitia gloriari, & obdurato, ac inflato animo iura, leges, & divina oracula detestari, iustitiam contemnere, Deum exsecurari, aliquæ huiusmodi, factiosa tyrannie fretus, agitare cœpit, Angelo denique metum incutere, vt prædicare desisteret, minis, & multis modis tentauit, namque homini perditissimo aliorum etiæ resipiscientia, & ad Deum conuersio mirum in modum displicebat, omnesque suæ perditionis participes fieri cupiebat: verum Angelus Christi præcepto intactus, spiritu ardenterissimo, quotidianæ prædicacioni incutiebat, donec tandem ea prædicante, mulier nomine Margarita, cù tribus filijs, quos ex fratre Berengario carnaliter cognito conceperat, pœnitentia adducta, quinto Maij die, quo maior litania est, coram toto populo, flens amare, & magno cordis dolore incensa, in medium processit. ubi precor, inquit, Angele Sancte, pro no-

stra salute à Deo misse, vt ores pro me miserrima muliere, que Diabolica potestati subiecta diu, vix expiabili peccato derinco, iam enim transiguntur anni duodecim, quibus cum fratre meo Berengario, de quo hōsc concepi filios, in nefandissimo scelere perfisti. cui Angelus Deus clemēs, & misericors, qui te conuertit ad pœnitentiam, peccatis tuis parcere dignetur. hoc criminis sic manifeste a muliere pronuntiatio, Berengarius spiritu Diabolico magis agitari cœpit, & Sanctum Dei Angelum, cuius prædicatione mulier ad pœnitentiam conuersa, peccatum præculit, interficere dispositus.

Et D. Angelo necem comolitur.

**Quod S. Angelo apparuit D. Ioannes Baptista, & animavit eum ad subeundum martyrium, cuius diem prædixit.**

**C A P. XXVI.**

**N** Octo itaque sequente, Angelo Ioannes Baptista apparuit, quem Dominus Iesu verbishortatus, dixit; scito, Angelus, humilitatem, obedientiam, castitatem, constitiam, aliasque, quibus te donauit Altissimus, virtutes tuas ipsi Domino Iesu Christo, & magnæ eius Matri semper Virginis mirifice placuisse. quo circa gaude, & letare, mortem brevi gloriosam recepturus. quia exsultant Angeli te simul cum sanctis in patria exspectantes. accingere igitur sancto operi, vt quinto die Maij sanguinem tuum pro veritate effundas, intrepidus Christi miles, qui coramiso prælio, & victoria, parta, victor trophyo perduceris ad gloriam. his auditis gratias Deo immenses egit, & Ioannem Baptistam veneratus, eis intercessionibus apud Deum, & Virginem se plurius commendauit. manu vero primo, Dominicis expletis officijs, vocat Angelus fratrem Iosephum, fratrem Petrum, & me Enoch: quibus S. Ioannis Baptista visionem recitat; & quinto Maij die, secundum amorem Christi gladio peremptum iri affirmat. cui Petrus, euitanda, inquit, hæc mors est; & hic nobis sine dubio secedendum, ne defuerunt persuasions tum ab eo, tum ab alijs adductæ, vt inde abiremus. ceterum omnibus auditis, tadem ipse orate, inquit, obsecro, filij, vt quod ordinatum est à Deo, Patre, Filio, & Spiritu sancto, hoc martyrum intrepido, & constanti animo pro Christo patiar. iam enim, vt Apostolus cupiebat, & ipso nunc maxime cupio dissolui, & esse cum Christo. mox vero subiuxit, sepius repetens: sufficit, sufficit, sufficit mihi, Domine: tolle animam meam.

(:†:)

De

In Alicatā tonare, ad versum flāgitia.

16

Berengarium, Dei legatum deridet. Angelo denique metum incutere, vt prædicare desisteret, minis, & multis modis tentauit, namque homini perditissimo aliorum etiæ resipiscientia, & ad Deum conuersio mirum in modum displicebat, omnesque suæ perditionis participes fieri cupiebat: verum Angelus Christi præcepto intactus, spiritu ardenterissimo, quotidianæ prædicacioni incutiebat, donec tandem ea prædicante, mulier nomine Margarita, cù tribus filijs, quos ex fratre Berengario carnaliter cognito conceperat, pœnitentia adducta, quinto Maij die, quo maior litania est, coram toto populo, flens amare, & magno cordis dolore incensa, in medium processit. ubi precor, inquit, Angele Sancte, pro no-

De Martyrio, & Transitu  
S. Angeli.

## C A P. XXVII.

<sup>19</sup>  
Angelus de  
suggesto  
verba facies  
pugione cō-  
figitur.

**A**dueniente quinto 17 die Maij, res diuina peracta, & in Basilica Apostolorum Philippi, & Iacobi, prope mare, coacta populi multitudine, quinque hominum mulia excedente, Angelus prædicare cepit tanta diuini spiritus efficacia; vt omnibus de celo missis nuntius indicaretur; qui hominum mentes, neglectis mortalibus curis, ad cælestia subleuaret. mirabatur iam vniuersus populus vultum eius, & suspiciebat faciem quasi candenter, vt fulgur quo sic prædicante, superuenit Berengarius furijs plusquam cerbereis agitatus, magna sceleratorum, & sua coniurationis cohorte comitatus, & populo spectante pulpitum ascendit, atque Angelum diuino operi innixum, tamquam agnum mansuetum sanguinolentus inuadens quinques pugione percutiēs, quinque letalibus plagiis transfodit. quod sacrilegium, & nefandum facinus contra innocentissimum, & vere Angelicum virum impio, & nequam commissum, populus non sustinens, sanguinarium tyrannum interficiendum insequitur. Angelus vero letalibus affectus vulneribus, iugiter eius corpore sanguinem effundente, nullo dolore percitus, nullo percussus metu, sed vultu hilari, & atri voce populum hortatur, vt Berengarium dimitteret, cuiusque sororem potius ad pœnitudinem conuersam, ne à furente trucidaretur, seruaret. positis deinde genibus, crucifixi imaginem versus, iunctis manibus, & oculis subleuatis, pro vniuerso populo, & obitus sui memoria agentibus, orauit, Crucifixum deprecatus, vt qui pro omnibus passus esset, suis etiam persecutoribus ad pœnitentiam conuersis veniam concorderet: & diei illius, ac obitus sui memoria agentibus optatam omnem gratiam impetraret. qua oratione peracta, psalmum cantare coepit: Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum. & psalmum: In te, Domine speravi, non confundar in æternum. & ubi peruenit ad illum versum: manus tuas conmendo spiritum meum: auditæ vox est de celo: veni, Angele, ad regnum tibi, & electis meis paratu à constitutione mundi, vt gaudeas cum Sanctis, ac inter Angelos in caelis colloceris; & cum martyribus in æternum uiuas, qui in superiora Hierusalem triplicem iam tandem au-reolæ meruisti. his auditiss felix anima. 18 ceu columba candidissima, e corpore exæstivæ est. & lux sole splendidior, supra Sanctissimum Martyris corpus videri; & cantus suauissimi, ac mirabiles audiri coeperunt: odores inluper de corpore illo ineffabiles exierunt, quorum fragrantia incomparabili opidum impletum est. at Berengarius domum accurrens cum sororem interficere

nequivisset, conscius sceleris tanti, siue impotens, ac desperatione ( sic diuina, ut Ioseph olim Judas ) superatus, laqueo se ( vt Iscarioth olim Judas ) suspendit. cuius corpus locis profanis populi vniuersi decreto expositum, atque insepultum, teris relatum est dilacerandum.

Quod anima S. Angeli apparet Gotfrido Archiepiscopo Panormitanu, cui commendauit, corpus suum sepe laret.

## C A P. XXVIII.

**E**o die Gotfredus Antistes Panormitanus prædicationi Martyris Angeli, prout consueuerat, alijs impeditus, interesse non potuit. domique cum lectionibus Sancti Bernardi vacaret, clarissima luce resulgens ipsius Martyris anima, thalamo clauso cōmoranti apparuit, dicens. Gotfride Antistes, vale: & quod facis, Deum timē. ego vero Christum pro te orabo, ad cælestem patriam profecturus. tunc Gotfridus non mediocriter territus; quis obsecro es? ille vero; ego sum Angelus Carmelita, hodie gladio peremptus in Basilica Apostolorum Philippi, & Iacobi. vade, & sepelias corpus meum in loco ipso, vbi Iesu Christi amore martyrium sustinui; & pro iustitia, & veritate morti traditus fui.

De funere Sancti Angeli,  
& miraculis.

## C A P. XXIX.

**T**risti hoc accepto nuntio, incomparabili Antistes dolore cōficitur, nec potest lacrimis temperare, tanti viri iacturam ex corde deplorans. cumque non multo post, multi insigni pietate viri, imo de pectora suspiria trahentes, ipsique præcipue Carmelitici Cœnobitz lucu, & amissi tati patris dolore, & gemitu ducti, ad Antistitem illum, tamquam præcipuum Martyris amatorē, conuenissent. Præsul ipse alios consolaturus, consolatore indigere videbatur, casum lugubrem miseratus amici, cuius virtutem nouerat, cuius sanctitatem sat laudare non poterat. procedit itaque cum tota familia, populi laudationes, quibus oppidum complebatur, audiens. & ubi tandem peruenit ad Sanctam Basilicam, odoris fragrantia, & cantu Angeloru melifluo quasi raptus, non nihil siltore iubet. mox sanctum corpus reverenter veneratus, & voce lamentabili, minus audientem sic est affatus amicam: ò Angele, vera pietatis ama-

<sup>18</sup>  
Lux supra  
martyris  
corpus eri-  
cat, canthus  
& odor ce-  
lestis.

amator, Christi athleta fortissime: quz tāta eryanis furentem illius excutit animū, qui te vnicum sanctitatis exemplar, crudelibus his vulneribus foodauit: & mentem sacrilegam: & pectus efferum: & impiam manū, quz temporis nostri specimen, firmissimam ecclesiaz columnam, fidei catholicæ clypeu sustulit. digna, Berengari, te mandant supplicia, cui iustam Dei vltionem, mors peperit Martyris innocentis. at tibi, Angele, velut Baptista Ioanni pro redarguto inceitu morienti, æterna comparata est gloria, & immortals corona. istis, & alijs pluribus pie, & amice prolatis, corpus honorifice sollemni apparatu, sublimi in loco, constituti curauit. & diebus octo, cereis faculis circumquaque accēsis, & iuxta Ecclesia morem, officijs pro Martyre celebrari solitis, horis omnibus celebratis, custodiri fecit. his autem diebus, quot quātaque gloriosus Dei Martyr miracula fecerit, explicare difficile esset. nam surdis auditus, lumen coecis, claudis gressus, mundities lepra vexatis, paralyticis sospitas, & denique quavis etiam incurabili ægritudine pressis, qui per ipsos dies octo sacratissimum illud corpus tetigere, sanitas restituta est. orta autem fuit pia admodum cōtrouersia inter Carmelitas, & eos, qui Ecclesia præterant SS. Philippi, & Iacobi, de Martyris sepultura, quā in Archiepiscopi auctoritas diremit, attestantis Martyrem, ut eo in loco sepeliretur, vbi fuit martyrio coronatus, petijisse. cui accessit & tons 19 cōdem loco miraculose scaturiens, vbi sanguis Martyris sanctissimi profusus fuerat, cuius liquore, omnis languoris solet curari infirmitas, festo præcipue die, & festi vigilia eiusdem Sanctissimi Martyris. fuit 20 itaq; sepultus eodem in loco, vbi fuit martyrio coronatus, manibus proprijs eiusdem Archiepiscopi Panormitani. & in his omnibus Frater Petrus, Frater Joseph, & ego Frater Enoch Socij fuimus, anno Domini nostri Iesu Christi CI CCXX. obiit die quinto Maij, die vero XIII. Maij fuit sepultum corpus eius.

19  
Vbi profusus D. Angeli sanguis, tons manat.

20

### Reuelatio D. Ioannis Baptiste facta B. Athanasio Patriarche Alexandrino.

### CAP. VLTIMVM.

21  
**A**thanasius 21 de Claromonte Panormitanus, Ordinis S. Basilij, meditatione diuina Patriarcha Alexandrinus, Dei seruorum minimus, spectabili viro, & nobili Friderico de Claromonte Panormitano, fratri suo, salutem, & pacem.

Frater Angelus Carmelita, vir doctrina,

& sanctitate singularis, ac spiritu Dei ad diuina opera excitatus, tñ spectabilitati voce vita renuntiabit, quod prætentus nos scriptis significamus. nuper enim, felto die Annuntiationis Beatæ Mariae Virginis, cum post matutinas noctis, quasi circa horam nonam, orarem in Basilica S. Ioannis Baptistæ, ante sacratissimas eiusdem Reliquias, vidi apud me bonum annorum ferme triginta, cuius aspectus nitens, & lucidus, tamquam sol, totam Basilicam illustrare videbatur. is induitus pellibus canorum, & tenes manu vexillum sanctæ crucis, ter vocavit me, dicens: Athanasi, Athanasi. Athanasi, scito. & sis certus, quod voluntas Dei est, & desiderium meum, vt imago gloriose Virginis Mariae, & reliquias, que in hac conduntur Basilica, in Italiam mittantur. nō enim diu, quz huic populo imminet, diuinæ vltionis ira differetur. has fratres Angelo Hierosolymitano, qui in Insula Siciliz pro veritate dicēda martyria sustinebit, sicut & ego sustinui, credes, & consignabis. qui eas magna fide, & deuotione cū socijs Petro, & Josepho, & Enoch portabit, qua apparitione territus, & non mediocriter tremebundus, demū resumptis non nihil animi viribus, interrogavi, quisnam esset & ille, Ioannes, inquit, Baptista sum, Precursor Domini nostri Iesu Christi, cuius Reliquias sunt in ista Basilica: eas ad Fridericum de Claromonte, Fratrem tuū, deuotum, & timentem Deum, mittas. qui cum Honorio Pontifice eas suscipiet, & vbi diuina voluntas disposuerit, honeste reponet. & his dictis, non amplius apparuit. huius igitur oraculi præcepto moniti, habita prius oratione, & firmato nobis proposito, per ipsum reuerendum fratrem Angelum præsignatum, & socios eius ipsas Reliquias tñ spectabilitati mittimus. Reliquiz 22 autem ha sunt; imago gloriose Virginis Mariae, brachiū, & tibia S. Ioannis Baptistæ, caput Ieremie Prophetæ, brachium S. Catharinae Virginis, & Martyris, tibia S. Georgij: de quibus, prout Dominus disposerit, consulto Sancto Patre Honorio, Pontifice Romano, dispones pie, & religiose, vt tu præstare solitus es erga Deū. audies autem plura ab eo ipso reuerendo fratre Angelo, cuius colloquio mirifice delectaberis; quem vt optime dignoscas, & omni studio complectaris, hortamur. est enim non minus opere, quam sermone mirabilis, & præcipius veritatis amator, ac fidei catholicæ defensor acerrimus. cetera, quz de ipso referri possunt, admirandæ sanctitatis opera, quod ipse brevibus scriptis assequi non possum, & tu (vt spero) facile cognosces, silentio prætero. Vale in Domino nostro Iesu Christo, & orationibus S. Honori Papæ nos cōmenda. Alexandrina, anno D. N. Iesu Christi CI CCXIX.

Vide Annotadurſ. fol. 64.

D 3

Anno Chr.  
1230.  
1. Aprilis.

# DE BEATO NICOLAO MONACHO NETINO.



**ONSTANTIA** matre,  
& Friderico in Sicilia  
regnatis, Isimbardus  
Morengia, Neti dominus,  
& Cara eius vxor,  
cum genere, tum pietate  
in signes, templum D.  
Marie, adiunctumque

Cenobium, quinto ab urbe Neto lapide,  
ad Aquilonem condidere, agrisque Arco,  
(a quo Cenobio nomen, quod in eo aedificatum)  
Planetta, Gaitanino, & Bulchalem  
dotauere, quæ Fratribus, & Abbatii Rodulfo,  
ebrumque Ordini Cisterciensi tradita,  
confecto instrumento donationis, anno  
Christi CI CCXII, mense Nouembri:  
Ex eo Cenobio, familiaque Cisterciensi  
exsticuit B. Nicolaus, Netinus, cuius Reliquiae CCC.  
ferme ante annos, apud Netinos in honore habentur. fama est, illum  
fuisse de familia Comitis Isimbardi, fun-

datoris Monasterij. eius vita, rerumq[ue]  
geltarum nulla existant monumenta, pluteo  
vero sanctitatis. etenim corpus primum  
humo levatum, in templo S. Marie ab Ar-  
cu, in agro Netino, sublime dadrantes IV.  
seruabatur. inde in urbem Netum transla-  
tum est, in ædem Cisterciensem, conditumq[ue]  
arca in oculo visitur. sed brachium vetere  
argento incisum, in cuius fronte Monachus,  
diademate ornatus est, hac  
cum inscriptione: *Sanctus Nicolaus de  
Arco.* attamen vulgo B. Nicolaus appellatur.  
de quo hæc Vincentius Littara, homo  
Netinus antiquissimum Cenobiū Cister-  
ciensi familia ab Isimbardo Comite anno  
fakutis CI CCXII. est conditum. ibidem  
eius sepulchrum monstratur; in quo etiam  
Reliquiae B. Nicolai, Netini, Cisterciensis  
Ordinis; quarum nonnullæ, thecis argen-  
teis clausæ, in honore sunt.

Vinc. Litta  
rain Topo-  
gr. vrbis  
Netinae.

## VITA

Anno Chr.  
1236.  
28. Mar.

# SANCTI CONONIS MONACHI

## EX GRAECIS CODD. VERSA.

3  
Conon Ne-  
fianus.

Monastici  
habitum S.  
Basilij sus-  
cipit.



**ONON** a patre milite,  
ac nobili genitus, apud  
3 Nesus opidum na-  
tus est, Rogerio Siciliae  
Rege: adolescens cum  
illud ex Euangelijs au-  
diret; qui amat patrem,  
aut matrem plusquam me, non est me di-  
gnus, eo dicto permotus, monasticum ha-  
bitum Diui Basilij suscepit. precibus in-  
zede S. Michaelis dum vacat, peregrinatio-  
nem instituere statuit ad Hierosolymitanam  
Vrbem, & adiacetia loca Christi Do-  
mini vestigijs consecrata. quo tempore Hiero-  
solymis morabatur, cum serpentem vi-  
disset ad religiosi cuiusdam guttur, vocèq[ue];  
excepisset; alstringe, & suffoca: statim ho-  
minem adit, monetque, ostento, quod sibi  
factum erat, enarrato. ille incusat se, mul-  
tam pecuniam concessisse, confessiones au-  
diendo. hic Conon verba illa ex Euangelijs  
recitans: nolite thesaurizare vobis thefa-  
ros in terra, ubi ærugo, & tinea demolitur,  
virum impulit, persuasitque, ut quantum

pecunia contraxerat, gratisque acceperat;  
pauperibus gratis daret. In Siciliam exiude  
Conon regressus. cum parétes vita fundos  
reperisset, patrimonium omne in egentes  
distribuit; memor ipse diuini effati, in su-  
dore vultus tui vesceris pane tuo, agrorum  
cultu viuebat; vnaque fructibus, quos per-  
cepisset, pauperes sustentabat.

Interea puella quædam ex impuro ado-  
lescente prægnans, tormentis adacta à pa-  
rentibus infante Dæmone, crimen in-  
Cononem innoxium, insciuumque contulit.  
quæ accusatum, Præfectus opidi fla-  
gellis cædi iubet. lictoribus Cononem  
spoliantibus, cum vermis e cingulo ferreo  
decidisset (sub eo enim putrefacta caro ver-  
minauerat) inclinans se delapsum vermem  
resumpsit, & in locum, vnde deciderat red-  
didit. interrogantibus, quid egisset carnē  
meam, respondit, in locum restituí suum.  
quò illi viso, asperam vitæ Cononis ratio-  
nem contemplati, rem ad Præfectum de-  
tulere, qui Cononem in cellam suam remi-  
xit, ac mulier quæ Dei virum criminata  
fuerat,

In Cononē  
calumoia.

suerat, abrepta à Dæmoniæ clamatibat: nō nisi per Cononem liberari posse: sed ob contumeliam torqueri se, quam in Cononem falso reieceret. igitur ad Cononem adducta, ab eo liberata est. Præfæcti Nesi-tanorum filius apoplexia, insaniaque corruptus ad Cononem delatus, curatusque ab eo est, palmaris verme ex aure eius educto. Parentes Cononem statim conuenero, eique gratias egere.

Ceterum cum Cononis labores remunere præmijs vellet Deus, misit Angelum suum, qui visitans in cella Cononem, spiritu eius in celum sustulit, quo defuncto, campanæ in opido Neso, nemine impellente, vi-

sua sonitum edebant exterriti prodigo opidani, ad Cononem de re consulturi, accurrunt. iam demortuum inuenere. sed ex demortuo suauissimus odor afflabatur. in eius manibus tabella erat, inscriptis precibus, quibus Conon Nesi liberatione a quo us furore, ac tyrannide à Deo est flagitabat ut qui dolore aurum conflictati, opem eius inuocarent, sanarentur: qui eius Ecclesiam & Reliquias viserent, à dominatu Dæmonis in hac vita, & in futuro seculo liberaretur. obiit (4) anno Domini 1236. quinto Kalend. Aprilis.

Ex eius cor  
pore odor  
suauissimus  
efflatur.

Vide Animaduers. fol. 67.

## ILLVSTRIA QVAEDAM MIRAC. DIVI CONONIS MONACHI

Nesi domi-na à graui morbo cou-  
ualeſcit.



Susanna Cardona, princeps femina, Collisani Comitissa, & Nesi Domina, Neapoli ægro corpore detinebatur: annus erat 1514. à partu Virinis, quo Messanam in Siciliam nauigauit rerum domesticarum, amurandi cœli cupidine à hic nullum morbo leuamenq; quia illam in dies gravior fatigabat. per id temporis Conon fama miraculorum clarus, per Siciliam canebatur. quibus Susanna in spem erecta valetudinis recuperandæ votis pro incolumitate nuncupatis, in Neum contendit, ad sepulchrum B. Cononis. sed viarum labor adeo morbi vim auferat, vt posteaquam in opidum peruenit, nec egredi domo mulier quiuerit, visenda Cononis ad breui de salute eius à medicis desperatum est. at Susanna quamquā inualida viribus, in Deū valebat spe. igitur gnara periculi, eqq. flagrantius ad assistētes versa, orabat. quod suos per dolores diuini hominis Reliquias coram venerari nō permetteret, vt studium, vt officium erat, deferri ad se, quo decebat cultu, contéderet. hoc daretur morienti solatium. nec dignaturū Cononem testi eius angustias. statim nobilissimæ feminæ datum, quod experteret, eiusq; pietas promereretur. sacram caput allatum, insigni cum comitatu prælucentibus facibus. quod vt visum, erupit ægra in luctum. oscula inter, & lacrymas, mira cū fiducia Cononem adlocuta: fer opem miseræ. iuua pericitatem: solare spem clientis valida, qua apud Deum potes, intercessione. mirum dictu, visuque repente recreata est. lætaque valetudine surrexit. manent adhuc preciosarum vestium Reliquie, opulentiam Comitissæ, pietatemque ostentant.

Tom. 2.

tes, quibus B. Cononis ædem beneficij menor exornauit.

Ceterum Beatisimi viri Cononis miraculorum immensa est series. ea feligæ, quibus Nesitani patronū suum æstiment, ac venerantur, tutelam opidi, periculorum partię expulsorem, cuius patrocinio pestis, belloq; ac fame liberata est. Etenim quo anno, (is fuit 1518.) Siciliam foeda lues affixit Neso intacto, integra fere opida, vrbesq; depopulata est. sed ingens metus Nesitanos incenserat ob propinquitatē locorū malo ardescentiū. cū honestæ mulieri pro patria orati visus est per nocte Conon, eaq; ita adlocutus: abstruderet metū, patriā à pestilentia liberā, Dei munere, certo vulgaret: leta ad ciues, & cumulata gaudio perferret. atq; oraculum alios in annos, quibus per Siciliam gralsata pestis, verum fuit,

Partiam à  
Luc paxer  
uat.

Digna memoratu præliatoris egregij decora. Hispanorū, Gallorūq; validissima inter se bella in Europa ardebant; & que exitiosa vicit, atq; victoribus, prauo ea exéplo, orientis viribus aucta, Solimano Tyrāno in fœdus ascito à Frācisco Rege Galliarū. annus 1544. graui vulnera Italā affixit. nā Solimani classis, firmatis cū Gallo cōditionibus Cōstantinopoli soluit aduersus Carolū V. Imp. Hispaniarū & Sicilia Regē; Præfecto Ariadeno mortalium saeuissimo, qui litora Italiæ, vrbesq; & insulas Tyrrheni maris devastaret. Ariadenus igitur, perfidus trāsfuga fretum classe valida ingressus, Reginum excindit. oram dein Italiz præteruectus, & spatia maris Tolonem vñque, Nicæam expugnat, vrbum Narbonis, reuertens maritima Neapolitanorum populatus est. inde in Insulas iram vertit. Hischiam diripit: Liparam kal. Iunijs anno 1545. per dedi-

A Turca-  
rum obſi-  
dione defen-  
dit.

C c tione

tionem, an dolus capit. ex ea triginta tremes expeditæ in Siciliam missæ, Pactim incendere ad proximum Agathyrsum mox nauigatum: effusoque milite, itum est Nesum. iam muros Turcæ subierant, adsultabantq; portæ, expugnationem audentes. cum mutatis repente animis in fugam se dant, persaltus, filuasque, ingenti terrore percussi, præcipitesque. vt metus in barbaros, virtus in opidanos redit, panduntur illico obfessis portæ, qui impetu quodam, diuinoque intinctu flagrantes, in terga barbarorum incurunt; insecuri palantes cedere, imbric glandium obruere, crudere in litus turbidos pauentesque, donec puppes retentarent. causa holtium fugæ opidanis in obscurum erat. postquam depulso hoste, latentes regressi sunt, ex transfiguris, captiuisque cognouere: Turcas ipsa in porta, quam molebantur, incidentem monachum vidisse, atro habitu, specie terribili, ore minaci, ac vexillum luce plurima collucens manu tenebant. territos viri aspectu, quasi fulminibus impetitos, exterminatosque, miraculum, vestemque & vultum reputantibus, Beatum Cononeum consecuisse compertum est: illum ex obfessis terorem in oppugnatores vertisse; illum insedisse muris, patriæ defendendæ.

Extremum miraculum molior. Nefitani impi oþ ero vñsi sunt anno 1571. auxerat eorum curas præmatura hyems, imbris continuis, adeoque fœuis, vt in opidum cōportari frumenta non possent. mare etiam aduerso sidere, ventisque turvescebat, igitur opidum fame vrgebatur; terra marique tempestatibus obfeso, clausoque, iam cives, quod extremum in rebus, opem à cælestibus petere, adire templo, orare Cononem, patriæ columen, & subsidium aduersus pericula poscere. & quidem matu-

rius, quam sperassent, subnentum est; probatumque quantum preces illorum apud Cononē & Cononis apud Deum valerent. exemplo Conon cœlo delabitur ad Thermas Himerenses, horreum nobile Siciliæ, ad Tyrrhenum mare. hic parata nauis frumento onusta Pactim iter destinauerat, ventosque, & mare opperiebatur. Conon nauarchum comiter alloquitur: hanc sibi gratiam redderet, Agathyrsum adnavigaret. ille diuersus animi, modo eximiam viri speciem, sermonemque reuereri; nam visuque & auditu iuxta venerabilis. modo mari irato terrori. demum agendi cautus, panidisque maris, navigationem intemperitam incusat: nec se ventis, & fluctibus per meritatem obiectum, vndarum sudibrium, prædam piscium. at ex ore Cononis melle dulcior fluebat oratio. nauarchum permulcat, abstruso ex animis metu: boscum habere animum iubet, nauemque expedire; frumenta, quo iusserat comportaret; nec sua tempestatum expauescere: celsuram propere. itet; prospere nauiganti semet affuturum. hic euanuit, simulque intravit motilorum animum nauticulatoris amor parandi, & firmitudo aduersum pericula. secutus etiam nautarum ardor. igitur soluta nauis à litore, nam metus fuit ne remorando, cœlumasperarent; præteruolantem vi- disse: haud sine cœlitum subficio, nauigatione celerima Agathyrsum tenuit. nec perinde navigationis celeritas, quam obiecta rursum vita nautas obstupecescere. etenim Conon appulsa ad litus naui sponte oblatus, alloquitur: o uiri, vt res habet? latine, & alacresq; gratias Deo agite. his dictis ubi nautarum gaudia cumulauit, ex oculis ablatus est. Nefitani vero patroni sui subficio recreati, Deum laudare, grataesque decora Cononis attollere.

## DE VIRGINIS DREPANITANÆ IN SICILIAM ADVENTV

S C R I P T O R E

OCTAVIO CAIETANO SOC. IESV.

**N**e excusu operis mei, licet mihi profiteri, quod in principio factum oportuit; Sanctorum virorum, quos Sicilia tulit, historias MARIAE dicare me, Dei magnæ Genitrici, eidemque Virgini intemeratae: huic fas sacra cōmendari, quæ Religionum seruatrix, & Regina omnium, quos vitæ sanctitas in cœlum extulit. nec sane aliud, quam nomen inclytū Sanctissimæ Matris in toto opere scribendū fuit, propria diuina scribentium tutela, mensque aduersum infernos hostes. illam pauculent, qui odere cælestia; eiusque nomine

illis submotis procul, & impedire non ausis, in legentium animis pietatis fructus exuberabit. iam Domina, & ingentium imperiorum potens, modica curarum tueri non aspernabitur, & parua etiam illi curæ, & cordi. Quin codem fons redeat, vnde fluxit & cuius ope constructum est opus, eiusdem nomine ornetur? Illa vitez dux, illa regimē scriptionis meæ, firmando, docendo, patefaciendo vera, ambigua, falsa rerum. illa curarum socia, labori subsidium, ac solatium simul; cuius nomen turris fortissima, cuius quadrigæ salus. Igitur, augustissima Virgo, tibi tribuo, quæ à te accepi, tuoque nomine mihi

Anno Chr.  
1550.

nisi obsignata, ut tua esse, omnibus approbetur. Hos ingenij fructus, coronas meas, apud Drepanitanam effigiem tuam pono, tuzque gloria subijcio. non aliud ob præmium ad te defleximus, quam laudis, ac decoris tui.

Drepanum honesta, ac munica ciuitas, qua Siciliæ fines ad occasum vergunt, Chersoneso imposta, in Lilybœum sinuatur. vnde illi vocabulum curuo à litore, in morem falso. antiquissima, sed obscura origine, eoque auctoribus varia super urbis vestitatem tradentibus. seu Græcos, antea quam Rex Butes, parens Erycis, Argonautarum suæ, vertere soluta perpulsus, illuc ex Asia venisset; sive Sicanos condidisse, vetustissimos Insulæ cultores; sive Saturnum, qua tempestate Ianum fugiens, impotis per edita Siciliæ castellis, oram Occidentis occupauit. sane ciuitas portu nobilis, secundo mari, ac ditibz circum terris. sed maiore ambitu, carminibus Virgilij celebrata, Aeneæ Troiani accessu, Anchise patris sepulchro, cui solennia funerum eo in litore persoluta, & proximo Erycinae Veneris templo. sed nihil æque, ut Drepanum calo exæquem, me mouet, quæ dilectam à Virgine sedem, ceterisque regni urbis prelatam, quam suarum opium regiam, suo nomine inclytam vellet. quantum in Drepani gloria est, Dei Matrem cognomento eius augeri, obstrictisque in vnu nominibus, appellari Virginem Drepanitanam; Iam vero addituri loco decus, adventum eius molimur, nota fama, maximeque fidam memorantes.

Omnes consentiunt, effigiem Virginis Drepanitanæ, turbato Oriente Sarracenorum armis, nostras in terras ex Syria vestas, qua ex urbe ad nos transierit, nemo prohibet. de tempore, aduersaque ambiguum, variaque in vulgus fama; quod nullus sit scriptor origini proprius; deque eas nihil a maioribus traditum esse, mirum, & iudicium fuit. forte historia interire, tabulario Drepanitani Cœnobij, ante plures annos deusto è nostra verò memoria, compofuere Antonius Portus, & Ioannes Franciscus Pugnator. alter alterum, vterque vulgirumores fecuti. quos sequi necessitas fuit, plerisque Aëtorum ad eam diem non dum repertis. nuper Nicolaus Orlandinus hanc tenue lumen intulit. at intutum cuncta sectari, quæ scripsere. nam super id, quod inter se dissentunt, in multis fama erat, eaque promere, vero pretium erit.

Imperante Friderico, Rege Siciliæ, hostis Sarracenus, capita urbe Hierosolymonum, victore exercitu Syriæ debacchatur, exscindendo urbes, concremando templo, sacra pessus dando. neque erat, qui ferociam cohiberet, contraque iret. Enim uero nullæ tum opes Orienti: in Occidente spes. quis hic Principum Christianorum id decus excelso animo capesset. & alios & mulatus discordijs imbuerant scitum, publica circa decora, religionesque ingens socordia. ita distractis nostrorum

Tom. 2.

viribus, aut malum in otium resolutis. Hierosolymitani Sepulchri recuperatio, belloique Syriacum, non sine infamiam temporum, sine cura habebantur. factum ex eo, ut pleraque Divū corpora, imaginesq; vetusta religione, ne inter ambigua bellorum linquerentur, in Occidentem translatæ sint. tum certo proditum, Angelum Carmelitam, Ordinis incliti Procomartyrem, multas ex Oriente Reliquias Santorum virorum, tabulasque in Italiam deportauisse, de quo in tempore memorabo.

Ea tempestate, erat in Syriae præfectura eques Templarius, genere Italus, apud quæ hæc effigies Sanctissimæ Virginis habebatur in templo, quod à Magistro Ordinis commendatum acceperat. Igitur Guerradius, id enim nomen equitis, si Orlandino fides, cum animo reputans hinc celestis iræ minas, Orientem, olim fidei exemplum, iam perfidæ, sauis hoitibus in ultionem dari: inde cuncta in Sarracenum prospere fluere; simul imbutas odio mentes aduersum Christiana instituta; subibat ingens metus, ne religiosissimum simulacrum, victori Barbaro ludibriū, impio ferro temeraretur. ergo scelestis armis, & iniuria procul habendum ratus, nauim imponit, teliores in terras iturum: Pisæ, urbem Italiz, missum ferunt, vnde equiti origo. & cælum, & mare, & irati venti nos inuere, & ipsa potissimum Virgo, cæli, marisque, ac ventorum potens, quorum valido impulsu natis in pelagus rapra, quod Africam, & Siciliam inter; vadisque infestis Lybiez vitatis, amica litora petebantur. sed tenendi adempta spes, urgente violentia ventorum, iam prope naufragium nauis. igitur leuando alueo, merces in mare proiecitur, quæ Drepanitanam ad oram, secundante tempestate, deferebantur. haud Drepano procul, in mari, quod indito nomine ex reperta in eo effigie, adhuc Sanctum appellant, superfluentem arcam aduertere Pisatores, plenamque mercium exitimantes, traxere in litus, quod proximum ædi DD. Cosmæ, ac Damiani. effringunt audi, aspectoque Dei Matris simulacro marmoreo, latum id regno, urbique gratiantur: multo ditiones opes inueniente rati, quam sperassent.

Hæc qui legerint, veniam dabunt, in Oratorium stylum irrupisse, seriemque rotundam interruptam, ninio amore Virginis, defendent. temperare non possum, quin eam in laudes, gratesque aduentum tuum, Domina, Sicilia gratulor. marentes, afflitos, cgentes opis, vitro visere dignata es. immète benignitati tua gratias habemus, dum vox, dum Sicilia erit, habituri. Leti accolæ, subiectique, Reginam Siciliæ, te veneramus. nostra omnia, hoc uno nomine, tibi obnoxia sunt. sed hic titulus te maior est, cui orbis terrarum, cælumque obedit. Quid / omnia mortalia, infra honores tuos. at nos, quantum possimus honoris tribuimus. Quod si pro tua lenitate accesspris magnum erit, atamen, quale-

A quo mis-  
sum, & quæ  
in urbem.

In litore,  
Drepanita-  
no inuenient.

C c 2 cum.

cumque illud est, augeat amor, & nostra in te studia. quidquid est urbium, opidorum, arcium, portuum, venientem consultant. certum omnibus, augendo Siciliæ decori venisse, eidēq; rutandæ aduersū hostes, & ingruentia malorum. atque aduenisse tecum lætitiam, claritudinem, præsidium. omnia in te una adeperi sumus. ipsi montes, & flumina, & silvae, & agri, nouam vberitatem deferenti, plaudunt oramus, bona Regina, gratiam tuam. tuz iustitiz fuit, terras perfidia temeratas liquisse; clementiz, nostras gratuito adire. has ne deserendi casus detur, piare velis, tuoque descensu sanctiores facere. hinc latum omen futurorum accipimus, nostrum in solum vitro venisse. enim vero cōfidimus, vbi tam magna, numquam expedita, nec cogitata sponte cōcesseris; longe maiora iulte, acriterque experientibus, multoque largius cōcessuram id primum, impensusque, te ipsum, tuique donum, dum mundus erit, penes nos æternum precamur. at quamquam non soli Drepano, sed toti Siciliæ veneris, sedem regni in agro Drepanitano delegisse, haud sine inuidia est urbium reliquarum. tuz regiz hæc vna ambitio gloriante Drepano, te propter inuideri, & adiri. felix urbs, vbi fixa misericordiz tribunalia, vbi cælestis clementiz exstructa ara, in qua mortaliū precibus benignissime aures darentur: vbi gratiarum fontes gratia mater aperuit, ipso in mari patescentes.

Nec sine ini  
raculis.

Quod auditum mali, iuxtaque creditū, effigiem ipso in litore, hand sine miraculo, reclusam. iam Drepanum fama pertulerat, repreatum in mari simulacrum Virginis. pulchritudo eius, ac miracula narrabantur. auditis, decurri ad litus: & plerique ægrotantium viso, tactu, morbis crepti sunt. hinc aucta imagini veneratio, & flagrantior deferendi in v. b. consensus. quod prōptū, imponunt plaustro, qui adfluxerant ex Sacerdotibus, populoque constantibus. vbi ventum ad zdem Virgibis, cui Annuntiæ nomen, boues effigiem sistunt, neque per stimulantum telis, nec multo verbere, aut villa vi moueri loco, tamquam fixi aduersum urgentes retinerentur. idque animantium, natura brutum, detrectare iter videri, quasi vetitum à Virgine intelligeret. tamdem omnes mentem diuinæ Matri introspexere, vitroque venientem templo inferunt. simul attollitur exsultantium clamor, laudes, gratesque aduenienti Virginis habentium. cælumque, & campus acclamacionibus festis, proxima quoque saltu, & subiecta litoru complebantur. exin Drepanum nauis adpusa. prodigijs crebescuntibus; eaque nauarcho relinquendæ statuæ necessitatem attulere. sic Carmelitarum templo cessit, oblinione, an dono eius, causus esset, incertum.

Hæc de origine, aduersaq; Virginis celeberrima. atque eo illa occultior, implicantiorque, quo minus ad vetustis scriptoribus memorata. dissensu recenti nonnulli, neque ignotum mihi. sed lige à sapientio-

ribus propriora vero habentur. & animis hoc inclinat. effigiem aduersa tempestate à maricularijs in mare præcipitatam, hinc in litus à Piscatoribus, vt retuli, tradam, e litore in zde vehiculo aduectam. sedenim longe rectius ad ea referri antiqua monumenta, quæ subter epitylia columnarum, in templi gremio, e regione cernuntur, manentque testimonio veri. nauis in altero, intentis expressa velis: in altero, plaustrum à bobus retractum. nam supra trecentesimum annum sculpta faxis, cum fama recentior peruigebat. inde per manus ad præfentes ea peruenit, qui Virginis famulantur in Cœnobio Drepanitano. senioribus eius familiæ auctoribus, à me tradita, penes quos fama incorruptior, & maior vulgo sapientia; eoque potior auctoritas, & certior fides. super hæc adjicerat rationes promptum, sed inutile. haud quaquam tamen reticuerim dissentientis inter se fasax ruores, vt ipsa varietas falsi conuincat. Sed ex templi initijs ordior, & descriptione simulactri, ex quibus arbitrium rerum pendet.

Satis constat ex publicis tabulis, zdem Virginis Annuntiæ à Ribaldo, & Palma coniugibus, in eorumdem prædijs structa. iij Drepanitanos inter honesti, & præclaræ pietatis in Virginem. ingens studium etæca zdes testara, cultusque cura. is vt insignior esset, accitis Carmelitis, quoru. initia maximis in Dei Matrem laudibus celebrabantur, templum pij coniuges domum dedere; simulque adiuncta domum, hortosque adiacentes, ac vacua terrarum. quibus hi fines: ab Oriente vinea hiliorum Conradi Albis; eorumdem Ribaldi, Palmæque ager à Meridie obiacebat; sed ab occasu horti Gilberti Abbatis, viri nobilis. Septentrionalia, via Erycina cladebantur. penes Cœnobium exempla publicarum tabularum seruantur, Peero Verardo, Actaram curatore, & iuratis testibus firmata, ad ix. kal. Septembris, C13CCL post Christum natum anno, quo Fridericus Imperator, & Rex Siciliæ extintus, Idibus Decembriis. Non facile tamen affiruerim, quis annus fuerit, quo simulacrum Virginis acceptimus. sane non ante, nec multo post templum Carmelitis concessum existisse, sapientibus certo creditum. quibus mihi accedendum, manifesta conjectura ex ortu, exindeque D. Alberti. hic enim à parentibus, voto Virginis Drepanitanæ facto, susceptus, & apud eius ferme aram Cœnobiumque eductus: inde toti prouincia impositus. Messanæ illum non longa senecta, sed paruo vietu, cultuque aspero tenuatum, vita deseruit, anno Christi nativitye C13CCCIL. & nemus minus L. annos Alboro dederit. igitur tempora retrolegendo, anno ferme C13CCLIII. ortus est. certe quidem haud multo post aduersus in Siciliam simulacrum, & vi miraculorum inclarescens. sed nihil statuo, huic annum feliciora ingenia repererint.

At quibus altior rerum intellectus, desti  
naram

Origo ad  
Drepanitanæ.

Annus ad  
iecti simu  
laci.

nam Virginis sedem, eo loco recessu exstructam, mirabuntur. haud illa quidem humanis consilijs prouidebatur. super quo differere longius, operæ pretium reor, nam Drepanitanæ Virginis ingens in eo gloria; Drepanum inter, & Erycin planities porrigitur, quæ duobus passuum milibus forme pateat; inde proximum mare, hinc cubitala loca. sed contigua portuata, depresso saque fossis spatia, giguendo fali, quod illic ex attracta maris vada, aestate concrevit. Campi medio, exstructa ædes, Drepano, an imo Eryci propior, falleante prospectu. non sine præuisu Reginæ cali, ut in equo sita, utriusque medium se faceret. & quæ omnibus vetere urbium simulatu deputo, quæ concilians amore completeretur. Et, à benignitate omni, hoc in solo sedem fixisti, erigente delubri Veneris Erycinæ; de ea fane trophosum sistebaris, quæ alim in aduerso colle impie, foedeque culsa. Quod Erycinorum decori penitus datum, ut regionem turpissimi scorti superstitione famosam, immolate Virginis sanctas honestaret; aduersus Venerem Erycinam, Virgo Drepanitana consurgens; aduersus matrem turpissiorum amorum, mater pulcherrima dilectionis, casti timoris, sanctæ spei. illa superba, tumensque ædem statuit in excelso iugo; hæc aniani demissi, sub plana collis delegit. ubi vanissima Dei infami cultu penitus extincto, vesti Dei Genitrix a castis sacerdotibus per laudes, ac sanctissima sacrificia colitur.

*Simulacri  
Virginis  
descriptio.*

Ceterum honestissimæ mortaliæ cupidiñ facies dum mili satis, pernoscendi simulacrum. Drepanitanæ Virginis effigies in pedes stantis, & basi nitæ, nobilissimum opus e marmore Cyprio, levo brachio diuinum infantem sustinens, lœvam eam, altera manu sublatâ, defixa miratur. at pectora in Matrem intendens, dextro brachio supra pectus reiœcto, rotam hanxit: tunica Virginis in modicissimam morem fluxa, etiam pedes regit. vestis exterior floribus, ex auro pictis, modice spargitur. nec pressistrigante nodo, sed filio incambente, collecti vestrum finis retinentur, decoro cudentes. crupidinibus palliorum infantis, sacrifisque Chaldaice hære auro illuminatur. haec diutius in modicissimo, Chaldaicam literaturam rudibus, donec fama Virginis Drepanum traxit, qui patrum sermonem interpretantur, Armenios, quicque terras Babylonæ contiguas colunt; quibus ardoribus, reddita imaginis hæc, viante turbis acceptissima occulta discendo.

Cogitum est enim in margine pallij, quo puer oboluitur, cingulatus. in hac sententiam circumscriptum: Denique magnum, specie parvulum, atque inundum salutare. ad pectus Virginis, orbis est ornatum pulcherrimo, inscriptis intra verbis: Ecce Ancilla Domini. in eiusdem lœvæ vestis ora, hæc incisa: hanc credo Dei magnam Matrem esse. dextraque ex parte: anno 1500XXX. . . Augusti. . . numerorum notas, quo annus supra 1500XXX.

designabatur, diesque mensis certus, vestitas oblitterauit, tenuissimano. haud ambigitur, aboluti simulaci autum ad 1500XXXIX. protendit sumnum potuisse: diem Orlandinus ut certam prodit, quo assumpta in cahum Viego; ad XVIII. Kal. Septembri, argumentum ex eo, quod uto die plurima miracula patrantur; sed haud tanta securitate firmandum, quod non nisi in incerto pte conjecture hititur; & aliæ miraculorum causæ sunt, neque exequi, noluntur est. Adoravere seniores, curiositerum, ac temporum. Augusti mensem, percarum Virginis Genitrici, quem multis euangelis signisset, quo facta statua, quo in Siciliam veda, quo ædes Carmelitis permissa, eodemque simulacrum in ædem illatum, principiumque miraculorum ortum, & plura patrari solita. ad seriem redeo. pone tergum, ima sterna legitur; absoluta scutamque in Euditha, Cypri opida. sed formæ literarum ad pectus Virginis, extremoque vestis aduerse, ex sunt, quæ veterissimæ Chaldaeorum usurpabantur: ceteræ, vero sunt illæ, quæ sequens ætas vulgavit. nec omittendum, interius pallium a tergo his inscriptum: ego Dei seruus, Sacerdos; quæ gladio recens incisa a Sacerdote Armeniorum, qui-huc peregrinatum venisset.

Ceterum effigies admirabilis candore, alabaustum anteiens; decore eximio, & maiore quam humano opere, manuque addiquærerit. omnino non sine ope cælestium facta. atque eo oris habitu, ut quoquo versem flexeris, in te oculorum obitutus intedi sentias, siue aduersam, siue ex ore cornicibus aspicientem. illud admirabilius, videri humanorum affectionum presepte signa, gaudij, tristitia, iæ, vt lati, tristesque Reginam salutatum adierint. latè ipsa vultus, seu tristi; quasi gratia, & misericordia matronæ latitia, aut nostrorum fortunarum, maior afficeret. sed associor in celestos. infixis acriter oculis, flagitia, consuetiamque obiectans, aspernam, ac peccato procul ageta eius indignos. Neq; desunt, qui monent, simulaci specie, scandore, & que, cælitistar, violari non posse. tot entus ante lāpadibus, lychinisq; ardētibus, nihil haecenus miraculo infelix, cù lögiora marmorū, quibus sacrariū Virginis adornatur, sumū bibat. Hic nō prætermiserim rara vocē Hérici Henriquez Comitis Alba de Alista, Siciliam pro Rege obtinentia, praconiumq; de Virginie Drepanitana, qui cù Drepanū venisset, visenda Virginis, spectans effigie decore cælesti, visusq; credido, permodere animū pietate, datitias; ita prolocutus est: pietibus videre pulchriorē, in cælū abeundū est. Exin, ut imperio perfundat, in Hispaniā reuertit, sacre illius ædis gloria, miraculisq; cōmemoratis, Reginā taliū auidā opere maxime inflammat. quæ grandū dēm vestrū partumq; Drepanitanæ Virginis cōmendauit. & eius opere adiuta, benefacij mesor, edicam post stirpes, Aloysiu, cui cognomentū de Soto Maron, militia olim inlytum, Drepanum misit, qui potiori Reginæ gratae exsolueret.

His

Quæ de eo  
falso prodi-  
ta, confu-  
tur.

His expeditis, tradenda milii sunt; quæ alij prodidere, varia fama, ut cuncta ferme vetustiora, nulla ope scriptorum. Ferunt simulacrum Pisæ e Syria missum, cum nostræ illam opes aduersam Sarracenos frustarentur, ardentibus Italiz discordia, acerrima face imp. Friderico, eodemque Rege Siciliæ; ac nautis, qua vehebatur, secundo cursu Drepitanum in portum adpulsa, anno Christi ..... Augusti, hic certa maris operiebatur. vbi secundi status obuenierant, paulumque è portu profugerat, simul aduersis eodem repellebat. sèpenumero id factitatum, nautas, ut sunt eorumdem ingenia, ad superstitionem traxit. subit animum, aduersæ tempestatis causam effigiem esse. haud dubium, cuncta Virginis obedire celumque, & terras. illam maris dominam, cùctorumque moderatricem. quorsum causatio, ac flatuam ludibria navigationem demoraretur illic ne subsistere, cordi estè agitur Pisaniorum rebus. Præfata convniunt: euanta, cōsiliaque patefaciunt, ro-gantque recipere effigiem, feliciore nauigio in Italiæ transmissurus. simul andita in Syria docent super eo simulacro, in Armenia sculptum, Sarraceno: um odijs subtraham, Pisæ mitti. reddere epistolas, quæ ad affines equitis scribentur, colloquandæ apud se statutæ, dum is in Patriam remearet. mirum facinus. statim nauigantibus venti, ac mare secundum, ut effigies in litora exposita, quæ ibidem collocata est, litoralem iuxta portam.

Haud multo post, curanti res Pisaniorum nuntiatur, in ora Panormitana nauigium esse, quod in Pisænum sinum nauigationem expediret. eò simulacrum vehiculæ ferri subbet, quod mira pernicitate, nec intermisso impetu, bones ad usque facellum traxere, fuerat quo illuc Diua Catharina antiquitus sacratum: exin æde inclusum Virginis Annuntiatæ. illius ad forces constitisse animantes, neque alijs subrogatis, aut villa vi effec-tum vt loco cederent. ipsa Virgo conatus aduersa, vincete prodigo, effigies tedi-cula infertur; isque, cuius esset, per locas monitus, ædi perenit. Tum prouisu Drepitanæ Magistratus, additæ simulacro ceremoniæ, cultusque Clericis ciuitatis imposito sed arduum huic, sacerorum solennia, cantusque bis quotidie curare: primum in æde Virginis urbem extra, rursumq; in urbem remeantibus; nec utriquo oneri fieri com-mode sati, nec adesse in tempore dubatur; igitur labore, ac difficultate operis, eam cu-ram Clerus remisit: inde Carmelitarum ad Sacerdotes à Iuratis Patribus translata est. eos acciuisse Ordinem, Virginis ministerio electum, bona cum spe exstruendi Cœnobij. illi volentes oblatam ædem, effigiemq; suæ sceperæ.

His, & talibus plerisque libitum implere volumina, quæ sileti magis excusariue, quæ defendi possunt. Nō enim annalium ex memoriâ, fideque tradita, sed hausta vulgo, im mixtis vero falsis, remeantibus imperitorum per ora rebus. sed auctores errorum

manifesti, connientibus actis, post eoru-dem excessum repertis, his pleraque illorum temporum ignorata, nostris innotuere: feliciose forte nouissimorum scriptorum, qui bus posteriora tempora verum aperiunt. nā simulacrum in Armenia perfectum, falso hoc trahentibus literarum formis, cum non dum periti appulerant, qui interpretaré tur; perlecio, ut retulimus, in Cypro sculptum; ipsumque simulacrum exbat, ad refellen-dum mendacium. neque anno 1242. cum adhuc visceret Fridericus Aug. imago ad nos vecta. sumnum de ea transluendâ agita-tum, quippe auctorum testimonio ratum, anno 1250. quo Fridericus fato functus, nondum venisse. eodemque tradita Carmeliticæ ades Virginis Annuntiatæ, nulla simulaciæ memoria, ab Ribaldo & Palma coniugibus qui proprio in solo considerant, ex quo manifestæ vanitatis, qui à Magistratu Ministros templo ascitos, dimicato Clero composuerat. iam vero facellum D. Catherine illic fuisse atque à Graecis Sacerdotibus cultum è corrup-tis à plebe acceptum, nimis facilitate, credendi, & erroribus causæ. quod non multos ante annos, Carmelitarū Ordo amicu-cineraceo in Siciliam ex Oriente transi-erat. at vetus facellum, quod amplificatæ ades complectitur, itud ipsum est, ab Ri-baldo Virginis Annuntiatæ dicatum.

Ceterum, ut regna discordijs labant, ita quæ vulgo iactantur, diversitate dicētum. memorant enim Antonius Portus, ac Pugnator, famam esse, effigiem è porta reuectam in ædem D. Catharinæ: contra Orlan-dinus, fama & ipse se tuens, in ædibus Pisaniorum primum fermatam, quæ publicum deinceps armamentarium, nunc Soc. Jesu tem-plum. inde ad vetus facellum Virginis træ-satum, cui à partu cogagementum, viam iux-ta Rhodiam, quod a Carmeliticum habebatur, (nulla eius vestigia in presenti aru-dituto promiscuos in viis) mox extra urbem ad Virginis Annuntiatæ: ad hanc assertum illi, simulacrum uno impetu ad ædem vec-tum, dimicata Orlan-dini fama. ex quæ firmata patrata itinere miracula, crebris locis, quibus constitisset, ipsa in via, miraculorum monumentum, erecta templo. D. Leonardi manet, ceteris suo collapsis, vbi crucis, interiectis spatijs, conspicuntur, ac cuicumq; gnaro viarum, haud quaquam credibile vi-debitur, simulacri transvectionem Drepitanæ in oram Panormitanam, nedum plaustræ fieri, sed precipi posuisse. quò non nisi nauigio ferendum. Sane ergo videre mihi vi-deor, hac in re Virgilianam famam, cui tot lingue totidem ora sonant.

Sunt enim, qui varia fama rem tradunt, nautæ in fructu maris, ventorumque, occul-tis subter vndas saxis impactam, ac ferme dissolutam, Drepitanis litoribus adpulisse, iuxta turrem, cui nomen à Palis. illic nauigium onere levatum: dum refiendo intenditur, cuncta in urbem importabantur, ut securitas esset, atque vehiculum, cui im-positionum simulacrum, verso ad Cœnobium itinere, ad eius foras, tamquam divina vi-deb-

desixum substituit. adiicitur in foramine allia nauis, repertum pisces, prohibendis fluctibus; neque ambiguum, ea ope naufragio exemptam. & beneficium ad Virginem deferebatur. nobis hec reticere nequaquam vixum, quamvis absurdum viderentur, ut omnes intelligerent perperam ab ignaris confusa, demendo dictis fidem; relataq; ad originem simulacri, quæ multos post annos, eneissent. quo propius suo nostro, eo imperitus scriptum, qui recentissimum facinus non aduerterunt. haud absurdum reor, nem omnem referre, ut ipsa narratio falsas audientes depellat.

Anno post Christum natum 1571. nauem cognomento Epidauriam Petri Xirottæ seu tempes tæ perculit, in Salernitano fini, iam perforata carina, violenter irrumpentes. unde, exhaustenium officia superantes. non aliud desperatis rebus subsidium, quam memoria Virginis Drepanitanæ fuit. illi nauis committitur, cuius dominatio ab infero ad nouissimum mare. statim eius invocato nomine, factoque voto, salus allata. sed ignaris adhuc, qua ope subuentum foret, donec in portum Drepanitanum appellerentur. tum cognitum, prouisu Dominae maris, pisces duos in aperta nauis immisso, qui miraculo arcebant fluctus, ac certa mortis: ingressi templum nautæ Virginem laudibus, gratijsque venerantes, cuius benignitate naufragium evasissent. suspensi pro templo iudei pisces, qui posteris facinus memorandum testarentur. visuntur adhuc nouum seruatæ nauis exemplum, propterea opis diuinæ parentis æternum decus; nec potestis, aut benignitati Virginis insolutam. His igitur contutatis, quæ corruptæ vulgo iactantur super origine simulacri, fixum esto, quod initio constitutum est. idq; pluribus probatum, qui in tanta opinioni varietate ad sapientiores transiuerent.

Verum simulacro in Carmelitarum æde collocato, statim conciti miraculis circumiacentes populi, lateque vagantibus, tracta longinquiora Sicilie. exln fama euecta ad Insulas. Provinciaque longius sitas. aucti que pietatis in Virginem Drepanitanam, in dies confluent vnde peregrini ex Italia, Gallia, Hispania, Germania, Pannonia, Armenia, Babylonia, & nouissimo ex orbe Christiano, grates ac vota exsoluturi. interdum etiam infensi nostris institutis Turce, Maure, publicorum diplomatum fide, supplicatum Virgini templum iniere. & quidam hausto ex lychnis oleo, quo ægra corpora vnta sunt, presentem opem experii, barbara lingua Dei matrem attollentes; perfidiam exuere, Christianos in mores trasgressi. Ceterum euoluere miracula, quæ ab usque simulaciri adiectu, in hac tempora concinuantur, fauore Virginis in maius augeante, arduum, ac longum foret. si bonæ matri placuerit, ornatiore cura compositi. At provinciales inter, Erycem montem incolentum maxime laudata studia, qui templo proximi. haud enim ambigitur, veterrimam viam Romanam, qua clementer in-

Erycem accessus, Erycinos adire tum desuise; aggressos iter proprioribus compendijs, colle arduo, Virginis quam citissime, visenda causa: & cuncta amore periuia; quam difficili descensu ex pietate facilias, atque frequentia. In quo ego non n. odo Erycinorum studia demiror, sed castissimos inuolatae in attrahentes. viam exhorruisse visa est, quæ olim vni fuit, vestigijs Venerem adeuntium pollutam. placitumque, no eo, quo ad illam ibent itinere, sed per diversum peteretur, animus, corporibusque intemeratis.

Augescente fama miraculorum Virginis Laxatur ei templum. Drepanitanæ, populorumque peregrinationibus, ut maius Prælii nostra deus esset, auctum est templum, eiusque sacrarium maiore magnificentia. sed initium laxandi nosse, haud copia fuit: sane absolutum anno 1332. vt lapis docet supra portas, ad Septemtrionem. sed in eo satis celebre prodigium, tres ante annos, obuenierat. Erat Drepani quidam, qui fortunas omnes malæ aleg cupidinibus dissipauerat. qua desperatione, eo instinctore, quo priora flagitia perpetrauerat, nouissimo scelerum, exuit Christi fidem. hem pessimæ artes, quo perduxere. igitur infernis iam furijs permisus, in templum venit, astro odij aduersum Celestes. primo Alberti tabulam respiciens, furenti propior; & te, ait, toties inuocaui, neq; me exaudiisti. celebrem vita, famaque iuuare me nequauisse? receptum cœlo, haud ultra crediturum. In Virginem deinde vertit, ut scelerata in piæ matrem vox nocentiorē faceret: tu quoque, & Gratia matrem predicant, clausiti aures aduersum mea desideria, precesque. sed impius misericordiam eius desperatione sua clauerat. districto mox gladio, (tantum viro inestibili ausu, temeratumque) Virginis, Albertique imagines scindit. Ex vtraque, horresco referens statim gutta sanguinis ad usque solum excidere. & ferat cœlum, adfici probris, ac vulnerari matrem Dei. Albertumque proprio sanguine infici eorumdem aras, etiam ædiū pavimenta: sane matris iniuriae filio curæ sunt. forte aderat in æde puer spectator, ac testis impietatis futurus. Quo ad facinus clamitante, homo sacrilegus templo protrupit, ausis turbatus, trepidansque. vix toribus se extulerat, simul tonuit, fulsique in ultionem minax cœlum, subitoque fulminis ictu flagrans, in cineres consedit, ante templum. inde in omnes formido. imaginibus per longa temporum honos. eademque aboleuere, insigni elade religionis.

At Sanctissimo Virginis simulacro, ædiq; tota Sicilia clarissima, veterem fune Religione, cultumque, delati honores, operesque demonstrant. nam antiquitus instituta supplicationes, vota priuata, ac publica graibis super caussis. Antistitum, Regum, Principum virorum peregrinationes. diues suppellex, argentum, aurumque, quod donis quod votis peregrinantum pietas in aduersis, latisque templo sacrauit, coronæ argenteæ, auro tectæ, matri, filioque impositæ,

delati honores, & dona Principum,

Miraculum  
seu nautæ na-  
uis.

Omnium  
nationum.  
sdeam pe-  
regrinatio-  
nes.

ez. quas paucos ante annos Petrus Gironius, Dux Os sunz Siciliæ Prorege, ex purissimo auro fecit. vas aurea, candelabra, lychni, phara grandia ex argento, auroque; & alendis luminibus, ante simulacrum, instituti redditus; vtque in ara matri, quotidie filij sacra peragerentur. iam Virginis datum à Philippis Hispaniæ, & Siciliæ Regibus patre, & filio donatiū Xenodochio extruendo, quod inopem multitudinem peregrinantium exciperet. singula in præsentiarū explicatius referre nihil attinuerit; iusto opere, si vita suppetet, exsecuturi, additum & festis templi honoribus equestre certamē & immunitates tributz, iam inde à laxati templi initis. nam anno 1302. Rex Siciliæ Fridericus, Petro genitus, vt festus Virginis celebrius percoleretur, terra, marique commeditus, mercesque conuidentes, omni publico munere soluit. mercatus campo in ipso, ante tēplum, subitarijs ædificijs adornabatur. Inde Ioannes Vega, Prorege Siciliæ impositus, in urbem transtulit, vt securitas mercatoribus redderetur; exulum globis cuncta turbantibus, vimque in eos audentibus. Festus vero dies ad 9. Kal. Septembris celebratur, ingentibus, ac flagratis pœnalis provincialium studijs, adfluxuque populorum. aliquando supra 20. hominum millia conuenisse, satis constitit. quos non modo ex Siciliæ urbibus, sed Italiz fama sedis inclita excitat, & studiū Virginis.

Inter externa honorum, Lopadusæ obsequium prætulerim vestigalis Drepanitanæ Virginis. quamquam haud mihi promptum asserere, quibus initis, quae Religione mos coepit. Et Lopadusa Africi maris insula, nullo hominum cultu, præstantium nauigis opportuna. illic sacerdolum Dei Genitrici sacratum, quo vesti diuinam parentem venerantur, aucta donis ædicula. vetus ea Religio, non modo Christianis, sed alienis recta à fide, Turcis, Maurisque. Neq; nostorum, aut hostium quisquam, has illasue oras per latrocinia incurvant, spoliare tempulum ausint, vel iniuriam inferre. neq; inde extulerint quidq; retinente numine, donec sacrilegium restituatur. electis in Insulam naufragis, profugisque id solum fas, commeatu, à transmeantibus illic relicto, famé tolerare. reliqua templi dona, vestes, arma, pecunia ex argento, auroque Virginis Drepanitanæ seposita, quod animos audientiū admiratione impleuerit, ea transuhere, solis Melitæ tritemibus permittitur; prohibito ceteris. illæ statuto tempore Lopadusam petunt. ingressis ædem, vbi collectum quidquid donorum foret, nomen Annuntiatæ Drepanitanæ inuocantibus egressus datur; vt Insula, cui Dominæ tributum quotannis pendat, intelligeretur. Exin adiecto Drepanum ad Virginem munere, tritemium Præfecto ab eo, qui Cœnobio impositus, chirographi cautiodatur.

His adnectentur propiora simulacro prodigia. Olim quidem quoties arsisset bello Prouincia, internisue discordijs, ob imminentia casuum, effigiem in urbem Drepanū

reuehi solitam accepimus, experimento potabili. nam illi vt ferunt, in urbem cum traherent, graue pondus, ac tarditas contraria regredienti suam in sedem mira levitas, eo reportantium, ac si ipsa raperet, agminibus citis, credito, eum labore, facilitatemque ex statua venire, mobilibus ad credulitatem nautis, quibus mos ferre, id enim egregie corundē industria tributum, cum simulacrum ob urgentes casus deportandum, non villo iure, quo nitantur. forte an delati per mare simulaci memoria valescere, & operæ nautico in eodem primo subiecti; olim quidem effigies, interea carpento, in urbem reuehebatur, promiscuo cœtu trahentiuta. post vbi imprudentium tractu, quarti curtus, & simulacrum vibrabatur, corrumpedi metus instantior cura fuit. aucta quoque Virginis veneratio. quare ferculo superposicam gestant humeris Sacerdotes, virique principes, iuuantibus nautis. illa ne tempora simularci oculos, ac supercilia, paululum attruere, vnde intendendi gloriam Virginis, locus fuit.

Præterat ei Cœnobio Aegidius Honestus à quo accepimus, Sacerdos præclaræ fidei multaque inter suos auctoritate. cum primores domus circumfistunt; eis Drepani viros celebres, qui pingendi, scalpendique artes exerceantur vellet, quod ipsam Reginæ velle intellegenter omnes, suam pulchritudinem sibi reddi. rogant uteretur artificibus, quos sors daret: simulaci corrupta componi iuberet. Præfectus formidolosior abnuere, contraque obniti, offendit Virginem ratus, si profanis adrectaretur. ecquæ non indignum ministerio talis illi, vim precum intendendo, peruicere. Iam viri insignes electi, quos Præfectus hortatus est, magnum opus animo reputarent, prius mentibus, quam docta manu aggrediendum. statuitur dies; & artifices animi maculas eluere. eosque Cœnobio Præfectus, ad aram Virginis sacris operatus, diuino pane, firmauit. post sacrificia, precesque, artifices ascendunt aram, ibi paululum attoniti hastere, & velut immobili dextra, demum, vbi adstantium voces metum sublevauere, pingere oculos penicillo adorti. sed absuemebatur dies irritis laborum, ac spei. eoque inutilior cura, quo magis pingendo intenderetur; quinchernebantur Virginis oculi minaces, ac turbidi, quasi a præsentibus absterrent, perpellerentque omitti facinus. igitur artifices & qui aderant Sacerdotes, omnes pari mente complentur, quibus irata Virgine, æternum supplicium portendi visum. simul qui oculis per colores medebantur, exitium metuentes, reliquere inceptum, aramque. Præfectus, primoresque familias, ceterique omnes, fusi humi, misericordiam verbis explicantibus: ignosce, benignitatis Mater: non huc adductos malis artibus, non proiectam dignationem Dei Matris: amore pulchritudinis tuæ, cuncta perpetrata. addi decus, cupido erat; formam Reginæ intendere se concupiuuisse; Quod tibi cum offensione acceptum. & temeritatis veniam lacrymis prece-

Odit profana manu tangi.

Lopadusa  
Virginis sui-  
pendiaria.

preabantur, visum adhuc trucem, & in supplicia erupturum pauentes.

Eo in metu simulacrae, quod simularium, per addita colorum, temerasse videbantur. amissa ferme spe, perficiendi operis, quod Magistri, iram Virginis metuentes, reliquerant. igitur labem a moliri a visu cupientes post lacrymas, ac suscepta Virgini vota, clementiam eius experiri statuunt. rursum periti artis, instantium sacerdotum obsecrationibus, recepti in aram, quo propius pingentium studia deterrebantur (Quos inter Iosephus Vanellius ex opido Carrea, & Iosephus Sozzus Panormitanus, adhuc superstites) his omni ope coaduentibus, nihil perpetrabatur. effigies terribilior videri, trucesque oculos in adstantes intorquens, facinus obijciendo, minitandoque exicum supremum. rarsum ad subsidia preeum, flagrantibus vota multiplicabantur. horas duas orando, fleso continuare, tandem placata his Virgine, facinori formidabili laetior finis fuit, medendis oculis tertium admotis, induci primum colores in manus pictorum vitro decidere. mansitque simulacrum perinde pigmentis intactum. aetate Virgini grates, aucto in effigiem metu, eiusque auminis veneracione. etiam coloribus

honos fuit, sacrario illatis. Quod a me relatum est, in Commentarijs rerum Cœnobij prescripsere.

Nec simulacrum sine eximio cultu habetur in facello Virginis, exstructa absis in modum ædicula, in qua effigies collocata, aulæ ingentis pretij obtegente. ipsa in abside, appensa ante imaginem phara argentea septem, lychnis ardentiibus dies, noctesque; paullo distantius in eodem facello phara tria grandiora ex solido argento, dona principum. nec minus solemnij cœremonia peregrinis Principibus monstratur. Camelia supplicum in morem incedentes, sacrarium incunt, accensis cum facibus, ac per compositos cantus. aer a turribus, & organo templum consonant. Sacerdotes duo appensum velum diducunt, dum lux aperit effigiem, modulate concinitur. *Monsbra se esse matrem.* illa circumfidentium animos sui decoris admiratione implet, & voluptate perfundit. ipsa lætitia in aspectantium oculis, ac vultibus emicant, quas in maius auget, donec obiecta oculis pulchritudo, & maiestas Virginis perdurat. demum supplicatio prece finitur, cœtusque laetus aspectu Reginæ dimittitur.

## VITA B. GANDOLPHI ORD. MIN. S. FRANCISCI

### Ex Iacobi Episcopi Cephalœdensis Dialogo.



Anno Chr.

1260.

17. Septembris.

Itis.

Gandolphus Cisalpinus.

In Sic. missus est.

Mira eius  
sinceritas in  
victu, & cui  
in corpore.

Andolphus in opido Binasco, & in Gallia Cisalpina, haud longe Mediolano distat, ortus est. incertus, quo anno; sed in ea temporis incidunt, quibus Ecclesiæ Dei columnæ, Sanctissimus Franciscus ordinem suum celestibus instituit precepit. eius militie, in sanctu Dei. Gandolphus in Italia nomen dedit. exinde in Siciliâ iuxanda rei christiana missus, Panormi aliquatenus diu conoratus est, in qua urbe degens instituti sui ratione strenue amplexus, soviorumq; exempla, ac præcipue Beatissimi viri Francisci familie parentis, cuius recens erat memoria, sibi ponens ob oculo, ipsa virtutis effigientia se exprimere contendebat. itaq; abstinentiam miru in modum excoxit. non modo enim quadrageña illa ieunia quartæ in animum toti ordini solemnia sunt, strictissime obseruabantur, sed etiam dies tres singulis hebdomadis, nœc 2. 4. & 6. feriana ieuniis dicarant suis; eumq; in ieunando rigorem se per tenuit, ut admirationi omnibus esset. semel in die capiebat cibum, nec præter panem, eumq; modicū, aliquo vtebatur obsonio, frigidæ cœreras, vino sibi interdixit. vestit ad afflictandū, q; ad regendum corpus potior fuit. nam indusū, supra carnes suæ psiti ad q; atritā, vilēq; tunica adhibuit, neq; adeo t.

Tom. 2.

gida virtus, vestitusq; ratio satis sibi videbatur ad domandū corpus; sed flagellarū visum haud mitē addidit. scuire in carnē suā, non tantum spiritui subiugare velle dixit.

Quippe virorū est, qui ad pietatis fastigio contendunt, & sui ipsius amore q; longissime abesse, atq; adeo ad odiū sui quam proxime accedere; huc eos vocat Dominus Euagelis verbis, quibus virtutis summa nos docuit, qui nō odit animā luā, nō potest meus esse discipulus. nil igitur mirū, si diuinis institutis Gandolphus insisteret; infensū suimet hostem se se præberet. vigilias vero siue ocio, studioque afflctiā corporis sui, siue diuinarū rem contemplatione pellebat, adeo in multā nocte protrahebat, ut omnē pene iusom nē duoceret: vix per breue spatium temporis extrema corporis lassitudini vel invitū cōcedebat. cuius assiduitate contemplationis illud asfecutus est, ut nō rapi modo in Deū animo, sed fere sua spōte in eum tolli, ac suis quasi pennis volare videretur. ut qui à terrenis rebus mentē, animūq; abstraxerat, didiceratq; celestibus immorari. & ipso Deo frui, ut mortali datur, asfuererat. hæc erant Gandolphi Angelica potius, quā humana studia, quibus omniū in se oculos, animosq; cōuerterat nomēq; celebre sacerditatis non modo intra domesticos parietes, sed apud exteriores etiā sibi comparauerat. Dd Quod

Quod vbi ex quorundam sermonibus animaduertit, mirum quantum ea res sibi dolori fuit, quippe nomen eiusmodi peius odisse, ac fugere doctore Christo Domino didicerat, quam dedecus, & ignominia viri inanium honorum ambitionis, quare secum sic agere coepit, id igitur nostri labores, quicumque illi sunt, nobis peperere, vanum populi rumorē, gloriolam inanem, dum & corpus abstinentia tenuatur, ut intemescat animus aura popularis si hinc ea flate coepit, alio migrare certum est, quo illa non penetret, eo loci deueniendū, ubi & cetera arduum, & inclemencia celi, & soli asperitas & inopia rerum omniū, non gloriolam modo, sed ipsos mortales ōni aditu prohibeāt, ergo cœnobij moderatorem conuenit, eūq; per Deum etiam, atq; etiam obtestatur, ut inde discedendi, coq; se recipiendi faciat potestatē, vbi tutius ab ijs vulgi rumoribus degere liceat, satis sibi constare, id Deo, & Christo Domino pergratum fore, impensē adeo oranti, atq; obtestanti, fecit ille abundandi potestatē, sociumq; addidit apprime virtutis eius admiratorem, atq; emulatorem, at vero cogitanti Gandolpho aptam institutis suis sedem, in mentem venerat cuiusdam opidi, quod Panormo abest L. paschalem milibus, Petru a illi nomen est, id in edito montis vertice situm, rupes circumarduas habet, præruptosq; montes, asperos que, & rerura copia destitutos, hosce mōtes vel fama acceperat, vel prius oculis ipse suis viderat, perlustrasse enim Beatum vitum aliquā Siciliā loca, haud ambigimus, constansq; fama tradit, in opido fuisse, quod Castrum Veteranum vocatur, huius incolaz testantur, mulea eum diuinisitus miracula edidisse, præcipue vero facultatem loquendi muto-dedisse, certum rei monumentum est eo in opido aedes Beato Gandolpho dicata, in qua ad hanc usque tempora eius effigies cernitur, peruetata, illa quidem, quippe quæ ante 170. annū depicta fuit, ea nunc aedes in Odzum sanctimonialium versa, sacello Deipara Virginis, quod Cœnobij pars est, adiungitne, olim in eodem opido, atque a de testum diem in Beati viri memoriam celebrari quot annis solitum, incolaz perhibent.

Gandolphus igitur, vt Petre montes, ab petramos illos quidem frigore, atq; rerum omnium egestate, sed opportunos studijs cognovit suis, eo præponeret, dedit a signatio sibi cu' cognoscere, Pascallī nomen erat, iter ingressus, tanto sedis destinata tenet, deside: io impellebatur, vt ne quiete defecsum corpus subinde reficeret, quoniam recto non aequo contendebat gradu imbecille corpus cum inflammatio spiritu, ipso in interiori viribus destitutum succubuit, quam ob causam Politium, 3. iter flexit (quod in summo situm monte circa Petram ad sex passuum millia) haud ignobile opidum populo, rerumque abundantia, ibi a Religiosa scima, cui Pisana nomen, Christi pauperum hospita, perhumaniter domi acceptus est, perque benigne tractatus, hic tam,

<sup>2</sup>  
In asperos  
Petra mon-  
tes se cedit.

<sup>3</sup>  
Politium di-  
uerit.

egregie sanctitatis splendor retinet nona potuit, quin foras per quodam veluti radios erumperet, eo in opido dum moratur qua vita austerritate, qua suavitate morum elucere circumquaque coepit, quare Politienses idoneum diuinarum rerum præconem non verbis modo, sed factis etiam illum esse rati, enixe rogare instituerunt, vt quoniam verni ieunij tempus instabat, quo sollemnē est Euangelium populis pro concione explicari, vt ipse hoc munus susciperet, nihil gratius Deo facturum, si sua opera & ad bonam frugem se reciperent improbi, & in virtute, eius studiosi confirmarentur, quod si otium meditaretur, intelligeret tanti negotium illud momenti es se, vt iure optimo quieti ipsius anteponenendum foret, quam & repetere post id tēporis sibi integrum erat, ac Gandolphus, vt quietis & contemplationis incenso studio inflammatus erat, eamque tenere iam, nō modo querere, sibi videbatur, abstrahi ab eius complexu minime ferebat, quare renuere primum, soque tanto oneri imparem esse dicere: deinde obtestati, ne se ab eo, quod diu optauerat, ocio auellerent, cum vero illi obfirmato animo vrgere pergerent, maioremq; Dei gloriam, animorumque emolumenta ab oculis ponerent, vt communi potius, quam proprio seruiret tōmodo, Dei, gloriā in alijs plementret, cessu Gandolphus Politiensiū ptecidiblē, per illud igitur tēpus egregiū præstisit cōcinatorē, qualē spe, & opinione cōdeperant.

Quo tēpore contingit, vt Pascalis Beati viri socius in morbum incideret, quo pene confessus animam agebat, dies quinque in eiusmodi cruciatu fuit, loquendi mūnere, destitutus, nec diem obire, nec ad vitā redire miserabili quodam sui respectu, tra fūq; mortis, ad cōmiserationē omnes mouebat, maxime vero patrē suū Gandolphū, ad huc intuens innuere videbatur, vt in summis tērmentis versanti sibi, si quād posset opem af ferret, at is animo vehementer angit, cū nec qui haberet, nosset, nec ferre auxiliū valeret, ligatur humabo consilio desistens, Deū cum lacrymis orat, vt qui unus posset, deposito iam socio, si ē re forti, salutem reddaret, vel corporis solutū vires tandem exprimeret, cum in modū diuinas exorcizari, id vero ad spectandum, ne clam ad ferendum grauissimum esset, quod si meritas alii eo pœnas exigeret, culpa per Christi sanguinem condonaret, si quod vero pœccati suendū foret, se supplicium sumeret, his, ac talibus oratiis Gandolpho diuinithā dicentibus est, quæ socij cruciatum causa, quodquā ser medium force ergo ad agnotioris Petras, subeo, inquit, de, frater, Dei verbis, vt si q; crimen nondum per confessionem expiatū retines, mihi vice Dei Sacerdotio fungentes confiteare, quem in vsum tibi loquendi facultas datur.

Mirum dictu simul ac protulisse verba Gandolphus, fari æger coepit: immortales gratias primum Deo, tibi Pater secundū Deum ago, q; me non ita modo brenibus tribuit.

Sacramen-  
ta Schalem in  
extremis la-  
borante ei  
pit ē vi met  
bi.

Eadem ser-  
monis vsū  
ad confess.  
peccatorū  
tribuit.

cripnit ille tormentis, sed etiam sempiternis: quibus addicitus facile fuisset, nisi mea divina clementia, te deprecatore, ac patrono liberasset. quæ mea enim exstitit societate, quafdam culpas eluere sacramentis neglexi, quarum causa fatus a deo cruciatibus animo discruciat, ut nihil supra queat excogitari. tum maxime Demones humanae salutis acerriani hostes, diffidere me, ac desperare rebus meis, instigabant. at tuis precibus profligati, magnaque ignominia affecti discessere, quibus fugatis, disiectisque nubibus dissidentibus, veluti serena caelo diuinæ lucis assulfit radius, qui me summopere tecreat, bono animo es se iussit, atque ad expiandas animi labes, animum, viresq; suscepit. quam ob rem te preceps. Dei Sacerdos, ac pater, ut pro tuo munere, quorū me scelerum tecum fateor, ijs absolutum verbis Dei, que velis his dictis, simul se illora Paschali accusare cœpit. riteq; absolutus, nulla mora, caput inclinans, ac si postremū valere iubaret, plenus sp̄ci viuere mortalē vitā hanc dēsīt, perennem illam, q; æquum est credere, videtur, perbeatus sane qui tam egregium natus est socium, quo & doctore vitam recte instituere didicit, & patrōno sempiternā beatitatē adeptus est.

Et huic quidem feliciter ea societas cōcigit, at nō item alteri, cui nōmē Rogerius, is Paschali defuncto, socius à moderatoribus B. viro datus est. at nulla societas, vbi sociorum dissidēt mores, nec enim vicius, sed studiorum animorumq; consensio est germana societas. Rogerius is non eadem, qua vir sanctus incedere via, longeque aduersa erant eius studia. quippe quorumdam hominum, qui minus pie viuebant, consuetudine delectabatur; quodque minus erat ferendum, mulserum aspectibus, atque colloquijs. quod vbi Gandolphus animadvertis, paternis prius verbis monere instituit, vt retraheret inde pedem, suiq; instituti vt meminisset, cuius erat carnis voluptates frangere, res caducas contemnere, animum ad cælestium amorem exigere. sed hæc, & huiusmodi perplurima surdo decantabantur. animus enim carnis voluptatibus addicitus, ad diuina obdurescit. cū nihil paternis monitis proficeret Gandolphus, acriora remedia adhibere statuit, magno caritatis affectu illum arguere, & increpare. sed neque obiurgationes, nec minæ mentem cōcōni vitionum obstinate hærentem euellere potuerunt. tum Gandolphus diuinæ in eum vitionis non ignarus, latam in contumacem diuinitus sententiam, veluti cælestis iudicis præco, ad hunc modum pronunciauit: quo nō te nec monita mouent, nec minæ terrent eorum, quæ te manent, suppliciorum; scito nisi resipiscas, vbi ego vita functus fuero, extremis te poenis afficiendū. sahe animaduersionem hanc instinctu numinis a B. viro prolatam, probauit eventus. enimve to postquam Gandolphus mortem obiit, Rogerius ut Patris sui mores, sic etiam familiæ vestes tandem exuit, se seq; ad omnes flagitorum gena tradidit, quamq; brem.

Tom. 2.

Messanæ pātibulo suspensus, male ominatā vitam infasto mortis genere conclusus: siveviscente supremo male factorum viadice, contempta æterna salutis remedia.

Interea Gandolphus in excolendo Politici populo, dinini verbi declamationibus, egregiam operam per quadragenarij ieiunij tēpus, nauare pergebat. iamq; finis instabat: ad quartam enim maioris hebdomadæ fōriam peruererat. quo die cum in tēplo de more ad populum pro cōcione verba faceret; hirundines, quæ verno tēpore in edītū totis modis exadīficare foliæ sunt, omnia ingenti garritu complebant adeo, vt declamatris verba exauditi non possent, tū uniuersa concio, quæ attenta bibere aure diuini hominis orationem solebat, importunatum auium eantum, qui se libere exaudire prohibebat, moleste ferens, excitare turbas cœpī: quod animaduentus vir Dei, simulque dōlens vanas esse voces suas, auibus peritrepentibus, ad eas se vertens, iubeo, inquit, vos Christi nomine dūta ego concionem habeo, garritu abstinere. mirū sane: dicto audientes fuerunt hirundines: silentium fecere, donec Beatus vir absoluta concione permisit, vt iterum cantus reperterent suos. fine vero declamationis. Gandolphus scire vos, inquit, volo. Politicens meo me iam concionandi munere functū esse, numquam amplius illud resumpturum. hisce verbis innuere volens, quod diuinitus edocitus fuerat, vita finem sibi instare. Simul domum se recepit, morbo implicatur, quoniam vero illum Deus ad se non eo, quo desiderauerat modo, de inaccessis rupibus contemplandum, sed perbeatius contuendum properare volebat; intra bīdūm morbi vis ingrauescere, viresq; corporis deserere ægrum cœperunt.

Dies instabat, quo christianus populus Christi Domini cruciatus, mortemque cum fletu pie, Religioseque prōsequitur. peroptabat Gandolphus ea iusta Christo morienti persoluere; verebaturque per vitæ spatium, id sibi ne non liceret. dolebat eos die in gaudium Domini intrare ( quamquam quid sanctius, quidue peroptabilius? ) quo die cruciatus eius flere potius, ac dolere oportebat: ea de caussa orabat Iesum Christum, ut diem hunc unum vitæ daret, quo dolenti sibi condoleret. ut vero preces auditas sensit, magno mentis affectu, Christi Crucem ad se afferri iubet; & quam viviens mirum in modum coluerat, moriens itidem eadem religione prosequi voluit. igitur sibi allatam cum ingenti animi ardore amplexari, piissimeque exosculari nō cessabat. ac veluti Christum ipsum de illa pendente, exspirantemque contueneretur, sic lacrymis suspirijsque temperante, nequaquam poterat. Aue, inquiens, Crux sanctissima, quæ Dominum meum insunmis cruciatibus agentem exceperisti, morientem non dereliquisti, mortuum quod oportuit, tenuisti. omne perbeatum, si claudere vitam in complexu tuo detur. non me facti vñ quam penipereret, nec

Dd 2

vicem

Alteri so-  
cio Rogerio

Infelicem  
viræ exitum  
predicū.

Instantem  
sibi vitæ fi-  
ne m̄ prænā  
ti at.

vicem hanc meam aliquando dolerem, per te forsitan ad Deum meum proxime accedem, qui mea causa vitam in simulo prodegit. huc Beatus vir cum magno fletu, genitrixque proferens, crinemque, arctissime complexans, Domini sui interictum religiosissime lamentatus, anno 1269, 3. Nonas Aprilis pridie resurgentis Christi ferias (quo die persoluta est vita functio iustis, ad vitam redeuntis gaudia inchoantur) ei spiritum reddidit, eodem eternum fructus.

Plurimis post mortem miraculis inclaruit,

Id quod satis, superque testabantur miracula ab eius excessu diuinatus edici. nam corpus suauissime olebat; cumdemq; odorem seruant, quintodecimum post die, illa-

in qua obiit, aedes tunc temporis D. Nicolai dicata. fama etiam contans est. Beato Gandolpho vita functio, duas, quae ad hanc usque diem in eadem ipsa aede existant, canpanas, nemine pulsante, sonitum edidisse: in maximum vero templum corpus allatum magna cum reuerentia ibideum sepulatum est, exin ad sepulchrum conflusus populorum undeque factus est, multi varijs morborum generibus laborantes, qui eo se contulere, incolores redibent. plures etiam alii alijs beneficijs Beati viri meritis affecti sunt, prestante Domino nostro Iesu Christo, qui viri, & regnat in secula seculorum. Amen.

## TRANSLATIO, ET MIRACVLA BEATI GANDOLPHI Ex Iacobi Episcopi Cephalœditani Dialogo



Exagesimo post anno ab excessu B. Gandolphi, atque adeo salutis anno 1330. cū eximis sanctitatis eius nomine, ac miraculorum memoria vigeret, vulgoque sanctus, & haberetur, & predica retur, pictaque effigie veneracioni esset, Politensis populus Iacobum Episcopum Cephalœdensem impehle rogabat, ut Beati viri corpus effodi iuberet, atque ex humili, in quo adhuc jacebat, ad honestiorem locum transferri, diu se ille difficultem exhibuit, tandem diuturnis, assiduisque precibus cedens, praepue vero Deo cœlitus impellente, Politum venit, hic de B. Gandolphi sanctitate, miraculisque summa cum diligentia, perquisuit, atque ubi à fidis testibus, vulgaris Beati Gandolphi nomini congruentia comperit suffragijs omnium statuit, effodi corpus debere. Sabbatum erat, Pentecostes peragillum, cuius intemperata nocte templum adiungunt, vt sine turbis res transigeretur: ac nullo labore, corpus effossa humo repertum, hinc eundem mundissimo excipiunt, interim dum tumuli puluerem excutiunt, hirundines ter alternatim, quasi hymnos Beato, viro occinere coepérunt, stupentibus omnibus, qui aderant. ipse Episcopus eo permissus miraculo præire elata voce, incœpit, ac decantare laudis hymnum, cuius est initium; Te Deum laudamus, magna dein cum veneratione, beati viri Gandolphi corpus in arca locatum est 15. Kal. Iunias, qui dies facto Pentecostes mysterio sacer erat, eam Politenses ob causam, iisdem ferijs, in sancti viri memoriam, nundinas quotannis celebant. vt etiam 14. kal. Octobris, festum agitant diem, pro Beatissimo eius obitu,

quoniam fas non est Paschalibus ferijs, quibus contigit, celebrari. Vbi vero de beatissimi corporis exhumatione inauditum est, vndeque ex tota Sicilia Politum magni cursus populorum facti sunt. plura etiam Deus miracula edidit, qua sanctitatem eius contestarentur ex his ad 238. describit Episcopus Iacobus, multa que effugisse affirmat. illud ex his, & admiratione dignissimum, & multa continet miracula.

Politensis quidam Gualterius Claramontensis ex nocte, qua Beati Gandolphi corpus effossum est, in templo adfuit, dum vero Sacerdotes Beati viri Reliquias lauabant testaceo Gualterius vase vinum, quo elubebantur, excipiebat; quod vinum postea magna cum veneracione, dominum suam attulit, seruavitque, postridie vero, vbi illud requirit, comperit candidissimis floribus, quos gelosimos appellamus, undeque coniectum. quo miraculo obstupuit Gualterius, vase in templum, religionis ergo retulit, in quo quidem diu asseruatum est, plurimi vero agroti eo vino epoto, salutem sunt consecuti. inter ceteros vinum sibi ex eodem vase dari efflagitauit quendam Religiosa femina Ioanna quæ vxor fuerat Rogerij longi Politensis, illaque magna cum veneracione dominum ferebat, virea ampulla positum. cuius ori mulier digitum admodum tenens, sensit ingenti vi repelli. idque ter contigit. ponit mulier ampullam in arcu, magna cum reuerentia, Religione vero permota, quod indigna sacram vinum manibus attriccare ausa esset, cum lacrymis, tanti sceleris, quod sibi videbatur, culpam deprecabatur. interea leui somno opprimitur, videtque duos viros Franciscanorum habitu, qui tristitia causam à muliere scisciantur.

Vino, quo Reliquiæ B. Gandolphi ablute sunt, multa fiunt miracula.

damo, ac hōcum iūior ostendē sibi as-  
pūllans offligebat. negantem se oltensu-  
tus ab eis senior, arcā aperire. quem in-  
stiens nadie. ut vidit venerabilem vultu, stq  
curapto certum, canis modice alpersu sed  
dubitare cēpit, quisnam ēset. at ille, bono  
animo es, inquit; age duro profer nobis vi-  
nam mei corporis, quod in tui gratiam, sa-  
cra tua que viliere volui. quo andito. mulier  
vas ex arcu protulit. reperiisque rīquum in  
oleum versum. hausit exinde partē Beatus  
Gandolphus, ac mulierē nūtangens, iussit  
quod reliquum erat seruari. tu vero, inquit  
eges mundanas nihil facies: his dictis, eu-  
nuit. mulier experrecta, sine mora sancti-  
monialium induit habitum. sub institutio-  
nē S. Clare, cāque ratione sanctissimam tandem  
mortua est.

Duo à Da-  
mone obse-  
si liberati.

Illud exīmū tunc temporis accidit. mu-  
lier quēdam Camaratenſis Rīcca nomine.  
magicas artes cum aliquibz eiusdem fati-  
nae feminis exercebat. sed vltore Deo, spi-  
ritu malo arrepta, adeo in genibus tor-  
quobatur cruciatibus, vt vociferari, turpi-  
tate exclamare non cessaret. cogniti mira-  
culorum B. Gandolphi fama accepta, mu-  
lierena Politium adducunt. sed vix in tem-  
plum, in quo Reliquiā erant, tandem per-  
trahere potuerunt. aderat sacerdos, qui  
scribendis miraculis ab Episcopo destina-  
tus fuerat. is diu adiurans Dæmones ( tres  
enīm s̄ esse, atque vni lucifero nomen, di-  
cebant) expeliere conatur. tandem Christi  
Donini prolato nomine, Beatique viri  
Reliquijs expositis, Dæmones paruere, da-  
toque signo, quod Reliquiarum præsentia  
ferre nequarent, mulierē vel iniuiti deseru-  
ere. quz veluti somno experrecta, miratur  
eo loci se esse, & quo hoc venisset pactio,  
sciscitur, rogata vero, qui haberet? me-  
lius, inquit, quam superioribus diebus. nec  
inde recessit, nisi facta peccatorum confes-  
sione. & sacro cibo refecta. liberatus est etiā  
à malo Dæmons, B. Gandolpho inuocato.  
Guilielmus Barberius, ex opido S. Mauri,  
qui cum cieco Dæmons, adeo contractis  
viribus esset, vt ne incedere quidem posset,  
ad sepulchrum Beati viri integrum mora-  
tus noctem, bene firmus domum suam  
rediit.

Depulsus  
cancer mor-  
bus.

Vltio in ir-  
ritorem mi-  
taculorum.

Isabella quēdam ex opido Calatanisiet-  
ta, cancredine duorum annorum curata  
est, ubi ad sancti viri sepulchrum se cōtulit;  
iecto de vlcere, quod in fronte erat, ma-  
gno quēdam vertine albo, qui frontem ro-  
debat. & ne cicatrix quidem vleris reman-  
sit. Quidam Guilielmus Acrius, Presidis Pa-  
normitaui seruus, irridebat sancti viri mi-  
tacula: nec narranti cœco, se visum rece-  
pisse, meritis B. Gandolphi, fidem habere  
voluit. quin obstinato animo affirmabat,  
Sacerdotes Politienses eiusmodi miracula  
simulare, cogenda pecuniz cauſa. neque  
monitus, obiurgatusque, Sacerdotum no-  
men proscindere dictis cessabat. at statim  
diuinā vltio adfuit. repentina enim corre-  
ptus apoplexia, atrafacto sinistro latere, in  
eadem obstinate adhærens sententia, po-

strigie vitam finivit. Cetero plurima nar-  
rancur miracula tunc post mortem, tum in  
inventione B. Gandolphi: nam peripheres  
ex omni fere morborum gestere laborau-  
erat, qui se ad Beati viri s. pulchrum solitu-  
lere; vel ex ipsius Reliquijs aliquid aliquan-  
do contigeret, vel nuncupato voto conga-  
luerunt; attracti, ceci, surdi, aridi, hemiosi-  
claudi, gibbos, calculosi, paralyticci, hy-  
dropici, illū fauciumue dolore, febri, stru-  
mis, cancro, fluxu sanguinis apostemate,  
dysenteria, aliisque morbis afflicti, atque  
hi partim ex multo tempore, partim etiam  
ex ortu, meritis B. Gandolphi, cuius opera  
implorauerunt, recte habuere. Mulieres  
etiam cum vita, discrimine parientes, eo  
péricolo crepaz liberos item suscep-  
erunt, quz prole carebant. neque eo tempore so-  
lum miracula, per B. Gandolphum edita  
sunt, sed & nostra memoria, in dies eiusmo-  
di expetiuntur beneficia Christi fideles. id  
quod tabellæ in eius æde suspensa satis te-  
statur.

Praeclatum sane fuit illud, quod Domino  
Iohanni Vigintimillio, Marchionis Hieracij  
contigit, anno 1605. is Princeps cum febri  
ac fluxu sanguinis diu laborasset, depositus  
tam, & morti proximus, voto nuncupato, se  
B. Gandolphi fidei flagrantissime conuē-  
dat: qnod vbi Politienses audiueret, tanti  
Principis reverentia id dandum rati, quinō  
semel Siciliam pro Rege administravit, fa-  
cta potestate ab Domino Emmanuele Epis-  
copo Cephaloedense, caput beati viri defe-  
rendum, magna cum Religione, pompaq;  
curarunt, comitantibus primarijs viris, Reli-  
giofisque permultris. cum vero nos longe  
abescent ab opido, quod Castellum bonum  
appellant, in quo opido decumbebat ex-  
cellētissimus Princeps, eo iubente vniuer-  
si fere opidani, summa cum pietate, sancti  
viri capiti obuiam eunt. id quod, & Mar-  
chionissam, agroti Principis vxorem, nud  
pedibus fecisse, aiunt. vbi vero in eius ædes  
delatum est, summis pietatis, ac Religio-  
nis indicij æger excipit. ac diuinus des-  
peratam salutem recuperavit. postea vero  
ip̄met Princeps cum coniuge Politium  
venit, sancti viri corpus præsens veneratu-  
rus numeraque in accepti beneficij memo-  
riam allatus.

Non immerito igitur Politienses Beati  
Gandolphi Reliquias magna cum venera-  
tione, asseruant in arca, argenteis laminis  
vestita, signisque item ex argento decora-  
ta, in æde ei dedicata, marimore monu-  
mento aræ imposito. præter quam. adem,  
quæ in maximo opidi templo ædificata est  
peruetista alia, non longe Iolitio distat,  
tektis antiquissimæ venerationis, qua maiores  
Beatum virum prosequebantur. sed ex-  
stant in alijs tempis aræ illi ex antiquo tē-  
pore erectæ, cum imaginibus glorioſo San-  
cti titulo insignitis: diuinæ preces ritu sacro  
& publico decantata: D. Gandolphi memoriā  
ad gratiarum actionem, morūq;  
nostrorum eruditōrem, quot annis reu-  
ocabant. & adeo etiamtum viri sancti ve-  
nera-

Mori pro-  
xi:us lan-  
tan restitu-  
tar.

Cultus val-  
de celebris.

neratio apud Politicos vigeat, ut singulis hebdomadis 4. feria missam cantare, ac particulam Reliquiarum quæ extra arcam ad id seruantur, adorare, religioseque osculari, carnisbusque abstinentie, illis solemnè sit. neque Politij solum, sed Panormitiam, & in Castro Veterano, & Alicara. Beatum Gandolphum veneracioni esse, testantur extirpta templo, & arce, cum perpetuista ipsius imagine; præterea testantur populorum ex vicinis opidis concursus, qui quotannis ad diem festum celebrandum.

funt; longe plura miracula. & sanctioris generationis indicia reperies in his actis, quod super sanctitate virtutis & miraculis B. Gandolphi scripta sunt annis 1624. & 1621. à Ce phaledensis Episcopis Don. Martino Mira, & Fratre Don Stephano Muayero, quæ omnia iam è prelo typographicò in lucè prodierunt anno 1622. vt hinc apparat quibus honoribus afficiatur in celo, curvantos illi Deus deferri in terris volit.

Vide Annotat. fol. 68.

# HISTORIA ADVECTAE IN SIC. IMAGINIS CRVCIFIXI IESV CHRISTI D. N. APVD NETINOS CVLTAE.

Bajalardus falso accusatus & mox capite plectendus.



RADIT maiorum nostrorum fides. Sanctissimam Iesu Christi D. Nost. in Cruce pendentis imaginem, quæ Neti colitur, fuisse ipsius Euangelistæ D. Lucæ manu in Achæa depictam: inde ad urbem Romanam adiectam, in zdem S. Crucis, cui ab Hierusalem nomen inditum, summaque veneratione cultam. hic nobilis vir, piusque Bajalardus nomine, an Bagelardus, imaginem illam per summam Religionem, in dies venerabatur, accensisque cereis, & lampadibus, sèpe etiam floribus eleganter ornabat. erat homo ingenuus ferme ex aula Pontificis, (nomen aras comprimit) magnæq; apud eum existimationis; ac propter egregias viri dores & ornamenta animi, præter hanc quam dixi, religionem, eius opera Pontifex in varijs legationibus, muneribusque, non raro vtebatur. virtus igitur, quæ amorem patere debuit, magnam illi inuidiam, ut aulicis mos, conflauit. nam perdit qui-dam homines, qui in eadem aula Pontifica versabantur ut ad maiores ipsi dignitates, eo semoto, gradū faceret, commoliti sunt, quæ delere illum è viuis funditus possent. ergo Bagelardi nomen ad Pontificem deferunt, criminis maxime dantes, illum machinatum, quo modo venenum sanctitati suæ suffunderet: conprehensus & tutum homo innocens, & in carcerem coniectus. ita vero nefarij illi falsa omnia, ut vera, probantes, perfecere, ut de Pontificis auctoritate, Bagelardus capite damnatus in crastinum multostandus foret. is ubi capitalem sententiæ ex certo nuntio resciuit, nil aliud

in animum induxit suum, quam quo modo ex christiana disciplina, extremum diem obire, & constanti posset pedestre, ut christianum hominem decet, ad æternam felicitatem a Deo procreatam. ergo illi suo amantissimo Christo in Crucem acto, quem animo alte infixum habebat, fæse, tuncque omnia (quæ sunt ipsius Christi patientis merita, & pretium) in nouissimo illo, acerbissimoque virtute discrimine flagranter commendabat. tum vero pius Dominus seruū spectatæ fidei, pro sua innocentia, ac singulari in eum pietate, ex carcere, probrofaque, quæ imminebat, morte, miris modis vindicauit.

Igitur nocte intempesta, Dei minister Angelus, per carceris tenebras, Bagelardo fæse obiecit videndum, immensaque luce, squalorem loci dispulit. disiectisque foribus quāquam pluribus clavibus obseratis, Deus innocentium confugium, inquit, & tutela, iniulps te funeri subtrahit, atque adeo exire te hinc iubet, nulla interposita mora, atque ad templum Sanctæ Crucis recta pergere; inde, ubi de inopinato effugio grates egeris, quas debes, imaginem Crucifixi tecum asporta ex urbe fugiétem: ego tibi adiumento ero, & fidus dux itineris, quod in longe positas regiones aggressurus es. non concidit ad hæc Bagelardi animus, sed habuit viso Angelo fidem; dictoque audiēs ad templum conuolat; patens cum sibi illud reperisset, a deo diuino numini laudibus quod ita admirandum in modum sibi facisset, memoratam imaginem humeris suis, per summam pietatem, imponit. ita fugā inierat, cum ecce tibi, (mirum dictu) asportat, quasi alterum Hababuc asportatur cum hominem Angelus quam citissime in imagine.

Angeli motu fugit è carcere, & crucifixi L. imaginem è templo Sanctæ Crucis Roma ex-portat.

In Sicil. ab Angelo trâns fertur cum

ince-

*incognitam, ac remotissimam oram, ibiq; depositus ad campestrem casam, admonuit de loco, quo iam peruererat. in Sicilia, iuquit, nunc abes, Bagelarde, ab urbe Neto duo passuum millia. sed tu, perge celer, iam enim elucescit, populum illius urbis, & Sacerdotum collegium de omnibus admonet, eosque edoce, quz tibi ex Dei voluntate eneuerunt. insta vehementer, vt procedant obuij, eximiamque humanz salutis auctoris in Crucē sublati effigiem, dono missam, venerabundi recipient. eam interim ipse in arbore suspendā, post casam hanc, vt in secreto, ac tuto loco. aderit tibi idem ubique Deus.*

*Quz à Netinis honoriſce excipitur & colitur.*

*Quod vbi dixit celestis Dux, oculis subduxit ſeſe. quapropter alacer Bagelardus protinus Angeli iuſta facesbit, Netumque denoncians, grauer quendam, & Sacerdotio praedictum virum offendit, cui nomen Luze Acardo; is vbi felix nuntium accepit, Deq, munus miro modo patria ſuꝝ delatū, ita omnia diſpofuit, vt ante prandiū ſumma religione, qua potuere, feſtoque apparatu, ſacrum illum theſaurum, omni pretio maiorem, in ciuitatem induxerat. fait vero Imago in D. Marie templo, quod vulgo de Castro dicebatur, miraculis inſignis, collocaſa, ſumma omnium ordinum lætitia, & plauſu. eademque in æde, coram frequenti populo, ſacrificium ſollemne decantatum. iam tum Sanctissimum illud ſalatis hoītræ pigius ſumna ſemper obſeruantia, & ſtudio à Netinis, in hanc uſque diem, percutum eſt plurima hic viſa ſigna, & ſuprā naturæ vires edita miracula. nec tacitus p̄aſterierim, quod ipsam etiam arborem, uade Imago Iesu Crucifixi pependit, ea reuulſa, ramos in Crucis formam compoſuſe repererunt, hodieque pergit p̄aſteſſe. qua ex re non minore admiratione, quam pio animi ſenſu ſpectatores afficiuntur. p̄tegez ades, quz S. Marie dicebatur, mutato penitentiū u nomine, Crucifixi appellata est*

*ipſaque caſa à tanto, tamque ex irio mira, culo nomen ſortita eſt, quod adhuc retinet domus Sanctæ Crucis.*

*Hac in æde, particula Sanctissimæ Crucis religioſe ſeruatur, à Ioanne Mazone delata; huic enim aurariam artem Barcinone adiſcenti, vir nobilis fragmentum ſalutaris Christi Iesu Crucis includendum auro dedit; ſed pius artifex, operæ preium ſuꝝ, decisā ex eo particulam poſtulauit, & habuit, quā Crucifixi Netini templo dicaturum ſe voluit, ſi ſaluu in patriam adueniſſet. composuſti factus, re ad Dalmatiū, Syracuſarum Epifcopum, delata, vt ſine villa hētitatione à Christianis adoraretur, expertum voluit, nuſi ne eſſent Reliquiæ illaꝝ ē vera Domiuꝝ Crucis. igitur Antistes diuino, vt videtur, impetu, p̄aſter ordinarias humanæ prudentiæ leges, ardentem ſoculum adduci iubet, ſacratiq; ligni particulam prunis imponit. at mirum, inuiolata igni, nec modico quidem interuallo, permanſit. rurſus periculuſ facere Antistes aggreditur: eamdem particulam in craterem aquæ plenum deiſcit, que p̄aſter ligni naturam, non ſupernatauit, ſed iuſtar lapilli ad iuſta descendit. quibus miraculis ab Epifcopo, populoque Netino grates Deo acte, qui tam euidens bonitatis ſuꝝ ſignum daret. mox Dalmatius Epifcopus Crucis particulam adorauit, ceteriſque coledam indubitanter exhibuit, datis literis. anno Christi 1486. 4. kal Mai. Netini particulam eamdem Sanctissimæ Crucis, in auro inclusam, crystallo intectam curauere. audi dein honores à Gilberto, Epifcopo Syracuſano, qui concesſit, vt quarto quoque Dominico die, intra ædem deduceretur, quadraginta dierum indulgentiam ihs impertitus, qui tum comitarentur, vel feliſ diebus, per octauam venerarentur: date ſunt ab eo literæ, anno 1578. 11. Kal. Iulij, eius uero ſollemnitas, apud Netinos 5. Nonas Maij celebratur.*

## VITA

# BEATAE LVCIAE VIRGINIS

Ex M.S. Codice Salernitano.

Dmirabilis & ſemina, Lucia Virgo, Deo deuota, de nobili ſirpe progenita, nata & in partibus Sicilie, in ciuitate, qua vocatur Caltagiro, ne, cuius pater à nobili pro sapia, otiumdus, vir perfectus, & honoratus genuit ramulos tales, quorum meſunxit odor boonus, & ſtructiſ-

bat in terris tamquam rosa fructifera. Mater vero eius de nobili genere ducens originem, tamquam viua generofa glorioſos palmites generauit, inter quos Luciam, tamquam plantulam virtutum ſurculis redundantem, & abundantem dulci vino bonoruſ operum procreauit, cuius mater ueluti religioſa mulier, & deuota multas ſerebat eleſiony, & informabat filias ſuas bonis moribus,

D. Lucia  
nata  
Caltagiro,  
1



ribus, & vita honesta, in tatum autem ambo S. Nicolao seruiebant deuotissime, ut illis aliquando sua miracula manifestaretur. quadam enim die, cum adhuc esset sex annorum famula Dei Lucia, dum iret in vineam, matre nesciente ascendit arborem, ut fucus comeaderet, & subito facta sunt tonitrua magna, & coruscationes, & pluvia, & cecidit fulgor scindens arborem per medium. Puella tamen, ut placuit Domino permansit illæsa, cumque sic staret, quasi in extasi posita, vndique perfusa pluua, & quasi mortificata, nesciens quid ficeret, apparuit ei quidam senex, tamquam religiosus, & amicus Dei, qui dixit ad eam: Filia, veni mecum: illa autem ut vidit eum, gauisa est valde, & secuta est eum. cumq; uenisset ad portam domus suæ, rediens in se, dixit ad senem illum, qui ductor extiterat. Domine, quis es tu? At ille respondit: Ego sum Dei seruus, & amicus Nicolaus, quem parentes tui reuerenter colunt: & ideo propter amorem eorum, tibi in adiutorium sui. & hoc dicto, euanuit ab oculis eius. vix in lucem edita paruula Lucia, tempestive sat in umbra seculi coepit lumine inclarescere, atque infra teneros annos morum probitate enitere; docilis corde, primum ex matris ore, fidei documenta suscepit; Santo spiritu eam interius instruente pariter, & informante. O quan felices parentes, qui sic germinarunt in terris, sicut lilyum inter spinas; quibus tantam dedit altissimus gratiam, ut taalem filiam generarent, quæ soli Domino speciali commercio iungeretur. rigabatur igitur nouella plantatio in celesti disciplina, & excrevit ut culmus in segetes maturi feminis, & in exemplo sanctorum operum pullulavit, quasi Plantanus iuxta aquas. crescebat autem hæc puella, quasi agnella mansueta, ab infancia omnino immunis, & aliena a vita's instabilitatis, & lasciuia, quibus consuevit puerilis etas maculari. ab anno tertiodécimo ætatis suæ iuuenilem stoliditatem transcendens, senectutis severitatem repræsentabat, dum noctuque in Dei seruitio non accidiosa Ecclesiam cū festinantia frequentabat, & exemplo matris, piis pauperibus eleemosynas erogabat, extendebat libenter ad pauperes manus suas, & de abundancia donis suæ supplebat inopias egenorū. sic ab infancia miseratione secum crescente, mentem habuit compatientem, miserorum miseras miserantem. sanctæ orationis amicitiam in corde gerebat, per quam non semel, imo sepius odorem bonum euaporabat, paulatimque per hæc, & alia vitam exlibet acutabat. accidit autem dum sic in bonis perseveraret operebus, quandoam monialem Salernitanam, dum in Siciliam, ut suos visitaret consanguineos properaret, per dies aliquot in civitate prædicta moraram eis. quo audito puella Lucia de eius aduentu cum omnidefiderio eam coepit adire & verba Dei ab ea diligenter audire. Vtq; itaque monialis, quod dicta puella in Dei seruitio sollicitissima, & de Passione Christi sollicitior, & de

Cruce Domini sollicita cogitare. Miratur igitur in corde suo dicens nunquam se vidisse iuuenculam tam sanctis operibus insudare. delectabatur in animo suo gauisa, sancto caritatis amore succensa, prædicare sibi incipiens, & docere de Euangeliō Dei circa illum locum, qui dicit, qui non renuntiat Patri, & Matri suæ, & omnibus, quæ possidet propter me, non potest meus esse discipulus. quo audito Christi Virgo Lucia continuo pedibus eius prouoluta cum lacrymis aiebat. Obscero te Domina, ut ostendas mihi quid factura sum, At illa respondens, ait, si ignoras te pulchra inter filias Hierusalem, egredere, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & sequere me, & ostenda mihi quid te oporteat facere. igitur domo patris, & familia, nec non, & consanguineis spretis monialem ardenti desiderio plus amauit; a qua igne Spiritus sancti inflammatæ diebus, ac noctibus non recessit, sed sacras cum ea obseruans orationes, & excubias, in liminaribus eius firmiter pedem fixit. Mox illis Lucia proiegit soribus sordidam Babylonem, id est mundum confusionis repudiavit, nec decuit verum florigeræ virginitatis florem aliquibus iniuriantibus, aut spurciis inquinari, cui præfuerat in exemplum aula pudicitia, sola dignissima creaturarum, prima omnium virginum, atque præcipue Mater Virgo. Ruore autem subito ad parentes, & consanguineos euolante, laniato corde sanctu virginis, ac salubre condeinant propositum, manimenter conuoluti; currentes ad locum tentantes impetrare, quod non poterant obtinere. Primum enim adulatrices blanditia, & persuasiones, promitionesque mellifluas adhibent, per quas Virginis animus suauiter delinitus in carnalem parétum dilectionem dulcibus reflexus oblectationibus relipiscat. nihil valere preces: additū minitaria verba, quæ conuersum puellaris constantia animum ab incepto reducant. De seruitio medullitus auellendum. At illa omnia hæc tamquam inania vento tradens, spredo natiuo sanguine, potius elegit in Dei dilectionem, quam carnali firmari, tandem se parentum obici obiciens, donec tandem propinquai, & amici remissa frontis duricie, filiali consilio acquiescant. Intruente, deinde paruo tempore interhalo simul sub noctis taciturno silentio Salernitum natigio peruenierunt. morata est Beata Lucia in domo parentum prefata monialis, usquedum eadem viam vniuersæ carnis ingredere. quia de medio sublata sciscitabatur vndique cum anxietate locum inuestigans, in quo Deo finale seruitium exhiberet. tandem sicut Deo placuisse adiuncta est sororibus de Ordine Minorum in loco S. Mariæ Magdalenz morantibus, quæ admirantes pulchritudinem, & sanctitatem illius in ætatem tenera constituta, manimenter in Domino congaudentes, illam caritatia Dei emulazione sunt emulatae. Ascendebat igitur Christi puella gradus suos in Dei seruitio singulatum vigilijs, orationibus, ac ieiuniis.

Sororibus  
de Ord. Mi-  
norum se  
adiungi Sa-  
lem.

Vittutum  
nium est  
exemplar.

mis non defens ad regnum vitæ cælestis  
anhelare, fundata enim erat in sui ordinis  
edificio, quasi lapis angularis, binos conclu-  
dens paries sub obedientia, & humilitatis  
nobilitate fundamento, quas quasi virtutum om-  
nium fabricam primo, ac principaliter stu-  
duit collocare. B. namque Francisci regulam  
cum omni obedientia seruare promisit, &  
quo promissio nullatenus deciauit, pars, &  
magnis, mediocribus, & omnibus indifferen-  
ter obedientes erat, nullius famulatum patre-  
restituit, adeo ut plerumque sororu manibus  
separari infunderet, singulis transcantibus ap-  
ficeret, sedentibus assisteret, edentibus mi-  
nistraret, nulli sororum aliquid pracepit, vo-  
luntate spontanea euncta faciebat, plus di-  
ligens in propria persona sectatio humili-  
tatem, omnia facere, quam sororibus de ali-  
quid imperare. O quam laudanda est casta  
generatio, cum claritate, qua S. Lucia inter  
sorores ceteras tamquam stella fulgida præ-  
lacebat. O quam admirabile est nomen tuum  
Domine de cuius adminiculo B. Virgo fra-  
gilitatem carnis feminæ transcendebat, mi-  
rabantur enim singulæ sorores, quod vixmo  
stylum se præstaret singulis, & laboraret  
pro vniuersis, non irrationaliter se cunctis  
suppeditans, sed mente devota verbū illud  
recogitans, qui sine humilitate virtutes con-  
gregat, quasi puluerem in ventum portat.  
Gaudet itaq. summa sedis S. Paternitas ta-  
lem te ac tantam in fine temporum filiam  
miruisse, cuius vita glorioſa meritis, & exé-  
plis religiosorum omnium ordinē illustra-  
ret. Gaudet sororu minorum deuota con-  
gregatio, cui S. tō iuncta Virginitas amplia-  
bit statum perfectæ devotionis, & sanctæ co-  
templationis mentaneæ in Lucia. Gaudet  
& tantæ Virginis patrocinio totus orbis ter-  
rarum, qua speciali sanctitatis fulca princi-  
pio, mirata natura fragilitate virginæ nu-  
merabat. Quæ est enim in ecclesia Dei con-  
ditio, quis sexus, vel ætas, quis gradus vel or-  
do, qui nō in hoc thesauro virgineo multi-  
pliciter admittetur? Factū est, autē iterum ve-  
pateres Virginis super vñigenitā filiā suam  
amissā plangerent, & sparsis canis lugorens  
dicentes ò humे oculorum nostrorum, ò ba-  
tilis senectutis nostræ filia dulcissima, quo-  
modo te consolari cœvit nostre amissi?  
quare nos pateres tuos miseros, & desolatos  
in lucu perpetuo deteliquisti? O vñinā veni-  
ret saltē aliquis, qui te in vita superstite enar-  
raret. Hæc & similia tristes pateres lacrymo-  
sa voce diu cōquesti, dū per terras diuersas,  
& castella filiā multifarijs nuncijs querita-  
rent, tamen nihil certitudinis de ea repert-  
entes, ipsa tamq; defuncta dignis exequijs, &  
honorabilibus defunctorū officiis Dño com-  
mendabant. Sed, Dñs ille mirabilis, & exel-  
sus, qui nō derelinquit sperantes in se, qui san-  
ctos suos educit cum exultatione, & electos  
suos cū lætitia, puerilā in religione, quasi can-  
doris lilium plantatam roborabat. cuius  
odor bonę cōversationis fragiles, languētes  
diuinō seruitio pigrantes erigebat, &  
confortabat, in tantū enim erat in oratione  
intenta, q; die nocte; ab orationibus & di-

Tom. a.

uinis officijs nō cessaret, neq; spiritu à ieju-  
nijs, & vigilijs relaxabat. S. etiā sigillū Cœ-  
cifici ita cor eius, & mentē intrinsecus sigil-  
larat, vt sēper illud cū reuerentia adorando  
& in manibus cū deuotione teneundō, num-  
quam à facie amoueret.

Dīulgabatū paulopost opinio sancti-  
tatis in Beata Virgine Lucia per Provincias  
& Terras diuersas, & proximas regiones; in  
odore bonę fama sua deuote mulieres vu-  
dij; cōcurrebant, cōhantur Virgines in ex-  
ple Virginis Christo cōseruare q; sunt, id-  
est castitatem custodire inuidatā: māritatē  
nituntur adipisci q; non sunt, scil. fatigati  
maritalē chorū seruare castius illibatus inui-  
tantur nihilominus ad incoquinatā cer-  
tamina castitatis, iuuenum impetus rōbu-  
stior iā conicitus, vt ad carnis deuouenda  
ludibria per infirmioris sexus exēpla fortia  
prouocetur. Omnes pariter feruidi cælesti  
zimulatione induci Christo seruire deside-  
rant, oēs eiudē vita Angelicæ, quæ per Lu-  
ciam illuxit, sicuti participes exoptabāt. Tan-  
ta salutis germina Virgo Lucia suis induxit  
exēplis, vt impleri per eā illud Propheticum  
videretur. Omnis gloria eius, filia regum in  
honore tuo, post eam Virgines adducentur.  
Hæc est quæ in sitz conversionis primordio  
paternā spexit hereditatem, quæ sibi nihil  
reservans de pretio totā sua substātia por-  
tionem in cælestes voluit thesauros per ma-  
nus pauperū deportari. Sic ergo seculo forti-  
seeus derelicto, mente interius est ditata, sic  
post Christū libera, curisq; mundanis exuta  
fotulisiq; sceleratē pecunia exonerata cucur-  
rit, suis frequenti repetitione sororibus in-  
tulcabat solam iūdū acceptabile Deo fore  
bolygonum, q; hæc paupertate, & paupertate  
castitatem facit opulentum; & hanc societa-  
tem perpetuo munimine roborandam, quæ  
stabilitate paupertatis altissimæ, & humili-  
tatis excelsissimæ fundata fuerit humiliter  
propterea cōfortat, & hortatur eas in pau-  
pertatis nidulo Christo pauperi con-  
formari, quem Virgo Mater pauper-  
cula in stricto boum præsepio nudulum  
reclinavit, conabatur perfectissima pauper-  
tate firmissime crucifixo pauperi couniri, vt  
nulla res transitoria, nulla gloria péritura  
amantē sechuderet ab amato, ac cursu eius  
impediret ad Dñm, & quo remunerationis  
brauium expetebat.

Mirabantur omnes succubuisse naturam  
in carne tam tenera, nec solum oblitio  
peccatis reddiderat abstineri pénitentia,  
verum etiam exterritas fecerat vigili-  
rum, orationum, & castigationū cōtingatio  
indefessa. S. etiam Virginis sacra religionis  
odorē tenera spirabat infantia, quæ iuueni-  
lem lasciviam detestata, non tantum cōta-  
ctus illicitos, & facinorosos abhorrebat in-  
cessus, verum etiam indulta trāgressa, imo  
abominata coniugalem copulam, castitatis  
libertatem, & continentia candore est am-  
plexata, mundissimæ carnis virginæ con-  
seruabat integratam ex arbitrio libero il-  
libatam, quætus Agnum Dei Christū pro  
mundi salute in Crucis altari immelatum,

Ec quo:

Paupertatis  
affectus.

quocumque pergeret, expeditis gressibus in carne virginea libere secutura, hymnidicis Angelorum choris interesse, & Sanctis Virginum choris per vitæ munditiem interseri mereretur. O admirabilis in adolescentula tenera castigatio sanctitatis, quæ cū vix obsequi vel obedire deberet, promptum alijs, & assidue offerebat obsequium; cuius etas infirmior facta maturioris ætatis, & ante creationis tempora merita sibi præripuit seni orum. O admirabilis adolescentula, quæ ter minos impenitentie naturalis transgredies & solius pueritæ puram, & virginem puritatem cum arrogantia, nec non faustuosa presumptione aggrediens, per operum excellentiam, fragilem exaltabat ætatem. igitur dona remunerationis gratuita percipere merebatur à Christo, cum ad id esset cognata per gratiam, ad quod deficiebat fragilitas per naturam. Hæc est Virgo Sancta pau percula quæ a seculi tumultuosa vanitate se subtrahens, & ab inani negotio mundana versutiæ se abripiens, solummodo curabat oculis interioris hominis Iesum Christum puro mentis intuitu intueri. Hæc est Virgo quæ abscondit velut prudens negotiatrix margaritæ inuenta, idest regnum cælorum, vel castitatem virginem, nec auro, nec pretiosis lapidibus coparandam, & eā nisa est relictis omnibus coparare: orabat cū intima intentione animi, quatenus æternus Deus viuis, & verus immaculata dirigeret viam suā, & sui solius illā doceret facere voluntatē. Gestiebat neinimicū scire quid ageret, unde solitudinē amans orabat, vigilabat, se flagellis castigabat, & occasione diuinæ remunerationis opera sancta sapienter occultans, solum Deum scire voluit quid ageret, & eū de suo sancto proposito cōsulebat. maximam sustinebat animi passionem, cogitando qualiter Deo perfectū exhiberet obsequium, & donec opere cōpleret opus bonum, & corde conceperat, quiescere nō valebat. Calefacta quippe in intimis igne diuini amoris conceptum Sanctæ mentis ardorē, & dilectionē cœlare deforis frustra nitebatur; in ieunio, fletu perseverans exorabat clementiam saluatoris, & de sua diffidens industria, totum iacobat in Dño cogitatum Res miranda, fragilis puellula saepius deprehensa est, lectum dimittere, nimirum quia carnis delicias execratur, & deuouebat, eligebarque potius super terræ duritiæ carnē stimulando accumbere, quam in lecto quiete corporea resolutam iacere. Virgo sancta soli Deo complacendo, nō hominibus adulando, tale cōstistuit pistatis, & non voluptatis de se ipsa cōsumivum. Primo penitentia mensam ponit, secundo compuncti cordis ferculum anteponit, deinde parum doloris apponit, non immemor verbi psalmi dicentis: vanum est vobis ante lucem surgere, surgite: &c. Postea nō minus pro dulcis vini liquore potū suum cum fletu téperat ad mensuram, nō oblita verbi eiusdē prophetæ, qui ait: potum dabis nobis cum lacrymis in mensura. Deniq. ut Deo perfectas adhibeat coniuij nuptiales delicias, talia tali, ac tanto coniuij gaudia

præparat instrumenta. Totum loco typi sui cordis pulsat hoc picum, totā sui pectoris adaperit symphoniam cantantibus organis, vt corde, & corpore immaculata permaneat vita sua coram Deo; planctibus dat languore, cytharam percutiebat in domo Dñi per longa suspiria modulando, quibus se significabat ad patriam suspirare: gemitus continuos adaptabat in fistulam, dum pectus suum saepe pulsado repercutit, quasi cimbala Deo placita personat sicut melos. Itaque dum hoc modo tamquam prudens ioculatrix cibos dissimiles oculis apportat, misericordie secura copiā tantis non frustrata labocibus sic reportat. Res miranda macerat. Virgo tenerum corpus suum in tātum, vt languescientibus artibus tandem in ægritudinis lectulo lassata decumberet, nec tamen propter hoc regulas, & obseruantias sui Ordinis in minimo trascendebat; imò fortiori Christi iugo subiiciens maioribus cruciatibus carnem teneram, quā antea cruciabat. Virgo namq. candida, in grabato suo languida decumbebat, & memoriam passionis crucifixi corde initmo recolebat. quippe qui candor est lucis æternæ, sui splendoris radios ita cordi puellulæ fixerat, & interminabiles thesauros, indeficientesq. riuos aureos de Crucifixi vulneribus emanantes, & multi rudinem dulcedinis suæ, quā abscōdit timentibus se. Virgini patefecerat. sexta nāque feria, quo die filius Dei affixus cruci, & à Iudeis cōculatus fuit, & mundum suo sanctissimo sanguine liberavit. Crucem Dñi cōtinuo tenēs in manibus, ipsā deuotissime adorādo. sumum silentium obseruabat, & eodē die obreuerentiā eiusdē Dominicæ Passionis, non nisi pane, & aqua tātumodo vescebatur. nec admirādū, si Crucifixi signū reuerēter apléxabatur, qui stat paratus quotidie tamq. expāsis in Cruce manibus deuote cupiens animā amplexari. Datum est ei nihilominus hoc p dulcedinē diuinæ gratiæ, vt in cordis sui sacrario tamq. in crucis mortario cōtineretur vera penitentia cōtritione cælestè redolēs pigmentum. Ex quo etiam crucis altari salutis æternæ profulsi antidotum per genū humanum ab antiqui serpentis fraudulenta suasione seductum æternæ mortis virus euomuit, & à callidi hostis versutia ille summus reconciliator hominē ad imaginē suā factum tamq. pugil omnipotens manus potentiaz liberauit. O admirandā Virginem, quæ oculos cordis, & corporis, quinque Christi vulneribus infigebat, quæ quinq. len suum nostrorum facta sunt medicina, p quos veluti per quinq. fenestræ mors in hominē modo pestifero est ingressa, de quibus profecto vulneribus nomine variato in canticis canticorum ait spōsus. surge amica mea, spōsa mea, & veni Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceraz. Ecce stat ad ostium pulsans, vocat amicā sponsus, idest cuiusq. fidelis anima; Christus enim dicit Ecclæ, surge amica mea sponsa mea, & veni. nolo otioso corpore lentesce e. cetera, in corrupto codice, legi mnime potuerunt.

Vide Animadu. fol. 68.

Feria 6. per silentium ieun. Christum crucifixum celebet.

Muni cu-  
bat.

VITA

## VITA, ET MIRACULA

SANCTI ALBERTI  
CONFESSORIS

A V C T O R E

## VINCENTIO BARBARO

**B**ENEDICTVS : ex nobilissima & Abbaturum familia, Eryce ; opido Siciliz prope Drepanū oriundus, vxore habuit Ioannam, feminam inter primarias, cognomento Paliciam. innocenter, ac mutuum per amorem in matrimonio vivere, profus iteiles, annos sex, & viginti. sed cum proli desiderio tenerentur, orare suppliciter Dei Genitricem non destitere, nuncupato voto, si virilem stirpem, eius benignitate, parerent, sc̄ illam Ordini Carmelitarum caputuros; simul ieiunia, atque elemosynas ad vota, ac preces adieccere. haud multos post dies, Ioanna fortum concepit: interim Benedictus per quietem videt vxorem patere cœrum radiantem; eadem visa Ioan̄a sub auroram oblata sunt. expergefacti coniuges, inter se, qua viderant in somnis, cōmunicante, mirantes, gratantesque, mox in genua accidentes, Deo gratias agunt, & Virgini Deiparz. cum igitur indicia conceptæ prolis, quam negabat ætas, certo cognarent: mater illum gratiae fructum, & benedictionis reputans, instanti Dei vaticinata, magnus hic, inquit, filius erit. ve iugis partus, edidit filium, cui baptismate abluto nomen Albertus inditum est.

Puer exinde magistris eruditus est, vt liberalibus disciplinis eruditetur. neque eum modo literæ, ac mores, sed gratia Sancti Spiritus exornabat: apprisse autem parentibus erat carus ob egregiam indolem, certisque omnibus præ animi lenitate gratiosus. cum annua octauam ageret, Benedictus à viro quodam inter amplissimos regi generis interpellatus est, vt filiam suo Alberto desponsam velleret: eius precibus quidus pater, rem vxori aperit, eam ratus: a sententia sua non discessuram. at illa: vtilis animi mulier, miror te, inquit, mi viri qui fluxis adeo rebus inescatus, ad opes inlyas, haud quidem perpetuas, sed cito perirebas: quò transuersus elatione raperis, deinceps mundi decipulas, ac inanem istam glorialem aspernare. num ne Dei tui obliuia es, quem exorasti, vt stirpem daret, hec consilia votis respondentis tuis, quibus te libere deuinctum esse voluisti? his fidem.

Forma.

tuam liberast Albertus noster nequaquam feminæ, sed Virginis Ordini coptuladus est. expedit vero nobis Christo Domino, eiusque matre premissa vota persoluere. his auditis, coniunctus ferme vir conticuit, nec contra ire ausus est.

Cum tempus opportunum fuit, mater euocatum ad se filium in cubiculum, rationem conceptionis eius docet, quibusque votis obstrictus teneretur. ad quam puer modeste: mater, inquit, non ego juris mei sum: sed imperio parentum subiectus, faciam, q̄ maxime vis: seu rebus humanis, seu diuinis inservire placet, sacroque Ordini castam me offerre victimam, si eo me voto obligasti, vt in eternum viuam. at mater, fili, inquit, carissime, promissa Virgini abolere non ausim: quin enixe oro te, vt ijs parentes exsoluas. idque erit bono, ac decori tuo; est enim Dei seruitus Regnum perpetuo salvare. Rursum puer, recit mones, o mater, quod iubes, cito consequar. interea reciperit se dominum pater, atque ubi paratum est prandium, parentes ad mensam adsedere, quos puer Albertus ita allocutus est: quid, quam hodie nec comedam, nec bibam, donec mihi bene precati fueritis. illi benevolentia permotis, statim filio beneprecantur, is vero exorata parentum benedictione, facies sit adib⁹, & pergitque ad cœnobium Carmelitarum, quorum est opulentum, & celebre templum, haud longe Drepano, ad montis Erycis radices. vt eo peruenit, vocato Præposito, sacri Ordinis habitum sibi dñe flagitat: sed ille infirmum ratus pueri propositum, reiicit primum ab se. donec ad parentem remisit, cum probe nosset, quæ generis claritate polleret.

Proxima nocte, ubi cubitum Benedictus discessit, 5 Regina cœli, generis humani solpita, ei adstante visa, & minaciter increpante: cur celeriter, quod debes, non persoluis; & penes te, quod alienum est, retines? cur diutus temoraris pollicitationes, & vota? Albertus hac tuus, quo maxime gloriari, tuo de sanguine genitus est; sed mihi identidem, in quoque cultui perpetuum addicthus. ni mihi seruum reddideris miseri, scias repentina te moriturum. expergefactus metu pater, animoque consternatus, vxori visa narrat, quo perennis votum faciunt ratum.

Eccl

mox

Mater Alb.  
hortatur ad  
ingressum  
in religiosā  
familiam.

5  
D. Virgo pa-  
trem reluc-  
tantem mi-  
naciter in-  
crepat.

## 230 Vita, & Miracula S. Alberti Confess.

mox orto sole , parentes vna cura filio ad eadem Carmelitarum contendunt. accito Priore , ac Conuentu Fratrum , nocturno viso prius exposito-, filium Diue Virgini Drepanitanæ sponte offerunt . vbi vero dies aduenit , quo Albertus in familiam Virginis ingressurus erat , multis nobilibus viris comitantibus, ad eadem eius deductus est , paratisque , vt mos est , sollemnibus sacris , Ordinis habitu induitur. vestes , quarum antea usus fuerat , ipse met pauperibus dono dedit. exinde vitam sanctissime instituit , cum eximijs in virtute progressibus.

At Diabolus , qui à primordio damnationis suz inuidentia in hominem fure re cœpit , pestilens veterator , Alberto in etatis lubrico versanti laqueos orditum , summaque ope nititur , pœnitentiaz eius exordia consuellere , & à summo religiosz vite gradu deturbare. igitur os , habitumq; pulcherrimæ mulieris induit , & pietatem vul tu mentitus , ad Albertum accedens , his aggreditur: miseram me , quid faciam , cum amore tui depercam? quo me vertam , destruta spe nuppiarum tuarum? viduata te . cuius amplexus diu concupisco ? ne queso te , adolescentis , me stirpe nobilera , afflu tem opibus , estate florentem , vultu formosam , ne desertam me esse patiaris ; agendum resipisce , & ad patrem redi . fructe bonis meis , & viuamus . nec decet te vili sub veste viuere , neque asperum vita genus tolerare poteris. in hisce sordibus permanenteris ? tunè acerbe adeo , ac duri ter vixeris ? corpore imbecillo cum sis , sub grauissimo hoc onere , si perferte institeris , opprimeris . quamobrem , pulcherrime adolescentis , quem præcæreris vnicce diligo , ne me desere in tantis malis . miserere mei quæ tua causa acerbi simus conflictor: tunc Albertus machinationes Dæmonis suspec tans ; abi , inquit , Satana , quo superbia te tua deturbauit , relinque me . non enim simulacrum hominis , quod præfers , sed auctorem mortis , & scelerum architectum intueror . quo statim dicto flagitorum sa tor enauit.

Exacto anno , Albertus religiosis se votis sollemniter obstrinxit , quæ primum animo iam inde ab ingressu suo fecerat. inde exemplis pœnitentiaz præcipius , & domando corpori severus inprimis fuit . nam ferijs 2. 4. & 6. aspero induitus cilicio , iugis se ie junio macerabat , sexta vero feria pane tantum , quem miscebat absynthio , vescebat , & vino semper abstinuit; cuius potu per timescebat , ne luxuria illecebribus caro eius inquinaretur. noctu vbi precibus Deū propitiasset , catenis se verberabat . fermentatio in strato solitus cubare . vestis eius vltima è vili lana , exterior è rudi panno. otium detestabatur , vt virtuti maxime noxiuum . frequens erat , maximeq; diuinis rebus intentus; quarum ineffabili voluptate capie barur; veritus , ne si vacuum eius animi hostis inueniret; laqueis implicaret suis: castitatem in rum in modum coluit. singula re in eo fuit obdientia studium , & amor

Alberti habi tum Carmelitarum induit.

Illustriores in eo virtutes animi.

paupertatis . patrimonium suum , queq; de no acciperet , in pauperes fratres suos im pertiebat; demissione animi omnes facile superauit. sacras literas optime callit , quarum meditatione animum mirifice paicebat. concionibus suis , quas magno ardore ad populum habebat , Iudeos nonnullos , ethnicosq; interdum ad Christi fidem conuer tit: vt vero facilis , eademq; constantia , in studio se pietatis exerceret , modum sibi adhibendum esse sapienter existimauit , sine quo nihil unquam diuturnum fuit: dein igitur ita distribuit; à prima noctis hora ad terram usq; precibus vacabat; modicam enim quietem capiebat , reficiendo corpori , à sono rerum cœlestium contemplatione repe tebat. hiac ad matutinas preces occinédas: mox Deum orare , haud sine lacrymis , donec aurora exorietur. tum diuini sacrificij mysteria peragebat. quo pie perpetrato , ex hominum se frequentia subducebat. à certa ad preces usq; vespertinas , aliquo manu opere , ac labore se exercebat: diuinis precibus vespere decantatis , suetas pœnitentias exercitationes resumebat.

Porro tanta animi demissione fuit , ut valuit , animoq; adeo iniquo , ad sacerdotium euichi passus sit. atq; illud in primis pie dixerit: numquid indignum decet me cancri sacramentum populo ministrare? neq; ego eum me esse compior , qui diuinum ministerium exequi pro dignitate possim. postquam 7 inter sacerdotes adscitus est , à Praefecto ordinis sui Messanam destinatur , vbi spiritus sancti virtute multa ab eo miracula patrata sunt. principio intempera quadam nocte dum in ecclesia , ante aram . superplex Deum oraret , ademq; accensa lâpas illuminaret , ardens inuidia Dæmon adfuisse visu est , vt Dei famulum terrore percussum à precibus auocaret , interturbaretque legebat is psalterium , atq; ad psalmum illum peruerterat : eripe me de inimicis meis Deus meus , & ab insurgentibus in me libera me . commodum impulsa lampas à Damone deuoluitur. sed , vt hæc decidit servata à Deo est , nullam passa iacturam , nec vitri , nec lumina , neque olei. id accedit 8 Jacobo summa rerum in Sicilia tenente. sed illustrius illud non multo post , fratre eius Friderico regnante .

Vrbem 9. Messanam Robertus Carelli filius Regis Neapolitanorum , terra , marique supremum exitium minikas , obsidebat: obcessi valida premente fame de salute def perant. turbida multorum cœsilias , atrocitas exurerent potius urbē , quam hosti dederent. sed quorūdam meliora , in Deo sperandum extremis in rebus , is enim sperates in se nō quā deserit. irent ad Albertū Christi seruū , eiusq; precibus liberationē à Deo , & matre eius exposcerent. igitur magistratus , optimatesq; Albertum adeunt , cū diuinaz rei solemnia adhuc celebrarentur , enixeq; rogāt . opem ab eo afflictis ciuibus exoraret . vegeri hoste , & cōmeatus inopia : seu gladiis seu fame pereundū esse , irato eoru sceleribus numine . suis ipse precib' placaret Deū & bē,

Alber. pre-  
cibus suis à  
fame liberat  
Messaon.

**A**b benignissimam eius parentē conciliaret caritati an non prospiceret, hostēq; pelle- ret, mētia circūsidētem. Albertus extrema vrbis calamitate permotus, salutē hostiā dām lacrymis obtulit. mox in genua procū- bens, ita precatus est. Rex Regum maxime, Deus, & omnium pater, qui faciē tuā ab ijs nō auertis, qui de bonitate tua nequaquam desperant, respice de summo cōlō populu- tum, & esunde super illum misericordiam tuam. pasce nunc esurientes, qui olim in so- lidudine tantā hominū vim, per tot annos educasti extende brachium potentiz tuz, & confirma vrbē timore exanimatā: tuere, neq; in copijs, neq; in armis, sed in nomine tuo sperantem. at assiste morituris, ne sa- tanas, s̄uissimus hostis, de tot animarum perditione trinmphet.

Potquā Albertus fānē orandi facit, simul in konuit ingenti coitu cōlō, & accepta vōx exaudita esse à Deo preces Alberti, su- ñam omnibus in admirationem adducit, gāudio exsultantibus, Deoq; gratias agen- tibus: neq; vīla interiecta est mora, cū tri- remes quatuor frumento onustas in portu esse cognitum est, cunctis in stuporem defixis, quod portus classe hostis obseßus te- nebatur. potea vero quam commoatum in litus exposuere, isq; in vrbē noctu compor- tatus est, tristemes illā cōspectā amplius nō fuat, neq; earum nauicularores vñquā co- gniti: ex quo Angelos tuis creditum est. au- diō miraculo Fridericus Dux maximo cū comitati ad Albertū accurrit, eiusq; dēx teram exosculatus, grates agit; quod preci- bus suis inopiz ciuium subuenisse: simul ro- get, vt liberationē vrbis hoste depulso, qui- tam posset, a deo impetraret: eaq; tunc opinio in vulgus fuit Alberti sanctitatis, vt eus apud Deum meritis, non posse vrbem capugnari, pro certo haberent.

Per idem tempus, monachus quidā erat et cōnobio S. Salvatoris haud longe Mefia- ea, apostemate grauter in gutture affectus et pene confectus, salutē eius à medicis des- perata. is igitur quosdā ex fratribus suis ad Albertum mittit, qui rogarent, vt venire ad se extremum in discrimen adductum, ac vi- sere ne grauaretur. statim pīs vir, agrum solari cupiens, ad eum contendit. cubiculū ingressus, quorsum, ait, accersiri me, frater, illūisti, qui peccator sis: sed in Deo spēm habe, cuius est salus, cuique morbi obsequū cur. cum dicto, frontem eius cruce cōsignat: mentemq; paululum sustollens, confide, in- quisit, mi frater, in Domino Iesu, eiusq; ma- tre sanctissima; ille vero, maxime, respondebat: neq; infanibili morbo oppressum precibus tuis commendo. nec mora, dirupta vomica saniem tēterrīmam per os eiecit, pristinazq. s̄kuti restitutus est. ex eo Beati viri fama, sanctitatis vulgata, & in manus aucta.

Aliquando Albertus in epidum Alicatā contendit. vix cōnobium ingressus, cū per- latum est, clarę feminę filiam à Dēmone vexari, audito ingemuit, & quo, inquit, im- perio. Satana, hēc facis? permotus igitur misericordia, ad energumenam pergit. po-

quā matri de eius accessu renuntiatum est, statim domo exsiliens, obuiam fit, cum- que ita alloquitur: spero, vir Dei, afflictam me meritis tuis recreatum iri, quāmquā magnus animo meo dolor infixus heret. quippe filia vñica infesto à Dēmone, insel- sis visceribus dilaceratur. puellam male af- fectam visere, ne dedigneris: tantamq; à fi- lia, & à matre ærumnam depelle. ingressus adem Albertus. ad puellam, ei bene precca- tus, accedit. hēc hād cunctata, colaphera in eius maxillam infligit. Albertus aut̄ in- iuria commotus, malam alteram offensos, vt percuteret, rogabat, qua animi demis- sione confusus superbiz princeps, dolensq; lamentabatur: heu quā inique meū agis. quām crucior aduentu tuo. quām mox hinc euolabo! ad quem Albertus; qui te pro- creauit, qui de cōlo pēz superbia tua prē- cipitem dedit, de corpore insontis huius virguncula vel iniuriam depellat. quo dicto capít hēc contremiscere. at Albertus rug- sum instat, regredere, satana, à corpore, q; Christi nomine confignatum est, diminu- que hoc opificium desere illasum. tum: puel- lam cruce signat, & aqua benedicta alper- git: statimque Dēmon abscessit, illa Dēcum laudante, & Beato Alberto gra- tias agente.

Regressus est vir sanctissimus Drepanum quo tempore pueilla quādam primipara in summo vīce discrimine versabatur. sed- enīa sex iam dies laborabat, nec pare- to poterat, & transuerso puerperio. pueilla mater, vt Alberti aduentum relēcuit, à dolore ad spēm transgressa est; ad cō- nobium conuolat, cognatis comitanti- bus, atque ad Alberti pedes abiecta, iafelici matri, ait, filia moritur. nec quisquam est, qui morienti opem fe- rat; veni, oro, obsecroque, priusquam dotoribus extinguitur; quando videre- te diu concupinat, vt salte in à peccatis animam reteues. interrogat Albertus, quibus in zōibus, quāne vrbis regione haberet? sed mulier, quid refert, ades tibi meas communis, propera, quā- so te, pater, & ducem me sequere. igitur gregatim contendentes, vbi ad zōes peruenere, in quibus pueilla morti propior decumbebat; Albertus pacem illi precatur. mox Margaritam, hoc erat pueilla nomen, vocabat. quid illa responderet, vsu sensus iam destituta? tum vir sanctus digitum ori eius immi- tens. quid, inquit, dolore conficeris, nec mihi respondes? age eloquere, & matrem tuam consolare. hic oleo ven- trem inungens, ita oravit; propitiuste Iesu sōspiter, filia, meritis matris suis. & sicut hēc virginitate inviolata concepit, & fine dolore peperit, ita & tu fine vīla vīce iactura prolemedas. Do- mino sacram. vt hēc dixit, mulier ad se rediens, ac veluti recreata, patefecit oculos, edicens, adiuua me, amice Dei. sta- timque infantulam peperit, quām postea Domino consecravit.

Drep. sex  
dies inver-  
so partu la-  
borante  
discrimine  
exunit.

Anno

In Saccia opido comitatu  
lens hemine  
sauar.

Anno 1295. cum Albertus in opido Sac-  
ca concionatorem ageret, iudei parentes  
filium comitiali morbo laborantem addu-  
xere; illum orantes, ut incolumen filium  
parentibus redderet: Albertus præstatum  
se, quod efflagitarent, pollicetur, modo in  
Iesum Christum credere velint, virginitatē  
Beatissimæ matris eius profiteri, omniaq;  
qua in symbolo continentur. illis vero om-  
nia credituros affirmantibus; tum Albertus  
signo crucis comitalem hominem signans,  
abigat, ait, à te Iesus Christus hunc morbi  
si vera sunt, qua de ipso predico. his dictis  
e vestigio homo ille sanus factus est: neque  
vñquam amplius infeste eo morbo corre-  
ptus fuit. parentes, certi rerum, vna cum  
filio Iesu Christi fidem suscepere, & à San-  
cto Alberto sacra vnda abluti sunt. & vero  
parentes religiose admodum vixerunt. filius  
Albertum secutus, cum vitam pie vixisset,  
in Domino feliciter obdormiuit.

Fluui ab-  
reptos ex-  
tio eripit, tu  
per aquas  
decambulans

Eodem anno, dum B. Albertus prouinciam  
obit, Agrigentum iter faciens, ad fluuium  
palatinum peruenit. hic Iudeos quosdam  
offendit, quos in traiectu ex crescens ex al-  
lunie subita annis abripuerat; iij haud igna-  
ri in quanto essent discriminæ, virum Dei  
de quo inaudierant, ad ripam intuiti, operi  
eius implorant clamitantes: adiuua nos Do-  
mine Christi tui virtute, ne aquis obruamur:  
ad quos Albertus, si fidem eius, & baptis-  
ma suscipitis, salus vobis praesto erit. & illi  
credimus qua de Iesu Nazareno prædicari  
& baptizari cupimus: tum i.e. B. Albertus  
fluuium ingressus, & super aquas incedens,  
ad eos venit, & in ipso flumine baptizat.  
dentalibus interim, & vere diuisis aquis. San-  
ctus vir Iudeos baptizante iam expiatos,  
ac discriminii eruptos, incolumes ad ripas  
perduxit: qui cum redissent ad suos, que ac-  
ciderant in via, cum gaudio enarrabant,  
virum Dei miris laudibus attollentes. Agri-  
genti vix diem moratus, cum populi con-  
cursus ad eum feret, maximeque grauaretur,  
Leontinos secessit. hic virtute Dei, mul-  
ta praetare gessit. illud eximiam commu-  
nero.

Adolphus quidam è nobili Lamierum  
familia, ex ægritudine prope mortem: stac-  
& vero iam funus apparabatur. mater asse-  
stu nimio, & dolore compellentibus, ad co-  
nobium percurrit, spe valens, & pietate in-  
Dei serum; nec dum ad eam ingressa clara-  
trabat, nunc age, qui Deo gratus es Alber-  
te, subueni mulera matri: neque hinc ab-  
scedam, donec meritis tuis mihi filius con-  
ualefacat. Ordini tuo iam destinatus. cum  
femine eiulatus increbesceret, egressi quidam  
è reliquorum cœtu, frustra, aiunt eam  
Albertum, quando abesset, illic præstolari,  
nec nisi vestem eius penes se habere; & hanc  
illa efflagitat, certo cata, posse per eā Deū  
filio salutem dare: tandem coasti precibus,  
œconobita ad moribundum pergunt, cuncta-  
que familia orante, Alberti vestem fer-  
me super examenem imponunt. o facinus  
ab omni seculo commemorandum. exanimatus  
pena adolescentis, périnde ac suave-

polleret, Albertum prope aditare videt, &  
qua hortari, vt in nomine Christi surgatis-  
mul illum dexteram porrigit, imagina-  
batur, quam cumprehendisset, confessus  
ferreo somno mortis excusso, surrexit, &  
loqui clarus cœpit, qua viderat ordine re-  
sensens. mox cibo refocillatus, conualuit.  
post hæ Adolphus, ubi se deuotum sacro-  
ordini à matre cognovit, alacriter habitum  
induit, verum vt facile adolescentium ani-  
mi defuerunt, vix dum elapsi anno, or-  
dinem exiit, seque militia addixit. sed trās  
fuga castrorum Dei, à spuriō fratre brevi  
interfectus, divina vltionis exemplum fuit.

Quo tempore B. Albertus Sicilia prefe-  
cturam administrabat, pedes cœnobia vi-  
fitare solitus erat, baculo innixus, & vno  
fratre comitante, qui fictile vas ferebat, in  
quo panis erat, & aqua, quibus in via suste-  
tabantur. forte accidit, dum iter faciunt, vt  
delapsum vas incunia socij diffingere tur-  
qua is re valde consternatus, accedere ad  
Albertum non audebat, cognovit Dei vir-  
tute Sanctus vir, quod euenerat, accitumq;  
ad se socium rogat, cur longiore, quam so-  
leret, interuallo sequeretur? quae de caus  
sa tristis adeo esset ille rem omnem trepida-  
tus exponit. tum Albertus ire iubet, & frag-  
mina distracti vasis ad se deferret: abie is,  
paretque, & ecce vas integrum reperit, plu-  
num vero aqua; itaque incredibili gaudio  
affactus, ceptum iter consecit.

Die quadam, dum instituti sui cœnobii  
visitat, vnaque cum fratribus in choro Deū  
orat: spiritu perhouit, quemdam ex ijs ma-  
gna priderat in Dei matrem pietate affectu  
ardentemque, ab ea iam retractum, serpen-  
tis inferni fraude; qui animum eius amore  
mulieris inflammauerat, quo sauciis, pium  
erga purissimam Virginem obsequium exao-  
rat, animumque in turpe illud cœnum ab-  
iecerat. igitur fitim illam suam expiere cu-  
piens, cum muliere colloquitur, & animum  
aperit suum: hec promptam se, ac parata  
offert, qua virum Dei neutram latebant  
ergo accersit hominem ad se, clam omnibus  
explicat eius animi confilia, colloquia,  
pactum cum muliere facinus, an cū morte  
erubuit aperto facere miser, rediitque ad  
se, veniam à Dei famulo exposcens, cuius  
estiam precibus pristinam pietatem in San-  
ctissimam Dei patentem, sibi restitutam  
esse persensit.

Ceterum Albertus Panormi, cum esset  
euenuit, vt colludebatibus pueris, soror par-  
vula oculum fraterculo erueret, quo casu af-  
ficta est, familia præ ceteris vero mater  
cialatu miserabiliter conficiebatur, tandem  
vbi nullum erat humanum remedium, ad Al-  
berti operem configit, qui postquam infor-  
tanum ex ea audierat, solatur alloquio: pos-  
se Deum, qui hominem fabricatus est, oculum  
compingere. se vero, vt ceteros, ho-  
minem esse peccatorem, sed instante ma-  
tre, nec lucrum cohobente, Albertus in hor-  
tulum cœnobij colligit se. hic flexo genu,  
nec sine lacrymis, orat Deum, vt opus, q  
sapienter composuerat, membrisque mix-  
tice

Prouticiam  
Albertusmo  
deste admai-  
nistra.

Oculum ce-  
co puer ref-  
tituit.

fice colligauerat, insuper transfuso spiritu decorauerat; deturpatum relinqu per iniuidiam Dæmonis, ne pateretur. placeret vero reformare, atque oculum puer redonaret; vnde eius potentia, ac bonitas attollantur, hostis malignitas pessum prematur. finita prece, ad mulierem regreditur, et tamque in spem, ac fidem in Deum, beneq; ei precatus, dimittit. illa ut recepit se domum, comperit pueram recte valere. qui, mater, inquit, homo quidam oculum inunxit oleo, reddiditque. cultum hominis, etatemque perquimenti matri respondit, senio proximum vidisse, amictu interiore atro, exteriore candido. vnde perspectum mater habuit, Dei virum in spiritu adfuisse, puerque lumen restituisse, miraculum tota vrbe diuulgatum est.

Gloriolam  
timēs, Mef-  
finam fugit

Quam ob caussam cum populi concursus ad Albertum fieri inciperent, isque cum hominum frequentiam, cum inanem gloriosam, humanam veritus imbecillitatem, fuge cuperet, clam omnibus Messanam pedes iter ingressus est; vbi 11 tum cœnobium Ordinis extra urbem erat. his post aliquot dies, aduersa valetudine conflectari cœpit. ad hoc etas eius ingrauescebat. itaq; Deum subinde rogitabat, ne iter suum in cœlum ultra differret. mox retractabat se, dicto: quemadmodum filio tuo, Deus, non suam permisisti, sed tuam facere voluntate mandasti, ita nō vt ego vellē, sed vt placitū tibi fiat. inter orandum, diuino igni incalescens & impetu quodā mentis raptus, ē cœlo vocem hanc audiuit: in Confessorum choro recipiere, eternum Deo fruiturus. quamquā vero assiduus antea, & in precationibus frequens fuerat, tunc multo instantior, ac diu modo catabat psalmos, modo legebat oracula prophetarum, diuina ea mylteria contemplans; & dulcia colloquia cum Virgine Deipara intermischebat. vbi demū animaduertit, eternum vitæ diem adesse, religiosum cœtum conuocari ad se iubet. adstantibusque, cupio, inquit, dissolui, & esse cum Christo. mox addit, hoc ipso die laboribus vitæ perfundus, in Domino meo moriar, ergastulo corporis ereptus spiritus ad creatorē suum euolabit. eademq; qua ipse hora, emigrabit ē vita soror mea. hec vero ultra 260. passuum millia aberat. postea de eius obitu cōpertū est, vt à viro Dei p̄dictū erat.

Exinde cœnobitz deficiente intui. apud eum adsidere, & maiore cura aduigilare, abitum eius Deo precibus cōmendantēs, sub vesperam cum B. Albertus abscedere animum à corpore præsentiret; coram fratribus genua submittens, ita orauit: Deus qui potentia tua admirabili cuncta creati, & voluntate tua conseruas, sapienterq; disponis, serua animā meā ineffabili bonitate tua, tutare à maligno hoste formidantē, & in tuorū consortiu recipe. post hæc psalmos duos recitauit: De°, in nomine tuo saluū me fac: &c, in te, Domine, sperauī. quibus dictis, orationē Dominicā interiegit, & Angelicā salutationem. mox psalmo, in te, Domine, sperauī, repetito, cœcum lacuens, Deiq; ma-

trem Mariam inuocans; elata voce pronuntiavit: in manus tuas, Domine, commendō spiritum meum: quod vbi dixit, anima eius in star nubeculae candida, orantibus fratribus, visa est propere abire, & in cœlum sustollī. decesis (12) ad 7. Idus Augustas, anno 1307. Christi Domini. corpus cilicio amictum humi relictum, dein feretro compositum est, atque odor ex eo suauissimus afflabatur. euulgata mōs miraculo. nam statim ab eius obitu, campanum æs, quod ipse cōstandū curauerat, nemine impellente personuit, quo excita ingens hominum vis, non christianorum modo, sed Iudeorū ad funus confluebant. ex his vero pleriq; permoti ad christianam fidem se conuertere. exsequias eius honestauere Guidottus 13 Archiepiscopus Messanensis, Paetensis Episcopus, compluresq; diuersorum Ordinum. Fridericus 14 Siciliæ Rex frequentissimo nobilium comitatu, funus prosecutus est, cunctis orbitatē suam, tanto patrono sublatō mōrentibus, atque deflentibus.

Consultatū erat à Rege, dū iussu eius pōpa funeris apparatur, qd' tāto vito faciendū esset. de Messanensis autē Archiēpiscopi sententia, ieuniū populo per tridiū indictum est, iussumq; vt in omnibus Ecclesijs diuinæ sacrificia peragerentur, rogareturq; Deus, vt declararet, quid fieri de illo iuberet; q multis sane miraculis, palā à Deo factū est. nā vbi sacrū cadauer in zedē maximā deportatum est, odor ex eo lōge suauissimus, adniratione omniū diffundebatur. quodq; admirandum sane est, plures morbos, odore tantum percepto sanabātur. certatim vero sanctū cadauer attingere quisq; cōtendebat, ex eo diuina virtus spirare videbatur, & multis salutē cōferre. laceratæ à populo, concisæq; vestes cum quisquis pro suo, pioq; in defunctū astē, particulā sibi vendicare percurseret. multaq; per eas miracula à Deo perpetrata sunt, quibus B. viri merita demonstrarētur. intererat exsequijs femina nobilis, Venetia de Paliciis, ad corpus Alberti orans. ea pro pietate in illū sua, amiculū capitis, almutiū vocant, abstulit, accurateq; custodiuit. ex in quorum capiti superimponebatur, à quois oculorum vitio fani siebant.

Interea Clerū inter, & populum certamē ortum est. cum ille sacrificium pro defunctis faciendum affirmaret, remq; iure Pōtificio tueretur. contra populus pro SS. Confessoribus fieri volebat, instiūtū quodā pietatis, an diuinitatis lis ad arbitrium ecclī teiecta est. quippe imperatum ab Archiepiscopo, orarent omnes, Deoque supplicare, vt rescire daretur, quibus honoribus seruū suum ornari placeret. Clero, populoq; Deum præcātibus, ecce tibi in aere sublimes pueri duo, amictu candido, stolisq; aureis, in modum crucis, præcincti, clara voce, omnibus audiētibus intonant. Os iusti meditabitur sapientiam, que vbi pronuntiantur, ex oculis omnium sublati sunt. confirmati miraculo adeo insigni Archiepiscopus, Clerusque, Confessorum sollemnia profecti sunt, Reges popu-

12  
Eius anima  
visa in cœlum ferri.

13

14

15  
Angeli sol-  
lemnissima eius  
sacra iace-  
perunt.

15

Ad sepulcr.  
miracula.

populoque non minus in admirationem de fixis, quā in letitiam effusis. sacram deīa corpus hora 9. pie, & honorifice funeratum est. at enim Rex, 15 caterique proceras, decreuerat; cū Rom. Pontif. ageretur, ut eius auctoritate, & approbatione B. Albertus iusss. Confessorum numerum relatus, publicis honoribus per coleretur. totum vero negotium provinciæ expensis conficeretur,

Ceterum ad B. Alberti sepulchrum plura miracula sunt edita; cum in dies eo confluenter non ē proximis modo, sed ē longinquis regionibus valetudinarij, claudi, cœci, leprosi, paralytici. admirabilis sane erat modulus, quo morbis eximēbantur. aduigilabat ad sepulchrum ægri, tertium vel quartum, ad diem usq; iejunio & precibus insistentes Sancti; viri operi implorantes, medio noctis circumfundebat se lux, in eaque B. Albertus, candida induitus ueste, consipicuusq; videbatur; vigilantibus uero, quibus spectandum se dabant, incolumitatem restituēbat, tum illi beneficio salutis accepto, præpotentem Dēum, & B. Albertum clara voce prædicabant. proditis autem late miraculis in eum pietas omnium, cultusque augebatur, sed mira quadam, quæ ab excessu Beatisimi viri cōtigerunt, tacēta nullo modo sūr.

16

Quo anno demortuus est, intestinum in Sicilia bellum exarsit. 16 quidam eam castri partem tunc occuparunt, quam Rex Alberto, ac fratribus Ordinis sui dederat. nullaque reverentia, ac metu numinis ecclesiæ, qua corpus B. Alberti conditum erat, irrumperentes violent, ausique e quos impie immiteret. qui in ea stabularentur, cū per aliquot dies id facerent, ignominiam serui sui, non tulit Deus, equi ferme omnes repentina extincti cōcidere, milites varijs correpti morbis sunt, paucis admodum euadentibus, ex ijs certi quidam refractarij, insanire occidentes, decernunt resignare sepulchrum, vendendo corpori B. Alberti. igitur equis ad lapidem colligatis, vique actis, hincitur sepulchrum, ac dissilit lapis; repertumq; est corpus venerabile, nixum genibus, tamquam à Deo vindictata exoraret aduersum eos, qui detegebant, neq; impuniti eorum ausus, non multo post tempore, aut hora eadem, omnes contagio pestis extinguntur. sed 17 co nobitz eo domicilio reliq; quod parum opportunum esset, in aliam urbis regionem in qua nunc manent, commigrantes, B. Alberti corpus illuc traxerunt. qua turn occasione, communicato inter se consilio, 18 pars eius inferior Messana reliqua est; reliqua ad cœnobium Drepanitanum deportata.

17

Haud multos post dies, cum Ianneniani foruti, quod prope cœnobium erat, confugaret, puer quidam, cui nomen Antonius, delapsus in flamas decidit. is identidem B. Alberti opem, & sanctissimam Dei parentem iuocans, igai inuolatus, magna omnium admiratione crepus est. plebique visere agi properanti, Dñe Virginis, & Alberti meritis, nihil sentisse se inter flamas affuerabat.

18

Puerum medias inter flamas in uiolatu seruit.

cionem habet ad populum, & inter concionandum appellat Albertum Sanctum, sacerdos quidam eo præconio offensus, per temeritatem exclamat, illum mentiri, falsaque esse, & commentitia, quæ loqueretur, nec S. esse Albertum, quem diceret: de repete malignum hominem virtus est Deus, sed enim cunctis videntibus, visceræ eius, ingenti cum cruciatu, ad usque genua collabuntur, accutus medicus, non mea, inquit, opera, sed ope S. Alberti hic opus est; in quem si credideris liberabere. his auditis, sacerdos resipiens cum lacrymis, summoque animi dolore, B. Albertum iuocare cœpit, incusare se medacena, & inuidum; sanctificati eius per falsū obiectasse, meritoque id supplicium pati, ut blasphemum, satis se periculo suo sanctitatem eius expertum, tamque prædicaturum, si sanum faceret, per uigilio eius leuaturū, diemque obitus festum, ac feriatum perpetuo habiturum, proximo die illucentem, sacerdos persentilicit. Albertum sibi adesse, & oleo corpus eius inungere, statim sanus exsurgit, ad cœnobium properat; beneficiis quod S. Alberti benignitate cōsecutus erat, prædicat, gratesque Deo persoluit.

Christiana salutis anno 1309. ad 7. idus sextiles in opido Platia, Carmelitis annuer saria D. Alberti sollemnia peragentibus, quidam Clerici, instigante demone, inuidice parente, imaginem eius ipsa per uigili nocte inducere, ac delere per nequitiam coniurant, dum rem moluntur, paralyticus quidam, Bongiornus nomine, quæ morbus duodecim annos lecto affixerat, ædes habens cœnobio proxinas, medio noctis peristrepentem in via turbam accipiens, uxori mandat, prosiliat ad sores, & quid rei sit peruestiget. ea retulit; collectos vna homines quosdam improbos, qui S. Alberti imaginem abolere pertentent, tum vir, utinama, ait. B. Albertus, essem valido corpore, ijs obfisterem, armisque decus tuum tuerer, imo si liberaneris me, patrimonium meum in amplificationem tui cultus expēdam. post hæc somno corripitur; & c. Albertum videt habitu spectabilem, qualis erat in æde effigies eius affixa parieti, simulque virgulam radiante manu gestantem, cuius cuspidese pertingere his affatus: agedum surge, satnet te Deus, gratiarum largitor in sanctis suis, mox ille euigilans, attonito similis, se persens in colum, ac valentem viribus. statim lecto prosilit, captisque armis, toras prorumpit, & ad factiolum illum hominum manipulam aduolat. acriterque incusans a flagitio retrahit, quod in Albertina machinabantur, scelerantibus se Bongiornū esse, respondit, simulque enarrat, qua ratione diuinatus a morbo liberatus esset. illi metu percussi, trepidantesque respuere, Deum in Beato Alberto laudantes. tum in honore S. Alberti, facellum eo loco conditum est.

Eodem ferme anno, semina nobilis Argentina, vlcere mamilla affecta triennium laborabat, neque ullis medicamentis morbus superari poterat, tandem confugit ad Beatum Albertum, cui pollicetur imaguncula argen-

Liberat ha  
mainem pa  
ralyticum.

ergentes in se allaturam, pauperesq; fratres tres eius amore, singulis annis, vettitaram. proxima nocte, Albertum per quietem videre sibi visa, & audire dicentem: si vis sanata esse, S. Alberti oleo mamillam perungere. mane ad sarcinum Alberti festinat, fusa que prece, oleo lampadis mamillam illinit, & sacrificium S. Alberto dictum audit. mox domum repetens, ipsa in via sanam mamillam fe comitantibus, latitia gesticas demonstrat.

Decem ferme post annos, Drepani cum aleator quidam infamis alea decoxisset, ex furore animi in desperationem adductus. nec modo honorum, qui fractus est alea, sed etiam fidei naufragium fecit. igitur prope lente Dæmonem, extra urbem ad zedem D. Mariz progressus, illic imaginem B. Alberti intuitus, toties, inquit, oraui te, ut mihi adiumento essem, neq; vniquam infelissimus exorauis ergo quid causaz est, vt te sanctum predicem, qui nec subuenieris mihi rogatus, pecuniam me potueris? dein conuersus ad effigiem Virginis; & tu, inquit, Mater gratia vulgo diceris meisque precibus pias a pestibus occulisti? hec cum dixisset, amictus violentus, gladium distingit, & utramque imaginem fecit. repente ex vulneribus utriusq; sanguis gattatum bene multus emanavit. sed puer, qui viderat hec proclamante, nefarius homo prosiliit. nec dum linea evaserat, cum intonuit, ac fulmine ictus, in cineres redactus est: quippe irascitur diuinus animus, & iniurias suorum vicitur.

At anno 1364. Fridericus iunior, Rex III. Petri II. filius, Friderici II. nepos, graui morbo correptus est. quo in dies iuvenilenter, de salute eius a medicis desperabatur; tum propinq' Regis vota pro incolumitate faciunt: hi B. Alberti meritis ille conualesceret, habitum Ordinis Carmelitarum per triennium gestaturum. quæ peragebantur, cū Rex, interclusis iam morbo sensibus, loqui nequibat. igitur accessisti fratres Carmelitæ, qui B. Alberti reliquias deferrent. has Regem supra posuere: insuper aquam sacrum eius reliquias in ea dilutis, in os stupidum infundunt: opotam continuo praesentem, ac salutarem cognouit: itaque proximo die lecto suffultus a. sedet, breuique conualpit. habitum, firmato vero, aliquantis per gestauit. nec nisi diplomate Pontificio, cum ante diem reliquit, quo Rex Panormi post bennatum coronatus est.

Eodem ferme anno, nautis Drepanitana ab Afris piratis capta est, & Tunetum remulco tracta. ubi vero nautæ in litus expositi sunt, iuncti catenis in dirum carcerem coniuncti. hic cum diutius cruciarentur, Albertum esse unicum praetidium saluci eos sum statuere. quem supplices ita preocabaruntque madmodum Deo, ac Virgini esse te gratum pro certo habemus, ita propitium te nobis apud eos aduocatum, Albertus Sanus, experiamur. adesto miseris, obsecramus: nosque, meritis tuis, vindica in libertatem. has preces ieiunio coniecratas, nosque ad fine alterius hebdomadæ, con-

tinuo protulerunt. cum inedia confecti, pie cepta deserere cogitabant: proximo diluculo, Albertus faculæ instar ardentis. illustrare carcerem visus est, & splendore oculos omnium præstringere. demam illos de animi constâta deductos increpat: quid me suppliciter inuocasti, sed à proposito tam cito resiliisti? ad quam iij vocem (neque enim aliud præter summum nitorem, cegebant) te nos, inquieti, inuocamus: te veneramur. assiste nobis, & in libertatem cupitam quam primum adscere, ne hic ex desperatione in æternos ignes prolabamur. tunc Albertus capiuos bono animo esse iubet, & in fide firmat; missum se à Deo salutis eorum ducom: ipsum sequerentur. mox portæ carceris aperiuntur; compedibusque communitis exsoluti iam, ac nihil cunctantes, ad portam usque maritimam antecedentem lucem secuti, quam patefactam adiuuenere. huc ubi peruenere, è vestigio lux euauit. cymbam intibi fatore numinis reperiat, remis, & comitatu instruunt, descendunt. atque inde profecti, prospera vi navigatione Drepanum appulerunt. Carmelitarum adem nudi, adeunt, & per latitia collacrimantes, cymbam Deo dicant, & in eiusdem cultum partem patrimonij eorum confe- gunt.

Blasphemos naufragio eximit.

Alia die nauis Drepanitana in Romanum litus soluerat. inter nauigandum, colludentes alea nautæ, in Sanctissimam Trinitatem, omnesque cælites nefaria conuicia, & blasphemias iaciebant. dum adeo pessime agitur, repentina tempestas exoritur. concitatur mare ventis: effunduntur ex coelo imbræ. igitur absinto velo, amissis pene aplustris, naufragio nauis periclitabatur. forte Sacerdotes duo è familia Carmelitarum nauigio illo vehebantur. hi precibus assiduis Alberti auxiliis implorabant. quotrum exemplum plerique nautarum imitantes, Beato Alberto vota pro salute, nuncupabant. iam vero peccata confessi, prope naufragium erant: religiosis illis viris, qua cohortantibus ad spem, qua commemorantibus qua ad salutem animarum pro tempore intererant. tum crebros inter ciuilatas, Beatus Albætus, instar Angeli luce præfulgens, periclitantibus adstitit. placidoque sermone eos aliosquens, blasphemos, inquit, Diabolus perdit; Deus vite restituit. illi in faciem accidentes, sublato certatim clamore, effugium, ac salutem cogitant; quos postquam vir Dei bene sperare iussit, in casum attolli visus est. tunc in aspectu omnium mugiens Satanas effugit, tranquillo mari, coloque ad Pisarum portum secunda navigatione appellunt, admirandam eorum liberationem prædicantes.

Anno ab aduentu Christi 1375. Panormi puer quidam grauiter hydrope labrabat. sed in crescente vi morbi, subuenire filio mater non poterat prænopia,

F. ac mem.

Tom. 2.

ac mendicitate, igitur à B. Alberto salutem querere insitum: ad imaginem eius lacrymari, humique prostrata, his enixa precari, quam carus Deo sis, Pater, clam me non est, nam magna, & in rata patrata ab eo sūt pro ihs, à quibus nomen tuum honoratum, & inuocatum est, equidem te inuoco; respi-  
ce pauperrimē macris extremam fortunam: clamantem benigne exaudi, & languenti filio suffice valetudinem prosperam. his pie dictis, gossipium oleo lampadis intingit, eoque pueri ventrem illinit, tum is placide corrripitur somno, discussaque, quæ in eius corpore turgescebat, aqua, & defluente puer ex umbilico, sanitati redditur.

Moribūdus  
sanitati red-  
ditur.

Eiusdem ferme generis exemplum adi-  
ciendum hoc loco arbitror, eodem anno in  
opido Sacca, Nicolaus puer, Guilelmi Per-  
altæ Comitis filius, letali febre opprimeba-  
tur, ad eum præcipui ex tota insula medici  
conuenerant; qui omnia bus vi remedijs, ne-  
que hilum profecerant. sane æger prope-  
diem collabebatur in mortem, moniti pa-  
rentes de periculo filij, flebant acerbissime.  
vt vero nullum filij morbo remedium, ita  
nullum ærumna parentum solatium erat:  
interea cœnobita quidam præcellentि san-  
ctitate, per quietem vidit, intra æde in cu-  
iisdam religiosi viri cōplexu sublatum pue-  
rum, ac gestientem somno excitus, conie-  
cat, quod erat, orta luce, ad Comitissam,  
quæ viderat, defert: non posse puerum cura  
hominū, sed B. Alberti meritis liberari posse,  
qui miraculis ea in æde præstaret. quibus il-  
la commota, pollicetur peruigilium eius, &  
festum diem se celebraturam, statuam eius  
affabre facta in ara positurā, honori eius  
pauperes veititaram, ipum puerum amicu-  
tu Carmelitaru ad tempus induituram  
tunc Alberti reliquie per sacerdotem ad

puerum deferuntur, mersisque in aque po-  
culum, dictisque ter oratione Dominica, &  
salutatione Angelica, & S. Alberti precatio-  
ne, ea puerο potanda traditur. vbi haust  
insanum illum ardorem deferuere persen-  
sit, idemq; ut postero die factum est, puer li-  
beratus est, parentes vota persoluerunt.

Catane, anno 1385. puer quidam, cui  
Nicolao nomen, intertinis ita scrotum de-  
lapsis, temporarie suum cruciatum per-  
ferebat. hic dum S. Alberti festus dies per-  
ageretur, enus ædem inuisit; deinceps Præpositū  
cœnobio adit, causamque aduentus sui co-  
rām multis exponit. ille humaniter excep-  
tum ad cōdicularum ducit, in qua effigies S. Al-  
berti erat. iubet ægrum accidere in genua,  
arque ad eam pro valetudine orare; promis-  
so, Ordini eius se mancipaturum. vbi ora-  
tionem Dominicam, & Angelicam saluta-  
tionem ter recitauit, epota reliquiarū aqua  
multis videntibus, sanus surrexit, statimq; in  
familiam Carmelitarum ingressus est.

Illud postremo non est omittendum, q  
eodem anno contigit. Calatanissetta, semi-  
na quædam nobilis, mamilla ex hianti vl-  
cere vermiculosa, vexabatur. cui nullum q  
conterret, remedium a medicis reperieba-  
tur. cum aliquando B. Alberti sollemnibus  
sacris intercesset, audieratque pro concione  
tot eius miracula prædicari, hæc secum ani-  
mo vota concepit; imaginem argenteam  
viro Dei se dolaturam, arque amiculum  
aureum, feitumquædiem proximum reli-  
giose culturam, si ope eius mamillam Deus  
sanam faceret. qua deum loca aquis reli-  
quiarum, vermiculis miro quodam modo  
repentibus, & ex vicere fere se proripienti-  
bus, desperatam salutem consecuta est.

Vide Animaduſſi. fol. 72.

## V I T A

# B. AVGVSTINI NOVELLI

Ex Beato Iordano i de Saxonia.



Atthæus 2 nobili genere na-  
tus est Thermis, vrbe Siciliæ  
ad Tyrrhenum mare. adoles-  
scens sedem studiorum Bor-  
noniam profectus, diuini, hu-  
maniq; iuri scientia operā  
dedit. cum autem doctrina potissimum flo-  
reret, a Manfredo Rege Siciliæ in aulā adsci-  
tus, administrandę prouincię, à cōsilijs inter  
primos fuit. sed moderate adeo se gessit,  
vt potentia in regia adeptus, opibusq; & ho-  
noribus à Rege auctus, maxime tamen om-  
nibus carus esset. sane ad magnum viri inge-  
nium, iurisq; prudentiā, qua excelluit, eximia  
virtutis indoles accedebat. nā summā po-  
tentiam, vī potē cuius imperio cuncta rego-

bantur, modestia temperauit. ipsam viuen-  
di libertatem, divina protectus ope præci-  
dit. ille quidem ſepe cum iis coniuere, &  
qui vitam impure traducebant, vitorum  
tamen immunis fuit, quibus hoc hominum  
genus implicari solet. quin ei adhuc in  
aula agenti, propositum fuisse videtur,  
pudicitiam perpetuo obſeruare: quod ex  
eiusdem verbis erutum est. cum enim  
cooptatus in ordinem aliquando ægrotar-  
et, & fratrem quemdam, cui nomen Hu-  
gotioni, qui vt ei affideret, datus erat, absce-  
dere ab ſe ægre pateretur, ad aditātes re-  
fusus; equidē, ait, Hugotionē perinde diligo  
atque filium meum, & ſi numquam fecerim  
vnde filium habere possem; ipſe tame-  
ſepius

Anno Chr.  
1309.  
19. Maij.

In Aula Mā  
ſredi Regis  
virtutibus  
præluxit.

sepiuscule deserit me. mox dicti pœnitens, subtricit; ex quo intellectum est, an tequam Monachus in familiam sacram ingressus esset, castitatem coluisse. ad hoc, animo fuit maxime lenis, & clemens; nam cum in Manfredi Regis curia iudicij præsideret, causaque omnes cotam eo pertractarentur, attamen ab ijs retraxit se, in quibus de capite agebatur, quo seruatus a Deo videtur, ne vir sanguinis esset, qui ædificatus erat domum Domini, Ordinis Eremitarum rector, & Pater ab eo destinatus. abstinuit etiam in iudicij manus ab illicitis muneribus, quibus plerumque iudices corrupti solent. iuramenta, versutiam, & iudiciorum rapinas maxime oderat. vulgoque pater potius, quam iudex habebatur, demum Matthæus inter plures improbos viuens, adeo virtute Dei protegitus est, ut, vitiisque ad interitum trahentibus seruatus immunis, ut iam inde prælucere, quid eo se facturum Deus portenderet.

Ceteram Caroli 3 Galli armis Manfredo fuso, casoque in Beneventi campis, Matthæus Regem ad bellum comitatus, eo prælio inter viuos desijisse creditus est. verum, is tutante Deo, fuga lapsus, exitij metuens in Sicilia delituit. hic bellum 4 discrimini eruptus, grauissimo corripitur morbo. quo valecente, cum prope mortem esset, Deum exorat, ut pœnitentia sibi spatiū daret; pollicitus, si valetudinem redderet, in religiosam familiam se addicturnum. igitur ubi conua uit, promissi memor, ad Dominicanos transire statuit. famulos duos statim mittit, qui viros eius Ordinis, cum quibus ea super re colloqueretur, accersat ad se. illis eo contendentibus, fratres duo ex Eremitis S. Augustini obuiam fiunt, dominumque ad herum deducuntur. Matthæus, ut ingressos videt, comiter excipit, sed ab se, neutiquam apertis animi sui consilijs, dimittit. increpitos dein famulos, quod Dominicana familiæ religiosos viros, quos acciri iussérat, non acciuisserent, postquam eorum norma, habitusque, ac cœnobium commemorauit, denus illuc, ut accerferent, definat. at ij rursum obuios fratres Eremitarum duos ad Matthæum adducunt, qui acriter indignatus, tertium famulos ad cœnobium Dominicanorum remittit. contra illi, quamquam cœnobium Eremitarum S. Augustini numquam viderant, eo recta, dulce Angelo petunt. inde sumpto Præfecto Conuentus, altero cum comite, in heri sedes inducunt. obstupeuit Matthæus; simul intellecto vocari se a Deo in Augustiniana castra, & intrante animum amore, in eas se transferendi, mentem illis aperit suam: nec mora exsequendis consilijs, opes omnes pauperibus, alendisque Eremitarum familiæ, pro Christi amore, impertitus, solitario in loco Siciliz, sacro habitu induitur a Petro 5 Cœnobij Præposito: mutatoque nomine, Augustinus dicitus est. cui post scientia, atque sanctitas iuxta insignis, Nouelli cognomentum peperere.

A primordio conuersionis sue fundamen  
Tom. 2.

ta humilitatis alte iacere contendit: taque nobilitatem generis, ac doctrinæ, qua pollebat, occultauit, veritus, ne quis ex eis, si pernosceretur, animi tumor erumperet. nobilissimus igitur, ac sapientissimus iurisconsultus, tot ante honoribus in regia cumulatus, ignobilem se stultumque, ob Iesu Christi amorem, prætulit, vt solidioris sapietiae institutis a Deo eruditetur. cum antea diues esset, egenus pro Christo factus est, vt opibus ab eo cœlestibus ditaretur. ignotus hominibus, vilisque haberi studuit, vt vni Deo notus esset. porro in conuicta fratum contemptissimum omnium se præstitit. gnatius, tanto maiorem apud Deum benevolentiam promeriturum, quanto despectior inter homines pro Christo foret. de pristino statu ne verbum quidem ex ore eius umquam excidit. vicatum pro fratribus emendicabat victimum, quæcumque domi ministria erant viliora, pie, & alacriter exsequebatur. atque in ijs mira animi humilitate exultabat. sè penumero flebat, quod suam ad Deum conuersationem tamdiu protulisset. & amore supernæ patriæ in lacrymas colliquescebat, præque ea nihil præsentia habebat. si quod umquam verbum, correctionis fraternæ studio, ei prolapsum ex ore esset, (interdum enim, amore boni, malique odio, corripere fratres solitus erat) statim condemnans ad illorum pedes abiectus, veniam petebat.

Cum Augustinus in Sicilia aliquamdiu fuisset, vitæque sanctioris, ea fundamenta iecisset, forte accidit, vt fratres quidam Senis ad cœnobium, in quo morabatur, venirent. quos ubi de Senensis prouincia cœnobij percontatus est; cognito, illic esse ades ab hominum frequentia se notas, in quibus vacare Deo quiete posset, facta sibi a moderatoribus suis facultate, in Etruriam Senas contendit. hic vilibus indutus pannis, eiusque prouincia fratribus omnino ignotus, in eremum S. Barbaræ secessit, non longe à Castro S. Floræ. quo in loco vni Deo, precibusque deditus, tanta affuebat cordis dulcedine, ut plerumque Beatorum agminibus interesse videretur, & cœlestis patriæ voluptates delibare. quod vero, quis ipse esset, a fratribus ignorabatur, abiectissima ei munera domus imponebantur; quæ magna cum alacritate animi, & humilitate libens implebat. ostiatim queritare victimum, purgare domum, paropsides ablueret, & talia agere. porro fratres sanctam Augustini conuersationem inspiciens, captique verborum simplicitate, quæ interdum ei ex ore prorumpebant, audientes ex animo, alloquijs eius potissimum iuuabantur. præterat tunc fratribus vir venerabilis, & prudens Bonus, domo Senensis, qui Augustini bonitatem reputans, ac salutaria consilia ab eo ceteris exhibita, mirum, quantum hominæ diligebat. atque in primis humilitate eius, tum grauitate, & suavitate sermonis delabatur. is ergo ex S. Barbaræ ad cœnobium S. Antonij prope collem translatus, Augustinum co secum commigrare voluit, quem

Studio soli-  
tudinis in  
Etruriā eō-  
tendit.

S. August.  
habitu in-  
duitur.

etiam, consequente anno, conuentui Rosie praefectus, illuc comitem duxit. hic Dei famulus, qui hactenus ignotus omnibus vivebat, volente Deo, hac ratione cognitus, parlamque factus est.

Per id temporis, fratres Rosie conuentus cum Iacobo Pagliaresio, viro nobili, litteru habebant, qua lite, ne periclitarentur, vehementer micerent. nam si causa cecidissent, possessionem amitterebant, unde eorum inopia sustentabant. tunc igitur Deus lucernam, quæ fuerat sub modio, super cancellabrum Ordinis sui sultulit, ut omnibus qui in eo erant, præluceret. enimvero vir sanctus, ubi fratrum animos tristitia affectos, atque turbatos vidit, simul eos iustum habere causam cognouit, clam procuratorem domesticum conuenit, petitque, ut apta ad scribendum sibi det, derisit hominem procurator, ignarum reputans scribendi, legendique, demum vero dat, instante Augustino. is inde secedens schedulam paucis componit verbis, re multis, scriptamq, procuratori tradit, ut legendarum ad Iacobum deferat, cum quod res erat, qui simul ac schedam legit, vim pendens, quæ in verbis adeo paucis multa inerat, (tanta in eo facta est animi motus) erupit in hanc vocem; seu Demon vel Matthæus hæc scripsit quocum Bononia fui, unaque literis operam dedimus. sed is debellato Manfredo Rege exincta, cit. nā ea erat de Matthæo opinio, quo nomine, ante ingressum in Ordinem Eremitarum, Augustinus vocabatur; postquam vero Iacobus intellexit, à fratre quodam rusticō, ignaroque scripturam illam esse confitam, cum id in animam inducere suum non posset, ad cœnobium statim pergit, accersito Præposito, pernulisque fratribus, percunctatur, quisnam esset ille, qui schedulam composuerat, ubi getium natus, quaque illic via peruenisset, ex fratre in responsis suspicio augeretur, auctorem scriptoris Matthæum esse. ad eum in Rosam vallem contendit: atque ubi vivente, quem mortuum diu existimauerat inspectat; semiratus humilitatem, in amici oscula, & amplexus ruit; nec temperare à lacrymis præ gaudio poterat. at Dei seruus Jacobus, se proderet, rogabat, ne quietem animi fui prodeendo, obturbaret. sed ille ad cœtum adstantem conquerens; vobis est; ait, thesaurus domi reconditus, & in Augustinum oculos intendens, hic omni hominum præstantissimus est. ut virum decet in honore habete. iam pro eo, vobis à me c. us. ad uicaria est: exinde fratres Augustinum reuerteri, eique rem omnem acceptam referre, se in Christi famulus in vera fundatus humilitate, honorem vilem habes, eamdem, quam prius, vitæ rationem secatabatur, iisdemque officijs seruilibus insisterebat.

Haud multos post dies, Clemens & Auximanus, Ordinis Præpositus Generalis, Senas venit; ubi cum de eximijs Augustini virtutibus inaudiuisset, qui in eremo Rosie abducere degebat, accitum ad se, nec tali-

opinantem, socium sibi adlegit. Romam exinde adductum, ordinari sacerdotem vel inuitum iubet, tunc hi duo egregij, ac Beati viri Clemens, & Augustinus constitutio-nes Ordinis Eremitarum, multo cum studio ac diligentia recognouere, ac quibusdam additis, nonnullis vero recisis, pro familie eius bono, per capita recensuerunt. quo tempore Nicolaus PP. IV. à Clemente, Ordinis Præposito, fratrem è familia sua, quem idoneum nosset, expetivit, qui a secretis confessionibus sibi foret, & pœnitentiarij munere in aula persungeretur: ille inscius rei Augustinum coram summo Pontifice, & Cardinalibus exhibet. sed Augustinus ad Pontificis pedes pronolutus, ut hunc sibi imponentem manus videt, summamque potestatem delegantem audit, acerbissime in lacrymas prorumpit. atque adeo vberim flere, ut Pontificem, & sumnum illum confessum in admirationem rapere. enimvero cupidine adhuc tenebatur remeandi ad solitudinem, ut liberius illic Deo perfruere-tur. sed pœnitentiarij munus obire iussus obtemperauit. ubi vero Pontifex Maximus, & Cardinalium cœtus permonere tum viri humilitatem, tum doctrinæ præstantiam, cū sanctitate vitæ coniunctam, sœpe, ac liben-ter illum audire de diuinis rebus loquentes. miro eos animi ardore obsecrantem, & vero reprehendétem patientibus auribus accipere, pioque affectu reuereri. cum tot annos in aula Pontificis fuisset, & pro munere suo multam pecuniam cogerere potuisse, attamen præter ea, quæ ad victum, ac vestitum necessaria essent, cuncta à se reiecit. itaque verus Christi pauper, ut in vita, sic in morte, nec quicquam habuit, quod relinqueret: imitatus Sanctissimum Patrem, Augustinum, cuius nomen, & habitus pio-mentis affectu, ardentique amore semper gessit. morabatur igitur Christi famulus corpore quidem in aula, sed animo aliudus in eremo erat.

Iam vero cum decem ferme annos, Pon-tificibus Maximis fuisset à secretis confessionibus & præfecturam Apostolici Sacra-rii, sub Nicolao IV, Cœlestino V, Bonifacio VIII. exercuisset; totius Ordinis conuentu Medioiani coacto, suffragijs omnium Augu-stinus, licet absens, Præpositus Generale, in locum Simouis Pistoriensis, delectus est, anno 1298. ad 8. Kalend. Iunias. sed is audi-to, summu[m] illud munus, sponte oblatu[m], recusauit, mox Bonifacij Pontificis impe-rio coactus accepit. in re tam ardua-dici vix potest, quam bene familiam vniuersam ad ministrari: præserat, sed summa-cum humilitate, ac caritate: sibi vni præ-stare se leuerum, fratribus benignum: pa-ternè omnes adhortari, summo recti studio quemuis corrigeret, & in omnem virtutis partem verbo, vitæq; exemplo incitare. at exercitationibus solitarij vitæ sueto grauissimum erat dulcedinem, quam illic degu-starat, omnia in desiderere, aliorumque curæ intendere, detrimento sui. igitur ubi regé-do Ordini annos duos expleuit, onus illud depo-

Penitentia-  
rius in aula  
Pontificia.

Eius virtus  
tolenderet,  
cepit.

Ord. sui Ge-  
neralis ap-  
pens crea-  
tur, & inui-  
tus.

deponere festinavit, ut rursus in eremum, ad cuius quietem anhelabat, secederet: nam cum generalis conuentus, de more eius famulis, post triennium celebrari solitus esset; ipse annui preoccupauit. comitijs agitatur Neapoli iudicis, abdicare se magistratus statuit. nemine vero recusacionem eius recipiente, quid reclamantibus omnibus, ut prouinciam illam retineret neque alium pacrem, ac paitorem exposceretur, in quartum diem usque restitut. de num cujus nullis precibus, neque conuentus totius, neq; Caroli 7 Regis, qui praesens erat, fleti se sueret, ut prefecturam Ordinis haberet, summo omnium dolore abdicat se Kalen. Maij, anno Christi 1300.

Honoris illius compedibus, quibus temerari videbatur, exsolutus, aulam verebatur. nam significatum erat, ut go rediret, ipse vero Pontificis aspectum declinans, ad solitudinem diu concupitam conuolauit; paucisque secum alcitis fratribus, sese abdidit in Oratorium S. Leonardi, haud procul urbe Senarum, in divina contemplationis umbra requietarus. semel in die comedere solitus erat; quem morem Pontificis sacrarij praefectus, & Ordinis Prior Generalis retinuerat. cibis usus est vulgaribus, nisi aliud aduersa valetudo aut hospitalitas iuberet. sed illud vita inficatum semper tenuit, ut per diem semel reficeretur. nec quantum apertus panis corpori dabant, sed lance perdebat; edebatque vncias quindecim panis non voluptati, sed necessitati morem gerens. Multe sacrificia quotidie, nisi detinatur morbus, feruida cum pietate celebrare consuevit. postquam fecerat, haud ille quidem negotijs seu collocucionibus abscondi se patiebatur. sed abitudo in celis, ubi ad horam usque tertiam precibus vacabat. posteaquam summo Ordinis magistratu abdicauit se, & si in solitudinem considerit, ut procul frequentia, celestem in terris vitam ageret, agre id permisum est. neque enim latere diu potuit, fama eius sanctitatis euulgata. vnde, ac ferme quotidie ad illum concurrebant, non modo fratres eiusdem Ordinis, sed alij plures e longinquis locis, ut sermonibus eius ad pietatem informarentur; quos pro sua ipse caritate cum vita, ac virtutum exemplo tubillationibus reficiebat suis, nec quisquam erat adeo moerens, afflitusq; qui colloquio non relevaret. quippe Ioanuem acceptimus cognomento Salimbenium, vicum nobilem, cum ex morte matri in eam animi agititudinem incidisset, ut vita tederet, mortemque medicaretur, de amicorum consilio Augustinum adiisse, eiusque dulcibus colloquijs adeo recreatum, ut dicere solitus sit; ego iam nolle, vivere matrem meam, ne tanto virtus solatio carerem.

Posteaquam in conuentu S. Leonardi, abdicata prefectura Ordinis, annos decem moratus est, morbi molestijs suctum ultra morem conflictari coepit; quibus seruum suum Dominus a mundi huius exilio in patram euocabat, is vocantis se Dei vocem

cum plane intelligeret, plerisque fratum, aliquibus familiaribus suis significauit, rogatis, ut morienti presentes adescent, ac precibus inuarent. ex quo diem mortis praeconouis se creditus est. ad extreimum usque vitæ sanam adeo mente perniguit, sensibusque semper integris fuit, ac si nulla corpus intemperie noxia laboraret. exhalanti spiritum cum fratres adsiderent, & nonnulli viri nobiles Senarum, gestibus praesete, etat suis, ad æternas epulas imputatum se p. operare. hic fratribus orantibus animam Deo reddidit suam. statim à morte plura miracula euenerunt, que ubi Senarum Episcopus à multis certis que a. Et orbis cognovit prelantia rerum, permotus, Augustini corpus humano conditi non sicut, uelas ratus, tanta virtus sanctitate obrui terra. igitur sollemni cum pompa, honesto sepulchro, in æde S. Leonardi collocari iussit. Morienti 8 Augustino B. Petrus de Camerata, probatæ vir sanitatis, quamquam corpore longe abesset, attamen spiritu praesens fuit is viginti ferme annos, in eremo quadam Ordinis sui vixerat, magna vita austeritate, famaque sanctitatis, erat autem inter perbeatos hos viros summa animorum cum benevolentia & religiosa caritate consensus. ergo conuentus illi S. Leonardi cum Augustino grauiter agrotanti solarium aliquod dari cuperet; fratres duos ad etrum, qui quattuordecim milia passuum aberat, cum precibus misere, ut ad S. Leonardi venire, & visitare tantum Patrem, ne grauaretur. sed illis Petri cellæ appropinquantibus, obuiam is procedit. antequam vero aduentus caussam, animique propositum aperirent, lacrymabili voce, fratres, ait, ut nunc veniam necesse non est: Pater noster Augustinus iam ingrauit ad Dominum. ubi Senas fratres regressi sunt, compere, Augustinum eadem hora spiritum reddidisse, qua ad Petrum peruenierant, & obitum eius prædictem audierant.

Sane Beatus Augustinus non minus vivens virtutibus, quam miraculis, post mortem, clarus fuit; nam tanti valuit invocatio eius nomen, ut mortuos suscitaret. enimvero iuuenis quidam Melissenisi, cum foecam defoderet, deciduo terreni aggere oppressus, indeque mortuus extractus est. soror germana, ut extinctum fratrem vidit, B. Augustino commendauit. nuncupato voto, si fratrem sibi redderet suum, venturam se nudis pedibus ad sepulchrum eius; pulchramque, ac magnam imagine, qua frater statura fuisse, & laturam sororis precibus a. B. Augustinus fuis, iuuenis cuius per diem, ac noctem vita functionis peritisset, ex mortuis excitatus, statim aperuit oculos, ac cibum sumpfit. Puerilla quædam casu in lacunam deiapsa, suffocata est aquis. parentes cum quædam per diem nequaquam reperissent, altera die in Lacuna inuētum cadaver extraxere. postea vero quam demortuam filiam B. Augustino deuouere, ea a mortuis reuixit. Forte quidam de conuentu Senensi dormiebat in agro:

Mortuos  
duos ad vi-  
tam mor-  
tuus reuoca-  
uit.

Exitio an-  
guis ho-  
mem liberat

Herniosum  
sanat.

agro; dormientis in os ingressa est anguis, & in viscera sensim illabitur. vehementer is afflictatus, cum medicum, opemque nullā, qua exitio eximeretur, adiuueniret; adhibitis frustra remedij, tandem B. Augustinū factō voto, invocat. qua serpens invocatione quasi iussus, coram multis, illico homine, emergens abiit. Præterea adolescēs ex vrbe Senis cum hernia ex multo tempore laboraret, & spem recuperandę sanitatis plane abieciisset, vōtum B. Augustinō nuncupat, factaque prece, sanum se videt.

cum vero votum minime persoluisset; de-  
nō viscera dimicuntur. vexatus igitur  
per menses sex, vōtum B. Augustino rūsum  
facit, quo vbi se liberavit, continuo ab eo  
malo liberatus est. Ceterum Beati Augu-  
stini corpus in Oratorio S. Leonardi, haud  
longe Senis, sepulchro & marmoreo ser-  
vatur: vbi singulis annis, proximo post sol-  
lemnia Pentecostes die, memoriz eius, ac  
nomini, sollemnes, publicique honores ha-  
bentur, ad Dei gloriam in sanctis suis.

Vide Animadvers. fol. 79.

Seis publi-  
ca colitur,

Anno Chr.  
1328.  
16. Aprilis

# VITA BEATI GVILELMI COENOBIARCHAE EX OPIDO POLITIO Ex Lectionibus proprij Officij.

B. Guilel. ab  
adolesc. cul-  
tor solitud.



VILELMVS. 1 in opido Politio, honestis parentibus, familia Gnoffiorum natus est. ingressus adolescentiam, pietatis studio incensus, in solitudinem quondam se contulit. vbi posteaq; quadriennium egit. B. 2 Virginis zde reparata, in Gonati etremum ab eadem Virgine secedere, admonetur. co in loco socios fibi aliquot adiunxit: seque in virtute exercens, variarum tentationum viator fuit accidit, vt in opidū Petram emēdicaturus aliquando adiret. acceptus hospitio est à muliere, vt apparebat, pia; re vero improba, ac scelerata. nam cum Guilelmus de multa nocte orasset, ac iam defatigatus corpori quietem, nuda homo stratus, impertiretur, ecce mulier de cubiculo suo exsurgens, adolescentem aggreditur inuitamentis, atq; blanditijs. at vero Dei famulus; desine, inquit, ô infelix mulier, Satans vinculis alligata: ô mente perdita, impudens, & effrons, desine talia dicero, quz nefarium est etiam cogitare. hac oratione perterrita, atque confusa, pedem retulit mulier. vbi rūsum Diabolicis instigationibus accensa, armat se maiore audacia, & intempestivæ noctis silentio, ad certamen iterum progesfa, cœpit manib; dormitantem impudenter trahere; quam repente cum sensisset vir Dei; ô cœlo, inquit, expulsa, putens iniquitatis, radix perditionis, ô interitus atrique veneni origo, ac fons, vt quid dissipare thesaurum meæ virginitatis adniteris? hem, signate, si vales, signa crucis signaculo, no-

uissimaque tua, quoniam es moritura, me morare, ne pereas. scelerata erubuit, seque ad stratum suum fuga corripiuit.

Tunc iuuenis, qua iterum vicerat depugnatum credidit, & cessaturos insultus hostis totius expulsi. tanti per igitur, cum me tis trepidatione sororium oculis admiserat, & tertium mulier ex insperato prosulit. & alterum, inquit, ô iuuenis, eligo, vel commiscere mecum tacita, & volente; vel commisceri te voluisse cum iuuita proclamabam. excanduit Guilelmus, & cum indignatione ad mulierem conuersus, recede, inquit, recede a me citissime, filia Babylonis misera, scutum Diaboli, legis antiquissimæ rescissio hominum felicis status euersio; nam si tuis ego vocibus, corporis iacturam facio, coronam mihi puritatis duplicabit Dominus. cur, misera, dolo me malo in hospitium admisi? a page, ô mulierum infelicitum, meque ad tantum seclus perpetrandum, Q; omnino nequibus perficere, ne vltius propelle; citius enim liquefet ferrum, quam mea mens ad tam vile facinus delabatur. co gita, procax hospita, quam momentaneum est, quod delectat; quz. quod cruciat, aternum. meinorare tremendi iudicij diem, que die coram iudice severissimo, Iesu Christo cum steteris, neque latere omnino, neque, effugere valebis. tunde, miserima, peccatus, & suspiria altius trahe; & hoc, quod per impudentiam tuam tibi contraxisti, sordidissimum crimen, amarissime plorando ablue; ego vt peccator sum, bonitatem tibi diuinè mitigare contendam. cras ecclesiam tempestive adi, illic in faciem respice Christi tui, sacerdoti confiteare peccatum; dein regressa

Insigne con-  
stantie, &  
seruante pa-  
dicitur ex-  
plum.

gredi domum, elemosynis illud redime, quæ audiens miserabis feminæ ad Guilelmus pœcis prestrata, cuim lacrymis audacia foz venit, & puluit. cui iuuenis, parcat tibi Domini, qui te creauit, & spatiu[m] tihi ad poenitentiam concedat.

Cum oculi suorum luce inalbesceret, Guilelmus aperto voto, exfilijs, subleuatisque in cœlum oculis; gratas tibi, inquit, ago. Domine Iesu quod spurcitas huius feminæ impollito etiam corde præteri: ne vero me permittas à te separari. reuersus Gonatum, id fratribus enuntiauit suis; & recte, inquit vos scitis, & expertus ego sum, corruptibilis carnis diuturnum esse certamen. integræ vero mentis raram victoriam, & nisi quia iustus me Dominus, paulominus habitatset anima mea utique in inferno. multis post diebus, de cœlla egreditus, psalmis, vt eius mos erat, recitandis animum exercebat; cū obtulit seculo repente species eius mulieris Petras, adeoque inhabesit menti eius, vt neque diuturnis ieiunij, assiduisque orationibus diuelleretur. sed cum per multos menses, nullum quietis spatiu[m], nullaque temtandi inducia fierent, quem mulier ipsa rotues aggressa non concusserat, is cogitatione eius mulieris de suo statu deiectus in seculum regredi deliberat. venditisque, quæ rhippare eremitis fas fuit, ventislibus nonnullis, ibat, quo coeca dictabat ratio, seque huius mundi anfractibus implicabat: sed Dominus suo seruus curæ fuit.

Pensus de via Guilelmus assidet tantisper, & somnus occupauit. per quietem videt, se circumueniri belluarum multitudine varia, & incredibili; quarum pars dente, pars vngue scuaret, erudelem in modum; ipse annus quemadmodum latera protegere valeret, excitatus: & adiuua me Domine, clavis ait, & saluus ero. Scio enim, ac certus sum; mihi cum impudicæ feminæ saltu[m] incursiones, subfidium abs te missum: nunc ergo etiam atq[ue] etiam oro, Domine, ne sim descendantibus in lacum similis; animam meam de bestiarum mortibus seruas; & de ore leonis vnicam meam. quod si id preteras, ex hoc momento tuus pes meus interebitur, teque, quoad viam, benedictionibus & laudibus excipiam. hæc cum precaretur, animantium exercitus omnis evanuit. Guilelmus postliminio ad cellam regressus, adeo se integrum illum diem, nonque flagellis acriter cæcidit, vt omnem tentationis flamman, verberum cruciatu[m] exitinxerat: biennio etiam toto sequenti tam vehementi inedia, ab omni se cibo abstinuit, vt neque coctum quid, neque ex hac, aut quis degustarit. per id tempus accidit, vt apud Gonatum, speluncam quamdam oraturus ingredieretur, videt intus Aethiopes terribilis duos, flammis oculis, manibus & tergo ligatis. id vt internosceret, cum oculos subleuaret, audit ab eorum altero Guilelmus: ò hominum vilissime, atq[ue] infestate, perparum, imo vero nihil tua te iuuat deprecatio. tua enim pars integra in infernis manet. nec quin condemnaris, cu[m]

des, nec dum ille finierat; & reuertere, suscipit alter, ad mundum, si sapis, & consiliu[m] capis, ne in hac solitudine male pereas. teritus vir Dei, precari cœpit; fac mecum signum in bohem, Domine, vt videant, qui me oderunt, & confundantur. mox signu[m] crucis addidit. quo facto, spelunca terribiliter intonuit, & momento Aethiopes effugati; Antrum etiam aliud ingressus est Gonati, cumque in sequentem diem oratione produxisset, mane, dum exire cogitat, ostium cuius obstructum offendit, aditum que omnino præclusum illic diutina fame pene eruciahat ur, nisi ad viatoris cuiusdam vocé prodijset, qui iumentum onustum panibus dicens, cum sotium Dei vidisset, orauit, vt cibum ab se susciperet. Guilelmus gratijs actis, cum panes in antro repositurus ingredieretur, statim deinde regressus, neminem repérit: cognovitque, Deum fuisse largitorrem; hæc postea sociis idem narrauit. His in locis, per annos vndecim, propter ædificiam B. Virginis, ab se reparatâ, degens, socios eius vitæ habuit, ac discipulos nonnullos, quorum etiam egregia virtutes miraculorum testimonia comprobarunt.

Dum autem in Gonato moratur Guilelmus, apparuit oranti mulier habitu regali; quæ illi perge, inquit, ad scaturiginem fontis, sub 3 radicibus montis Nebrodis. ibi sicut tibi monstrabitur, ædem extrue, parere cupidus, ad locum properat, prætolatur indicium. huc illuc non cogitatione solum, sed oculis abeunti, visum ibidè est, vbi nunc ædacula Virginis sita, ingens palatium, & pueri de ortu solis ad se maximo numero accedentes stolis induiti nuncis, vario decore, ac gemmis ornati. cœpit Guilelmus Virginem alacer salutare, recitante in que Salve Regina, pueri illi, paulisper in palatio commorati, in cœlum abeuntes, deseruere. ergo ad locum accessit, gaudio cumulatus incredibili vir Dei, quo in loco palarium, certaque prouiderat. & ecce, secum ipse inquit, locus, vbi Virgini ædificetur ecclesia. cumque tam de visis, quam de commonistrata area grates Deo referret, sublatis intactum oculis, vidit Dominum maiestate, mirabilis mulierem vero, quæ ante a sibi appetuerat, eodem regio ornatu, & senectanitie venerabilem, qui magno Antonio similis videbatur, Domini latéra protegentes. vox vero ad eum missa est; hic, inquietus manebis. ac si diceret: hæc est toties tibi huntia sedes, in qua quoad vires, in Dei obsequio, famulatuque perseverabis sed cū fundande, struendæque fabricæ, nequaquam suppetent opes; adfuit liberalitas & Aldoini Vigintimillii, Comitis Hieraci, cuius elemosynis adiutus ædem perficit, & in honorem D. Virginis à partu dicat.

Cum vero animadueteret vir optimus, non multa in ea regione consecrata Deo loca esse, seque operarium Dei pene sedere, procul ab ea fede, quam nupor extruxerat, ad triginta passuum millia perrexit, atque in loco, qui S. Felicis dicitur, aliquamdiu demoratus, ædem alias Sanctissimæ Virginis dica-

3  
Rursum à  
D. Virg. mi-  
grare in ali-  
um locum  
iubetur.

Ope Aldoi:  
ni Comitis  
ædem struic  
D. Virg. à  
partu.

4

dicatam exstruxit, ibique nonnullos cogit, qui sanctitate morum ac meritis postmodū clāuerunt. hoc facto, ad zdem à partu roversus est. quo quia magna frequentia populus conuenire solitus erat, idque amico solitudinis displicebat; in mentem ei venit alterius in honorem Deiparæ fundandi templi, quod procul à commercio esset: constructum vero, atque ab ipsa Virgine monstratum omnino deserendi. itaque ad montem, cui Monaci nomen inditum ab incolis est, viam faciebat, quæ quād Diuī Virginī nō placaret, ita declaratum est. međio in itinere, disruptum Guilelmo viscera, nec progredi viterius datum; quod cum accidisse sibi, lesa Virgine sentiret, vestigio ad locum de partu cum lacrymis redit. hic prostrat se coram Virginis imagine, factique veniam petens, sanatum se continuo persentit. Ecclesiam tamen Beatisimæ Genitri, sicut animo constituerat, edificauit; nomenque S. Maria a Misericordia, quod misericordiam ei impetrarat, imposuit. hac in zde maioris quadragesimæ spatiū integrum, summa cum abstinentia, inclusus cella, varijsque Dæmonum tentationibus diuexatus perdurauit. inde in verterem è partu redditum facit. hostes tamen insequuntur, & terriculamentis pergunt infestare. quorum vt fraudes euitaret, maxime nocturnas, in præcessam arborem noctu ibat, ibique, ne caderet, funibus ad ramos alligatus, frequenter perugilabat. interdiu vero mentem oratione, alijsq; honestissimis turis ita occupabat suam, vt aditus nullus pateret aduersarijs ad inuadendum.

Super arbo  
te præcessa  
noctu per-  
figuat.

Sed admirabile est, quod quadam die, videre ei contigit extra zdiculam suam, secreta in parte, contemplationi rerum diuinarum vacabat, oblataque est eius mentis oculis arbor procula, cœlum fla-tagens; dum admirans tantam altitudinem, oculis metitur, ternas in cacumine summo dispositas sellas videt, inuisito splendore fulgidas: binas in arbore media, vnicam dūtaxat ad truncum. exspectabat ergo, quis in tenuis accederet. inter exspectandum, vocem accepit, de arbore prodeunte: mediis in duabus medijs conquesces. ad quā vocem examinatus, ac flens procumbit. tū sublato vultu, neque arborem, neque alia vidit vñum. Incessit autem eius animum noua zdicandi adhuc in laudem Virginis templi cupidus: aggestoque ad fabricam apparatus. cū ea zdicatione ledi posse proximū appareret, maluit de suscepto confilio desistere, donec se melior opportunitas daret, qne paulum caritas minueretur. Ausus ēt aliquando Guilelmus zelo, quem intra se fratris animorum sentiebat ardenter. publica concione de rebus diuinis differere. licetum sibi, quæ naturæ bonitas erat, id muneras existimabat. sed auditio, non nisi ijs, qui mitterentur, prædicare alijs esse permisimus; indoluit factum, ac cessavit. neque propterea, si qua se objiciebat occasio, priuatum ad bona opera exhortandi, delabi eam de manibus pariebatur. s̄pē etiam si quos in-

ueniebat, quorum olim publice cœderant do errores offendebat, verbū minus coadūtate, aut vere dicto, corat ijs vñiam erroris à Deo postulabat, s̄pē ipse coarguebat, neque enim, inquietus, p̄missis prædicare conuenit; quibus fas si Domini timeant, caritate m̄t. Christi fidē eiusque Ecclesie sancta amplectūtur, eius reuerentur ministros, iudicij extremum diem intrepidi expectent, sacramenta reuerantur, s̄pius sua peccata per confessio-nem eluant. Christi passionem contemplētur, ac defleant, glorientur in angustijs, s̄cularibus abstineant curis, de sacris scripturis ne disputent, diuinis adsint officiis, humilitatem se tentent, integritatem vite tueantur, semper orent, gratias semper agant, veniam suis impetrant erroribus, deniq; secundum Deum, gloriofissimam Virginem, quantis valent, religionibus promereātur.

Si qui, vt fieri solet, paradisum Guilelmo exoptarent, iis ipse negabat, infernum ab se, Deo, ac Virgine iuvantibus, timeri: tametsi odio ne, an amore dignus esset addubitaret. se quidem paradiſo indignum, sed vt citius à morte illuc iret, pro purgatorijs supplicijs subitum se libenter aiebat s̄ quantum vita produceretur, grauiſſimas reſtitutio[n]is, dolorumque formas. Dies erat Paschatis celeberrimus, quo etiam, vt anni ratio ferebat, Virginis Annunciatæ memoria celebrabatur. Guilelmus tantum diem orando intra zdem tranſigebat. accedit, vt eodem quoque die, Fridericus Aragonius in Siciliæ Regem coronaretur itaq; oranti seruo Dei voces de eo cœlitus sunt auditez. ad has Guilelmus cohorruit, & fratribus postea suis enarravit. a diecīt etiam tamquam prophetæ spiritu multa de Italiz, præcipueque Siciliæ vastatione, locoru[m] que aliorum euersione. iamque bellum in Sicilia crebrescebat, & annonæ malignitate cœperant, è proximo castro Gangis, deficerē ad fratribus subſidium, eleemosynæ eius rei cauſa, contra Guilelmi voluntatem fratres reliqui farinæ modios decem, humana ſollicitudine commoti, reponūt in vasis, cumque ſemel in panarijs defeciflet panis accurrunt ad eum, pro fe quisque trepidi, & vt farina viritim distribuatur, expolcunt: & ille, cur refuerat is, inquit? nonne hoc pacto ſciſta caritas est? an non melius fuerat, egenorum corpora entrire viuentium, quam custodire corrumpendam, & genituran vermes? ſed cum impotente infibent; misereatur, ait, vestri Dominus, fratres, qui potens est sine annonæ, ac peniu vos alere vniuersos; at illi tandem peruerterunt: diſtributisque pro portione partibus, ſuam Guilelmus vni de fratribus dat in vasa reportandam, vt deinde pauperibus erogaretur, perrexit is, & farinam cum infundere vellet, vasa offendit, farina ad ſumnum os referta. qui, accurrite, clamans inquit, fratres accurrite. copiosam annonam Dominus nostris, necessitatibus ſubministravit. illi, quod fecerant, cum dolore damnarunt: partesque iterum in commune retele;

Multa præ  
dicta de Iu-  
lia, Siciliæ-  
que cladi;

Farina va-  
la diuinis  
replet.

tulerunt, gratiis Den. peractis.

Aliquando vñ heinens. atque acerbus dolor inuaserat genu Guilelmi, partesq. corporis occultas; quem ille Virginis imaginis cum lacrimis proponens, talibus eam eit allocutus: sana me quæso, Mater glatia, si expedit animæ meæ, & sanabor. q. ad si infamulatu tuo vel momentum temporis offendì, furorem mitiga, extingue irā, peccatum condona, nam sc̄iiora ijs, quæ patior peccata merentur, atq; exigunt mea orantē, ac fessum dolore, somnus ibidem occupat: experctus, sine vlo dolore se esse sensit.

Celesti monit. flagitiū domi cōperebit, & cœli gat.

Nocte autem quadam, dormienti int̄. a. cellam, visa est per somnium damula h̄. co commisceri. coniugium adeo dispar obstupescerentem cælica vox admonuit, foras vñeficium, foras pollutum. surgit hoc monitu, & vellas perlustrat; offenditq; cum muliercula colloquentem de fratribus vnum, cui Alberto nomen. vtrumq; Guilelmus dolore cordis intimo tactus, pro merito corripit. dein alteram cum ignominia procul ejicit. alterum rursus increpās monet, vt tam gravis, atq; horrendi sceleris piaculum pœnitēdo diluat. Sed frustra, paucis enim post diebus, per somnium iterum Guilelmus vidit, de quattuor turribus, quæ supra verticem montis erant sitz, corridentem vnam, in puluerem redigi: vocem autem accepit talem: cecidit Babylon simul abrupit somnum, cognovit Albertum illū, qui ex antiquoribus quartus in consortio erat, turpiter aut fugisse. Interea nomen Guilelmi, propter eius virtute sanctitatem, celebris in dies, ac notius apud omnes erat, ergo defertur ei ab consanguineis mulier, quæ propter difficultem partum, tatis doloribus angebat, vt morti proxima videretur. oblecrat, vt eam precibus adiuuet suis, id ille, quia peccatorem, se se intelligeret, prestari ab se posse negabat. Sed necessariorum mulieris perseverantia motus, accedit ad feminam, & recitare pie cœpit: Sancta Maria, succurre miseris. cumq; sequentia verba exciperet, iuua pusillanimes; inter efferendum, ea mulier facilime fetum edidit, ac se incolmis erexit.

Sed appetebat tempus, quod opportunū largiendq; mercedi laborum seruo suo Dominus adjudicavit: deq; huius ergastulo mūdi ad æternam libertatem, immarcescibilēque gloria coronam, quam ei præparauat, feliciter inuitaret. itaq; maioris hebdomadæ diebus, ex pectoris astrictione, ac febre decumbit. & quamquam multis abinde annis difficultatem spirandi, atq; anguitias pectoris magno animo superauit; eo tamen tempore multo graviorem, exigentibus id, vt ipse aiebat, peccatis suis, patientissime tolerauit: cum vero sentiret iam deititnēdum sibi corpus esse, tametsi dūvixit, his in mensa, ac si copia daretur confessarij, epius etiā confitebatur; tunc tamen adduci sibi Sacerdotem enixe postulauit. à quo post peccatorum confessionem cum dolore, ac gemitu absolutione susceptra, eiusdem etiam manibus sanctissimum Iesu Christi corpus in Eucharistia Sacramento tamquam extremum Tom. 2.

viaticum recepit. Cum sexta à Paschate feria propter suam corporis inbedilitatē illi ex carnibus pulmētū, croco intinctū, offerrēt, admiratus nouitatē coloris; hic, ingr̄ fratres, mihi extraneus est valde: auferte, si placet. sed fratrū hortatione superatus, frustulum intinxit panis, atq; ori admouit; ardoremq; piperis alpersi, mordicatione lingua persensit. interroganti cautsam, edisserunt, atq; ille tollite, inquit, fratres mei, tolle: ijs, n. sum vñs numquā. edulis autē meis condimentum sal semper fuit, saporis amicū. Sexta hæc feria est, & forte nono ab hinc die spiritum Deo vocanti emittam. ergo auferuntur dapes.

Sed designatus ab eo cū illucesceret dies nonus, qui Aprilis sextus decimus, ac Sabatum fuit, legumina fratres ei præparant. quibus ille, cur hæc, inquit, fratres? ne quæso id agatis. presbyterum potius aduocate, cuius in conspectu, tamquā si Christ⁹ esset, de hoc mundo egrediens, viam vniuersa carnis ingrediar: accurrens presbyter, præ amore, quo in Dei fāculū ferebatur maximo, plorare vbertim cœpit. cui ille; amice, cur ploras? nōne diu seculo vixide; ego, quia morior, idcirco pertimesco; sed quia junior fui, ac senui, & nihil dignum in conspectu Dei, egisse me recolo. Tempus autem est, vt terra corpus meum commendem. sub uesperū eius diei, confessione pie peracta, peccatorumq; omnium absolutione, & venia impenitrita, cum Iesu Christi Crucem amplexus, magna animi demissione adorasset, decusfatis ante peccatis brachijs, vt quam in vita seruarat fidem, eamdem in moriens pateficeret, cœpit alacer dicere: ipsi in primis Deo Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, tum præcipue Virgini gloriose animam commendo meam, deinde gloriosis Angelorum agminibus, fidelissimis Patriarcharum, & Prophetarum cuneis, egregijs Apostolorum, maxime Principiū Petri, & Pauli triumphis, in clycis fortissimorum Martyrum victorijs, præclarissimis pitorum confessorum virtutibus, eximis Sæctorum Doctorum precibus, purissimis Beatarum Virginū choris, deinceps iustorum omnium patrocinio, & orationibus me peccatorem commendo. illam me fidem tenere asserens, quam Sancta, & Roma tñet, docet, prædicat, & confitetur Ecclesia. hanc suæ fidei, atq; animi contestationem vt perfecit, rursus cum dixisset, in manus tuas, Domine, commendo spiritum meum, in Domino exspirauit 6 anno ab humana salute C. CCXXI. XVI. Kal. Maij, qui dies eius natalis, festusq; in Castello Bono, 8 cuius est patronus, celebratur. eius reliquæ multis in dies miraculis illustrantur, præstante Domiu noſtro Iesu Christo, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus in secula seculorum.

Vide Animaduers. fol. 81.

( : + : )

Gg

IN-

Mirabilis  
leue ita in  
morbo.

Die in morbi  
tis sibi præ-  
dictis.

Quid in  
mortuus  
erit.

6  
7  
8  
Mirabilis  
post mortem  
clarus.

## INVENTIO; ET MIRACVLA

Anno Chr.  
1327.  
18. Iunij.

# BEATI GERLANDI EQVITIS.

**G**ERLANDVS Eques fuit Hospitalarius natione Alemanus a teneris annis vir apprime pius, & Diu<sup>z</sup> Virginis Genitricis Dei Mariz. fama est, neque errare crediderim, commendatam illi fuisse a Magistro suo adem Sancte Mariz, quæ inter Calatagironum, & Platiam est; eaque in æde mortem obiit, & humatus est; haud certum quo anno, sed splendore virtutum, certe miro, & magno, ut diuinatus detectum corpus, & miraculorum fulgor ostendit. quippe Diuus Constantinus Iacobo Calatafimio visus, dominus Hospitalis Sancti Ioannis Preceptor, Beati Gerlandi Reliquias, eadem in æde sitas, reuelat. defosse, inuentæque sunt, suauem odorem afflantes, anno Christi Domini 1327. 14. Kalendas Iulij, ac postridie in opidum Calatagironum translatæ, & in Ecclesia Sancti Iacobi honorifice collocatae. vbi seruantur ossa corporis in arca, caput argento tecum. exinde honores publici Beato Gerlando tributi decimotertio Kalend. Iulii, qui 1 dies translationis eius fuit. porro ea inuentio, & translatio multis miraculis illustrata est. quæ nos subiicimus ex testibus iuratis excepta.

Goffridus Aidonus, Calatagironensis, tibia grauiter affectus ex apoplexia, cui subuenire medici haud quieverant; adem adiit Sancti Iacobi, in qua corpus Beati Gerlandi depositum erat. atque vbi tibiam vino lauit, quo Beati Gerlandi ossa eluta fuerant, statim pristina illi sanitas restituta est.

Persoisia, filia Burgij Ardizoni, Calatagironensis, ab annis 7. ex paralysi contracta; adeoque oppressa, vt neque pedibus suis inambulare, neque aliorum opere posset, pra doloribus, quibus acerbe cruciabatur in omnibus membrorum articulis. magna cum pietate, ac fiducia in Beatum Gerlandum, delata ad eius corpus, valetudinem corpori suo recepit.

Iacobina, vxor Guilelmi Luciani, Calatagironensis, infantem viuis anni brachio imbecillum habebat, vt nec facere, quidquam, nec mouere posset; detulit ad B. Gerlandum; operemque, & solarium filio, ac sibi retulit.

Bona gratia, vxor Rainaldi Murri, tibiaz doloribus afflita, quorum acerbitate sepius lacrymabatur, pietate in Beatum Gerlandum sua, sanitatem addepta est.

Bella, vxor Seuerini de Seuerino, dex-

trum brachium, ex apoplexia affectum, Beati Gerlandi vino lauit, & sanum comperit.

Iacobus Gallitus, & Alexandra conjuges, Calatagironzi, filiani annorum trium incurabili apoplexia afflictam, affluisque doloribus extenuatam, detulere ad B. Gerlandum, eiusque vino lotam, statim sanam agnouere.

Cara, Costantij Scarani, & Bonagratia Nicolai Grossi coniuges, ex opido Calatagirono, rheumaticæ, vt vino Beati Gerlandi lauere corpora, simul curatæ sunt.

Manella mulier infantulum, nec dum bis mestrem, habuit doloribus afflictum in articulorum nodis. icunculam ponderis, cuius erat corpusculum eius, Beato Gerlando vovit. obtulit, & liberum infanteam vidit.

Prima uera, vxor Truxelli de portis, Calatagironzi, rheumate in brachio laborabat, & oculos caligine offusos habebat. accurrit ad corpus Beati Gerlandi. vino eius brachium, & oculos lauit; statimque defluxio ex brachio, ex oculis caligo abscessit.

Bartholomæus Gricellus tibia, ac pede rheumaticus, ingredi ægre poterat. ad Beati Gerlandi Reliquias se confert, precesque ad eum pie fundens, sanitatem impetravit.

Muscata, vxor Victorini de Bonagratia & Reolis vxor Nicolai ex opido Terranova; illa filium annorum decem, hac annorum quinque habebant. prius brachio sinistro erant male adeo affecto, vt nec manum astringere in pugnam possent; nec attollere, nisi ad maxillam usque. vt matres audiuite de inuento Beati Gerlandi corpore, ad hoc inuisendum conferunt se, una cum filijs. ante sacras Reliquias se prosterunt, operem cum lacrymis flagitantes. demum brachia puerorum cum Beati Gerlandi Reliquijs attingunt, & utrique salus rediit.

Alamannæ Nouellæ, Verardi de prebytero vxori, ex eodem opido, filius erat annorum sex, quem ab annis quattuor morbus inuaserat, dextro latere, brachio, & tibia stupefactis, ex doloribus vero puer squalens erat, mater, & exanguis. vt parentibus relatum est de inuentione corporis B. Gerlandi, filium eo ducunt. sacris Reliquijs partes affectas tangunt, atque his vigor pristinus redditus est.

Iacobo Gambino filius, cui Ioannes nomen, fuit. qui ab ortu suo membris era adeo imbecillis, vt ambulare pedibus non posset, sed instar serpentis reptare, magno

gno cum labore, posteaquam audiuit pater de B. Gerlandi miraculis filium ad eum deducit, lauat vino B. Gerlandi, dein reliquias eiusdem dat exosculandas. dura puer exosculatur, mirum, stetit, exfilij, recte ambulauit, spectante & stupente turba, ac Deum laudante.

Andreas cara, Calatagironus, ab annis 12. retortam habebat manum dexteram vt nulla officia facere quiret. reliquias Beati Gerlandi pie visens, vigentem manum recuperavit.

Iacobus Lombardellus, habitator Hodogrilli, à genibus in pedes adeo contractus, vt incedere non posset, sed lecto affixus diu esset. pietate in B. Gerlandum motus, ad eius reliquias equo vedus pollicebatur ex animo, ad meliorem se frugem recepturum, si conualeceret. vt ad Ecclesiam peruenit, in qua erat corpus B. Gerlandi, statim atque equo descendit, rectus & alacer, multis videntibus, incessit.

Ioanna, vxor Francisci Scapillati, ex S. Basilij opidulo, paralyti diutenebatur, vt ne dum sine motu, sed sine vita, & præmor tua esse videretur. vix ei spiritu tenui corporalitatem ad reliquias B. Gerlandi, magno animi affectu deuicta est. hic pri munum attactu reliquiarum, singula eius membra cooperant reuiscere idem ea, firmato sensim gressu, populo spectante, ac demirante, surrexit; & suum ipsa miraculum semet circumferens, ambulauit.

Perronus Cantelius, Leontius, à diebus nouem somno, exsurgens, aurum vsum amisit. sed reliquias B. Gerlandi adiens, & pie deosculans, epotoque earum vino, denuo recepit.

Antonius Nazara, Platiensis, Seuerinum filium doloribus podagræ contractum, per Sesquiannum habebat. agre incedere poterat, nisi baculo se sustentaret, manus ite alli ex chiragra incurva, iumento filius à patre peractus ad B. Gerlandum, sumpto vi no, & reliquias eius osculans, adminicula, abiecit domum suam pedibus suis remeavit.

Bartholinus Florz, & Rogerij Marturana filius, ex opido Platia, contractione in genibus facta, mouere se de loco non poterat, delatus ad reliquias B. Gerlandi, eas osculando, gressum recuperauit.

Ioannes Scannauinus, Calatagironensis iam inde à pueritia sua manum habebat imbecillam, & retortam qua cum nihil facere, nihil gestare quibat. B. Gerlandi corpus inuisit, eiusque reliquias contingens manum & vino dein lauans, statim sanus factus est.

Inglisia, vxor Andreæ Celamidari, Calatagironensis, filium habuit parvulum, cui alter testiculorum disruptus, magnis cum doloribus, is ad reliquias B. Gerlandi delatus, lotusque vino eius, sanum se persensit.

Francia, Nicolai Brunii filia, Viziniensis, ex coxendice ad pedem usque affecta fuit, ultra annos duos. ad corpus B. Gerlandi iumento delata, vinoque eius epoto libera ta est.

Tom. 2.

Placentia, vxor Philippi Renda, à duobus annis ægro, imbecilloque corpore, vt ambulare, nisi ope alterius, non posset. delata ad reliquias B. Gerlandi, earum attacta, vinoque epoto sanitatem recepit.

Bonacursius Buttgrossa, corporis sui membris contractus, diuque conflictatus; ad B. Gerlandi reliquias delatus, vinum earum epotans, illasque deosculans, incolumitatem promeretur.

Virianus de Venetijs, Platiensis, ingenti ligno, quod per viam boues trahebant, ad fores casu compressus, iesusque est, tibia maxime tumescente. igitur cum miris ex ea doloribus torqueretur, nec medicina subueniret, Recipita eius vxor, visuram se voulit reliquias B. Gerlandi, si virum ab eo malo vindicaret; voto facto, Virianus detumescente tibia, à dolore liberatus est.

Ioanmicius olim seruus Bonallerti Scornauicæ, ciuius Terranouæ, ex inopinato causa gibbosus effectus est, capite in pectus fixo. excitus fama miraculorum B. Gerlandi in Caltagironum pergit, pie ædem inuisit, & reliquias B. Gerlandi veneratur, at neque earum attactu, nec vini potu, leuamentum opemve expertus est. miser gibberus exinde mortuus abscedit. in patriam reuertenti, iuxta Terranouæ pontem, ciues quidam obviati fiunt, hominem deridentes, quod eodem, quo ieset gibbo, rediret, is vero, equidem, respondit, spe m habeo, quod antequam Terranouæ invenibus appropinquem, sanus ero. ò miram fiduciam! vbi ea Ioannmicius dixit, passus tres nondum erat progressus, cum detumescere gibbum persentisicit; collumque & caput rectum ac sublime. ergo hilarius ad B. Gerlandum reddit. ei grates agit. turbæ videndum se exhibet latanti, ac Deum laudanti.

Basilius Fundacarius Calatagironensis, à duobus mensibus grauiter ægrotabat neque è lecto exsurgere poterat, nisi iuuaret quispiam, adductus ad Ecclesiam, in qua reliquias B. Gerlandi seruabantur, eas exosculans, ac vinum potans, pristinas corporis sui vires recepit, & pedibus suis ambulauit: sed quem primum erga se beneficium, mox vindicem B. Gerlandum expertus est. nam vbi ille deserta vxore ad concubinam reuersus est, in eundem morbum denuo recedit.

Cosmanus de Agrigento, habitator Licodiæ, tibiæ neruo, pedisque articulis affectus, vsum eorum amiserat, vt ambulare sine fulcris nequiret. & quinque sic annos diuexabatur. tandem ad B. Gerlandum se vertit, igitur ad eius sepulchrum dum pergit, ipsa in via rectus & letus ex filij. multis inspectantibus, ad ædem festinus accedit, Deo & B. Gerlando agit gratias, fulcra suspendit.

Guilelmo de Magistroioanne, fabro lignario, à Terranoua, humorum ex capite, defluxus aciem oculorum retuderat: auditis ille miraculis B. Gerlandi sepulchrum eius adiit, ac statim lumen rediit.

Crittus Margarita & Rainaldi de Pala-

Gg 2 gonia

gonia filius, ex casu pede sinistro claudicabat. ad B. Gerlandi sepulchrum, & reliquias defertur clodus, sanusque & rectus domum suam regreditur.

Iacobina de Domino Thomasio, a sinistra coxendice laborabat, & ægre ambulare poterat, adducta ad B. Gerlandi reliquias, incolmis reducta est.

Ioannes de Amore filiam habebat in gutture strumosam. detulit ad reliquias Beati Gerlandi, quarum attacku, & vini ijs consecratis potu, sanam in ædes suas retulit.

Francia Guilelmi Taueruz vxor, imbecillo adeo corpore erat, ut nisi aliorum sustuta ope, ingredi non posset. ad hoc tremere ei caput, & manus, quarum vsu penitus destituta erat. ad beatas eiusdem reliquias deflata, contingens, & vinum eorum bibens, optatam incolmitatem adepta est.

Antonius Roberti Torcisi Ragusani filius à prima infantia disruptus, magnis interdum doloribus affligebatur. contactu reliquiarum Beati Gerlandi, potuque vini curatus est.

Henricus Matthæi filius de Presbyt. Angelo, non disruptis modo viscoribus, sed in loco putrescentibus, defertur ille ad reliquias B. Gerlandi, & hæc retrahuntur, atque consanescunt.

Gemma, vxor Iacobi Carbonaræ, ex opido Ragusa, ab anno imbecillis viribus, manu, ac pede incurvis, vt incessum baculo sustentaret, reliquias B. Gerlandi venerans sanitatem, quam amiserat, multis mirantibus, recepit.

Margaritam, Ioannis Piræ vxorem, à mensibus nouem apoplexia inuaserat è sinistro latere, manu, tibia, pede, ingredi nullo pacto poterat. quin morbus eam attentauerat. it ad reliquias B. Gerlandi, attacku vinoque sacro redit sana.

Ioannes ex Alexandria de Palia in Gallia Cisalpina, tumescente, & ulcerosa tibia vexabatur. acres ex ea dolores, & fluebat sanies terri odoris, quem nemo astantium toleraret. vifo sepulchro & reliquijs B. Gerlandi percultis, præsens remedium inuenit.

Margarita Rosana, Ioannis, & Rosæ filia, ex opido Platia, oculis erat adeo lippis, ægrisque, vt tenere clausos cogeretur, manantibus lacrymis, postquam B. Gerlandi sepulchrum reuicit, ab oculis morbus evanuit.

Allegrantia, & Ioannes de Amore, coniuges Platienses, filiam habebant, cui Pernæ nomen, ab ipsa nativitate claudam, cauſa in coxendice, vbi tumor apparebat, detulere ad reliquias B. Gerlandi. quibus vt contacta est, & vinum eorumdem bibit,stante videre, exsiliem, ambulantem.

Adiamanta, Bartholomæi de Noto, Platiensis, filium habuit in genitalibus grauius affectum; qui defertus ad sepulchrum B. Gerlandi, incolmis, & malo liber fuit.

Iacobus Peragna, Platiensis triennem filium habebat herniosum, & vehementer ex eo conflictatum; ad B. Gerlandi sepulchrum tulit, & heruia solidata est.

Cortisia Vgolina, è Terranova, filiam, nomine Violantam, dextero brachio ad functiones inutili habebat. quo morbo ab annis quattuor vexabatur. detulit ad sepulchrum, & reliquias B. Gerlandi, brachioq; vis, & vsus redijt.

Bonadeus Iacobi de Messana, habitator Minæ à tibia vehementer afficiebatur, que ab annis ferme XV. intumuerat deformem in modum. ad sepulchrum B. Gerlandi se confert, eusque arena tibiam obtigit. mira vis, sanam, & integrum eduxit, multis obstucentibus.

Iacobus de Naro, Alicentis, debilibus adeo brachijs, vt ægre ad os attolleret. ad sepulchrum B. Gerlandi pergit, eiusque reliquias deinceps veneratus, vites recepit.

Isabella Sportella, ex opido Paternionis ab annis decem in sinistra coxendice ac gena affecta erat, quam ob causam tibia brevior erat, parte palmi tertia; clandicansque extremis digitis incedebat. accedens ad reliquias B. Gerlandi, æquales tibias, altera laxata, videt, cunctisque mirantibus, & magnificantibus Deum, recte inambulauit.

Nicolaus Seraphinus, Moticanus, ex apostolitate in dextro pede per sesquiannum æger fuit. adhibiti chirurgi plura officia fragmina extraxerant. ex eo ingredi nequit bat. defertus est ad reliquias B. Gerlandi, quas pie osculans, curatus & correctus est.

Cortina, vxor Guilelmi Dilecti, è Terranova, gibberum tumorem ab annis XX. patiebatur. ad sepulchrum B. Gerlandi pie se confert, vbi per dies decem morata, remedium mali à Deo, & B. Gerlandi oportens. O mira cælestium benignitas, inter precandum, euangelio tumor dorsi persentit.

Matilda, Philippi Provincialis, ex opido Leontinorum, in coxendicibus, corporisq; articulis miros dolores perpetiebatur, quorum cruciatu, insistere pedibus non poterat. deflata ad B. Gerlandi sepulchrum, valetudini sua restituta est.

Ventura de Messana, Calatanissetensis, apoplectica erat in tibia à mensibus tribus; in ea tumor, & sanies defluat. nec poterat incedere, ex morbo incuruata. spicula plena ad sepulchrum B. Gerlandi defertur, & personatur.

Thomasia, vxor quondam Matthæi de Militia, Leontini, filium ex eo suscepit Rogerium, qui à genitalibus, ex quo natus est, patiatur ad reliquias B. Gerlandi defertus, earumque attacku sanitatem in affectis partibus recepit.

Gerlandus de Ioannebalbo, Moticanus à tibijs æger, anni iam erant nouem. ex morbo tumor in illis, & ulcera: ob quæ in assiduo luctu versabatur; neque enim ingredi poterat. sed imbecillius corpus trahebat, sustentans baculo, & grandi cum cruciatu, ad sepulchrum B. Gerlandi deportatus tibiarum turnore, ulceribusque sublatis, incolmitati redditur.

Gualterius Costarella, Cataneus, inutili brachio decennium æger erat. conferens se ad reliquias B. Gerlandi, curatus est.

Per-

Perronus de Minzo, eiusdem nominis opidi cuius, à pueritia sua, genibus incurvatus; ad reliquias B Gerlandi sanitatem, retumque gressum recepit.

Gentilis, vxor Henrici Cordatij, Vizinensis, in femore ab annis V. disrupta, magis acerbitatibus cruciabatur, adit sepulchrum B. Gerlandi, eiusque meritis liberatur.

Benedicto Rizzato, Sutori Panormitano, pustula ad renes eruperat, ac per annos quattuor nullis medicorum remedijs curari poterat; quin de ea desperauerant: crescente per Siciliam fama miraculorum B. Gerlandi Benedictus Calatagironum petit, reliquias illius veneratur, orat, & sanitatem exorat.

Gualterius Munda, Xiclitanus, herniosum habebat filium Antonium, erantque iam anni duo, ad reliquias B. Gerlandi deducit, eodemque, quo adiit, die retrocessisse viscera, & coakuerere.

Gualterius Frigicus, Minzenius, filium in virilibus, anno iam astetum, ad B. Gerlandi reliquias duxit, & in colummam ab eo recepit.

Andreas Laparus Vizinenensis, ab annis 5, ruptus est sinistro latere, ac viscera delapsa erant. accurrit ad reliquias B. Gerlandi, & reductis ab eo visceribus regreslus est.

Leonardus Catania, Calatagironensis, tibia & genu claudus; adiens, osculansque B. Gerlandi reliquias, sanitati restituitur.

Riccardo de Claromonte, & Fimia filius erat Nicolaus, qui à matris vtero in genitalibus crepuerat: & Sulisentia filia a duobus annis in femore rupta, detulere ad reliquias B. Gerlandi, quas osculantes, sanitatem recepero.

Bartuccius Victorini Abinansij ex Claromonte filius, natus iam annos quattuor, & menses quinque; sed à patuulo, cum esset iacunabulis claudus, quodam enim die, cū gestaretur à sorore, casu delapsus, dextrum pedem sibi disgregit, in eoque, instar oni, tumor obduruerat. delatus à patre ad B. Gerlandi reliquias, correcto pede, sectus ambulauit.

Ioanna, & Paulinus Sammitus ex opido Ragusa, Ioannem filium habuere, qui tres anteannos à genitalibus crepuerat. deducunt ad reliquias B. Gerlandi, sanum habuere.

Scorialupus de Scorialupo, habitator Terranouz, habebat Isoldam filiam, quae ab oculis ægrotabat, vt nedum videre quid piam, sed neque aperire posset. postquam ad sepulchrum B. Gerlandi detulit, oculos aperuit, visio rediit.

Ioanna de Gatto, Catanensis, incuruum habebat brachium, & tibias; nec manu consignare se crucis signo poterat, nec genua inflevere, cum esset in ædes Iacobi, & ante reliquias B. Gerlandi, gallicinio noctis, oraret, brachio & tibijs vigor est redditus, patrato miraculo, qui aditantes erant, quosdam Clericos rogabant, vt in laudem Domini campanas pulssarent, sed i tem negligere, noctemque canssabantur. ea in æde si-

spensa erat rotula, pluribus in orbem infixis tintinnabulis, qua rote circumacta, fieri nequit, quin omnia insontent. at tum, mira res, abnuentibus Clericis campanas pulssare, unum ea in rota tintinnabulum, immotis reliquis, vi sua sonuit, & miraculo plausit.

Noëte eadem, post horam, accensa lampas ate D. Virginem, & B. Gerlandum, in facello Domini Gentilis de Paride, forte extincta est, tunc puer quidam Bartuccius; qui una cum multis alijs inibi pernoctabat ò Beate Gerlande, dixit, accende lampadē cum ipse accendere non queam. admiranda Beati viri promerita. itatum sponte accensa lampas facellum illuminavit.

Dominus Petrus Lancea miles, Ioannam filiam domi habebat ex febre decubente. dum pater in æde ett S. Iacobi, votum B. Gerlando pro incolumente filia facit. dum voter, filia, qua detinebatur febri, libera ta est.

Francia Alamanna, Syracusana, nepte Floriam habebat, Henrici Pisani filiam, brachio manuque inflexis à duobus annis; quibus vti non poterat, imo nec manum aperire, votum B. Gerlando pro ea nuncupat: dicit ad eius reliquias: vsum brachio, & manu impetrat.

Vannus Pitianus, Syracusanus, Franciscum filium ab annis sex herniosum habuerat. ad sepulchrum B. Gerlandi defecit, & hernia abit.

Petri Manconicus, Catanensis, ex rheumatice in coxendice fiastra ad pedem vlique per medullas defluente, vsum huius amiserat, cunque incedendum erat, baculo se sustentabat, adiit ad reliquias B. Gerlandi, cique depullo malo, subuentum eit.

Francia de Corizono, Leontina, ab annis quattuor in naribus vicerota desperata medicorum ope, ad reliquias B. Gerlandi, ope viceribus inuenit.

Ioanni de Palatiolo dextera manus ab infante tremuit, nullo vsu; confert se ad B. Gerlandi reliquias, abit tremor, redit vsus.

Bartuccius Pandolfinus die quodam, cū in officina ferraria sedebat, super incude itipiti infixa; forte accidit, vt impulsa incude, & cippo, quibus innitebatur, simul prolabetur via furcularum, quibus folles subleuantur, concidensque coxendices eius luxaret, à quo casu iam agebatur annis, nec poterat pedibus suis incedere. interdum domi in genua incuruus, baculo connitens ambulabat, ceterum in lecto iacebat. à medicis nullum modo remedium sperabatur, igitur equo se confert ad reliquias B. Gerlandi, osculansque & ijs eluxata, coxendices tangens, sanitatem prouineretur.

Leucus Aquila, Messanensi, ex coxendibus affectus, nec rectus incederes, nec sine admiringulis poterat. auditis miraculis B. Gerlandi, quæ ob meritā eius resplendescabant, spe cretus, ædem adit, in qua sacre reliquie depositæ erant. oransque ante eiusdem imaginem, statim reuiguit, & absque fulcris, rectus incessit.

Ygolinus Battillerius, Licodiensis, ex ad-

aduersa quadam valitudine, nil loqui poterat. routh animo suo, iturum ad reliquias B. Gerlandi. viam ingressus, cum præteriret aquam valis sub opidam, statim lingue visum recepit.

Pisanæ vxori Ioannis Taurini e Claremonte, filia erat annorum trium à femore disrupta. ad reliquias B. Gerlandi delata; & curata est.

Franciscus Margaritæ, & Rainaldi Pala-  
goniæ, ex opido Terranoua, filius ex casu  
in præcipitum claudus, adiens B. Gerla-  
ndi sepulchrum, statim sanus esse datus est.

Cara mulier Catanensis, Ioannem filium  
annorum plus minus XIII. habebat, ante-  
riore colli parte strumis foedatum, ex quibus  
purulentus sanguis emanabat. idque ab  
annis sex patiebatur. venit ad reliquias B.  
Gerlandi, oransque per dies ferme decem  
perseuerauit, cum demum sanus abscessit.

Philippus Mercantis de Laurentio, Ali-  
catensis, filius annorum X. ab infantia af-  
fectum brachium attollere non potuerat.  
ad B. Gerlandi reliquias veniens, vsum bra-  
chio recepit.

Martinus Faber, Randatiensis tibiam vi-  
cerosam habebat (iam erat annus) tumes-  
centem, & continuo manantem sanie. vi-  
sens sepulchrum, & reliquias B. Gerlandi,  
merito ejus præsens malo remediu inuenit.

Iacobus Maragius, Vizinensis, à pueri-  
tia in genitalibus ruptus. ad sepulchrum  
B. Gerlandi per dies ferme 15. moram tra-  
hens, ea valuisse comperit.

Frater Orlandus de Panormo habitator  
Ciminæ, apoplecticus è dextro latere, nul-  
lo brachii vnu, ac difficii incessu iam per  
annum, permotus fama miraculorum Bea-  
ti Gerlandi, in Calatagironum pedes iter  
facit. mensem & amplius in via contruiuit  
cum ex pio animi affectu pedes difficile  
procederet, & paulatim progrederetur. vbi  
tandem ad sepulchrum peruenit, & reliquias  
B. Gerlandi, eas osculans, & vinum potans  
se restitutum sensit.

Manuci; Libertus Bartholomæi Alaman  
ni Syracusanus, à quatuor mensibus, & am-  
plius rebus affectus, vt pedibus neutiquam  
insisteret, sed in strato iaceret. audiens mi-  
racula B. Gerlandi, votum nuncupat, eius  
reliquias se uisurum. facto voto, melius ha-  
bero cœpit: paucos post dies, penitus con-  
ualuit. sanusque, ac valens votum persoluit.

Costa Græcus Domini Iacobi de Trifo-  
lio, ex opido Ragusa, rheumaticus à quat-  
tuor mensibus, & contractus, gradiebatur,  
an proserpebat, manuum nixu per terram  
se trahens. iumento vectus à Ragusa ad qdē  
vñque S. Iacobi, vbi peccata per confessio-  
nem expiauit, ad altare repedit, in quo erant  
reliquiæ B. Gerlandi. quibus attactis earu-  
que epoto vino, corredo vitio, rectus in-  
cessit.

Rinaldus, filius Ciliæ Calatagironensis  
incuruus adeo erat, vt positis ad genua ma-  
nibus, ambularet, conferens sc, vt poterat,  
ad reliquias B. Gerlandi, directus pedibus  
suis stetit.

Allegantia de Palatia, manu sinistra  
à quinque annis affecta erat, digitis antro-  
sum veris in volam. ad B. Gerladi reliquias  
diduxit digitos, manum sanam recepit.

Ventura de Presbytero Ioanne opido  
Melitelli, clauda à matris vtero; zedem  
petens S. Iacobi, & B. Gerlandi reliquias  
osculans, statim vsum pedum adepta est.

Gratia Sibilæ Pezzapanis filia, ex opido  
Iacio, pede dextro à nativitate intorto, cum  
calcaneo gradiebatur. adiens, osculansque  
reliquias B. Gerlandi, auxiliares habuit.

Florina Venuta è Terranoua, filium ha-  
bebat Franciscum, cui ab annis VII. geni-  
talia proruperant. audit illa B. Gerlandum  
mira patrare, atque iter ad sepulchrum  
eius ingreditur. postquam eo peruenit, &  
ad reliquias visendas exinde se confert, &  
ziram fidem, puero ipsa in via genitalia  
solidantur.

Isabella de Agrigento, habitatrix Flu-  
minis frigidæ, ab annis sex fluxu sanguinis  
defatigabatur, adeoque debilitata erat, vt  
abiret ex oculis visio. super hæc, incertum  
an ex putrefacto sanguine, vlcera in ventre,  
& foramina sex aperiuntur. ex quois per-  
petua putris sanguis, perfuebat. ex his  
curata quatuor, ope medicorum. supero-  
rant duo, quibus medicina auxiliari requi-  
bat; nec fluxum ex ijs putrefacti sanguinis  
sistere. tandem equo peruencta ad sepulchrum  
B. Gerlandi, supplicantique ab eo salutem,  
continuo stetit sanguis, vlcera coiere. &  
quæ prius ægro, fessioque corpore ingredi  
non poterat, sano iam ac valido, B. Ger-  
landi meritis, inambulauit.

Alemanna, vxor Anselmi Raonij, habita-  
trix S. Spiritus iuxta Calatanisettam, à ma-  
lio genio vexabatur, ab anno , & amplius  
possessa. à mulieris ærumnam. à nefario spi-  
ritu compulta, ingemiscere, tremere, vlu-  
re. audito nomine B. Gerlandi, Rosata filia  
votum pro matre vovet, si virtute Dei, &  
B. Gerlandi meritis a vexatione Dæmonis  
vindicaretur. à voto, Dæmon statim egres-  
sus, signaque ostensum est. nam erupit ve-  
hementi cum turbine, vt conuulsæ è solo  
domus ruere viderentur, & euelli arbores,  
quæ per ea loca erant.

Iacobus Biginus de Agrigento, tibijs, pe-  
dibusque affectis, & brachio, ferme exare-  
scente, osculans reliquias B. Gerlandi per-  
sanatus est.

Eodem anno, quo reliquæ B. Gerlandi  
inuentæ sunt, pridie Kal. Septemb. plures  
erant cum viri, tum mulieres, qui varijs di-  
uexati morbis eo se ex voto contulerant.  
ante imaginam B. Gerlandi, pie orantes.  
sub galli cantum excipiunt suauissimum vo-  
cum sonum, & quasi musicum organum:  
perinde atque ad eius modos Angeli conue-  
nirent. nec falsæ aures imaginario sono, pul-  
suque, nam prædulcem melodiam inter col-  
loquentium strepitum ter, & amplius audi-  
uere. primum igitur in admirationem om-  
nes defixis effusi dein in lætitiam laudesq;  
magnificabant Deum, & B. Gerlandum, cu-  
ijs attollendis meritis, vt illud melos exci-  
pere-

peretur, à Deo factum est.

Anna, vxor Basiliū Termoutoni, è castro Milatij, filium habuit, cui in cunis genitalia disrupta sunt. testiculi, hunc me foedum in modum intumescebat; etsi, multo deformius; vt ad genua prominenter, defert ad B. Gerlandi reliquias, eiusq; meritis, retroduca viscera; persanatus eit puer.

Fimia de Riccardo, mulieri Moticanæ, apostema ad guttur eruperat, & instar cucumeris excreuerat; sic vt nullo modo deorsum inclinare collum posset, diuque, ac non & maximis doloribus torquebatur. audit de B. Gerlando, statimque ad Calatagironum pergit, medelam à Deo petitura. pie sepulchrum inuisit, priusquam in opidum ingredetur, vt ad reliquias eius, sanitatem supplex rogaret. o admirabile, peruererat mulier ad flum, cui nomen à templo,

vbi pietatis suæ fructum percepit. guttur sibi tangit, exequunturque, & sanum lata comperit.

Omnia hæc miracula superius commemorata, quorum exstant examinati, ac iurati testes, intra menses ferme tres, ab invento corpore B. Gerlandi contigere: actorum exemplaria in archivio Calatagironensi seruantur. nobis eodem ordine, quo in ijs miracula prescripta sunt, visum est enarrare ad Dei, & B. Gerlandi gloriam. vt intelligant omnes, magna gloriose Equitis promerita fuisse, quæ Deus tot miraculis palam facere voluit, iuuandæ Sicilie, illuminando Ordini suo. utinam pernosceremus qui bùs ille egregijs vitæ actibus, sanctisque operibus, Deo gratiosus fuit.

Vide Animaduers. fol. 82.

Anno Chr.  
1335.  
Ex Augusti.

## VITA B. FRIDERICI SYRAC. S O L I T A R I I Ex M.S. Codicibus.



**ATVS** 1 est Fridericus Syracusis, ex illustri familia Campisanorum. in ipsis adolescentiæ annis, remotam à turbis vitam secessatus, etem coluit D. Maria Magdalena quæ in ora portus, ac ferme tribus passuum millibus Syracusis distat. vbi solitarius aspero cultu, vixique, ac rerum mirabilium splendore clarissimus vixit. quippe demortuum a hominem reuocauit in vitam. confessos à malo genio liberauit. nec paucos varijs diuexatos morbis sanitati restituit. dono etiam prophetæ illustris fuit. enim vero cum plerosque nobilium Syracusanorum ioculantes, ridentesque offendisset, his affatus est verbis: quanto satius foret, si lugeretis. nam Euboea nobis erupta est. paucos post dies renuntiatur Eubœam à Turcis captam. Nec modo viuens, sed vita funesta miraculis claruit. statim atque vir sanctissimus spiritum efflavit suum campanæ omnes in urbe, extraque, vi diuina personuere. prodigo attoniti cives, ignarique, quid eo portenderet, admoniti denique B. Fridericum inueniunt humanis rebus excessisse. corpus eius à Petro 3 Episcopo, cleroque, ac populo pia cum pompa in urbem delatum est, & in eadem maxima sepulchro marmoreo honorifice conditum. supra sepulchrum B. Friderici Imago collata est eo habitu, quem viueus induerat, more Eremitatum picta circum tabulam miracula, quibus præfulsit.

Ab excessu B. Friderici Petrus Episcopus in eius vitam, ac miracula diligenter inquisiuit. Acta iuratis firmata testibus Romana missa ad Pontificem Maximum; vt ijs rite cognitis, celestem viro benemerenti reli-

gionis cultum decerneret. sed illa, ipso in urbem cursu, afflito nauigio, in mari periire. anno consequente Petrus Episcopus, à quo negotium vrgebatur, pridie Nonas Nouembri vita concessit. proin de toto negotio silentium actum est. quin exemplaria Actorum, vacua Syracusis sede, a morte 4 Ludouici Episcopi vnâ cum tablinis Ecclesiæ igni conflagrarent. quare amissis monumentis B. Friderici res præclare gestæ in obscurò sunt. id factum arcano, sed iusto Dei iudicio, qui in nostrorum scelerum pœnam, adeo collucentem gemmulam latere nos fuit. Ceterum ille beatam Deo anima reddit 4. Non. Augusti anno 1335. ab exortu Christi Domini, vt ex Hieronymo 5 poeta Syracusano cognitum est, qui simplex atque piuni hoc eius epitaphium scripsit.

*Secula cam lastris septem dera fluebant  
Augusti mensis Pbæbo radiante secundo,  
Quando Syracusius claro de sanguine natus  
Campisanorum, Fridericus Diuus obiuit.*

Porro sepulchrum B. Friderici ad nostrā visque memoriam publicis honoribus cultum est. ad illud precari populus, & B. Friderici cælestem auxilium implorare solitus,

pie dare oscula, accendere lampades,

& lumina. sed 6 ante annos ferme quattuor & triginta cum affixa parietibus se pulchra demoliri rentur ornan-

de ædi. ossa eius in sarcophagum D. Virg. translata sunt.

Vide Animaduers. fol. 83.

6 Scribebat  
Anno Chr.  
1620. circiter.

VITA

Pie colitur.

# VITA BEATI GERARDI CONFESSORIS

Anno Chri-  
sti.  
An. 1349.  
29. Decemb.

Ex F. Bartholomæo Pisano excerpta.

Gerardus  
Valentini na-  
tus.



• Erardus Valentini natus, quæ ciuitas est in Gallia cisalpina ad radices montis sira . cum ferme decimum iniret ætatis annum , patre orbatus , creatori Deo , celestiq; patri corpus , & animū dicauit . superstitem vero matrem eo , quo par erat , amore , simul , & honore prosecutus est : eique se obsequenter filium maxime præstirit in acerrimis phthisis , & podagræ ægritudinibus , quibus lecto per annos tresdecim afflita fuit: quo tempore diu noctuque matri adstitit , donec ipsa etiā mortem obiret . igitur Gerardus orbam parentibus adolescentiam ingressus , cum viribus animi , corporisque polleret , à cognatis , & amicis ad nuptias incitabatur , præsertim vetero ne familiæ nomen extingueretur . led potior in eo diuinus amor fuit , quam mortaliū studia . quo quidem incensus , oēs sorū cohortationes contēnens , quæ libere potuit pauperibus ; reliqua cōsanguineis distribuit . eaque sarcina leuatus , expeditum iter ad solitudinem , quod diu concipiuerat , cœpit . de domo sua habitu peregrinantis egressus est : asperaque vite ratione usus , partim Romæ , ac Neapolij , partim in Sicilia super Eryce , & Æthna montibus plures annos solitarius transegit .

• Virginitatis  
ilium seruat

Hic quadragesimum agens annum , ditione spiritu , quo regebatur , impulsus , maximeque inflammatu fama miraculorum , ac pietate in S. Ladouicum Episcopum Tolosanum de B. Francisci familia , sub conuersu habitu in eam se recepit , Deoque arctius , quam numquam antea colligauit . castitatis in eo nitor , Euangelica paupertas , & obedientie simplicitas , veluti stellæ tres radiabant . quippe candidissimum virginitatis florem , quem iam inde a pueritia sua ei , qui inter lilia pascitur , obtulerat , multo studioius coluit , & austernitate vite , corporisque afflictionibus , veluti spinis circumseptum magis quam antea custodiuit . Paupertatem vero veluti matrem amantissimam complexus est , sanctissimi Patris nostri Francisci vestigijs insistens . nam sola , vilique tunica , quæ Franciscani habitus , suæque conditionis erat propria , contentus , consuetuque fune præcinctus fuit . sub tunicam veste cilicina semper usus est , qua diu , noctuque carnes atterebat suas ; nudis pedibus incedere ; panem imbutum aqua pro splendidis epulis , quibus semel in die vescebatur ; pro mol-

li strato nudam humum habere . sane paupertatem quantopere coluerit , illud in primis demonstrat , quod è grotati Gerardo accedit . ad quē Ranuci p. Friderico Sicilia Rege Portitor venit ; proque suo , pioque in Dei serum affectu globulum eius orarum postulavit . respondit ille : dare non possum . quia pauper sum , & nihil habeo ; sed licebit accipere , si Prefecto cœnobij collibitum erit . tum denique obedientiam ita seruauit , ut non moderatoribus modo suis , sed ipsis etiam æqualibus fratribus subditum se , & obsequenter exhiberet . cum obedientia vero miram quamdā simplicitatem , quæ eius comes est , & administra , coniunctam semper haberet .

His virtutibus non hominibus modo , sed Deo gratiosus , ab ipso religiose professio- nis aditu , Gerardus clarescere miraculis cœpit . vbi primum cœnobia ; Caltri Randatij addictus fuit , exercenda virtutis lux , ac patefaciēdæ occasionem natris est . cum enim mane quadam Dominicæ Resurrectionis , coquus domo emissus esset , loci Custos frater Alphonſus de Meliana Gerardū adit , in facello precibus vacantem iubetq; ut coqui vicem obiret . vbi promptum eius animum studiumque perspexit , ab eo discessit . exinde frater Conradus procurator domus . quo tempore Euangelium decantabatur questus est apud custodem ; quidnā factis rite patratis , comedendum fratribus foret ; ostia culinæ clausa esse , nec dum excitatum in foco ignem querelas has Custos admiratione plenus ad Gerardum defert ; is sedato , submissoque animo , ne verearisi , Pater respondit : prouidebit Dominus pauperibus suis . at vero Gerardus post sublatū Dominicī corporis Sacramentum , culinam petit . ibique adolescentulum ad ea ministeria accinctum comperit , quem addictus precibus mente præsiderat . quibus precibus in exercendo tam vili munere , cælestē spiritum coadiutorem meruit . hic frater Conradus retum anxius coquinam visit . cūque ingredi occlusis foribus , haud posset ; per rimas quid intus fieret , speculatur . primoque Angelici iuuenis aspectu conterritus ac ferme exanimatus concidit . à quo , vt rediit , plerique fratres , eum miraculam cognovissent , pulcherrimam Angeli formam crinibus aureis per collum effusis , breuique huineris pallio coniecto , eo usque matri sunt , quo usque profundo munere , ab omnium oculis euanuit . reuertentibus deinde e re diuina ceteris signum fecit Gerardus

Angelū ha-  
betadiutor

dus ad sumendos cibos consuetum: at non  
conluctos illis apposuit cibos, ea quippe  
diuina dulcedine conditos, quam numquā  
antea degustasset.

Perulgata tam eximij miraculi fama cō-  
pertum omnibus fecit cælestium virtutum  
thesaurum, qui in sanctissimi viri pectorē  
claudebatur. ex eo permoti fratres cœnobij  
Panormitani, Gerardum loco ianitoris a  
Præfecto ordinis postulauere, summisq; stu-  
dijs agere, ut in posterum inde aūnquam  
retraheretur. ubi Gerardus Panormi pede  
fixit, nihil prius habuit, quam vt precandi,  
dormiendi; moreo arctiorē faceret. itaq;  
cubiculum delegit suum, q; dies noctesq; ha-  
beret, facillum ipsum intra zdem S. Fran-  
cisci, tum primum S. Ludouico dicatu (quem  
Gerardus vt eiusdem ordinis alumnū, &  
in cælestium 4. cœtum tum recens relatū  
precipua religione colnit) in hoc facellum  
colligere ille le. hic preces fundere, hic som-  
nua suum capere, nullis lincis, lantibus, qui-  
bus insterretur, quippe vsum etiam stra-  
mentorum corpori suo interdixit. iunctitū  
vero vitz inauditum, ac dormiendi præser-  
tim rationem sibi peculiarem excogitauit.  
in eo quod habuisse diximus, facello, sedile  
vnius æque brachij longitudinis, & altitudi-  
nis sibi comparatae, stratamq; humi assulā  
brachium item longam. in huīus lecti angu-  
stis, duritateque, Gerardus delicias habebat  
suas. illic interdiu noctusque, sive orandum,  
sive dormiendum erat, continuo persiste-  
bat ante pictam effigiem S. Ludouici, geni-  
bus super assulam flexis, brachiisque intra-  
breue scannum collectis. eodem corporis  
habitu, situq; membrorum orare, eodem in-  
dormire solitu. quamquam quo arctius to-  
tum ipse corpus coercebatur, cō latius animū  
ad cælestia diuinazq; suitollebat: in quorum  
contemplatione, tanto in Deum rapieba-  
tur affectus, ut non hominem, sed in carne An-  
gelum præferret. interdum ante imaginē  
S. Ludouici orantem mentis ardor, ac diu-  
na vis sublimem rapiebat. alias cum in Ecclesie  
sanctissimum Christi Domini corpus  
subleuaretur, tintinnabulo, quod tū de mo-  
re pulsatur, admonitus, ad illius adoratio-  
nem accurrit. dum adorat Diuinam Hostiā  
sublime ferri visus, & brachio altiore supra  
terram attollit.

Haud mitior strato cultus, vicitusq; cor-  
poris. sed enim vt supra retuti, cæcina vele  
semper v̄sus, pane & aqua pastus; qua vita  
austeritate corporisculum adeo extenuauit  
suum, vt ossa pellisque dumtaxat esset. quod  
vero proprium est exercentium se in pale-  
stra pietatis, quo Gerard' in semet acriorē,  
so humaniore erga alios se prætulit. nam  
stricte ipsum se iudicare, in alijs mali nihil  
suspicari. nullam sui rationem habere, alio-  
rum cum priuata tum publica commoda-  
perquirere, præsertim quæ ad cultum corpo-  
ris pertinarent: eaq; eius erat maxime, pro-  
vt v̄nusquisque egeret, prouidere. neque v̄n-  
quam ab eius ore de fratribus dictis, factisq;  
murmurationes exciderunt, quænumquam ve-  
ro Gerard' vita miraculū esset, atq; illud

Tom. 2.

quidem longe maximum, quo prælucebat  
omnibus, promeruit tamen ille, vt virtutes  
eius magis, magisq; miraculis illustraretur.  
Forte enim die quodam ægros inuisens, fra-  
trem Ioannem à Catana comperit, acerri-  
mis detentum doloribus, ac vita pericli-  
tantem, cum tres iam dies lotium reddere  
non posset. à quo cum rogaret Gerardus,  
num aliqua indigeret ope, non alia, respon-  
dit æger, nisi vt dolorum, quos ferre vix pos-  
set, leuamen à Deo precibus impetraret. q;  
ille factum se pollicitus est: nec spes egro-  
rum fecellit. digressus ab eo Gerardus tem-  
plum adit, atque vt in preces se dedit, sta-  
tim ille lotio eieqt; à doloribus, & ab ipso  
mortis periculo, diuina ope, liber factus est.

Alio die, cum matellam vitræ in ægro-  
tantium vsum Gerardus elueret, ea de ma-  
nibus elapsa, fractaque est. quo viso frater  
Stephanus de Marsilia Panormitani cœno-  
bij custos per iocum subiecit, oportere aliā  
à venditoribus comparari, de ea enim iam  
actum erat. quod vir Dei facetum verbum  
mandati loco suscipiens, inclinato in terrâ  
corpore, fidei plenus fragmenta collegit, &  
vas integrum sustulit, sancti hominis virtu-  
tem Cuiusde admirante, & rerum omnium  
auctori Deo laudes oecinente. Non fuit dis-  
simile aliud, quod euenit in quodam puero,  
qui phialam vino plenam, dono ad ianuam  
detulerat. ea enim pueri, vt sit, impruden-  
tia in terram decidit. quo ille casu metuens  
sibi à patre verbera, peracerbe lacrymaba-  
tur, tum Gerardus puero compassus, phia-  
la partes, vt in vnum coalescerent, breui  
prece impetravit, pueroque & phialam, &  
animi simul lætitiam reddidit.

Verum inter hos miraculorum fulgores  
Gerardus mira demissione animi fuit & ca-  
ritate erga omnes, ac nemini vñquam  
precum suarum opem denegauit. sed quid-  
quid ageret, in Dei nomine agebat: mi-  
risque rebus, quas continenter patrabat, D.  
Virginis Mariz nomen, Sanctique Fran-  
cisci, & Beati Ludouici prætendebat. Die  
quodam vir furiosus ex monte Eryce, incer-  
tum an à Demone obseissus, Panor-  
num vinclis funibus ad Beatum Gerar-  
dum perductus est. qui rogatus à fratre  
Laurentio Erycino, ad hominem venit in  
facello Sancti Ludouici opperientem. vt  
illum vidit cypresi ramum accepit, con-  
tractaque primum imagine Beati Ludouici,  
oleoque lampadis iuibi ardantis in-  
tinctor, furioso dixit, aperi os tuum. pa-  
ret is, lingua educta. hic Beatus Gerar-  
dus linguam ramo contigit. Dei viui no-  
men inuocans, Diuque Virginis, ac Bea-  
torum Francisci, & Ludouici. statim quiet-  
uit furor hominis qui in diuersoriū se rece-  
pit. diuos ibi dies cum plures antea somnū  
nō cepisset, obdormiuit. tertio die exsurgēs  
curatum se morbo, quo detinebatur, ostēdit

Vindemiariū tēpore fratribus Gerardo, &  
Andrea vinū Panormi emēdicantibus, ciuis  
quidā mœstissimus obuiā occurrit: mœroris  
causa Gerardus, ab eo sciscitatus, cognovit  
vnū eiusfiliū tres p dies cibū nullū supfisse

Hh . atq; ac

Puerum cu-  
rat.

atque maiore e vita abire, flexit Gerardi animum viri calamitas: in aedes eius contendit; hic primo puerum signo crucis obsignat. dein implorato Dei nomine, ipsiusque Virginis Matris, ac SS. Francisci, & Ludouici, obtestatur, ut si quid vellet, eloqueretur. cum puer, qui totos dies tuis obmutuerat, vi sacrorum non ministrat, lingua vinculum soluit: panem postulat, laudicasque, & auellana s. statim ea omnia allata sunt. ex eo tamen genere nihil ager degustauit. at vir sanctus, pueri aegritudinem miseratus, recentem e tunica panem extrahit, & iaceri porrigit. hoc ille gustato, statim exsurgit ab omni penitus morbo constitutus.

5 Elisabetta, & Regina Sicilia cum viro suo Rego Petro, Panormum aliquando

6 venit. ea cum virilis sexus stirpe careret, & septem vero feminas haberet, B. Gerardum rogauit, ut a Domino filium exoraret, die proximo, postquam Gerardus preces ad Deum fuderat, Regina responsum dat: antequam Panormo discedas, & conceptu-

ram te filium scias, cui Ludouico nomen imponas, aliquot post dies, Panormo illa iam abscessura Gerardum v. sitauit. & is ad eam, gaude, inquit, Regina. enimvero in Dei viui nomine, D. Virginis Mariae, S. Francisci, & S. Ludouici filium vtero geris. Regina præ latitia exultans, Cataniam iter ingressa est. ubi nono post mense filium in peruigilio B. Agathæ peperit, quem iuxta Beati viri monita, ablutum baptismate Ludouicum nominauit. isque demortuo Rego Petro, Siciliam regio nomine tenuit. ceterum prophetiaz dono Gerardum resplenduisse, plura exempla docent, quæ strictim commemoramus.

Panormi Dominus Henricus Abbas pro Rege iustitiarius in lecto decumbebat, salutem eius à medicis desperata, is accitum ad se Gerardum rogauit, ut pro eius incolumitate Deum comprecaretur. pollicitus Gerardus, domum redit; ac vespertinas post preces per horam, & amplius Deum flagranter oravit. ut exauditum se intellexit, & Henricum à morbo curatum in oratione vidiit, coenobij Praefectum conueniebat, & Henricum adi, Pater, quippe à morbo penitus liber est. itum est, quæque à Gerardo predicta, vera esse comperta sunt. Cancellarius Siciliæ, Dominus Petrus de Antiochia gratuitor ex morbo æger, rogatum misit B. Gerardum; moriturus ne ex eo foret. respondit is, ne timeret: sanum, vt euenerit, brevi futurum, aliquot post annos eundem in aduersam valetudinem residentem consultus Gerardus, monitum uoluit ut ad mortem se pararet; haud liberatum iri ex eo morbo; & vero paucos intta dies vita concessit. Roberto, Regis exercitus urbem & Thermas obsidebat. interrogatus Gerardus a quibusdam religiosis viris, nihil ab eo timendum esse, respondit: obsidionem paucis diebus soluturum. diebus vero paucis, ne dum Thermis, sed tota Sicilia soluit. Augusta Comes Guilelmus Montecatinus inimicorum opera, eo castro spoliatus, ab Rege literas, ut sibi restituerebatur, impetrarat: gratulabun-

dus ad Gerardum venit. at is ad Guilelmum, haud quidem, ait, in presentia Castrum habebis, sed septem post menses. sed ille cœptis insistens suis, statim habiturū sibi persuadens, nihil egit. neq; ei castrum nisi septimo post mense, ut predixerat Gerardus, restitutum est. Quædam mulier cui Comitis nomen, doloribus partus triduum iam laborabat; adductus ad eam B. Gerardus cypresi ramo contingens, signansq; in nomine Domini, SS. Virginis Marie, & BB. Francisci, & Ludouici; cras, inquit, hora nona mortuum edes fætum; tu vero salua eris. atque ita quidem evenit.

Quibus ex rebus notum maxime fit, quanto studio Gerardus D. Virginem percoluit, secundum Virginem, Beatos Franciscum & Ludouicum, ex ordine Minorum Tolosanum Episcopum; cuius facillum interdiu nocturne incubavit, cum quo, cù solus esset, adeo familiariter agere, versarique visus est, ut colloquientium verba se penamero exandirentur, preces ad D. Virginem suas per B. Ludouicum offerre solitus. ac sane miram ille fructum sua pietatis in Dei Matrem copit affluentiam diuinarum voluptatum: sed inter has animi sui delicias, ut solidum beneficium a Deo accepisse cognosceretur, magisque ac magis sanctitas eius extaret, dignus exerceri permisus est. postremis maximis tribus annis vita sua, permultas ab homine humani generis, eoque aspectibili, modestias perpetuas, qui ferarum specie frequenter in eius conspectum se dabant. sed earum impetus, & proficitatem Gerardus patienter tulit, ac strenue superauit.

Vt igitur athleta bonus Christo duci suo probatus est, ad cælestis gloria premia, gradi benevolètia argumēto, huic placuit euocare, in natalitijs eius, festo die S. Jo. Apost. gloria Regina cœli Maria, hora tertia, Gerardus apparuit, suaq; cù allocutione paululum solatus, de obitu suo monet, & in diem tertium ad Cœli gloriam invitat. q Gerardus visum D. Genitricis, quibusdā aperuit, qui a canorū suorū participes erat, tertio post dñe qui Dominicus fuit, cù frater Laurentius Gérardi socius eū rogaret, ut Deū pro se precaretur, respōdit ille: libenter faciā nō modo pro te, sed pro omnibus, qui nobis beneficiunt; non tamē hic: sed enim ad paradisi iter facio, idēq; Roberto Altibrandino familiari suo responsum dedit, eo ipso die Dominicæ, Ecclesiæ Sacramētis pie receptis, hora tertia (cū tertius a predicta morte per Virginem explebat) oculis in cœlū sublati, placidō vultu, ad Dhm migravit. statimq; B. ei animus è corpore egressus est, dum campanz maior conuentus, ut mos est, pulsatur, restis qua trahebatur ad manubriū rupta est. sed illa quā diffractione, sponte sonitum edere diutius nō destitit, vidēte populo & obstupescēte: quo maxime miraculo vulgarata morte B. Gerardi, ingēs hominū cōcursus factus est, cupientium factum eius cadaver exosculari, vestrumque particulam aliquam accipere. cūcum in aedem corpus, molle erat, & cum suavitate quadam tra-

Studium in  
B. Virg.

Deigefuit  
de obitu eū  
monet.

stabat

stabatur. multi etiam eamdem demortui benignitatem, quam antea viuentis, experiebantur; contactuque corporis varijs morbis erupti sunt. fama vero miraculorum, expundante populorum vi, tres ferme dies sepeliri neutquam potuit. denum fratres tertio die, hora prandij, clausis Ecclesiaz foribus, sepulchro condidere in sacello Sancti Ludouici, in quo interdiu no-  
stuque, dum vixit, commoratus est. obiit Panormi jv. Kalen. Ianuarias, anno Christi Domini CI CCCXLIX. etatis sue LXXV. ab ingressu in familiam Sancti Francisci xxxv.

Postquam conditus est, multa in dies miracula inuocatione eius euenerunt. longum esset omnia commemorare. nonnulla describimus, quæ extra Siciliam, maximeque in urbe Pisis, reliquijs eius patrata sunt. vix quartus à Beati Gerardi morte abierat mensis, isque Aprilis erat, cum ab incertis, ac mutabilibus huius vita casibus, non sine Dei beneplacito, & hominibus inuocandi Gerardi nomen, & ipsi Gerardo open inuocantibus ferendi occasio Pisis, urbe Tusciz, oblata est. rus quoddam Vallatum quattuor prope millaria Pisis distat. in eo mulier cui Massea nomen, per annum summa Diaboli rabie, quæ tolerari vix posset, miserrime agitabatur. eius dolorum acerbitate, cum non minus vxoris membra, quam viri animus cruciaretur (Petrus indutum erat viro nomen) in hac aliquando verba prorupit: ecquis furijs modus erit & quoisque desiles funes, catenaque perfringere? erit ne, vxor, qui tantis malis auxilium ferat & huic deposita rabie, mentisque compos Massea, respondit: nullibi efficacius remedium esse, nisi apud fratrem Bartholomæum Domini Albisij. magnam attulere homini admirationem non verba solum, sed in ijs etiam proferendis animi motus. numquam enim antea fratri Bartholomæi nomen aribus insouerat. Pisis tamen venit de eo quæsumus, comperit fratrem esse ex Minorum ordine. eum adit, easum vxoris, eiusque verborum vim exponicit. hic diuinus spiritus animo fratri vincu illud remedium in Beati Gerardi reliquijs, quæ penes se erant, positum esse suggerebat, quod ipse pro certo habens, duorum postulat interuallum dierum, quibus, & precibus animi sententiam confirmaret, & voti exitum efflagitaret: his confessis, ad se requerti eum posse. quo dimisso sacrum, celebrat Bartholomæus; preces quas ad Beatum Gerardum effuderat, litteris consecrat; in quarum paginis reliquias, vt vim apud Deum facerent, inuoluit. redeuntem hominem post constitutos dies, qua ratione vxoris membra signaret, colligeretque tam sacris vinculis instituit, eaque tradit. huc cum omnia opere compleuisset Petrus, spem simul & vxoris desiderium compleuit. earum quippe reliquiarum contactum exosus, e corpore sese proripuit magno cum fremitu infestus spiritus. quod & patrem famulas & reliquos ex familia sexdecim & stu-

pore, & gaudio affectit maximo. neque veter immores tam magni beneficij, vt in plerisque fit, eos reddidit. quippe Pisæ cuncti concurrentes rei euentum fratri Bartholomæo planum fecere, Deoque gratiam referentes, B. Gerardi effigiem e cera obtulere.

Januario mense anni CI CCCXLVI. in urbe Pisis, quidam, cui Gaddo nomen, iuuenis ferox viribus, graues cum Francisco inimicitias ceperat, quem in via obuium nactus, vltionis ardens, districto gladio impedit. ille vero cum esset inermis, se dat in fugam. medio via concidentem Gaddo opprimit, tribusque vulneribus toto gladio ad capulum usque per tenes transfigit, profugitque.

qui vero accurrerant ex populo, Franciscum rati mortuum, e terra sublatum in officinam proximam deportant. dum spoliantis aperit oculos, ac respirat. cunctisque eum viuere mirantibas, quod viuam, ait, secundum Deum, B. Gerardo gratias habeo; quem & ore & corde inuocando, integer sum: inuentaque eius vestes, & interula ipsa ternis iictibus perfossa, sed caro intacta à ferro erat. miraculi magnitudinem Gaddo ipse firmabat. qui vbi illæsum hominem intellexit, testatus est, audiuisse se cum transfoderet, dicentem: Sancte Gerarde adiuua me. quo miraculo ideo Gaddo permotus, vespere ad Franciscum venit, atque ad eius pedes prostratus, rogauit; vt Deo, ac B. Gerardo injuriam condonaret. mutuoque se complexi, osculatique, ante Beati Gerardi imaginem venere: cique alter gladium, quo vulnus inflixerat; alter interulam, qua receperat, suspendere, miraculi monumentum.

Eodem anno Kalend. Maij, Pisis quidam puer, cui Rainerio nomen, Stephani Pistoni filius, ex alto decidens, genu ac tibiae nodum colligationemque sibi diffregit. ita tim accitur chirurgus, qui puerum vnguentis illitum, tabellis fasciisque deuinxit; asserens malum curatu difficile, ægre intra dies septuaginta baculo firmatum iri gresum. at parentes filij catum marentes, spem in B. Gerardo sitam habebant, cuius beneficio, alias puer à plaga sanatus fuerat. eam spem parentibus erectis, ecce tibi tertio die, colligatus puer in cunis clamitat: mater, S. Gerardus, S. Gerardus, S. Gerardus. quæcum & videre, & protensa manu ostendere præferebat. ijs auditis, attoniti parentes, qui que adstabant; aduocari medicum, & dissolui fascias iubent. mitum, detumuerat tibia: ossa coahuise reperta sunt. expositus è cunabulis puer, crure ac genu, vt antea firmiter insistebat.

Iam vero insigne B. Gerardi miraculum Genus patratum est. anno eodem postridie illius diei, qui assumptæ Virgini facer est, ruinam edidit maximam Sacellum tum primum conditum, quæ fratrem Ioannem conuentui Præpositum sic oppresit, vt artus omnes contriverit. statim igitur circumstantium ope in valetudinariū deductus est. ibi vti disiuncta coalescerent ossa, baculis funibusq;

Tom. 3.

H h 2 apte

Ter confos-  
sus integer  
surgit.

apte coagmentata sunt, proxima vero nox, cum magis ingrauescere morbi solent, dolores quidem esse grauiores, dolorum leuamen ei simul attulit. dum enim sic vnde que conflictatus in strato iaceret, audita B. Gerardi opera secum animo voluebat, quæ cogitatio ita eius animum excitauit, ut flagitare cœperit opem B. Gerardi, obsecrationique vota coniugere: ieunium in ipsius perwigilio, pictam imaginem Genuæ, simulacrum quoque sui cereum, iconicum, ad sacras eius reliquias Panormum pro restituta valetudine mifurum pollicetur. in eo animi ardore, nix ore vota protulerat, cum somno consopitus B. Gerardum vide re visus, ægrum corpus manu signantem: ex eoque ossa ex omni parte solidari cœpta. manæ medicis accersitis dissolui se iubet, sentitque omnia suis locis integre restituta, ita ut pedibus firmiter posset consistere. voti compos, statim fidem liberavit suam. B. Gerardum Genuæ pingendum curauit, simulacrum sui ex cera Panormum in Sicilia misit.

Neque hic constitit sanctissimi hominis in gratificando liberalitas. hæc gesta miracula idem frater Ioannes, augendo decori B. Gerardi, in templo diuulgabat. audita Joânes quidâ iurisperitus (hic Pisis a Bonavento patre genitus ea tempestate Genuâ habebat) ludibrio habere cœpit. nulla interiecta est mora, cum meritas facinoris poenas iusto Dei iudicio dedit. toto quippe intumescente corpore, viribus destitutus, aliorum manibus in cœnobij claustrum ducitur, ibi culpam agnoscens suam, ac semet reum incusans; B. Gerardum, quem superbe contemnens ad indignationem mouerat, humili confessione ad miserandum flexit: à quo & amissam valetudinem recuperauit.

Admirabile illud est, quod Septembri mense in Tuscia evenit. quidam Guido Spezzalastra, ciuis Pisanius, & urbis Pisarum Prouisor, possessiones in Castro Motronis habebat multas. illuc animi causa cum familia perrexit sua; vespere, dum litus inambulant, oblatam forte scapham, uno actam remige, concendere Dinda, & Cellinus filii Guidonis, illa annos xxv. nata, hic xv. ac præterea Getta annorum viginti, euidem ex sorore neptis. in altum euesti, dum ultro citroque scapham remo impellunt, force demerguntur. statim ē proximo Castro, villaque rem aduertere: ingens clamor attollitur: adcurrit infelix mater ad litus; videt liberos neptemque, quos mare pluries reiecos, tandem hausit. dum luget, clamitatque, audire vocem hanc sibi visa est: cur nam S. Gerardum nō inuocas, qui te statim iuuabit? illa haud immemor, Cellinum filium in mari tunc mersum, eodem anno meritis B. Gerardi à letali febre sibi redditum, proclaimare magna cum fiducia cœpit: adiuua me, Sancte Gerarde; ne obsecro familia mea adeo misere pereat, mira res de repente videt aperiri colum, & degulare B. Gerardum, qui super aquas confitens,

tres reliquos in mari submersos extrahebat. nauta enim nandi peritas naufragium cuaserat. Dinda maior natu filia per capillos prehensa trahi se super aquas persensit. vi saque a circumstante multitudine toto collo super fluctus extitare, ac diu consistere, donec frater germanus Bettus scapha ad nauigaret. quam dum intra retrahunt, Cellinum, & Gettam ad uestes eius appensos vident. Omnesque incolumes ad terram reduxere, toto eo caffro, ac regione peruulgata res cunctas in Dei, & B. Gerardi laudes excitauit.

Nec tacendum, quod item Pisis anno CI CC XLVII. Ianuario mense contigit. haud multos ante dies Neria Ioannis Aglia ta vxor, medio noctis repentina mortua erat. vehementer ea mors Mattheam sororem eius germanam affixit. sed hæc ex eo maxime sollicita erat, salua ne esset soror & instabat dies natalis B. Gerardi; quem illa deprecatur, aperiare sibi velit de sorore suæ à qua, dum vixerat, pie cultus fuerat. ad preces addit vota. perwigilium B. Gerardi pane, & aqua tolerat. iam vero præteriit festus dies; ac de illa nihil intellexit est. ergo congreginat prece. Matthea, diem à natali B. Gerardi sextum rursus pane, & aqua sustentat. vespere in precem se colligit, quadum B. Gerardum fatigat, exaudiiri meruit, dum enim orat, somno corripitur, profundoque noctis, aditare sibi sororem videt. lata adspicu eiūs interrogat, quod percire cupuerat: in statu ne salutis esset & illa respondit, maxime, ac scire te velim, subd. dicit, B. Gerardum, cui mo in vita commiseram, ac tum moriens inuocauit decies, adstisse; meque sub clamyde collectam sua potestati Dæmonis eripuisse. deinceps cum de B. Gerardi gloria quædam subiecisset, solata sororem euanuit.

Eodem anno in Paschate Resurrectionis Domini, admiranda verè res B. Gerardi meritis patrata est. extra urbem Pisas monasterium erat sanctimonialium, quod S. Augustini vocitabatur, quas inter virgines totos annos quattuor magna rixa turbaverunt; fuerant; adeo ut neque Episcopi, neque Magistratum interuentu, neque cuiuspiam ex religiosis ordinibus sedari potuerint. quin ijs inter se odijs incitabantur, ut toto eo tempore sanctissimum Domini corpus percipere non sint ansæ. tunc temporis, feminæ nobiles Neria de Empoli, & Getta quarum illa filiam, hæc neptem in eo cœnobio habebant, quadragésimæ initijs, multa de B. Gerardo audita, ac visa miracula, mitigandis monialium animis, enarrare cœperunt. auditis cœnobij. Praefecta maxime permota est. dum vero sanctissimum Christi Domini corpus ad altare subleuatur cernit a Sacerdote, excipere vocem visa est secum colloquentis, & in corde suo dicentis: inuoca S. Gerardum; ipse enim est, qui pacem a Iesu Christo exorabit. ea voce cum saepius perstimulari se sentiret, moniales pias nonnullas monet, ut quotidie orationem Dominicam, & Angelicam pluries reci-

Moribudū  
à potestate  
demonis et  
ripit.

Tertium de  
ridens pu  
natur.

Dæmberos  
reddit in o  
lumes.

Virginū cę  
nobio pax  
reddita.

recitarent; B. Gerardum deprecantes, ut d. Rege, & cœlorū Reginā cenobio pacem, & veniam impetraret, ipsa in primis Antistita precibus insistens, B. Gerardo vovet; si in proximo Paschate Resurrectionis Domini, sororum animos inter se, sibique reconciliaret, tot ei ex cera imagines oblaturam, quod moniales essent, cor atque candelam ē cora tenentes.

Dum preces eum fide continuant, feria 3. hebdomadæ sanctæ, qui tunc fuit Martij dies sextus, & vigesimus, ecce tibi sanctus Pater quidam adstitit, qui e deserto venire se aiebat. is sorores conuocans, sermonem bene longum ad eas habuit de humilitate, & obedientia. quo finito pollicitus si socium suum illuc ducere rursum posset, feria 3. ad eas se reuersurum. abscessit. ac sanctus promissis stetit. indicto die, horaque cum socio rediit; cuius adspexit omnes in admirationem sui trahebat. sanctus autem ille Pater capillis erat ac barba promissis, cum pallio ac tunica rudi: quo habitu fratres minores incedere soliti sunt. is igitur Pater veluti missus ē cælo, rursum exhortari virgines cœpit ad obedientiam, humilitatemque, & mutuam inter se caritatem, cuius adlocutione earum corda molita adeo sunt, ut multæ lacrimarum vim maximam profuderint, porro hi viri duo asserebāt illarum nomina in libro vite descripta esse; seque ipso cum de montibus venirent, vidisse ex cuiusvis sanctimonialium ore ardorem faculam egredi, & corda purgata. postea vero quam multa sancti iij viri familiariter locuti sunt, discessere. neque antea, nec postea nisi unquam sunt; nec qui fuerint, à quoquam cogniti.

Horum igitur colloquio ad concordiam reductis sororum ferme omnium animis; eorum una præ ceteris, cui Ioanna nomen, Gertrudæ, quam supra retulimus, neptis, eodem ipso die, vespere, deridere reliquas, atque accendere rursum cœpit. sed leuitatem feminam statim Dei animadueratio consecuta est. nocte proxima, ipsum illum virum, qui ad sorores perendie verba fecerat, eodemque habitu sibi videre in somnis visa est: qui ad ripam fluuii Arni eam deduceret, ex ea que inferos ostenderet, ac singulatum in ijs peccatorum pœnas, simul ita minitans; si peccata hæc commiseris, sic punieris tu, ac sociæ tuæ. dein idem in sublime sustulit, ei que paradiseum demonstravit, virtutumque merita, ac distinctas coronas, dicens: si virtutes has indueris, talibus coronis donabere cum sociabus tuis. hic Ioanna exasperata compunctaque comproueri in Deum se sensit, & in lacrymas erupit. statim mane sororibus, quæ viderat, exponit, magnoque ardore cohortata est ad ea seruanda monitas, quæ à Diuino illo Patre audiuerant.

Sed ipso resurgentis Christi die, palam fecit Deus, quis ille fuerat, qui de monasterio, cunctisque virginibus adeo bene meritusest. vbi enim illæ eo die vota audiueret quæ Priorissa B. Gerardo nuncupauerat; statim intellexere, B. Gerardum fuisse, qui bi-

nos ad eas sermones habuerat, quoru ope, intrante in earum animos Deo, compunctione adeo, excitataque sunt ad vitæ amorem melioris. culpas vero suas agnoscentes Antistiti se subiecere, & peccata confessæ, sanctissimum Domini corpus ipso Paschatis die suscepérunt. mox à Præfecta, ceterisque sororibus vota persoluta sunt. xxvij. virgines cor in manu, candelamque ex cera gestantes ad effigiem B. Gerardi in æde S. Fræcisci exhibitæ. insuper B. Gerardi imaginem depingendam curauerunt, ut quo par erat horrore, de eis benemerentem venerarentur.

Hæc omnia cum ex Domina Neria, quā commemorauimus, frater Bartholomæus Pisanius cognouisset, invitatu etiam Antistitæ, ac monialū, feria v. diei Dominicæ in Albis, ad eas se contulit, verboque Dei ad pacem mutuumque amorem hortatus est, vbi vero huius historiæ seriem omnem ab iisdem cum fide accepit, singulas cum B. Gerardi reliquijs signauit. Proxima nocte confirmauit Deus, hæc omnia B. Gerardi meritis, quæm inuocauerant, patrata fuisse. Monialis quædam soror totum monasteriū in somnis vidit, intus extraque à Dæmonibus occupatum. ad quorum monstrolas, & horribiles formas, exclamare præ nimia formidine cœpit, S. Gerarde, adiuua nos. is autem eo ex visu terror virginem incessit, ut è lecto suo in alterius sociæ lectum profligerit, vox ab ea adeo grandis edita est, ut toto conclavi dormitorio exaudiretur. igitur dū B. Gerardum virgo sèpius inuocat, quæ parte cubiculum dormitorium Pisas spectabat, fratrem videt aduersum Dæmones venire cum B. Gerardi reliquijs, ad quarum conspectu impuri spiritus in fugam versi sunt. ex citata somno formidabilem hanc speciem ab se viam ceteris exposuit. quo factum, ut omnes Deum in B. Gerardo maxime collaudarint.

Postremum illud sit, quod item Pisis anno CI. CCCXLIX. Nouembre mense perfectum est. Mentia vxor Domini Goffredi de Imperialibus filium Quiricum habebat annorum trium, ab ipsa nativitate aridis cruribus, pedibusque peruersis. ut ope manuum proserperet potius, quam pedum progrederetur. cum de miraculis B. Gerardi mater audiret, animula vespere colligens B. Gerardum filio auxiliarem dñepræcabantur precantem somnus amplectitur. hic B. Gerardum adstare sibi videt, ac super contraetio filio consolari; puerum vero vocare ad se. atque is pedibus, cruribusque persangtis expedite sibi videbatur ambulare. mane postquam surrexit è strato mater, nec puerum malo liberatum repérit, adductum coram B. Gerardi imagine exhibet. Accersitus est Sacerdos Frater Bartholomæus, qui cum reliquijs B. Gerardi pie attigit, signauitque ac statim vt visum matri fuerat, puer laxare pedes cœpit, rectosque firmare gressu recuperato, id quod parenti viso præmonstratum erat, at cum vota personare negligeret mater, diuexari puer febribus cœpit, vitaq; pert

Diaboli à cœ nobio expulsi

Monialis trixas accédēs plebejus

Contractus  
puer expedi  
te ambular

periclitari. vt illa cognouit, filium culpa-  
ria puniri, veniam à B. Gerardo, filiique  
incolumitatem precabatur. exinde dormiēs  
videt D. Virginem & B. Geradum, qui cul-  
pam matri condonans, signansque puerum  
saluti reddebat. ex parte sacerdotem  
fratrem Bartholomaeum rogatum mittit,  
vt B. Gerardi reliquias ad ægrum deferret.

vbi ille veniens puerum cum iis cōsignauit,  
statim ardor febris extinctus est. mater ve-  
ro vota continenter implet. puerum habi-  
tu fratrum minorum induit, eiusque imagi-  
nem, ac cereum B. Gerardo obtulit, per  
quem Deus magnificetur in facula.

Vide Animaduers. fol. 84.

Anno Chr.  
1351.  
19. Febr.

# VITA SANCTI CONRADI EREMITAE SCRIPTA I A VINCENTIO LITTARA



**Epist. dedicata ad Carolum latantum Baronem Butzelli.**

in primis curatum à te est, vt eius historia breui compendio latinis literis mandaretur vt citra fastidium, cum usus foret, præsertim à concionatoribus perlegeretur. nam cum à multis vita B. Conradi scripta sit, nullatenus exstat, quæ breuitate, & elegantia sermonis digna tanto viro habeatur. quam obrem, vt fæserem satis desiderio tuo, operam præstisti, vt B. Conradi res gestas summatis ex fidis exemplaribus latine pro viribus redderem. maius opus ex animo moliturus, si & tua voluntas accederit, & Beati Conradi patrocinium vires suffecerit.

Conradus, 3 domo Placentinus, 4 genere nobilis, ob venatum, cuius mira capiebatur voluptate, fluxis opibus exsoliatus, ad cælestes comparandas, omne studium contulit; forte enim accidit, dum magno rerum apparatu feras insegu eretur, vt saltus quoddam vespribus obsitos, illis extrudendis, incendi iussit. at ignis, modicus initij, eo crevit impetu ventorum, vt citius latiusque, quam vt extingui posset, siluam agrosq; proximos combusserit. quare Conradus clam, pauensque Placentiam redit. simul nuntius cremati nemoris consequitur. qui vero damni plurimum subierant, satellites à 5 Gubernatore ciuitatis exorant, qui facinoris auctorem peruestigarent. neque iij quemquam præter infima plebis hominem obijum habenti increpat, trepidantemque corripiunt, & obmutesceni præmetu, incendij cridem impingunt. quamquā vero innocens plane esset, ducus ad quæstionem, scelos se patrassè confiteatur. nec

Sed vir in-  
nocens dà-  
tur ad pa-  
ribulum.

mora, suppicio extremo damnatus, ad patibulum trahebatur. at patronus iustorum Deus acriter conscientiam Conradi pupigit. qui audito innoxij hominis exitio, illum per vim à carnificum manu liberat, & dominatur: ceteros vero dimittit, qui edicerent culpam aliena opera commissam insontis nece plectendam non esse. quare accersitus, ab Imperatoris Vicario Conradus, remultro confessus est; asserens, nullo malo do-  
lo, sed fortuito casu, dum vepretum incen-  
dit, agitandis feris, clapsu ignem, quo  
nemus conflagratur. adeoque apposite, ac  
facunde dixit, vt quod imprudentia pec-  
catum ab eo esset, ille condonari; quod il-  
latum damnum censu suo refecturum se pos-  
liceretur, admiserit. exim ille rem & cum  
Euphrosyna vxore communicat, femina  
tanto viro digna, quæ vel suam dotem per-  
libenter dono dedit, qua damnum egen-  
tium resarciret.

Quod vbi postero die perfectum est, Co-  
radus considerata rerum humanarum in-  
constantia, vitæque vanitate, totum se di-  
uino obsequio, quod singulare est collatum  
à Deo, in hominem munus, mancipare  
statuit. exorat igitur à coniuge, vt conce-  
ptum animo votum exequi permitteret. il-  
la pietate cum viro contendens, probato  
eius consilio, in saeculonialium septa D.  
Claræ se recipiens, forti animo virum dimit-  
tit, qui noctu patria egressus, necessarijs, co-  
gnatisque relictis, in proximum locum ad  
pios quosdam viros se confert, qui semoti à  
urbis, Deo vacabant. hic religiosorum ha-  
bitu tertij Ordinis S. Francisci indutus, san-  
ctissimis vitæ præceptis imbuitur. sed breui  
patriæ propinquitas molestia illi fuit. inde  
igitur Romam contendit, sacrasq; illas ædes  
inuisit. Vrbe profectus, ligulica nani Pa-  
normum in Siciliam appulit. hisc in Neti-  
nos colles, ac solitudinem concessit, fama  
probatis accolatum pellebas. sed in ipso  
statim

Coniux in  
Monastica  
septa se re-  
cipit.

Româ con-  
tendit inde  
Panormū in  
Sic. & i.a.  
Netum.

statim aditu agri Netini, Palatiolum prætergressus, rem famam aduersantem expertus est. nam de via labore fessus, in quili proximo se refectum iri sperabat, rustici vero, agrestesque homines moleste aduentu viri tulere. quamobrem ex loco diuertens iniuria cœsisit. & quamquam illi inhumaniter irritarist in Conradum canes, is tamē illas Netum 7 pœnuit. vbi hospitio exceptus in D. Martini Xenodochio, victum emendicabat; donec opera Ioannis Menzi, cum scorsim à turba viuere quietus cuperet, Guilelmus 8 is ferox olim viribus in aula, postmodum mira sanctitate in solitudine vixit: sed enim Friderico Siciliz Regi, cuius equum in venatu aper insultabat, dum opem latus occurrerat, à trusulenta fera rostro percussus, pene exanimis eruptus est. à Rege, casum eius commiserante, ac perbenigne omnia pollicente, domos, quibus Cellæ nomina à superiori Neti ingressu, obtinuit, in quas peregrinos excipere solitus est. hic Conradus aliquot annis apud pius hospitem Guilelum commoratus.

Cum vero ille hominum frequentia ab exercitatione pietatis anocaretur, in 9 quosdam colles, nemine præiente contendit, haud longe Neto, quibus nunc à Diuo Conrado noimen. ille dum vixit, exercuit se, precibus animaum excolens, inedia corpus afflictans, humi cubabat plurimum. nunc solo pane, nunc vitam solis herbis tolerbat. V I. quaque feria ad 10 inuisendam Cracifixi imaginem, quæ apud Netinos celeberrima est in urbem accedebat. quod vbi primum fecit, Antonius Sessa in ædes exceptit suæ. sed inter colloquendum acerbissimo laterum dolore correptus, pij hospitis precibus ab ea acerbitate leuatus est. eo prædio Conradus solis nucibns contentus, cetera respuit. hinc digressus, ab amico rogatus, infantem herniosum visit, & crucis signo sanat. nec alia defuere, quibus viri sanctitas magis ac magis eluxit. misit ad illum Bartholus longus cenophora duo, ebriosus vero seruus sibi alterum occultauit, alterum ad Conradum detulit; qui noxæ eius haud inscius, hominem corripit, ac periculi monet. quippe anguis ori vasis implicitus iuuenem momordisset, nisi premonitus esset, vt virga depelleret. tanta rei idem seruus nuntius, & testis fuit. Forte Conradum visurus quidam sereno celo vrbe exierat. inter eundum, dum repente omnia nimbus inuoluit, in antrum configuit, curisque fessus somno consolitur. interim Conradus celitus aperitur, virum hunc idu fulminis periturum. tum Christi famulus, exorata prius à Deo venia, locum adit, virū adhuc dormientem excitat, monitumque, & incolument domum remittit.

Laurentius Cardus filio mandauit, vt legumina quædam B. Conrado deferret. inuidus humani generis puerum conspicatus, ad virum Dei ducem se præberet. adductumque super editam, & præruptam rupem mox deserit, ac de repeate cuan-

scit: dum puer auxilium cœlestis implorat; adfuit admonitu Dei Conradus, qui ex altera profundæ vallis parte, verbis eum solatus, ex horrendo dein præcipitio illo educum, sanctis præceptionibus institutum, dimittit. Jam vero pœlæstritz nobilissimo certamina, exercitationesque non defuere. nā crebras, impurasque cum carnis, tum gulæ tentationes à Dæmone perpetuus est. quas maceratione corporis, & assiduis precibus fortiter vicit, nam carnis suilla, pinguisque gallina, ac placenta, ex caseo confectæ, ardenti cupidine peritmulatus, adeo elusus hostiles impetus, ut munuscula, ab articis impletata, non prius comedenter, quam diutius derelicta, & putrefacta, vernibus scaterent. quo fortore vesana illa esurigo fallime abigeretur. Præcoce fici cum matriferent ex arbore, quam Conradus seuerat, eas degustandi appetitio illum incessit. quam dominatus, deposita tunica tam diu nudos artus in rubetis volutauit, donec fluente sanguine, edendi æstus clangueret. vbi Dæmon facinus, opinioæ sua maius, vidit, se continere non potuit, quin conuicijs Beatum virum insectaretur. sed is è certamine victor, Deo gratias agebat. Interim, etrus, B. Guilelmi filius, corripitur morbo frigoris. ad Conradum à patre missus, pristinæ sanicati ab eo restituitur.

Petij aliquando Conradus à Nicolao Vassallo, veteri amico, casei formam; quā filio, ut ad illum deportaret, dedit. sed reluctata vxor integrum mittēdam negabat; Sanctus vero senex dimidiatum caseum acceptit; alteram partem, quod inuita matre daretur, remisit; præferens iam præcisæ se quidquid iurgij inter parentes subortum fuisse. Jam vero propheticum spiritum habuisse, in plurimis quidem rebus demonstrauit. Rogatus ab amico ad prandium, opartere negauit, cum quod terrenas dampnes non expeteret, tum quod emptos in eum finem pisces subripuerat felis. quod cum ille non crederet, regressus domum, haud secus, quam audiuerat, rem veram esse cognouit. iam fama sanctitatis, & miraculatura B. Conradum ad Iacobum Syracusanum Antistitem detulerat. qui cognoscendi viri cupidus Netum venit, eremum adit; autrum omni suppelletili vacuum admiratus, eremiam obuium habet, pedibus prouolutum suis, deprecanti benedictionem impetrat. & ad coenam inuitat. ille in cellam præcurrēs, placetas quattuor calidas, candidasque, rem omnibus admirabilem, attulit. denuntiavit vbi viri sanctimoniam Episcopus pernotat, betus animi Syracusas regrescus, eximias S. Eremitæ virtutes prædicabat.

Contra homines quidam pessimi cum de Conradi sanctitate inaudiissent, decipere per ludibrium statuunt, inuitatoque Venieris die, quo christianis vesci carnis, nefas est, loco piscium carnes apponere. ergo dum Conradus Crucifixi templum de more visit, præsto illi sunt, vultuque pietatem ostentantes, rogitant, prandere apud eos velit. neque abnuit Conradus, quamquam cogni-

A. stinent.  
& Conflict.

B. Gui. ad.  
haret.

Mirac-edita

Delusi irr.  
fores mirac

cognita fraude. postea quā accubuere, inas-  
latam sūculam viri nefarij in mensam in-  
serunt; neque aliud ipsi manducare, qua-  
simplicitatem Conradi deridentes, qua-  
improbritatem incusantes, quod tantas vir-  
6. feria carnes comedeleret. pernegat Ere-  
mita, & pisces, aut, sibi ad prandium pro-  
positos. in cuius rei testimonium spinas, &  
squamas ex industria sub mappam abscondi-  
tas dētegit: quo factō improborum ho-  
minum impudentiam compressit. Post hac  
& scelētis quibusdam venatotibus affectus  
probris, virgīisque percussus; venia in primū  
illisā Deo precatus, iniuriam, ac maleficiū  
beneficio compensans, singulos dein panes  
Angelorum ministerio paratos percussori-  
bus suis hilari animo distribuit: qui virtute  
hominis, & facinus admirati, sileantes, tre-  
pidique ne malefactum proderetur, profug-  
gere. sed tantum flagitium fama ipsa publi-  
cavit. igitur res ad magistratum defertur:  
sceleris autores in vincula coniunctur. in-  
terrogatus Conradus, iniuriosius quidem  
se tractatum esse, dixit; sed, qui iniuriam in-  
tulissent, non agnoscere, quod non modo  
habitu, sed animo tam mutatos videret. at  
humano absoluti iudicio, diuinam viadic-  
tam non edugere; miserrime enim perierū.

A grānti-  
bas auicu-  
lis saluturāt

Obseruatum est, cum Conradus Syracu-  
sas ad Jacobum Episcopum iter haberet,  
vbi eius zibis appropinquauit, à plurimis  
auiculis circumdatum, exceptumque, quasi  
Beati viri aduentum grācularentur. audita  
re, Episcopus descendit obuiam, & honori-  
fice Conradum exceptit. qui Pōtifici, si quas  
habuit, culpas confessus, in crenum regref-  
sus est. in redeundo, iuxta 11 opidū Au-  
lam, maceriaz forte in nūs, qua ouile sep-  
tem erat, rursus ab auiculis salutatur. quod  
vt viator quidam animaduertit, viri nomē,  
& instituti genus perscrutatus, opidanis suis  
rem nūtiauit apud quos dein Conradus  
magno in honore, non minus quam apud  
Netinos, sui t. quorum is erat concursus ad  
eremitam, cum in opidum ad zdem D. Pe-  
tri Apostoli, ad sacerdotem diuercebat, qui  
Cōradofuit à secretis cōfessionibus, vt ad  
declinādā populi frequentiā, clanculum  
accedere oportet. illud etiam mirum, ac  
memorandum. excisum in antro saxum, vbi  
Conradus Christi crucifixi simulacro, in-  
modum arz, locum accommodauerat, edu-  
cendum curabat. sed accolz, qui operam  
suam prāstituri venerant, saxy molem viri-  
bus majorē expauscebant. ille fretus Deo  
homines exhortatur. mox ex uno ipse late-  
re saxū impellens, ex altis operas collocans,  
re leuis experti, facilime eduxere: tunc ex  
antro egressi, vbi nihil paulo ante relique-  
rant, tot panes, fumantes adhuc, & suauissi-  
mos attulit, quot singulis satis essent. qui  
viroque miraculo commoti, Domino be-  
nedicebant. horum quidam Conrado sociū  
ac discipulum sese obtulit. ille proposita rei  
difficultate, hominis animū scrutabatur,  
arque vbi firmum cognouit, eremita habi-  
tu donauit; promptumque, ac strenuum  
biennio expertus est. at humana salutis ho-

stis adeo iuuenem ad venerem incendit, vt  
imbecillum se ad resistendam confitens, de-  
sponderit animū. iam desperata constan-  
tia, aperit Conrado consilium; astuare se,  
relicta eremo, vxorem ducere. quamquam  
is crebris, grauibusq; monitis absterreret,  
ignauum hominem deducere à sententia  
non potuit. igitur dimittens futura pericula  
illi denuntiat: quod anguis calceo latentis  
morsu appetendus, quod dimicans, quod  
auerfa balta prolapsus discrimen mortis  
sub iturus esset. surdior ille scopulo ad secu-  
lum rediens infelicissimo exitu vitā clausit.

Sub annum 1349. Christi Domini Siciliā.  
alioqui frugum pareat; arctissima anno-  
na caritas inuaserat; adeo vt inedia confe-  
sti homines simulacrum mortis präferretz  
plures ad B. Conradum confugere, à quo  
benignissime excepti, pane cœlesti satieban-  
tur. cum alij, atque alij ad eum confluentes  
panibus singuli suis diuinitus confessis re-  
ficiebantur. per id temporis cognouerat  
vir Dei quemdam adolescentem lethali pec-  
cato detineri, eique extrellum, certumque  
vitæ discrimen iamiam imminere. adit par-  
tentem in area laborantem, moneretque, vt  
filius Sacramento confessionis à certa labe  
expiandum curaret. quod vbi filius fecit, in  
aream paternam regressus, quantum peri-  
culum aditus erat, agnouit. nam exorta  
de repente tempestate, iēti proximi fulmis-  
nis pene exanimatus est. præciosus rei Con-  
radus, pluente adhuc cælo, accurrit & ami-  
cos consolatus, a mortiferis criminibus ab-  
sterret. pernoscunt illi precibus sancti Ere-  
mitæ vitam iuueni donatam, Deoque gra-  
tias habent.

Ceterum exoptatus instabat dies, quo  
post deuicta tot certamina, Conradus ad  
palmaria gloria cœlestis euocaretur. igitur di-  
uino monitus oraculo de exitu suo, Netum  
ad confessarium pergit suum, Eucharistie  
Sacramento retinetur, simulque pium illum  
sacerdorem summis precibus rogat, vt pe-  
rendie in eremum veniat ad se. vt statim die  
illuc aduenit, Conradus imminentem horā  
obitus sui dētegit; prædictaque fore, vt Ne-  
tini, & Auolentes de cadanere suo armis cō-  
tendant, nullo tamen partium damno; sed  
velle se in D. Nicolai humo condi. Sacerdos  
Conradi amantissimus, continere lacrymas  
non potuit. quo lugente, febri iam famu-  
lus Dei correptus, coram Christo crucifixo  
nuda genua flectit, seque, ac Netinos suos  
Dominō commendat. tum cœlesti splen-  
dere locum illuminante, animam Deo reddi-  
dit. fulgore sacerdos perterritus, Conradū  
adhuc genu flexo stantem contuetur, adeo  
que immotum, vt viuentem crederet. sed  
vbi tandem mortuum cognouit acerbiore  
luctu discruciatatur. proximis populis Bea-  
ti Conradi studioſis, obitus eius mira à Deo  
significatio facta est. nam campanaz omnes  
& Neti, & Auolz nullo pulsante funeris  
sonitum edidere. admirati prodigium Ne-  
tini Guilelmi domicilium petunt, eum rati  
mortuum, dignumq; eo honore, præsan-  
to eius viuendi genere; sed ab eo admonen-  
tus

Discipulo  
discrimina  
pronunciare

Obitus dij  
prædicir.

tur, ut de B. Conrado perquirant.

Continuo illus armati conuolant, & ad-  
huc subinfrisso genu, perinde atque oraret,  
inueniunt. adfuit Sancti viri confessarius, &  
quo in area compoitus est, ut honestius de-  
portaretur, interim Auolenses adueniunt,  
armisque sanctam illam, caramque sarcinā  
à Netinis auferre conantur. conferunt man-  
us, utriusque depugnatur acerrime, qui ta-  
men Cōradi fauor fuit, nulla cades nec vul-  
nera existere. quin proiecta arma thecis  
recondita suis reperta sunt. quo viso miracu-  
culo conditionibus composita res est. pro-  
ferebant in medium Netini, penes quos sa-  
crae illud depositum seruabatur, iam cer-  
ti Dei voluntatis, ut quaterni ex utroque po-  
pulo, primique Auolenses, arcam humo-  
tolerent; si facerent, se cesturos: fin minus,  
ipsi opus experirentur. accipiunt Auolenses  
conditionem nec tamen arcam illam sustol-  
lere valuerunt. succedunt Netini, quibus  
dulce onus adeo leue fuit, ut alacres, nem-  
ina prohibente, Netum detulerint. in urbē  
ingressus, placebat quibusdam, ut in D. 12  
Mariaz a castro, cui nunc à Crucifixo cognom-  
en est, deponeretur: at dum inferre illuc  
student, dimouere loco non possunt: quare  
confessarius, quæ B. Conradi voluntas fuit,  
monet, ut in zdem maximam, quæ S. Nico-  
laeo dicata erat, efferretur. quo facile per-  
latum est corpus, honorificissimo fune-  
re. tantaque fuit populi pietas, & frequen-  
tia, simulque B. Conradi benevolentia, &

Pro corpo-  
re Netini, &  
Auolenses  
depugnat.

Furus plur.  
miraculose  
lebratur.

gratia, ut plurimi morboſi, herniosi, cœci,  
furdi, claudi, muti eius meritis, ac precibus  
sanitatis restituerentur. quæ omnia iuratis  
firmata testibus per fidos notarios, ad po-  
sterorum memoriam, literis excepta sunt. 4.  
viris curantibus.

Sane Conradus statura procerus fuit, ele-  
ganti forma, sermone grauis, ac facundus,  
constantis anima, magnanimitatem aspectu  
præferebat. obiit (13) æterna potitus pace  
11. Kai. Martii, (14) anno 1351. a natali  
die Christi Domini. Ab eius obitu 134. post  
annos, ciuitatis Netinae iuratis Patribus, ac  
Prætore Urbano, sepulchrum resignantibus,  
B. Conradi cadaver adhuc integrum, illæſu-  
que omni ex parte repertum est. & odorem  
afflans suauissimum. eodemque anno, qui  
1485. Iesu Christi fuit, Antonius Carusius,  
Inspicæ Dominus, ex contactu brachii Diui  
Conradi sanitatem consecutus, brachium  
eius, & manum argento intexit. 15 Leo  
Papa X. concessit, ut Netini Reliquias Beati  
Conradi colere, ac deducere per urbem pos-  
sent. cuius Pontificis beneficio, primus B.  
Conradi festus dies anno 1514. in urbe Ne-  
to celebratus est. Plurima eius diei miracu-  
la 16 Jacobus Episcopus Seutarensis col-  
legit. 17 exinde Paulus III. ut festus dies  
B. Conradi per totam dioecesim Syracusa-  
nam perageretur, permisit, honorante Do-  
mino famulum suum, qui mirabilis est in-  
sanctis suis.

Vide Animaduſſ. fol 85.

13

14

15

16

17

## MEMORABILE MIRAC. PANORMI A DIVA RESTITVTA EDITVM



NNO Christi Domini  
1382. Panormi, vir qui-  
dam leprosus fuit, no-  
mine Nicolaus Cithari-  
sta, quem Magistratus  
urbis in zdem S. Ioann.  
quod publicum Panor-  
mitanæ Ciuitatis hospi-  
tium est leproforum, haud longe ab urbe,  
amandare statuerant. id ubi audiuit Nicolaus,  
inuocare D. Restitutam cum lacrymis  
coepit, ut ex eo morbo sanum faceret. cui  
B. Restituta de nocte apparens, Nicolae,  
dixit, noli morere: exurge, Archiepiscopū  
& Canonicos adi, meoque nomine eis de-  
fer, ut imaginem meam, quæ in zde maxi-  
ma est, sub altare S. Pauli, in cenobium D.  
Claræ, quo par est honore, deportent. hic  
Nicolaus ad B. Restitutam, quodnam Ar-  
chiepiscopo, & Canonicis signum dabo, id  
imperatum esse a te? hoc illa intulit, dabis,  
quod hesterno die, à magistratibus delibe-

Tom. 2.

ratum de te est, ut ad S. Ioannis zdem le-  
prosorum, amandent; haud tamen id fieri  
enimvero iam sanus ex lepra factus es. ex-  
surgit Nicolaus, ac personatum se videt in  
festoque, ac deformi malo erectum, perinde  
atque corpus eius numquam deformatum  
ex eo fuisset. igitur summo mane, Archie-  
piscopo, ac Magistratibus illis à D. Resti-  
tuta denuntiat: visi testem fermet exhibet,  
& in miraculi fidem sanum ostendit, quo  
miraculo permoti Archiepiscopus, urbisque  
magistratus, imaginem S. Restitutæ ab zde  
maxima desumptam, sollemni cum suppli-  
catione ad monasterium B. Clara-

transtulerunt. in quo anniversa-

ria huius miraculi, & D. Re-

stitutæ memoria ad

16. kaleud. Iu-

nias cele-

bratur.

11

MEMO-

## MEMORIA SS. CLAVI

Anno Chr.  
1393.  
14. Septemb.

IESV CHRISTI DOM. N.  
IN MONAST. D. NICOLAI

Ordinis S. Benedicti, in Vrbe Catana.



N ea Siciliæ parte , quæ Orientem , & Ionium mare spectat , vrbs Catana est , & in extremo eius ad Occidenteum , celebre Monasteriū D. Nicolao dicatum , Ord. S. Patris Benedicti hic , ab antiquis temporibus , Sanctissimus Christi Domini Clauus summa cum veneratione colitur , religioseque seruatur . fama prodit , Martinum Siciliæ Regem , Martini Montis Albi Ducis , filium , qui Mariam Friderici Regis filiam in matrimonio habuit , in Insulam detulisse , eique Monasterio , quod tūc in Aetnæ nemore erat , dono dedisse . id à seniorib⁹ , per manus traditum accepimus , & in eiusdem Monasterij libris manu exaratis adnotatum est . super hæc Clavi sanctitas , ac mira vis sæpiissime multis est miraculis comprobata . quippe solo gossipij , quo involuitur , at tactu Dæmones ab humanis corporibus expulsi , variisque ex morbis , plerique mortalium liberati , in summa temporū siccitate , ad exorandam pluviā circumducto per urbem Clauo , supplicari solitum , miro virtutis eius experimento , largeque imbribus è cœlo impetratis .

Porro nonnulla de Sanctissimo Domini Clauo digna memoratu , quæ ex Monasterij eius tablinis desumpta à me sunt . Quidam Monachus , sacrario Præfector , cum de sacrosancti Clavi fide dubitaret , die quodam , occulo sacrario Clavum foculo imposuit . & ecce tibi de repente magnus terra motus factus est , vt ruere Ecclesia e sedibus videretur suis . ignari rerum Monachi ad ædem præpropere accurrere , aperi- tisque sacrarii foribus , Monachum æditem humi iacentem , ac fere exanimem inutere , Dominicum vero Clavum supra tabularium sacræ supellestilis , quo miraculo , nutantem hominis animum Deus curatum voluit ; quippe vt ille ad se redijt , enarratis , quæ temere fecerat , Domini nostri Clavum hunc omnino esse confessus est .

Jam vero inierat annns 1536. à Christi exortu , cum 9. Kalen. Aprilis , ex Montis Aetnæ crateribus ignis erupit . quo tempore , Monasterium Sancti Leonis ab Henrico Comite , Adelasiæ coniugis Rogerij Comitis fratre , conditum in Aetnæ nemore , quod per annos ferme quadrigentos stetere , ingenti primū motu terra concussum ,

mox igne penitus obrutum est . consequente anno , ad 3. Idus Maias , ad montis latus , sub collem , quem accolit Sparuerium appellant , noui hiatus perrupti sunt . ex quibus materia igne magna via egesta est , quæ quadriduum defluens , quindecim millia passuum consecit , obvia quæque sternens , exurensque , qua parte mons in Orientem , ac Meridiem vergit . illo ex profusio riuus in Monasterium Sancti Nicolai viam iniit , eoque procurrens , exitium comminabatur . tum Hieronymus Abbas , vno ex monachis , viro bono , ac sene , Barnaba comitante , multas post preces ad Desm fusas , Clavum Dominicum fumpsic , interdisque pebbibus , & lacrymis perfusis , obuiam contra decurrentem ignem proiecit . mirum magnum . cum se ignis , Sanctissimum Clavum reveritus , in vravum congregasset , monasterio intacto , cursum à Septemtrione in Meridiem flexit .

Sed anno Christi Domini 1549. haud multos post dies à Paschalibus eius ferijs quædam mulier , tertij Ordinis Carmelitarum , à malo obessa genio , in Monasterij Sancti Nicolai à domesticis delata est suis , vt ope Sanctissimi Clavi , ab hoste nefario liberaretur : quodque alias interuentu Beatae Agathæ obtinuerat , merito passionis Christi Domini conseqüeretur . bis enim inclytæ Martyris festo die procurata , cum domum regredereretur in natale pagum , qui in Aetnæ nemore erat , à Dænone acris incessebatur . ergo ad Monasterium deduxa , cum pro fortibus esset , nequissimus spiritus vehementer , ne ingrederetur , obstitit , multaque ferocius repugnare visus , in aditu cœmeterij , quo ingredi Dæmon exhorrerbat . causa erat , vt ipsem , dum adiuraretur , confessus est ; quod ab ijs torquebatur , quorum sancta corpora illic sepulta condebantur . sane olim ea cœmeterij illius religio , ac sanctitas fuit , vt monachi Congregationis Sancti Patris Benedicti , cum in Monasterium Sancti Nicolai , quod in præsentiarum dirutum est , alijs ex locis venirent , cœmeterium inuisere soliti sint , terramque deosculari ob reuerentiam corporum iustorum illorum , qui vbi sancto fine quieuerant , inibi sepulta erant .

Ergo cum ingrederetur cœmeterium mulier ,

Sic, angustusque ab ea tumultus excitaretur.  
Abbas Angelus, qui post nonam in celia  
cebar, item deduci in ecclesiam, e festi-  
fici mandauit, ac rursum se in preces colle-  
git. paxillo post in eadem descendit, lotisq,  
manibus, editio in aurem edidit, ut sanctissi-  
mum Domini Clavum à sacrario deduc-  
ceret. & ecce de repente mulier, an impun-  
itus per eam spiritus, exalata; quidnam di-  
xisti? quid accipi precepisti? heu, heu me,  
mox infessa mulieris faciem adeo inclinat  
in pedem, ut vertex capitis pro facie esset.  
interim Abbas Clavum Dominicum sinistrę  
manū cepit, dextra vulnera mulieris sublime  
origens, frontem eius crucis signauit, adiurare  
dein spiritum, ut quod ipse manū teneret,  
edictat. hic vociferari Demon, ac procla-  
mare: quid turbare à me visus? quid requiris,  
ut dicam? respondit Abbas: nō exquiro ego  
ā te, ut nos tu doceas sed ad ignominia tuā  
in Iesu Christi nomine passio, ut dicas,  
qua videre te, facias dispiceat. eo Da-

moneat cum verbis adigeret sacris, respon-  
dit is tenui voce, Clavis est. adiuratus, vt  
quod dixerat, longe clarius rediceret. clata  
voce dixit: Clavis est Domini. & Abbas, q  
confixit partem corporis, proclamauit De-  
mon: o crux. vt quid ad ita me cogis? in-  
tulit Abbas, vt pudore suffundaris, tuamē  
voce, tuaque confessione. tum Demon, heu  
o tormenta: & tandem, manū, ait, dexte-  
ram cōfixit. rursum Abbas, adiuto te, inquit  
in virtute sanctissimi huius Clavi, ac scerito  
passionis Christi Domini, ut à muliere hac  
egrediaris. tunc nequam spiritus, heu me, iā  
discedo: sine, vt exam: sine me abire. quem  
illè demuo adiurans, vt virtute Dominicī Cla-  
vi exiret, statim annularis digitū vnguen-  
dexterā manus obsecrā mulieris à carne di-  
videns, ab ea exiit, libera inquit dimisit. ei-  
cō Demonē, mulier, cōspas suas per confes-  
sionem eluit. neque eam deinceps intestare  
nesarius spiritus ausus est,

Vide Animaduers. fol. 8S.

## V I T A

Anno Ch.  
1404.  
4. Aprilis.

# BEATI · GVILELMI NETINI EREMITAE

Ex Iuratis Actis.

B. Guilelm.  
In aulico fa-  
miliam.



**A**TVS est Guilelmus in  
vrbe Neto, honestis sa-  
ne parentibus, de fami-  
lia Buccheria. annum  
agens sextum ac deci-  
mum in aulam Frideri-  
ci Sicilie Regis adsciu-  
tus est. super corporis

proceritatem, ac formam, viribus perpolle-  
bat: sed suavitate morum Friderico Regi ca-  
rus maxime fuit; qui venatus se exercere so-  
litus, Guilelmum, cui multum fidebat, in-  
comitatum adhibebat suum. quare in Ne-  
tinis ille filius venatum profectus, cum  
hac illac obequitaret, forte canes e vepribus  
ac latebris aprum immanem extrusere. sta-  
tim equites circum egerunt. at fera cum  
vndique teneretur, vrgereturque telis, im-  
petu profiliens, equum Regis grauter vul-  
nerauit. Guilelmus Regi metuens, con-  
fitem equo desilit; vtque periculum ab eo  
suerteret, aprum districto pugione aggre-  
ditur. cuius impulsu stratus, quamquam ge-  
minatis in ventrem ierbibus conficerit, à  
furentis belluz dentibus sancius, ac pene  
exanimis sublatus est: à Rege ceterisque  
defletus, mox Netum delatus. in eo di-  
strinac, statim atque animum per con-

Tom. 2.

fessionem expiāuit, voto se obstrinxit, si be-  
nignitate Dei, vita frui daretur, habitum  
se suscepturn tertij Ordinis S. Francisci,  
vitamque semotam ab hominum frequen-  
tia traduceturum, tum demum solidatis vul-  
neribus conualuit quidem, membris tamen  
adeo affectis, ut incedere sine adminiculis  
non posset.

Igitur recuperata valetudine, veterem  
illam viuendi consuetudinem deferens, in-  
a zdes recepit se propter Ecclesiam Crucifi-  
xi Domini, quas à Friderico Rege postu-  
lauerat, & liberaliter obtinuerat. sanc Guilelmus cum meliorem ad frugem calamite-  
te hac à Deo vocatus est, annum agebat sex  
tum ac vigesimum, sed in aula decē annos  
Regi Friderico seruuerat. eratq; tum Chri-  
sti annus 1335. ergo induitus amictu lanceo,  
delectam in cellam ex ijs zdbibus se conclu-  
xit, pijs Diuum imaginibus ornata; cubile  
eius ex sarmentis, virgultiq; contextis, sed  
sommus in eo brevis, lōgiores noctu preces;  
fepius verberare se flagellis: viuē emendi-  
cato viuere: quotidie in æde Crucifixi, diui-  
næ rei pie adiustere. finitis de more precibus  
suis, in cellam abdebat se suam. exemplo  
vitæ admirationi omnibus erat. sermonibus  
vero suis eos, qui viserent, ad pietatem in-  
cendebat.

ii. 8

Per

Mores mu-  
tat.

Ad eum B.  
Contradus  
venit.

Per id temporis Sanctissimus vir Gerardo  
dus urbe Placentia Panormum appulit; ubi  
fama virtutum Guilelmi maxima perno-  
tus, Netum contendit. atque illum adices  
aduentus sui causam docet. amanuque pro-  
pugnatum, vice in eterno transfigondat; per-  
maneret ab eo exceptus. huicque iustum in-  
scibus versatus est. sanctum vero par anti-  
corups, qui mutuis collocationibus, amore  
in Diuina exarcentes, in ea cella Angeli  
les copi duos preferebant sed hic, cum cre-  
bro illos amici viserent, atque ea frequenter  
Gerardo permoleste accideret, eiusque prius  
exercitationes interturbaret, inde absceden-  
tium longius statuit, & in aliquam solitudi-  
nem commigrandum, cuius amore patriam  
deseruisset. exposita igitur canula profec-  
tionis sua; ac salute Guilelmo dicta, mutuoque  
post amplexus, precesque postularas, in do-  
sertos colles, Netum inter, & Auolam, sece-  
rit. abscessum amici Guilelmus impense de-  
xit, quem erat animus sequi, sed aduersa  
valetudo retinebat. dum in eo dolore ver-  
satur, astuare animo. peroptabat ille qui-  
dem consortium hominum fugere, ac soli-  
tudinem adire, sed indolebat claudicante,  
mancumq. ingredi iter neutiquam posse.

Hos inter astus, haud sine instinctu diui-  
ni numinis, pie humi fusus, tibi, dixit, Do-  
mine, pernotum est propositum animi mei,  
& ad iter impedimentum. Si discensus hic  
meus voluntas tua est, da, ut incedere quea,  
scio, te posse, quod homini languido, pi-  
scinam insidenti, concessum a te est. san-  
me, modo tibi complacitum sit, Dominus  
virtus salutis mea, & in miseriis meis, miri-  
fica misericordias tuas. Enimvero piorum  
hominum deprecatione in celum celeritate  
conuolat, & coram Deo admittitur. quippe  
vt Guilelmus preces finiuit suas, sine vallis  
adminiculis surrexit, valido corpore, leto-  
que animo, beneficio deuinctus, gratias Deo  
agit. eiusque voluntate, ex accepta valetu-  
dine, cognita patriam, familiaresque deser-  
rit, & in Comitatum Motucanum iter facit;  
cum 3 decern ferme annos eremita habi-  
tu Neti fuisset. postequam annes, mon-  
tesque Netini agri transmisit, ad 4 Ispic-  
opidum peruenit, sed per ea loca, cum idoneam  
studij suis sedem non iuueniret. Sci-  
clitanam & Siluam petiuit. hic fabriscit, in  
regione, cui pars Capa nomen, ubi zedes  
erat D. Virginis Mariae dicata; quz tunc a  
pietate, suo nostro Noste cognomentum  
habet, quod haud pridem aucta, ornataque  
est.

Illi aduenienti Paulus Guccionio, huius  
adis curatori, Guilelmus confilium aperit  
animi sui. sedem querere se remotam tur-  
bis, in qua Domino seruiret, eumque in fi-  
nem a patria discessisse. respolum est a Pau-  
lo, ut ea in eadem consideret ex animi sui voto.  
Guilelmus in genua accidens, ei grates agit  
admirante Paulo demissionem eius animi,  
& indolem sanctitatis, quam preferebat.  
sed enim Guilelmus nudis tum pedibus in-  
cedebat, induit lano, promissa barba, in-  
malo habitu, macilento ore per inedia, ar-

que infirmitate, esse vero aperiebat, in-  
fusione suavis, pius, prudensque in spiritu-  
libus preceptionibus. igitur, ut horum pro-  
pe adem B. Genitricis, cellulam sibi ipsa  
struxit, testam illam tegulis, humilemque,  
& angustam; longam, latamque palatiofer-  
re nonera; altam sex intra, exercitio omni-  
ao nullum instrumentum, aut impellor trax,  
plicet sarcinae in stratum, horum pastori  
ac Discipulis. Virginem pietatis in parietes  
stylum iesorum in cruribus gestantem, annas  
quas inter dies prolungo precebus vacans,  
proximam illius adem adduxit, tandem insi-  
scipit, queque ex eis distinxit, & iunctus  
opus erat, proprieate, viuum precario  
queritabat, quod si opererat, & pauperibus  
elargiebatur, insecum baculum sustinabat.  
Crucifixum ex aere Dominum Iesum, in  
mutemque identidem deosculabatur,  
aliisque deosculandum exhibebat, oratione  
seminarium, ipsiusq. omni opere fugere. q.  
ei vacuum tempusq. aperiatur, extolp-  
do hortulo impendere. fructus, quos ex ea  
percipiebat, egenis tribuebantur. cum sitis  
vexaret, exerceendo corpori, ad amorem, ut  
biberet, pergebat, qui mille passus aberat;  
& itinere permolesto, ascensu, descensuq;  
montis, qui inter fluuium, ac cellam inter-  
cedebat. quare ex amni sicuti potius in cel-  
lam referebat. maxime vero crucifere. cor-  
pus abstinentia cibi, cedere flagellis, exhausto  
vigilijs, nam modicum rostu somnum  
capiebat, magnamque eius partem precan-  
do transigebat, idque humi stratus.

Neque ornamenta. Guilelmo defuere,  
qua mortales ex su plurimi faciunt, quippe  
qui pluribus miraculis vitam illustravit suam.  
forte Guilelmum Paulus Guccionius, vir  
pius, eiusque familiaris, bacchanalibus ad  
prandium vocarat. Maia vxor permoleste-  
rem tulit, hoitinemque accepit migrans. ad  
sidenti vero ad mensam, per illum sanc-  
titatis eius, furfureos pastillos pro lactariis  
apponendos per filiam misit. mater e late-  
bris exitum rei opperiebatur, oculis in ero-  
nitam defixis. sed is singillatim pastillos  
cruce signans, furfur in lactaria commu-  
tabat. quo viso, erubuit mulier, factuq; po-  
nitens, culpam suam confessa est palam, &  
a Guilelmo veniam postularit. Int rea cu-  
vinum coniuas deficeret, filium ad eme-  
dum Paulus misit. retinuit puerum Guilel-  
mus, versusque ad matrem, porrecto vascu-  
lo edicit, ut de dolis impleret suis. illa a  
multis diebus vacua esse respondit. initas  
Guilelmus, cogitque, ut adeat, vinumq. ea  
ex dolis hauriat. demum mulier obedit,  
vnoque ex dolis perforato, vini plenum  
reperit; confusa, & miraculo attona he-  
sis, tota deinde opido compertam a se sancti-  
tatem Guilelmi dictis attollebat suis. Alio  
die Antonius Guccionius, Pauli filius, Gui-  
lelmum inuitauit. inter prandendum, vxor  
iniquo animo pergit hauritura de dolis vi-  
num. sed animum mulieris ipsum dolium  
retulit, nam terebratum non reddebat vi-  
num. turbata prodigio mulier, ac pudore  
suffusa, rem ad virum desertis cum nullam  
habe-

Miraculis  
inclaruit.

3  
In Sciclit-  
ianam Siluam  
contendit.

4  
5

In Sciclit-  
ianam Siluam  
petiuit. hic fabriscit, in  
regione, cui pars Capa nomen, ubi zedes  
erat D. Virginis Mariae dicata; quz tunc a  
pietate, suo nostro Noste cognomentum  
habet, quod haud pridem aucta, ornataque  
est.

haberet coningi fidem, doliarum adit. id expertus, Guilelmo aperit, qui nec vos inquit, hospites, pudeat, nec pugeat. mox adsidere virum, ac mulierem redire ad cunnam iubet: factoque primum signo crucis perfrondere superioram assertulum; ex eo faturum vinum habituram. paruit feminam vire Dei, feminam dolium, yinum affatim reddens, sacra amque illam admiratione, ac diuinis laudibus impletus.

**A.B. Conrado videtur.**

Jam vero Guilelmus cum videndi Costrigari desiderio tenebatur, caryage in Iuglii seruum impulsus, profectionem ad quoniam seductum meditabatur. & ecce tibi veritas ad se Conradum videt. hinc inopinatus eius aduenitus ad suum patrem. hinc agens miris illum modis affectus. simul obuiam progeditur, & in amici carissimi amplexus accurrit. vidisses Paulum, & Antonium, cultores soliditudinis, arctissime, mutuumque complices, & prægaudio lacrimantes, proximam vallem, rupesque audiisses, non alijs vocibus quam Christi nomine, diuinisque gratiarum actionibus circumsonantes. neque alio illi cibo multo per dies, quam Deo inter se collocatis ad satietatem pasti sunt. bacchalia tunc erant, cum Guilelmo Paulus Guccicionius escariam patiam e pastillis caseariis misit. ac diuinis hospitibus cura nulla de his fuit, quorundam cibus rerum cæstuum collocutiones erant; quibus 40. dies, & amplius, non alio refecti cibo, diuinitus traduxere. nam cum totidem post dies, qui patinam attulerat, ut responseret, ad Guilelmum redisset, dapem illam eodem loco reperie, quo reliquerat, calidam etiamnum atque emundans, rogans vero Guilelmum, cur namque iam inde a bacchanalibus detuleras, non comedissest, effectorque iam feria. maioris hebdomadæ respondit is: num ne besterno die, tu retulisti? sed cœns adiut locum esse. facinus, adeo mirandum, toti opido nocturno, ac celebre fuit. Conradus resurgentis Christi feriis peractis, in antrum suum reveritus est. at Guilelmus pares de se victorias reportare consuevit. Cum enim aliquando vitulini capitis appetitio illuminasset, habitum quidem in cellam tulit suum, exinde edomanda gula, intactum reliquit, donec terminaret. ita vero putrescens ac foetidus ore suo proponebat, increpito se dictis huicmodi: habes iam nunc vitulatum caput, quod appetiuit, exple temen corpus, ac satura.

Posteaquam Guilelmus in Sciclitana cœta 58. annos fuit, instare illi extremum videlicet diem diuinitus præmonetur. itaque 3. Non. Aprilis ad ædes Pauli Guccicionij noctu pergit, pulsatisque foribus, cubantem in lecto, ne surgat, monet. sed ubi illuxerit, ut ad se veniat, rogat. mox regressus in cellam demissis genibus Deum orans, abscessamque suum commendans, sanctam animam in manus eius exhalauit. ut obiit, cum campanæ sacrarum adiunctorum vitro sonitum ederent, expergefacti oppidanæ, miraculoque percussi, haud difficile negotio obitum Eremitæ conjectavere. Paulus vero Guccicionius quo

cum Guilelmus familiariter agere solitus est, eadem ipsa nocte somnabat, amississe se gemoram, quam plurimi estimabant, cum doloris, ac lacrymis: eam perquarenti, venerabilis quidam leprosus ostendebat illam, in seculum subuolagrem, tum sonno excitus, exterritusque nullo rameo intellectu rifi, insolitusq[ue] deinde campani sonitum rbi resonauit, strago exsurgens, in suspicionem accidit Guilelmum vita suorum. simul tristitia amplexus insisteret, et iam, aut quid exagibam? quam aliam insuperioris genitatem sublimis melanismo, quem ergoq[ue] aquatum in cœstum receperat, statim ad eum velut cellam pergit, quem genuflecto, magis cognoscens manibus impensis, perinde atque precans ad Deum sonderet, amplexuq[ue] corporis odore suauissimo perficit. primum prætimore exhortavit, obortis deuia lacrymis, fluit, mox appropinquat frigenti corpori: amplexitur, exscolculatur manus, casum lacrymatur suum, & præsidium dulce amissum.

**Defunctus insitatis genibus.**

Interim concurrebat ex opido populorum vis ingens. omnium vna erat admiratio. Guilelmus defunctus, quem genibus iactante contubantur, quasi viueret, vel eo corporis habitu placide abdormiret. iam totum fere opidum contigerat, vnaque Praefecti, & Clerus, nec quisquam fuit, qui visto Guilelmo, percepitque ueroris suauitatem, qui de corpore eius emittebatur, ex pio animi sensu, continere se a lacrymis posset. Inter alios mulier accurrit, qua filiam habebateneat, nargyisque cum fide affecto brachio sacrum corpus attingens, statim filia sanitatem recepit. neque hic miraculum ea die finis. cum enim deferretur corpus in opidum, ut ventum est ad locum cui Tocco nomen, certamen fuit inter Ecclesiastum Praefectos, vicosque Religiosos ex Ordine Carmelitarum, & Rectores Sodalitiorum. cum quisque percepisset, contendebatque, pretiosum illam thesaurum in se sua habere. rbi igitur id certaminis exortu, sacrum cadaver adeo ponderosum factum est, ut inde moueri nullo modo potuerit. edixere quidam Beati vici fastasse mentem esse, ut corpus eo toco poneretur: contra alij, nec decere, in aliæo cōtentis deseriri. posse domum vna cum æde, aquarum colluvios æterni. abripique tum populus elatis vocibus, misericordiam à Deo precatus est. attamen plaustrum, quo deuochebatur corpus, stetit immobile. adcutsum est ad processus, quibus finitis, sacras eædes Sciclis singulatim nominare statuerunt; sperantes fore, ut cum ea diceretur, que ex animo B. Guilelmi esset, eò vehiculum duceretur. conclamata primum ædes S. Mariz, quæ parochia est, dein D. Virginis Annuntiatae, S. Iacobus alioque, sed immoto plaustro: rbi vero S. Matthæi nominata est ædes, quæ in eo opido maxima est, corpus adeo tenui effectum est, ut illuc facilime deferretur. honorifice, scorsisque cum cantibus in odeo eius zatis, exinde in sacello Comitum Motuca situm est, in sepulchro ex lapide, columnis impinxo.

Vixit

Vita 40.  
dies sine ci-  
bo sumul  
transfigurata.

Præmoni-  
tur à Deo  
de obitu  
suo.

¶ Deo post mortem misericordia auctoritate augetur.  
Vixit B. Guilelmus annos 95. obiit anno Christi 1404, pridie Non. Aprilis post mortem plurimis miraculis claruit. sedenim cum plerique ergozi, seu in Beati viri cella, infirmencio eius strato decumberent, siue ad sepulcrum, de repente sani exsurgabant. exi apud Sciclitanos peruvigilam B. Guilelmi cœptum. ita vero ergo de more combantur; dum nocte peruvigilarent, precibus insistentes, somno occupabantur, ex quo incohantes experegescabant. Itaq; plures deficiunt, apoplectici, manci, coeci, fundi, labentes frigoribus, cruciati esculi, lateritis doloribus, profluvio sanguinis, phthisi, poragine, lepra, morbisque alijs B. Guilelmi promeritis curati sunt: mulieres item parturientes statim atque fibi calceum eius su-

perposuere, feliciter pepererunt. Andreas vero Arizzus sacerdos, & opidi Vicarius, is luminibus orbus, imposito ijs calceo, vilum subito recuperavit. cum propter siccitatem temporum, segetes agri Sciclitani ferme exarescerent, vbi oppidanii Deo supplicari deducto capite B. Guilelmi, imbre e celo largiter impetrarunt. quorum miraculorum existant acta, auctoritate Sedis Apostolice, lustralis testibus per notarios excepta, quare Sciclitani instantibus, concessit, & Paglus PP. III. vi Beati Guilelmi festus dies apud eos quotannis celebraretur, ad Dei Patrem & Filium, & Spiritus Sancti laudem, & gloriam.

Vide Annaladuensis, fol. 89.

Anno Chr.  
1452.  
3. Martij.

# VITA BEATI PETRI HIEREMIAE

Scriptore Anonymo, sed Synchrono.

B. Pet. genere nobilis.



ETRVS Hieremias, Parvus, nobili genere, natus anno salutis 1381 patrem habuit Ardunum, utriusque juris peritissimum, fiscique patronum, regnante Alphonso utriusque Sicilie Rege, matrem primariam feminam, ex nobili. & Nigrorum familia. pietatem a primis annis couit. pueritiam tempus non in ludis, iocisque, sed in Grammatica, ac Dialectica studijs transmisit. vbi d. odewigisimus ensim attigit, Bononiam missus, ut patris vestigijs ingressus, iisdem, quibus ille artibus, familiam illustraret. integrum ibi annum, commemoratus, ob ingenij acumep, & multam, quam literis nauabat operam, eo usque profecit, ut adolescentes ceteros eadem studia simulantes, longe anteiret, publicique in Academia illa professoris partes, si quando is vel morbo, vel impedimento aliquo distinebat, mageret interdum, non sine magno auditorum plausu. Dum in his artibus, tanta cum laude, versatur, nec laborem in addisoendo remittit, ab iisdem animu ut auocet, ditinutus monetur. etenim cum nocte intempesta, de more vigilaret, studioque esset intentus, fenestram repente pulsam, ad molestiam sensit: cuius tei, ut fit, timore percussus, trepidare primum, nihil certi habere, suspicari omnia, post, vbi se ex timore

collegit, quis tandem es, inquit, qui tam moleste pulas? ac haec respondentem audit, Consanguineus tuus sum, utriusque legis nobis imperitus, vbi me patrono complures, sed non mihi ipse consului, quem alij consulebant: & qui nonnullis etiam dolose cauebā, idem ab infestissimis humani generis hostibus, & quibus maxime oportebat, per summam dementiam cauere mihi nolui. quare non iam patronus, sed reus ē vita discessi, eternas male suscepisti patrocinij poenas daturus. Tu vero, si me audias, vel Deum potius ipsum, a quo missus haec tibi nuncio, fluxa huius gloriola ornamenta, ac docte ratus insignia fuge. hac vbi dixit, evanuit. At Petrus iam exanimis surul ad se rediit, vt qui summi id loco beneficij haberet, statim diuinis parendi monitis percupidus, de noua vita ratione cogitare coepit. ergo in religiosam ingredi familiam statuit, pudicitiam, quam integrum ad eam diem seruat, Deo volens dicat, sacratus. Verum, vt promissis staret, non ignarus carnis insolentiaz aduersus spiritum concupiscentis ferream & sibi Zoram librarum fere quatuor decim, fieri iussit, qua corpus edomaret, eiusque prauos motus compesceret. inde ad D. Dominici recta redit, ieq; ad superioris abiiciens pedes, sacras uestes cu lacrymis efflagitat. voti compos factus veterem hominem exxit, nouum induit.

Nec vero ignotum patri filij consilium, statutum

Miro prodi gio mons tur.

Zona ferrata precepit

statim re audita, furore percitus Arduinus Bononiam proficiscitur, ut tyronem per vim extrahat, secumque Doctoris honore auctum in Siciliam reducat. sed res, contra quam opinabatur, accidit. nam cum Bononiam attigisset, statim ianitorem de Petri valetudine percontatus, maxime se, ait, illius videndi desiderio tenori, rogare, obsecrare; ut filium alloqui liceat, cuius rei causa tam longum, tam pericolosum iter confecerat. benignus auditus: re superiori nunciata, fit potestas Petro patrem alloquendi. at Petrus, i, inquit, nuntia meo patris me recte valere; nihil esse, quod querat amplius: tantum mihi bene precetur: inde è religio superiore adit, rogat, patrem ipse conueniat, consoletur; domesticis se, p[ro]p[ter]e que exortationibus implicitum ei rei dare operam nec posse, si vellet, nec velles, si posset: admiratus adolescentis virtutem, atq[ue] constantiam, laudat ille consilium, inde bono animo esse iubet, facturum se eius patrias. Pater ubi sermonem cum filio, cogres fortique negatum videt, astuare, furere, bacchari; inde filio impietatem, Fratribus rusticitatem obijcere. ille contra monere, ne sium paterno amori concederet, neve tam subito in contumelias verteretur. & quoniam tunc erat iratior, abiret, iraque deposita iterum ad se, antequam Bononia proficeretur, accederet: futurum, vt nec infecta re, latuusque in Siciliam reuenteretur. Enimvero ea res non mediocrem attulit molestiam Petro, qui quindecim ipsos dies operam à Deo precibus, ieiunijs, lacrymis proscit, non minus de patris, quam de sua, ipsius salutem sollicitus. sed Arduinum idem amor ad coenobium reuocat, qui prius à Sicilia euocarat. paucis post diebus, rem non confessam iterum tētat, ac grauissimis primis verbis de iniuria questus, rogat et acque etiam, si minus alloqui filium, at videre certe liceat; darent hoc homini non male visquā de religio sis viris merito, darēt patri, pignoto etiā viro negare nō auderēt, ægre à Petro impetratū, ut videndū se procul ē claustrī angulo daret. in quē ille intuēs eam in adolescentis vuku nitere modestiā et pietatem vidit, ut statim ab ira in lacrimas versus, sublatis in cœlum manibus immortales Deo gratias ageret, beneque filio precaretur. quem postea in Siciliam redditurus, facta colloquendi potestate, non modo ab incepto non deterruit, sed multis etiam verbis ad virtutem, ac pietatem adhortatus est.

Verum Petrus ubi liberum se ab his molestijs sensit, multo quam antea, vigilantius Demonum infidias cauere, precibus vacare, in proprium corpus qua ieiunijs, qua verberibus animaduertere. Religionem professus anno 1401. voluptate omnium incredibili sacris initiatus, confessioque studiorum curriculo, ut qui proximorum saluti maxime consultum vellet, sacras conciones habere coepit summa contentione, magnoq[ue] animorum motu: plerique eius opera in bo[na]m frugem reuocati, multorum confessio-

nēs statim ab eodem post concionem audiit, probauit Petri in eo generis studium D. Vincentius Ferrerius anno 1416, qui biennio antequam ē viuis excederet, Bononiā ad visendum B. Dominici corpus aduenerat, ad quem, sacras viri Dei manus cu[m] ille osculaturus cum ceteris Fratribus adiret, D. Vincentius, de p[ro]p[ter]e Petri Hieremiae vita edictus, oculis in eum intentis, complexus, exosculatusque, & cohortatus est, ne ab incepto desisteret. tanti viri cum oratione firmatus, tum exemplo permotus, ille vehementius instare operi, & D. Vincentij Ferrerij vestigijs insistere. adeo ut breui totam sere Italiam fama sui nominis impiecerit, docendoque, & audiendo confessiones, maximo cu[m] fructu animorū: misericordiis concutit. sus anno 1427. à M.F. Bartholomeo Texero in Siciliam, qui 4 lapsas paulatim in ea Insula disciplinam reuocaret, nec frustra paucis post annis, ab Eugenio IV, summō Pontifice, vocatur ad Concilium Florentinum; cuius & morum integritatem, & in cōficiandis præsertim Grecorum erroribus eloquentiam, cum Pontifex multis honoris gradibus conuincere vellit, ijs ut ornaretur, qua erat modestia vir, adduci non potuit, dimisso Concilio, Generalis auctoritate Apostolica visitator in Siciliā reduxit, quo munere modeste perfunctus, tandem Panormi S. Citz cœnobium, recens à quibusdam Patribus Aragonensis, & Majoricensibus erectum, sedem sibi suam delegit. F. Petrum Majoricensem summi ingenii, præstatque virtutis virum socium sibi asciuit; nihil eo inconsulto tentare, arcana eidem omnia credere. & quamquam nouis identem prædiis augeri poterat dominus, eorum liberalitate, ad quos tanti viri fama peruerterat, ea tamen posthabitis paupertati diuitiis, constantissime respuit, asperioris vitæ studiosus.

Intermissum exinde varijs de caussis cōcionandi munus resumpit. mirum, quanti ad eum concursus cuiusque ætatis, aut ordinis hominum: sepe ut populo satisficeret, cum eius ingentem vim ampliora templa non caperent, in area litoris, sine Palatiis, vel præ templi maximi foribus conciones habuerit, ut enim ille prudens, & ingenio sollerti fuit; ita sermone facundus, maximeque in dicendo efficax, ad eius conciones, mira res securus. Cum in platea ædis maximæ concionaretur, multaque in eam sententiam diceret, quasi à facie colubri fugie peccatum, ad iracundos homines oratione conuersa, magna eos voce, bonaque lateribus ab eiusmodi vitio deterruit. Audierit, qui Palatiis fores, ut inimico necem inferret, obsidebat absens. (aberat enim à concionis loco ducentos circiter quinquaginta passus) cumque se ante alios peti ea oratione cognosceret, illlico mutato consilio, inimicitias cum ira depositis, remque totam ut habuerat, Petro dimissa concione narravit.

Huic illud non omnino dissimile. erat Petrus in arce maritima verba facturus eodem

Miræ res di centem ad populum consecutæ.

eodem populus frequens, primo mane, sicutientibus auribus conuenerat. illi vero, ex decursu humoris ē cerebro, loquendi prope facultas adempta. sed quem vox, eumdem nec spes, nec animus deseruerat. complures hominem à proposito reuocare mitabantur, ad quos Petrus: confidite; Dominus dabit verbum euangelizantibus in virtute multa; cumque suggestum ita ascendisset affectus, vt Salutationem Angelicam proferre vix potuerit; vel in ipso tamen exordio, eiusmodi voce visus est, vt non à conacione modo, quod ipsum quoque admiratione dignum fuisset, sed ab iis etiam auditus sit, qui passus circiter quingentos aberant: iisque maxime Dei præconem ē cælo missum audiuisse confessi sunt. Hzc ad Petri nomen, famamque plurimum, nec minus ad conciliandam ciuitatem benevolentia, & gratiam. neque ipsum modo per urbis vias incidentem venerabantur; sed Cœnobii S. Citæ Fratribus cōplures, sed vt impetratis qui mercaturam exercebant, aperto capite obuiam irent, benigneque omnia, quæ vel ad ipsius, vel ad suorum usum pertinebant, suppeditarent: quibus officiis hominon ingratius, dandis consilijs, inimicitiis dirimendis, componendis litibus, respondebat.

Ex quibus laboribus cum maxime quiete sporteret, tamen ad matutinas horas surgere, reliquum tempus ad primam usque lucem, in diuinis cōmentationibus, precibusque in odæo consumere. accidit, dum iis nocte quadam operam dabat, vt ē tumulo egressum ē suis Fratrem quemdam, qui predicavit eius diei excesserat. lugubri ueste induitum, multoque labore fessum ad se venientem videret. roganti, vt rem diuinam faceret, ac homini, maximis affecto cruciatibus ignis purgatorii, opem ferret: omnia ipsius se caussa facturum recepit Petrus: qui promissis exsolutus, oblatoque pro eius anima sacrificio Missæ, cumdem nocte consequenti vidit, gratias sibi agentem, eiusque animū quasi ē sepulchro egredientem, & columba candida intar ad cælum properantem. Illud quoque non prætermittam, quod ad hunc maxime locum pertinet. Forte iter per Gebelussani 19. Kal. Septemb. qui dies profectus est Assumptæ Virgini, faciebat. frequentem ibi hominū multitudinem in æde D. Maria offendit, que, vt quotannis solet, sò religionis caussa confluxerat. placuit & Petro eodem in loco paulisper commorari. ubi à precibus surrexit. Angelos in quādam speluncam delabi totosque in transferendis ex ea in cælum animis esse, per usum cognovit. natus ex ea re concionis habenda occasionem, mirifice Auditores ad virtutis honestatem inflammat: inde extrahi ē spelunca mulierum pleraque corpora iubet ab latronibus interfestarū, ob studium tueadꝫ virginitatis, cum potius illæ vitam amittere, vt ei reuelatum fuerat, quam pudicitiam maluissent.

Prior Cœnobij S. Citæ, incredibile memoratu, quam prudenter, submissaque in-

eius administratione se gesserit; idem semper, qui antea fuerat, inuentus. nec quidquam, in magno veluti occupationum cōcursu, de pristino suo studio, piisque exercitationibus remisit. nemini vñquam iratus, benignus omnibus. singulis ille noctibus cætum fratrum cogebat. sed in reprehensionibus lenis, in monitis erat efficax. allocutione dulcis, neminem tatio afficere, omnes ad diuinum amorem inflammare, omnino eiusmodi fuit, quem omnes & amaret ut patrem, & venerarentur ut præfulem. Sexta quadam feria cū nihil haberet domi, quo Fratres reficeret, ad cetarias (Arenalam vulgo vocant, quæ duobus passuum milibus ab urbe distat) scapha vectus, ab earu Domino, ē thynnis, quorum magnum numerū erat occisurus, quidquā sibi eleemosynæ nominae, vt donaretur, petiit. Abnuit vir non urbanus; iratus ultro, multis male verbis immeritatē accipit, & infascabilem, quæ admodum sibi videbatur, religiosorum hominum cupiditatem queritur. Tullit Petrus moderate responsum: tum sublatis in cælum oculis opem à Deo effagit; functum se officio suo, nec quidquam asecuratum, proinde subueniret ipse suis, qui posset. Auditæ preces: vix ex eo loco discesserat, cum pisces, suis retribuis ad unum ônes (millenarium fere numerum explebant) vlti domini auaritiam, aufugeront. qua ille accepta, cum de Petri sanctimonia cognouisset, statim parvulum nauigium concendet, hominem sequitur, atque ad eius genua prouolutus, enixe rogat, vt sibi tam gravis delicti licentiam condonet. Miratur vir modestus, idemque prudens; tum ne in ore afficiatur, nulla se inquit affectum iniuria; rerum quemque suarum esse Dominū. at ille rogare iterum, vt mare cetariasque benediceret. mos homini gestus, reuertenti gratulantes obuiam procedunt cetarii, mætorem abiicere iubent, bene omnia sperare, regressos pisces. capti omnes, occisiique ex eorum numero nonnulli ad Petrum missi, cui ille, beneficij haud quaquam immemor, quotquot ceperat, acceptos retulit.

Claustrum cum perambularet cogitabundus, quæsi: et que ex Patribus mercator quidam, num quidpiam Petro decesset, tam submissa voce, vix vt ab iis, quibuscum loquebatur audiri potuerit, sola Dei gratia egere se, ex altera Claustræ parte, respondit Petrus, nihil sibi præterea opus esse; quod summa cum omnium admiratione factum. Tantum in se, suosque aliorum liberalitatē expertus, naturæque in primis vi ad misericordiam propensus, miserorum inopis subleuandæ operam dabit. Sacro S. Citæ die, pauperes ad prandium vocare, iisdemque ipsem ministrare consuevit; mendicis ad ianuam presto esse, panemque, aliquando mensa accumbens, sibi appositum mittere; quo rerum maior abundantia suppeditabat. nec vero minor Petro animi lenitas in condonandis iniuriis, quam in donando liberalitas fuit. constat fama, cum de scelere hominem obiurgasset, alapa percussum, tam

Eximæ virtutes, in Cœnobij administratione.

Ab se diffusa, submissa seque loquaciter audiit.

tam ignominiam & quo animo tulisse. mox brachium percussoris exaruit. quo is prodigo ad se rediens, veniam ab sancto exposcit viro, eiusque ad Deum preces. Petrus iniuriam cu illi condonasset. numen exorans pristinum vsum, munusque brachii precibus restituit suis. Hæc ferme in Prioratu gesta, quo ubi se abdicavit, creatus est Magister Novitiorum, quos exemplo, & sermone ad fluxarum rerum contemptum, amorēq; æternum excitabat. Verū concionandi gratia Catanam profectus, hanc provinciā deponere sibi ut liceret, in capitulo rogauit, ut disseminando Dei verbo, expeditiore operam impenderet: ac facile impetratum. hic dum 5 moratur anno 1444. cum ignis ex Aetna erupisset Catanam versus defluens, exitium vrbi comminabatur. delectus est Petrus pro sua insigni religione, qui D. Martyris Agathæ velum, cum cleri, populiique poppa aduersum decurrens in vrbum incendiū deferret; quod cu D. Martyris ingentia promerita reveritum, tum Petri pietatem, cursum aliò vertit, ac vigesimo post die, penitus extinctum est. Panormum inde regressas, cum ad S. Citę cœnobium peruenisset, mulierem audit plorantem, eiulantemque percontanti, quid esset rei, piellam nuntiant in puteum cecidisse, extractam inde mortuamque inuentam. Ad hæc Petrus, nō est inquit, mortua. inde ad S. Citę asportari eam iubet, seclusisque arbitris viuis horæ spatio in preces, vitam puellæ, puellam matri reddidit, subiiciens: non erat mortua puella, sed dormiebat, id quod de Lazarō, filiaque Archisynagogi Christum Dominum dixisse, accepimus.

Nec vero publico urbis commodo deerat, qui de priuato sollicitus, premebatur inopia rei frumentariz ciuitas. ciues omni spe destituti, cum neque per mare ventis, procellisque agitatum, neque per pluviā, fluminaque extra ripas diffluentia, asportari triticum posset, periculum Prætori, ac Senatoribus exhibebant. hi timore percusi ad Petrum confugiunt, calamitatem patrū, ciuium conmitionem, suum periculum exponunt. Ad quos illes mororem abiiciebant, antequam sol occidat, prouisum à Deo erit, tritico abunde in vrbum inuedo. his verbis homines consolatus dimisit, precibus se dedidit; & quibus simul surrexit, hilari vultu ad mare conuerstus, nauim inspexit ventis adeo agitatam, ut omnium iudicio in terram collenda, naufragiumque factura videretur. iherum effusæ ab eo preces: mox nauis pretter spem in portum appulsa, magno omnium gaudio ciues fame liberavit. Inter orandum, saepe è terra sublimior visus, splendorem è ianuæ rimis egredientem superior noctu cum vidisset, cellam comburi ratus, eam perfregit, Petrumque precibus instantem inuenit. qui tamquam è somno excitatus, nec quid loqueretur, habuit, nec de illata ianuæ vi, questus est. Varijs toto vitæ cursu præsertim morbis, maximoque imprimis tibiarum dolore vexatus, nullam præ se molestiam tulit. quin si quando dolor leuaba-

Iniuria con-  
donat, cura  
miraculo.

Puellam à  
mortuis ex-  
cipit.

Precibus  
impetrat an-  
nonam.

TOM. 2.

tur, flere visus est, cuiusq; rei caussam sciscitati, respondebat: Deum video manum à me suam subtrahentem. Rursus Catapā, ad cionatoris munus obeundum, misus, tamquam homo è celo delapsus exceptus ab omnibus, auditusq; . sed cum aduersa ibi valetudine vteretur, Panormū regredi, ad suā cœnobium, inuitis Catanensibus, eiusque abscessum lacrymantibus, coactus est.

Ingrauescente iam in dies morbo, cum grauiter ex diarrhoea laboraret, maximoq; tibiarum dolore cruciaretur, ut stare haud posset, antequam decumberet, rē diuinam facere voluit. in sacrarium cum descēdisset, Patres, ad eos versus, ait, extremū, quo futurus sum, hoc e k. mensē ipsum, quo iacuit, multa dedit Christianæ humilitatis, ac patientiæ argumenta, omnes in admiratione ut adduceret, qui ne querulam quidē vocem ab eo umquam, vel in grauissimis doloribus percepérunt. in quibus illud saepe repetētem audiebant: hic vre, hic seca, & nihil parcas, ut in æternū parcas. cum cœnobij Moderator sanctissimum Christi corporis viaticum detulisset, sermone exceperit, religiosæ pietatis pleno, adeoq; inflammato, ut circumstantes fratres, per quadrantis horæ spatium, temperare à lacrymis non potuerint. sed latitiz sensus lacrymis erat permixtus. Evidem tanti Patris iacturam deslebant, se, certi salutis gaudebant. ut Eucharistia refectus est, ad Præfectū versus, ut quamprimum Sacramento extremæunctionis præmuniretur, rogauit; tempus, inquiens, breve est, quo peracto, Deo gratias agēs, oculis in Crucifixi imaginē defixis, pedeſq; exoscultatus, submissa voce cum lacrymis, deprecabatur; tametsi ex quo in morbum incidit numquam à sacris precibus, ut ex labiorum motu conjecturam sumere licuit, cessare visus est. Denique cum iam mors instaret, psalmum illum, leuavi oculos meos in montes &c. eiusmodi voce, quæ ab omnibus, qui aderant, exaudiiri potuerit, recitare coepit: cūq; ad extrema illa verba peruenisset; Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum ex hoc hunc, & vsq; in seculum, dixissetq; ter, Dominus custodiat exitura meum; psalmo, simul ac vita, summa cum laude, magnoq; omnibus sui desiderio relicto, finem impoſuit. anno xatis suz LX. Christi 6 Domini 1452. Fratres à lacrymis ad laudandum, ut moris est, Sancti viri corpus vertuntur. hic ferream zonam, cuius supra meminimus, lumbis adeo inharen-tem inueniunt, ut neque eam euellere, neque lima discindere potuerint; itaque terræ mandant. sed XXX. ab obitu dictibus, extrahi corpus, ob miraculorum multitudinem, populique frequentiam oportuit: integrum inuentum, exsiccatumque: cingulum facile extractum, cuius salutarem vim ægri non pauci sensere. Duo hæc ex tam multis, quæ 7 ipse vidi, miracula narrare fuit consiliū. quidam fracta ceruice, effusoq; cerebro, q; è fenestra cecidisset, vt feretrum, & sancti viri corpus tetigit, pristinam sanitatem obtinuit. Mulier,

Sancte mo-  
ritur.

6

Mirac. post  
mortem cla-  
rus.

Kk quæ

quæ inuerso fœtu, doloribus partus vekemē ter cruciabatur, ut vel ipsa, vel fœtus in vita discrimen veniret, audita morte, famaque miraculorum Beati Patris, eius opem implorauit, moxque incolumis viuum infantem enixa est. Ceterum B. Petri corpus, in facello Rosarii, conditum & sepulchro moreo, quod è terra dordantes sex sublime est, supra sepulchrum eius effigies expressa, & pleraque circum miracula, quæ dum vi-

ueret, patratarat, demortuo viro veneratio, atque ea antiquo vsu Beati appellatio, & ad sepulchrum collata in mortales beneficia, per zonam eius ferream ad agratos deportatam, siue ad mulieres parturientes, plura miracula operatur Deus, qui mirabilis est in Sanctis suis.

Vide Animadvers. fol. 91.

## V I T A

Anno Chr.  
1491.  
24. Januar.

# BEATI EVSTOCHII ABBATISSÆ COENOBII MONTIS VIRGINVM

A V C T O R E

ABBATE FRANCISCO MAVROLYCO.

Eustochiu  
Meil. natu.



2

restinis, cōspirationis reū, ex filio multatū, ceteris eiusdē familiz cōdes, ac fuga afflictis, eius filiū infantulū ab eiusdem cognitionis muliere absconditum, ac seruatū; mox adultum, Regi conciliatū, nauibusq; aliquot præfectum. huic Messanā reuerso, natū filiū, quē paternis diuiciis, ac quatuor nauī dō minio dītatū, Virginis, de qua loquimur, pā trem fuisse; ac Bernardum, cognomento Ca lafatū, dīctum audio & vxorē duxisse 3 pū ellā, ex Romanorum familia, nomine Maidā, quæ cū ageret annum 4 vndeūgēsimū, suscep̄tis iā liberis, audiens Matthēū 4 Agri gentinum, Frāciscanum coacionatorē eo tē pore insignē, piis præceptis imbuta, diuino tora cultui dedita, suppliciis suis vacare, corpus vigiliis, & inedia macerare; lāguentibus, & egenis opē ferre. Vir, qui domo quinqū niū abfuerat, reuersus hāc vxoris mutationem inique ferre, quippe qui vidisset eā abstinentia macerari. itaq; nō iurgiis, nō verberibus parcere, vt ipsa à proposito auertiret; illa nihilominus in instituto pergere; & supplicat interim, dari ibi 6 prolē femineā; fit voti cōpos. sed per tēpus, cum pestis Messanā inuasisset, cōtagionis vitandæ causā, cū viro, & familia, vrbe relicta, in vicū Annuntiatæ secessit. ibi instantē partus tēpore cum pericitaretur, cuius dā viri prētereūtis monitu, ad stabulū deducta peperit. eo par tu Eustochium edita. serunt prælagiis nū;

ciatum, cuius infans sanctimoniz, quāto suis decori eīlet futura. ei primo Smaragdus nō men inditū, manifesto argumēto fore, vt virgo quasi gemmarum pretiosissima fulgeret, plantarū fœcūdissima accreſceret. fama est, eā in cunis relietā ſepe deinde sub lecto, ant infimis ædibus repertā; ſemel ab vīq; tertio ſolario in humani delapsā, virgine formosif ſima opē ferente, minimē laſā. creuit deinde puella ſub piissimā matris institutis: nihilominus dedita ſtudiis pietatis, ac modeſtia moribus ornata ſanctissimis, cilicii asperitatem ſuperiecta pretiosi cultus celabat. nec ſolum animi dōtibus, ſed formæ quoque elegantia, exſtitit parentibus gratiſſima. ſub fratrū cura literas didicit. cūq; abſente patre fratres illi ſpōlum quæſiſſent, ipsa, q; vndecimū agebat annū, indignabāda in eititiā ſetu puellari, ore ſpumefenti reftata, nuptias abhorruit. Cū ageret annū 13. forte cū fratribus in rus natale, ſolatii cauſa, egressa, qđē 7 D. Nicolai ruri vicinam, ſupplicandi gratia intravit. memorat: ibi eā, viſa neſcio qua caligine, rerū humanarū inconstantię admo pitam, deinceps terrena vniuersa paruifcifſe: inde nō prius ad vrbē reuersa, quā per aliquot dies aduifa Solis ardore, faciei decorē obfuscaret; reuersa autē, eius mutationē nō ſequitū tuliffe matrem. tum vero Eustochium deposito ornatu, 8 ſumptoq. cultu asperimo, in cellā, domi conſtructā, ſeſe recepit. ibi nō ſolū ab extēnorū, ſed à fratrū quoq. frequentia ſemota, diu, noctuq. diuorū ſuppliciis, ac meditationibus instare. ſponsus, q; abfuerat, interim redit; qui nactus Eustochium pallore, & macie conſectari, intra ſeptē dies, dolore aſſumptus, interiit; nec deinceps defuere propterea, qui peterent eius concubium, nūc pollicitis, nūc religiō ſorum

Nuptias ab horret.

7

forūm intercūntū annitentes; ad hēc instabat cognati. Eustochium congruis responſionibus, promptisq. argumentis ſeſe tutati, ac quaſi moles inter vndas, immota perſtare. & vix tandem impetratum eſt, vt domini cum matre viueret, caritatis officiis intenta. contigit, vt cum de ſacra concione domum rediret, ſcalaq; ascenſu ſuperalſet, tanto Christi amore incenderetur, vt 9 inſpecta ipſius imagine, lumine circumfuso aſſtaſa, repente moribunda caderet. tum germanorum brachiis excepta, cum reuiuifceret, in multo melius translata propositum, pane ſolo, & aqua pura potu contenta dege-re, ſolitudinem amare; ac libēter ſub quo-piam ſpecu vixiſſet, ſi ſaluo muliebri deco-ro, licuiſſet. itaque in cœnobium virgineū recepta, fertur multas cacodemonis inſidias, ac moleſtias pertuliffe. fertur, ab eo ſa-pe ad ſcalarum p̄cipitium expositā, verū fuiſſet, matrisque precibus adiutata. rurſum à patre, vt nuberet, tentata, minis, ac gladio terrefacta, conſtantiffime perſtitit. atq; eo quoque ſponſo defuncto, ne deinceps eam moleſtiam habiret, decreuerat ſeſe in Basilicam 10 Virginum Cœnobium confe-re. id vbi cognati ſenſere, incendium cœno-bio minitantes, egerunt, ne recipere-ter. ſed poſt quam immutabilis in Virgine conſtan-tia perſpecta eſt, pater, quod minis nō perfe-cerat, agere cœpit blanditiis; vixq; tandem impetravit, vt filia loco, in quo haec teus fuif-ſet, contenta degeret: ſe interim in Sardinia proſifici: ac reuerſum inde protinus ei Mo-naſterium fabricaturum, in quo cum Virginium collegio, quod adnuodum petierat, etat-tem ageret, pater proſectus in Sardiniam. intra paucos dies mortem obiit. iam vero Eustochium turbata, & quid ageret incerta, tandem incifa ſibi coma, ſumpſit Franciſca-rum habitum, inuiſis, atq; inique id ferentibus consanguineis. rurſum Basilicani cœ-nobii Antiftitam precibus pulſat, vt ſeſe re-cipere. non repugnabat Antiftita pio deſiderio, ſed rea diſferre, quoniam obſtaſent, ſicut ante obſtiterant, fratres, & cognati. dum Virgo in pulcherrimo certamine ver-faretur, mater eius, officiis intenta piis, in-iſtans ut ac annoz penuria, pauperibus vi-ctum affatim ſubministrare. mirum hic, q-ue inorant, ſoruſ ſcilięt indicio, indignan-te filio, nō domestiča diſſipari, Dei nutu fa-ctu, vt inrātū penus, horrea plena viſeretur.

**Ad hēc referunt, Virginem tunc Eustochium, iam Deo deditam, multis Dæmonū moleſtias affliſtam, multis, vt antea, inſidiis tentacm. eam ſiquidem, vt putabat, a conſanguineis, a materteris ianuā pulsantibus, in matutino diluculo, accitam, quaſi ad ſacrū ituris deſcendisse, domoq; egressā, proti-mus, arte diabolica deluſam, procul ablata in loca ſenticola, & aſpera, que tribus ferme paſſum milibus, verbe abeſſent. vnde con-ſtat, Dæmones, ſub muliebri ſpecie, huiusmo-di fraudeſ inſeruifſe: Virginem vero, implo-rcato D. Maria auxilio, cum ad zdem ipſius propinquam, quo a Scalis cognominatur, eonfugiſſet, excepta a muliere vicina,**

Tom. 2.

eiusque indicio accitis fratribus, miraculo cognito, inde domum reducāt. verū priuſ quam in urbem venerit, in zdem D. Nico-lai, in qua caliginem antea viderat, coram Christi, Diuq; Matris imagine, proſtratā multas fudifſe preces, & ibidem audito to-nitruo, diuino ſpiritu, & amore afflatā, itaq; deinceps aucto pietatis ſtudio, Eustochiū religionis imbuſa feruore, cœpit multo du-rius viuere, multoasperius macerare cor-pus, Christi cruciatus meditari, Christo pro-fuſis amare lacrymis compati. poſthac in-ſtante matre, ſuppliciis, votisque diu queſitū quid ſibi voluifſent illæ Dæmonū technæ? & cur à Deo permittaz? Demum 11 oracu-lo cognitum id ira numinis factum, quod puellæ consanguinei impedimento ei fuif-ſent, ne ſanctissimum vitæ institutum ſequeretur. itaq; consanguinei, ne diuinæ voluntati reſiſterent, cum alioqui puella inuita domi moraretur, eam ad Basilicanum Vir-ginum cœnobium deducunt. ibi virgo ſacris iniſiata, ſuſcipitur ab Antiftita. ingreditur Virginum cœtum, tanto cum deſiderio, vt nec matris pene deficiētis dolore, nec mo-ſtitia, lacrymisque ſuorum auerſa ſit. collata ab his in monaſterium pecunia, collata vi-tui necessaria. inditum ei nomen Euphraſyna. poſtmodum, Flaminis confessoris iudicio, appellata Eustochium. que oblita co-gnatorum, conterptis diuītiis, calcati vo-luptatibus, Christo 12 ſeruatori ſe ſponsā diſcauit. diſcipula datur vni ſororum peritiſſimæ, breuiq; adeo proſecit, vt cunctis ſan-ctimoniaz ſingulare fieret exemplum. inter diuos venerabatur p̄cipue Francicum, Simonē, Paulum, Hieronymum; ſub quorū primo ipſa militasset, ſecundus Crucis ſup-plicium paſſus eſt, ceteri vitæ asperitate nō ininorem cruciatum ſenſiſſent. horū ſequēs veſtigia, Christo ſeruatori cruciſxo cōpa-tiens, ſeſe multifariā macerare. 13. ſetaceo inuſio, & interdum ſenticato carnem exul-cerare. molliſſimum, quo vtebatur, erat ex lana crassiflma. Ad hēc flagris, verberibus, vinculis ſeſe affligere. arabici mali, oleiue, acredine perūctis oculis, ſōnum arcere. ad-mota 14 igni facie, aut herbarū ſuccis per-fricata, ſe deformē reddere. 15 cellā ſub ſca-lis inſimis, cōtéptus cauſa, habere. interim cōtéplationi dedita, vt Christiuitā, mores, & toleratiā in tormentis inuietā, tenaciori mēte reſcolet, ſua ſeorsū loca, ſingulis adſcripta geſtis, quaſi Hieroſolymis eſſet, ex induſtria ſimularat. Intra cœnobii clauſtra, vt q ſatis ampla eſſent, cōfinixerat Christi natalitium p̄ſepitū: ibi D. Matris ædes, ibi tēplum Sa-lomonis, ibi oliuetum montem, ibi hortum, in quo Saluator captus eſſet, ibi cœnaculum; ibi Annæ, & Caiphæ domos, ibi Pilati p̄torium, ibi Caluarium montem, iuxtaque ſepulchrum. quibus quotidie frequentatis, tamquā veris locis intereffet, ſponsi ſuī mā-fuetudinem, refq; ſingulas, quo quæq; ordi-ne geſte fuerant, lacrymabunda contempla-batur. ſentiret quaſi ex meditatione crucia-tū compati. Mariæ Magdalenz, cōpati Apo-stolicæ moeſtitia: inter hēc, & quaſi Pytha-

In Cœnob.  
Virginum  
ingreditur.

14  
15

Kk 2 gotatum

Conſpecta  
Chr. ima-  
gine, ex vi  
amoris, de-  
ſicit.

10

3 Dæmonē  
yexatur.

16

gorum silentium seruare: præcipuis quibusque festis, deflexis ad aram genibus, a Vesperi ortu venerabunda pernoctare, sub auroram, in claustra cœnobij progressa psalmos, hymnosque modulari. tum igne diuini amoris succensa, Christum spem suam, &nicum, summumque bonum suum, creatorum benemerentissimum, redemptorem ac Ducem appellare; sese indignam, nullisque meritis exigentibus, ad rectius iter, optimumque institutum vocatam. postulare interim robur, & constantiam, quo sibi in laudatissimis cœptis perseverare liceret. desiderabat imprimi sibi dolores, imprimi amaritudinem, imprimi plorandæ passionis vulnera; confiteri se illi caussam supplicij fusile, eumque alienæ culpæ poenas pendisse, 17 pane solo, & aqua vicitare. sicubi esculentio vili vescebatur, miscete absynthium, nullam in stratis mollitiem, nullum supelleculis cultum habebat. in humile grabatum deiecta, quiescere: tegmen erat solum gaufrage vilissimum. interim nullis parcere laboribus. siue aqua ferenda eset, siue ignis subministrandus, siue ceres subigenda, aut culine adstandum, ubique sese officiosissimam præstat. quidquid a cognatis viciui necesariorum recipiebat, aut sociabus elargiebatur, aut conuertebat in communem vsum. ipsa tragus, in diem, laborem, & alia incōmoda sponte pati, quo ceteris subueniret. cum quasi per semelre spatium ægrotasset, socia haud minimi fecere iacturam, quod eius consolatione, colloquiisque pijs carerent. ægrotanti Eustochio, cognatorum, ea visitantium frequentia molesta fuerat. sed his superuentu pestis, diuidentibus, unde minime sperabatur, subuentura est inopie Virginum. missæ sunt eleemosynæ à quodā qui longe aberat, Eustochii consanguineo. tum quoque cum lues Monasterium inuasisset, Eustochium sese infirmis virginibus ministraram offerebat. sed vetuit Antistita. alapam sibi ab imprudenti monacha incusam, non modo patienter, sed etiam libenter tenuit. tres germani, atque ex arctissimis Eustochij cognatis viginti, fato concesserant; tanto magis illa terrenis soluta sollicitudinibus, curam omnem, studiumq; trasulerat in creatorem suum,

Restitui se  
veriorē dis-  
ciplinam  
eurat.

Eius opera primum, consentientibus ex præcipuis aliquot, tentatum est, vt Virgines ad prætinam sanctioris vita obseruantiam redigerentur; aut si id fieri non posset, licet sibi, in aliud migrare cœnobium, ubi antiqua Francisci, & Clæræ instituta sedarentur. implorata super hoc summi Pontificis auctoritas. verum id ægre ferebat Antistita, vt quæ tam cœptum semel institutum deserere nollet, quam durioris vita regulam horreret. erat Eustochio soror, minor natu, Francisca nomine, que sororis hortatibus, ad religionis eiusdem votum animum appulit. huius impensis, Monasterii primum iacta fundamenta, desperabatur tamen ab ea posse perfici, quod tot nobilissimæ Virgines, opulentia cognatorum adiutæ, nequissent. cum epistolam, per quam con-

fessorem suum erat consulta, subreptam sibi animaduertisser, timens æmularum impedimentum, precibus impetrasse dicitur, vt epistola necubi, quamquam vestigata, compareret. quod illa diuinitus factum credens, eo magis proposito instabat. verum incertus lociatur ferebatur animus, quam dubitationem vt sustolleret Eustochium, patereturque ostenderet, se quod decreuisset, perfecturam, memoratur signis egisse mirabilioribus. ad eius nutum, cruce tatum signata, lampades non semel accensas, vitæ aridam, ab ea plantatam, intra unius noctis spatiū germinasse, referunt. tum vero Eustochium multo feruentius instare caritatis officiis, precibusque continuis, ac languentium ministerio, noctu ad altare supplicatæ Dæmonum turbam sensisse memorant, i s equitum, armorumque strepitum simulanten. inde matris suæ confessore consulto, mittitur Romam sacerdos supplicatum Pôtifici, matris, sororisque nomine, vt liceret Eustochio nouum fabricare cœnobium, eoque cum tribus, quatuorue sociabas migrare contigit autem nescio quo casu, vt sacerdos pecuniam negotio necessariam, quæ à matre Virginis acceperat, amitteret; ac ob id rebus infectis, redire coactum, vt summâ de suo conquerireret. id vero cum persentiret Antistita, non destitit Eustochium ambitionis insimulare, atque una cum monachis eidem conuicia ingerere. Eustochium vero non solum patienter tolerauit illatam contumeliam, verum etiam coram Antistita cū Virginibus ad cœnam recumbente, genuflexo prostrata, in se culpam reiiciens, venia quoque innocens petuit; tantumque abfuit ab ultione, vt de iactatis opprobriis gratias egerit. sic earum animi, quos contentio nō expugnasset, mansuetudine perfracti cecidere. nec ausi vterius, tantam oppugnare modestiam. interea sacerdos Romanus reddit commissa perfecturus, primumque eius petitioni Prælui, Minoritarum protector, obstitit, dicens, nouo, & eu dem familie cœnobio opus non esse. instabat tamen sacerdos, dicens, Virgines id voulisse. quo cognito, Pôtifer summus assensum præstit, cuiusque iussu litteris signatis, permisum, quod petebatur.

Interim cum mater Eustochium visceret multa inter eas de construendo cœnobio sunt agitata; mater ziebat, rem aduersariorum conatu impediti filium iratum, sororē alteram, contemptis iam nuptiis, ad celibatum adspirare. Eustochium spem omnem in Deum referre. porro quendam else Bartholomæum, cognomento Ansalonem, vitam Patritium, qui libenter suscepturnus esset eam prouiaciam. huic cum post aliquot dies, mater Eustochii, & de D. Francisci forte egrediens, ingrediente ex insperato occurisset, sponte ad eam fabricam auxiliū suum, opemque pollicitus est. Hoc Eustochio letitia simul cum spe succreuit, itaque allatis Pontificiis literis, soror Eustochii, diuenditis bonis, expensam fabricæ necessariam preparare. frater ob id indignatus obiur-

urgare fororem, non à conuiciis, non à verberibus abstinere, clamitans, eā stulte agere, inaniter dissipare patrimonium. tum sororis scriniū patefactis, aurum omne, argētum, ac pretiosissima quæque collegit, & in domum suam transmisit. soror quamquam tristis, iis, quæ superfuerant, venundatis, pecuniam operi dicauit. erat tunc iuxta azem D. Dominici, atque in eo loco, vbi postea 19 templum D. Nicolao constructum fuit, peruetustum Xenodochium, cum facello D. Marie, quam vulgo dicunt commendatam, sed rectius commendatricem appellabant. id quoniam, vt pleraque sunt mortaliū, vetustatē iam testatoris decretum, abolente, hospitio, vñsiquē pauperum esse defierat. Pontificis tamen consensu, cōnicio Virginum futuro dicatum est. fuerat in literis summi Pontificis, Archiepiscopo Melsanensi res commissa, is, ut per literas mandabatur, permittet Eustochio potestate cum quattuor, quas elegisset, virginibus, in cōnobium destinatum migrandi. Antistita id moleste ferens, querebatur, se deltitui, sūmūq. collegium ia ruinam labisi quattuor, quas Eustochium postulasset, virgines sibi abducerentur. Eustochium repondebat, pudēdū esse Monasterio venetibili id dici, tātique cultus spem omnem in quattuor solū virginibus esse sicam. admiratus est Pr̄sul cum ceteris adstantibus, prudentissimam. Eustochii respōsionem, Antistita deinceps nil aula loqui. verum non destitit cum sequacibus improbare Virginis propositum, quasi turpe esset, vetus institutum deserere, ac virgines antea liberas, deinceps Monachorum parere pr̄ceptis, ac gubernatui virorum subiugari. Eustochian, minime his commota, dicebat, Deo parendū esse, id enim Deo placuisse. ac deinde precibus multo frequentius instare, fertur annum integrum continuasse precando, rara, & super rigidum stipitē captata quiete: excepta fabrica Patriotio, superius memorato, auxilium, operamque suam pr̄stante; nec quicquid adversantium, & amulorum contentatio. Eustochium aduersa contemptui habere, conuicia sustinere, contumelias pati, a sociis quoque absterritis (vna excepta) destituit. Tandem diu, multumque oppugnata, variisque tentata casibus constantia, victrix fuit, cumque ab incepta fabrica iam annus aut plus temporis p̄teriisset, ac decesset eis modus, quo de obseruanda D. Claræ regula instruerentur, esetque dogma longe, & alijā de petendum, 20 libellus eius institutionis fortuito casu inaenatus, Eustochioque datus viam p̄fecit. deinde instantē iam tempore, quo cum sociis eset in nouum hospitiū migratura, Eustochium multis diuinitas monita pr̄sagiis, communicato cum sociis duabus consilio, captoque egrediendi tempore, quoniā vetuerat Antistita, eas exire, dum cantarentur matutinæ laudes, per portam, quæ, ceteris occlusis, forte referata remanserat, tum Iacoba, & Elisa virginibus, clam 21 se cœtai subtrahit. Iacobam ex Pullicinorum, Elisam ex Ricciorum fa-

milia fuisse constat. inde cum per alias portas esset excundum, iis ope diuina patefactis, per obscura claustrum, lumine cælesti mōstrante viam, peruenient fuerat ad extremos postes. ibi non minus mirabile fuit, eas per volubilem rotam, per quam munera clausis transmitti, ac vicissim emitti solent, quæ vix puerorum corpuscula caperēt, exīsse. verum Eustochium, p̄missis ad locū socii, reuertitur ad claustra, vt quasi sola, iusquæ Antistita ad destinatum locum deduceretur, quo factō, cum Antistita, in concione Virginum, laudare cœpisset Eustochium, quæ duodecim annis in cōnobio, summa cum modestia vixerat, compertum est Iacobam, & Elisam numero earum deessē. quod audiens Antistita, oratione interrupta, in subitam iram versa, parentes Virginum, misso internuntio de filiarum fuga ( si fuga ea dicenda fuit) certiores facit. itaque cognati tam Iacobæ, quam Elise, rei nouitate turbati, accito vrbis magistratu, collectaque amicorum manu, locum circūdant, Virgines quasi fugitiwas, ad pristinā sedem retrahent. Elisa, vt iratum, peneque surensum patrem placaret, sponte rediit, vnde discesserat. Iacoba paratiō ad resistēdum, cum remansisset, neque ad patris, fratris que minas, neque ad Archiepiscopū superuenientis edictum exire voluit, dicens, licuisse, sibi facere, quod fecisset quandoquidem Summi Pontificis decreto, potestas esset Eustochio, cum quattuor, quibus vellet sociis, eo transmigrandi sic vicit mulierbris pertinacia. Canonicum quemdam Pyrrhum in Eustochium probra iactāse, referrunt. Eustochium patientissima potestatem fecerat Iacobæ prohoscendi, quod illa renuit. Frater Eustochii Canonicum, ob illatas sorori contumelias, interfactus erat, nisi fuisset ab ea prohibitus. itaque Eustochium tunc annum agens tertium, ac vigesimum cum Iacoba socia, cum sorore, ac nepte Paula, quæ undecimum annum agebat tantarum contentionum vñtrices, ac voti compotes remanserunt. ea tempestate, Piū, huius nominis secundum, ſenensem, Romæ sediſe, Melsanensem vero Pontificem Iacobum, cognomento Theutonicum, coniicio.

Supererat adhuc aliud Virginibus prælium superandum. nam Franciscani Monachi, quibus Monasterii cura fuerat a Pontifice cōmissa, prouinciā luscipere nolebant, contentientes videlicet aduersariæ fationi, quo dolore conterrata, Eustochium inciderat in languorem. tum conqueri se destitutam, iam confessione, iam litationibus, ceterisque sacramentis carere. donec Deus militem multis afflictionibus probatam, noluit ulterius vexari. interuentus, & opera cuiusdam viri ex nobilibus, a Summo Pontifice ad Melsanensem Archiepiscopum litteræ impetratae sunt; quarum editio Archiepiscopus īdicta anathematis pena Minoritanis Monachis, instantē Dominico Palmarum die, mandauit, vt memorato Virginum Collegio sacra ministrarent. ex Mo-

Virginis cōstantia se-  
datur tu-  
mptus.

Obstantia,  
omnia elu-  
dit.

20

Ad nouum  
cōnobium  
transgredi-  
tur.

21

chis duo, ceteris editum renocare conantibus, paruere, atque ad locum properantes, sacrum litare cœperunt in æde Virginū. Eustochium cum suis, in hac quoque parte voti compos, lætari; quamuis reliquos Monachos, ad editum reuocandum, Romam profectos audiuisset, tum asperis, ac subcinericijs pannis comparatis, quemadmodum religionis institutio postulabat, se sociasq; contegit. postmodum cum Vicarius Minoritarum collegium viseret, Eustochium ei præfecerat vicariam. sed tanta fuit Virginis modestia, vt primatum totis viribus recusaret, atque imposta Iacobæ prouincia sūnopere, se subditam viuere, gauderet: itaq; noctu precibus, interdiu domeiticis, ac vilis simis quibusque seruitijs operam impendere. ferunt deinde, virgines ipsas multis Dæmonum, sub variis, ac prodigiosis imaginibus apparentium, terroribus agitatas, nuancianum v'lulatus, nunc suum grunnitus ab ijs auditos, nunc figuræ macie suprema confectas, nunc gigantes visos. omnia tamè expresso Crucis signo, imploratoque Iesu nomine, fugata euanuisse. ad hæc Monasterium s̄pē vexatum iurgiis, ac contentiobus, quorumdam potentiorum, suas sibi filias, aut sorores domum retrahere volentium; contrarijs temporis nostri votis, quādo ut plurimum inuitę tradūtur in claustra cœnobiorū. creuerat iam virgineus cœtus, erantque numero 12. & Eustochium agebat annum trigesimum, poteratque ætate presulatum gerere. led cum tanto vitaret odio primatum, quanto peti solet ab aliis desiderio, & ne præsul fieri posset, contra omnia votis, antea Pontifici supplicasset, vix tandem inuita, ac multis coacta minis, Antititā creatur ab Ordinis Vicario. obtinuit tamen, vt ea dignitas esset tempore, post 22 certum scilicet spatium, aliis atque aliis ex Virginum cœtu, quibus Franciscanorum Patrum concilia deererent, conferenda. porro vniuersos honoris titulos, & quidquid ad eam gloriam (quantulacumque esset) spectaret, omnino respuit adeo ut eius confessatio tantam abiectionem minime probante, ipsa in languorem incideret. narratur, in somnis visa sibi adstante, inter duos ex Minoritana familia, præcisique singulis corporis venis, de cruce profluente vari generis hominibus propinare; partem quoque coplēnam Antititæ Basilicani consentus offerre; quasi presagium esset certum, eius ærumnas in aliorum beneficium cessuras. peractis annis tribus cum dimidio, cum sedes esset male commoda, & ob angustiam, & ob viciniam Dominicanorum Patrum, ad hæc collapso ædis recto ad demum crescente in dies virginum numero, cogebatur Eustochium alio migrare. sed deerat sedes, deerat aptus fabricæ locus

Bartholomæus supra memoratus, cognitus inchoto Ansalonius, obtulit illis sedes suas, quæ sub arce Mamertina possederat, coemptis etiam quibusdam contiguis domibus, eo se transtulit Eustochium cum suis. ibi dirutis, instauratisque, ut decebat, ædificijs,

Intra-re-  
ur Antist.

23

Cœnobiu-  
ali o trans-  
fert.

accomodatur earum vsui locus. tursum hic externorum tumulku conturbatum Monasterium, referunt; ob eas, quæ inuitis cognatis, in cœtu virginum essent. irrupisse quosdam, consensu cœnobii pariete, ac virginē quamdam, sibi sanguine propinquam, in capite percussam, vi retraxisse in domum patrui. mox pœnitentia ductos postridie, Archiepiscopi interuentu, eam in locum reduxisse: eam virginem Bernardinam, cognomento Ioannam, fuisse accipio. his molestijs afflita Eustochium, cum in diuturnum stomachi languorem incidisset, doleretque magis, quod morbi causa, suo erga cœtum officio satisfacere nequiret, fertur Ethica febre laborasse, & à medicis, salutem desperantibus, destituta. visa tum sibi in somnis à quatuor medicis præstantissimis, tacto stomacho, crucisque signo expresso, recuperasse spem sanandi; nec decepit eam visio. conuuluit intra paucos dies. mox rediit ad solitam vitæ duritatem. cumque vicaria esset, tam animi, quam corporis exercitiis vacare, nullis seruitiis diu, noctuque abstinere. nunc consuendis virginum vestibus, nunc coquendis esculentis, nunc aliis quibusque opus esset, operam dabat. quidquid temporis supererat, precibus, ac meditatione dabat. interim rursum Præsulis onus suscipere cogitur. nec tamen à vilibus ministeriis quamquam à Vicario monita, abstinuit. verum laborauit deinde per annos duodecim quadam inaudita, & pessima ægritudine, cui nullum reperi potuit remedium. tum quoque cellam habuit sub scali, quibus ad ædis oratorium ascendebatur; ut ascendentium, & descendentium strepitum tolerando, patientia animum exercebat. hortari socias monere, consolari, ad matutinas preces exurgere. quas cum recitare non posset, valitudinis aduersæ causa, recitatas ab alijs audiebat. ultimum. gessit præsulatum non minus quam antea, coacta, ac multo magis inuita: ut quidam religiosus vidisse, se in somnis retulit. Eustochium sub Crucis pondere defessam, & inclinatam incedere, virginum multituine sequente. cum præfet Collegio, tantum absuit, ut seie imperiosam gereret, ut ne quidem necessaria nominatiū iubere auderet; pro imperatiō, v̄tens interrogatiō loquendi modo, quānam ex vobis hoc faciet? dicere confuebat. nec ob id segniores ad parendum erant virginis, ut quas Antititæ veneranda modestia multò vehementius, quam imperium excitaret. omnium iudicio se se submittebat, cum patientia humilitatem mansuetudinē, ceterarum virtutum chorum, tum paupertatem maxime commendare. nemo vñquam diuiciarē, quam Eustochium suidam paupertatis fuit.

In suppliciis Diuorum, in horatiis precibus, in vigiliis tanti feruoris fuit, ut aliis exemplum esset insigne. dum meditaretur, assidue quidem, sed ipso præcipue Passio-nis redeunte quotannis tempore, Christi Seruatoris cruciatus, vultu, gestu, suspiriis, tremore, iugis, testabatur intimum vulnerati cordis

Ex phibis  
mirac.con.  
ualecit.

sordis affectata. memorant, trementem nulis occurrentium viribus potuisse siti. adeo menti inhæserat Christi passio, & res in ea gestæ singulæ, vt sicubi feralis tubæ clangorem audiret, recolens Seruatoris vincula, & ignominiam, proutinus moribunda, virginum brachius, excipienda caderet. nec solù ipsa, dum sacra passionis historia, dum lectiones, aut vaticinia, id ipsum sonantia, legerentur, acerrimo dolore moueri, & amaritudine affici, sed virgines etiam ceteri, ipsius imitatione, eadem merititia, eadem pietate tangi. porro ipsa repetens vitam per singula, socias commonefacere: commemorare pios Beatissimæ Mariæ labores, inopiam, exilium, perseciones, Christi mansuetudinem, obedientiam, ieiunium, tentationes, arumnas, aiebat, se non metu penarum, non spe præmiorum compulsa, sed solo Christi amore alleckam, honestis operibus incumbere, laborem, inopiam, inediem, algorom, vigilias, & cetera incómoda tolerare; atque etiam, si nulli essent inseporum cruciatus, nulla merita proposita, eadem se nihilominus omnia facturam. itaque duo præcipua curanda ei, qui proficere velit, dolendum scilicet de offensis, ac Christi supplicia recolenda. fertur 23. & libellum de Christi passione scripsisse, atq; inter scribendum Dæmonis mortu in dito. Iesam, maiorem hebdomadam totam lectioni, ac meditationi impendi volebat. Longum esset, hic commemorare quanta fuerit Eustochii sanctimonia, quanta erga cõmilitones benevolentia, quanta conuersantis suauitas, quanta loquentis auctoritas, quam mellissa facundia, quam placidi mores, quam rectitudinis, & honestatis cura. hæc carptim collecta in compendium retulimus. quin etiam narratur clarissime miraculis, quorum quædam, scriptorum fidei secutus, commemorare uolo. quamquam quid mirabilius esse potuit, quam à Virgine lasciuiam subiugatam, primatum conubia repulsa, opes amplissimas contempnasse rursum quid præclarius spectare potuimus, quam hoc venerabile Virginum collegium tam sancte institutum, ab una puella traxisse principium? vt tamen vulgi curiositati satisfaciā, quæ ab aliis accepi, referam. memorant linteoli, quo Eustochium lacrymas sibi tergebat, ablutione pota, nunc hydropticam, nunc leprosam, nunc vero Ethiçam sanatam, & alios quosdam curatos. Dæmoniacam ad se allaram liberavit. arcam ingentem, quam vix mouissent quattuor calones, ad eius iussum, ab una virgine mettam, idque ac stillacido madeficeret. monacham, lapsu in parietem, illiso capite obrutam, signo Crucis ab ea erectam. aliam letali pleuresi laborantem similiter liberata; nec secus aliam casu tabula, in capite percussam. oranti Eustochio, ferunt D. Franciscum apparuisse. eamdem pustulæ, in manu coortæ, quam à Chirurgo secari oportuit, dolore trimeltrivexatam, demum ope diuina adiutam. fertur, in sonnis videlicet vincam a se plantatam, viratam, & in ea-

vitem frondium expertem fructificare. idque præsagium fuisse rei postea securæ. nam cum mulier quædam, Gracia Spatafora appellata, sacris initianda cœnobium subiisser paullo post animam Deo reddidit. pluribus quoque præagiis, ac visionibus futura quædam prædictissæ narratur. cum fabricæ Monasterii adesset, atque unus fabrorum epidemia, qua urbem tunc inuaserat, esset infectus, ipsa subito æstu febris correpta, glandula in gutture nata, certissimo letalis morbi signo, confessim Eucharistiam sibi darz petiit. qua sumpta, glandula evanescere conualuit. Posthac stupendo morbo vexata fertur, vehementi ossum dolore, immenso quoque manuum, pedumque ardore, per triennium, continuo laborasse; numquam tamen ob id cessasse à diuino officio. cum pestis viuiera, urbis cœnobia occupasset, Eustochio pro suis oranti, & in extasi posita Christus apparuit, dicens, ne virgines ad veram patriam transire prohiberet. inde mors sagittis armata, eidē adstante vita est, cumque iaculaetur, ab ea retenta, eucatus aperuit significatum visionis, nam furente per totam urbem pestilentia, de numero Eustochianaruin virginum, quæ sexaginta fuerant, non plures quam sexdecim desiderate sunt. mortem quoque sororis certis præagiis prævidisse fertur, quæ Francisca vocabatur. hæc, priusquam decederet, se videntiam post obitum, virginibus promiserat; aiunt deinde stellam supra Monasterii tecum visam, cum à pluribus, tuin à Paula, Eustochii ex fratre nepte. item & ipsius Franciscæ animam, fulgore multo, conspicuam, Eustochio sorori precanti, gratias cancellatis brachiis agentem, apparuisse. id ipsum narratur de nonnullis aliis, quæ abierant à virginibus. Franciscam, Eustochii sororem, memorant, insigni modestia præditam, eamque nec honore, nec literis ornari voluisse, quo abieciōr viueret. simulase inceptias quædam, quo magis esset contemptui, nullumque in honorem admittenda; pauperime vixisse, numquam nouo cultu, sed aliarum exuviis abieciōs vsam, non solum cella, sed toro, fulcris exstrudo, earentem, seruili, ac vilissimo stramine, tabulis superiecto, inuolutam quieuisse, vt plurimum, stantem cœpasse; tempore pestis, multis caritatis officiis vsam. nullis, quamquam cardiaca laborantem, abstinuisse ministeriis. filigini subigendæ instantem, pastillos egenis, ac lâguetibus distribuisse. tandem patientissime, nullique non optandam mortem pertulisse. imo tanta cum letitia, vt dices, eam haud ambigere, ad meliorem transferri vitam. exatis ab eius obitu mensibus quindecim, non solum integrum in sepulchra, sed etiā redolentem repertam.

Sed redeo ad Eustochium, quæ Petronillam Sacciam, multa circa vitæ asperitaté incredibilia pollicentein, visione Dæmonū, conspectorum per cœnaculi fenestras, capitæ, manusque gestu eam deridentium, fallacie arguit. quinque panes multiplicauit, vt satis essent quadraginta Virginibus. Virginem

Summa Eu-  
charistia, li-  
beratur d pe-  
stis hue.

23.  
Scribentem  
Dæmoni mor-  
tuuadit.

Pluribus in  
vita mirac-  
claret.

B. Franciscæ  
sororis san-  
ctitas.

ginem, crebro Eucharistiam sumere cupiétem monuit, vt potius abstineret, seque indignam sacramento existimaret. aliam quæ se sacramento indignamputabat, visione Beatissimæ Virginis, candidam illi vestem parantis, dignam coarguit. fertur, dum egrotaret, antequam è vita discederet, vidisse Dæmonem, flammas vomentem; id ipsa virginibus, cur se crebro cruce signaret, mirantibus testata. cum ambigeret, vtrum veniam Pontificis, in festo D. Mariz Angelorum (quod festum Portiunculæ vocant, Francisci intercessu concessæ) prodescent defunctis, visione animarum intra cisternas, fornaces, fenestrataque habitacula, flebili voce auxilium implorantium, certior facta est, eas viuorū suffragijs posse iuuari. scire desideranti, acceptus ne fuisse labor, opusque suum Deo; 24 Angelus visus super collegium genuflectere, in æde Virginum, placuisse omnia testatus est. multa vidit, quæ mortem suam, quasi præfigia, præcessere: matrem 25 cuin sorore, multamque sibi adstare turbam, seque in earum numero receptam, mox à collegio mæstarum virginum excepisse se. item lampadam fulgidam coram crucifixi Salvatoris imagine pendentem, subito, ac tremulento motu concussa cecidisse: nocte quadam, cellam suam solari splendore plenam. D. Mariz imagini, quæ comitabatur flaminum longa series, se solæ occurrisse. ex pictura Angeli, in pariete pīgi, aquam exsudasse. Clara ex Pætiorum familia, vidisse fertur Angelum, funali accesso, Eustochio præcuntem. Paula, ipsius nepotis, flaminem barbatum, alba veite, ac stola indutum, singulis virginibus, & postremo sibi perterritæ, vt salem calici, quem gestabat, imponerent, iubentem. ipsam Eustochium, inter duos Franciscanos Monachos, spinis coronatam. Eustochium, cum ad Eucharistiam suscipiendam adstaret, superuentu lacrymarum coactam discedere, donec remisso fletu, rediret. Salutationem, quam Andreas Apostolus, dum ad Crucem duceretur, protulisse fertur, quotidie, quoad vivit, repetere consueverat. quæ verba dum 26 inter cœnandum, legi audiret, tremore subito, ac pallore defecisse fertur. multoq; deinde vomitu vexata, cum quinque dies ad orandum insumpsisset, collectis sonitu nolè in concionem virginibus, commendare cœpit vigiliam, mansuetudinem, caritatē, ac pacem; monere, vt essent parati, ea n. else vitima præcepta, quæ à se, quasi morientis testamentum, sperarent; suas se res deinceps a turam. post hæc signo Crucis prospera precata, tristem cœcum dimisit. festis quibusque diebus D. Mariz salutationem Angelicam millies repetere solebat. quem numerum, quoniam ante missæ litationem Deo quinques non explesset, visione semi consumpti cerei monita, deinde explore cœpit. cum precationi instaret, coram Eucharistia, subito tremore correpta, in lectum moribunda rediit, vbi in extremis laborauit. tunc visa est sibi, ab ornata muliere antrum accipere, gemma adeo relucente, vt

illustraretur inde Monasterium: mox gemmam, pariter cum fulgore, superuentu caliginis è conspectu subtrahi. certa propinquiam obitus signa, aliidentibus ei virginibus Iacoba Pullicina, quæ collegio præterat, quærebat, cur se deserret; paucis prolocuta Eustochium, omnia, quæ opus essent, iam se dixisse, respondit. ac rursum Christi mysteria meditanda, Christi mores imitados, Christum crucifixum patrem, magistrumq; illis proposuit. ab eo se misericordiam, ac solamen confecutam; eoduce numquam erari posse. super his horarium ferme sermonem habuit. postridie grauius agrotavit. dein à secunda ad quintam usq; noctis horam, supplicans gratias agere Christo Iesu ac Mariz, vti quotidie prope consueverat; quibus in nominibus preferendis capitum quo poterat, nutu reverentiam testabatur. ad horam noctis octavam, aliquanto ses melius habuit. subsequenti die, ingrauescente languore, loquelam amiserat. Virgines circumstantes animam, solito more, Deo commendare, tuis adolere, Eucharistiam af ferre. illa motis tantum citra vocem labijs, aliquamdiu steterat. dein sermone recuperato, reviuiscens, Sacramentum sumpxit. mox per aliquot dies aliquantum conuolut, medicis ei cibum dare iubentibus, memorant, supra iacentis lectum visamstellā, ipsamque languentem coloratiorem, roseo vultu, oculisque splendentibus, factam, erat dies Ianuarii vnde vigesimus, qui scilicet Fabiani, & Sebastiani Martyrum præcedit festum, illa sibi Diuæ Mariz laudes cantari iussit. ea nocte, cum tota ferme frigulisset, fomentis calefieri noluit. cum ab adstantibus de gloria sibi parata moneretur, nihil gloria à peccatrice sperandum respondit. cum dilucesceret, illos Davidis versiculos; Domine, labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam; Deus, in adiutorium meum intende, Domine, ad adiuvandum me festina, cor mundum crea in me, Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. redde mihi latitudinem salutis tui, & spiritu principali confirma me. Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo, & alios similes subinde repebebar. instantे meridie, cum recaluisset, formosior 27 visa est. tum socias respiciens, quasi valedicēs inter brachia Petronillæ Virginis, nullo strepitu, nullo metu, ac si leniter obdormisset, animata Deo reddidit, die Louis, quo etiam nata fertur, qui fuit Januarij vigesimus, anno humanæ salutis 1491. obiit, annum agens LIX.

Ferunt, candalam bipedalem duodecim horas durasse accensam in eius morte. defunctam usque ad sequentis diei vesperam, iuxta clatratas fenestras, populo videndam exposuere, nihil tamen colore mutatam. dein in arca lignea inclusa iusu confessarij tertio die sepulta est. in primo mortis eius die memoriaat, circa illam ruralem zdem D. Njcolai, in qua adolescens caliginem viderat, columbarum insolitam multitudinem perstrepenium apparuisse: auiculam supra

Stella super lectum eius visa.

19

27

placideobis

Prodig. post eius mortem

supra Monasterij culmina toto die cecinisse, ex auctis ab eius obitu diebus quinque, auditum fertunt sonitum bis, terue sepulchrales tabulas pulsantis. idque semel, atque iterum. deinde educto, ac referato tumulo, qualis condita fuerat, inuenta: tum riuos cruoris assatum ex naribus fluxisse. inde ipsam decimum diem sudasse, mox in aliud sepulchrum translata, rursum maduisse. vittas, ea sudore madefactas, plerisque valetudinariis existitisse salutares. Paulam, eius neptem, à matutinis horis, ad quas surrexerat, vt ab ea sibi mandatum fuerat, reuertentem, suauissimum defuncta odorem sensisse: eius quoque se vocantis vocem audisse. deinde succedentibus annis, pluries exsudasse corpus, pluries eamdem odoris fragrantiam emisisse. eius præterea crinum reliquias, & ungulum segmenta contulisse multis sanitatem accepimus: letales quoque morbos effugatos: eius oleo unum, sudore alterum, leprosum curatum. narium cruore puellæ vilium restitutum: à plerisque Demonum expulsa. longum esse recensere miracula, quibus Eustochium defuncta claruit. de multis paucâ collegimus, quorum testes adhuc aliquot vivunt.

Talis origo huius egregiae Virginis, talis indeoles, ea conuersatio, iij mores, talis obitus. hic venerabilis Virginum coetus, præclarum hoc cenobium id habuisse principium memoratur. auctum deinde ingenii fabrica Henrici, cognomento Henriquez, Hispani, Siculorum Archithalassii, expensis, anno salutis post sequimillesi-  
num secundo completa. Monasterium vulgo Mons virgineus dicitur. Parthenius Græce vocari posset; verum illo Arcadiæ monte Parthenio multo præclarior; illius eam sub Diana, terrestri venatrice, hoius Montis Virgines sub immortalis cœlorum Regina militant. illæ corporis tantum exercitio, hæ meliori animæ cultui operam nuant. illis cum belluis, his cum hoste potentiore bellum est. illæ cum Diana simul desiere, harum gloria clara, æternaque habetur. memorare possem quot prædia, quot redditus à viris primarijs aut oblatis, aut testamento legatos hæ contempserint, dum sanctæ vitæ regulam transgredi, ac dilectam paupertatem deserere nullo pacto volunt, nisi talia vniuersis essent notissima. sic sibi persuasum habent, non posse veram cum diuitiis coalescere virtutem ac virtuti temporia præmia doberi, quæ

non à vere probis, sed à simulatoribus captantur. hoc siquidem Francisco, ac Claræ Ordinis auctoribus, fuisse consilium laborando, meditando æratem agere. non enim deliciis, non voluptate, sed labore & æratus quæri summum, æternumque bonum. gaudete igitur, prudentissime Virgines, quæ cum plenis, splendidisque lampadibus, per hanc caliginosæ vitæ semitam, occursum spuso æterno inceditis: quæ delicijs, opibusque contemptis, voluptatibus calcatis, totam in Deo specie repositis. vos merito pro terrenis cælestia, pro perituriis incorrupta, pro temporalibus æterna bona recipietis: nihil vos à proposito, nihil à sanctissimo vita instituto dimoueat. videtis hic omnia tempore consumi, omnia collabi, nec quidquam esse, in quo stabilem animi fluctuantis anchoram iacere possitis. Omnia, quibus hic fruimur, sunt destituenda, alio nobis properanduni est. pergit, inquam, venerandas Virgines, vt cœpistis, & totis viribus ad illam gloriam properatz, quæ sola potest hominem facere beatum. Hoc scripsimus cum rogatu Reuerendæ Antonelli Marchisiz, quæ nunc Virginum Collegio præst, tum Eustochij fama compulsi, hæc inquam, à fide dignis auctoribus, vel scripta, vel relata, quemadmodum acceptimus, ambagibus omisis, huc contulimus. id vero conati sumus, vt potius veritatem sequeremur, quam priuatis affectibus obsecundareamus. quod sicuti fecusse fecisse videbimus, piam Virginum de Virgine bene merentissima secuti opinionem, nescimus, an erroris, cuius nos poeniteat, consciij nobis futuri sumus; cum præsertim proposita exempla multis sint profutura. Porro illud omnino, ac multo magis erubescimus, dignissimæ Virginis laudes à nobis indignis prædicatas. itaque, locator humanissime id quod in pri-

mis agendum est, fac Eustochij exemplo proficias, noltrisque culpis veniam  
sipotes, precando exores.

Vale. Messianæ 19.Octobris, Indictio-  
ne secunda.

1543.

Vide Animaduers. fol. 91.

## HISTORIA REPERTAE IMAG.

Anno Chr.  
1516.SS. VII. ANGELORVM  
IN VRBE PANORMO.Pan. reperto-  
ta Imago se-  
pem Ang.

PANORMI, urbe Sicilia nobilissima, proxime templum maximum, via tantum interiecta, ad Orientem, vetusta ædes D. Angelo sacra visebatur; parua quidem angustaque, sed augusta, ipsa antiquitate religionis, quamquam temporum vicibus, non eo erat, quo par fuerat, in pretio, quippe plurimum oppletis foribus, raro adibatur. at vero Thomas Bellorusus, Protonotarius Apostolicus, idemque Vicarius Generalis, & vices gerens Francisci, S. R. E. Cardinalis, Archiepiscopi Panormitani, hanc ædem in Ecclesiastice artis musicæ palestram cum destinasset, in eam aliquando ingressus est, duobus viris comitantibus, altero Canonico, altero Iuris Consulso. paulloque accuratius circumspicientibus, nescio quam picturæ speciem suspicari sibi in pariete visi sunt, qui tamen ob vetustatem, sordesque, quibus erat oblitus, certi nihil ostendebat. statim ijs oleo detersis principum vij. Angelorum imagines se aperuere. id anno, post Christum natum, 1516. cuenit. quo plane anno, Ferdinando Rege demortuo, Sicilia Carolo cefuit, ex Ioanna filia nepoti, qui dein Imperator V. huius nominis dictus est. existimare nonnulli, ædem D. Angelo, è Carmelitarum familia Martyri, exstructam, dicata. tamque. at erroris arguit hæc ipsa, de qua loquimur, Angelorum pictura, cui cognomentum templi certo respondet. quippe intellectum à ciuibus Michaelis Principis esse, celestium ordinum Imperatoris. plerique ædificatum quidem templum Angelis vij. Principibus descriptionis vero eius auctorem D. Angelum, qui Martyr anno 1210. fuit, omnino esse arbitrantur: utpote virum Deo apprime addictum, & arcana notione prstantem. dictum neque affirmauerim, neque reiecerim. sed enim tanti operis molitio, & expressa tam vario cultu, mysticisque insignibus, & pigmentis simulacra nonnis à diuina quadam mente promanasse existimandum est. ceterum, qui cumque ille fuerit, qui tabulam delineavit, eum fatearis necesse est, qui paucis multa complexus, mira quadam arcana pennicillo explicuerit, ac fere omnia penitus introspererit, quæ de mundi conditu, de Angelorum, hominumque primordiis, ortuq; de illorum in coelo præliis, dignitate, ac manere, de huius casu, exsilioque, sacra monumenta nos docent. certe quidem cum Principum vij. Angelorum imaginem tum nouitas, tum vulgata in exteris provincias

fama conspicuam fecerit, cāmque omnes admirantur, & renereantur, utpote arcanorum refertissimam, & schematum varietate incundissimam, & quam sane fit, integrumentis decoræ graphidis paullo subtilius explicatis, Christianæ Reipublicæ gratificari.

Hæc vero est explicata picturæ facies, ad parietem templi, quæ Boream respicit, tabula erat tres in ordines distincta: quorum superiores duos, eorumque singulos, quatuor quasi tabellis artifex discrevit, in postremo vero, Angelorum vij. Principuna simulacra dispositi. prima igitur supremi ordinis tabella, qua in orientem solem protenditur, intuentique est à dextra parte, cœli totius, planetarumq; & elementorum motionem reddit. secunda procreationem Ordinum nouem Angelorum, coloribus sese discriminantium, quos & inter omnes Lucifer Princeps, alis expressus ignescentibus, ceterū 3 corporis albicat. insidet huic omnium rerū molitor Deus, supraq; ipsum protendit manū. tertia Luciferū ob oculos ponit, ardente animo, furentemq; sublatæ insidentem sellæ ex auro, sociis sex 4 diversarū cohortiū principibus circu septam; quāquidem ipse sellā iuxta Dei Regis soliū superbè impudenterq; subuixerat. idq; vnu contenedere, insano nescio quo furore perstimulatus, videtur, si qua ratione possit, suo vniuersa arbitrari moderari, Deo par. sed ī quarta tabella summum 5 Ducem Michaelem videoas vexillū 6 candidum, rubra 7 cruce intertexta, explicantem: pone instrutos ad præliū 9. Duces Angelorū, armis obductos, pronosq; vēherari Deū. incensis ardent animis, oculisq; aduersū Luciferianos, suoq; & sociorū ordinū nomine, classicū diuini nutus opperiri videtur; fidelitatis nimirū suæ, inflamatæq; de diuina gloria cupiditatis argumento. Prima autem tabella medij ordinis deturbatū 8 habet, turbinū in morē perduelliū agmen, vacuāq; sellā, quā coniuratorum Princeps altius euexerat, vt altius rueret. ex viatoribus vero Duces jv. cū scutis, cruce discriminatis, laccisq; quarū verticē Crux armat, qui rebellates proturbat. quos inter Dux Michael Luciferiano capiti hastā intorquet, vexillū Crucis cælo euoluentē. Duces ex perduellibus hastili transfigunt. Luciferū vero, asseclasq; quos varias in belluarū formas superbia mutauerat, dehiscēs tellus, an tartarus cōdit. iā vero in secunda tabella auctor serpente 9 posuit, ore muliebri primos humanæ naturæ parētes promissis sollicitatem suis, & inani spe, vt interdictum à Deo pomū delibet, altera parte, deceptos dabo.

10 ferperis expellit ex amoenissimis hortis igne  
scens Cherub, interclusoq; aditu, pro foribus  
fe statuit intento gladio, ac flammanti. Tor-  
tia tabella 10 Abrahamum exhibet in  
Mambre campis tres Angelos, candido ve-  
latis amictu, hospitio excipientem. Quarta  
vero ad instructam mensam accumbenti-  
bus hospitibus patinam administrantem.

11 At Ordine tertio, imoq; tabula extant  
expressi coloribus Angeli vij. Principes, pul-  
cherrima 11 adolescentium specie, capi-  
tibus 12 ornatis diadema 13 ex auro,  
diffluentibus 14 in ceraicem capillis, aflu-  
tis 15 alis ad humeros, pedib; 16 intectis.  
medius 17 est sumus Dux Michael, 18 pe-  
ctus thorace ex auro munitus; brachia, fe-  
moraque, & tibias tegumentis ex chalibe,  
candido. 19 rubro cum paludamento, q;  
ad summum pectus nodo preligatur. Iuxa  
20 virentem palmam, dextra 21 lanceam  
gestat, in cuius summo vexillum candidum;  
rubra cruce intertexta, se hastæ conuoluit.  
Luciferum, monstri persimilem, cuspidे trâs  
figit, & pède comprimit suo. à Iuxa Micha-  
elis est Gabriel, 22 eq; vultu quam simili-  
litus: cui binæ tunice, altera 23 candida  
ad calceos demissa, altera 24 brevior ru-  
bra, luteo distincta, albenti 25 chlamyde  
contextus, medio summi pectoris leuiter re-  
fusa, faculam 26 laterna inclusam dextra  
gerit, sinistra 27 speculum ex viridi iaspide,  
rubris maculis immixtis. Michaelis 28  
dextram Raphael tenet, albo pallio, ac tuni-  
cis duabus, quarū superior citra suras pro-  
tensa, viridiq; perinde atq; pallium, adum-  
brata sublata 29 sinistra pyxidem sultinet,  
puerum 30 Tobiam dextra manu ducit,  
piscem ex oreprehensum gestante. Ga-  
brieli proximus est Barachiel, alba tunica ta-  
lari indutus, superinecto pallio; cuius exte-  
rior pars prasinæ, interior vero rubra. in 31  
sinu pallij albentes fert rosas, quas contem-  
plari cum voluptate quadam videtur, dex-  
traque manu capit, incertum odoraturus ne  
an elagitus respondeat ex altera parte Ie-  
hudiel, cädida tunica ad pedes. Fluxa, pallio  
extrinsecus prasinæ, intus rubro; 32 corolla  
albarum roscarum redimitus; dextæ supra  
pallium exerta, coronam 33 ex auro gerit;  
sinistra 34 depressa, flagrum tribus ex fu-  
niculis nigris. proxime Barachielem Vriel  
est, alba tunica talari, superinducta veste Chi-  
rodota, diluto viridi picta, luteoque illumi-  
nata. candidum 35 per humeros orarium  
excurrit, decus datum ad pectus, binis vtrinq;  
crucibus nigris distinctum: dextra 36 edu-  
ctum gladium stringit, ante pectus trâsuer-  
sum; sinistra summam aciem elatam. à Iuxa  
37 propter pedes, flamma collucet. Iehu-  
dielis latus occupat Sealiel 38 vultu, ocu-  
lisq; demissis, & palmis ad pectus nexas, pre-  
canti similis. alba tunica ad pedes fluente,  
nigro cingulo præcinctus, pallio exterius cä-  
dido, interius rubente. atque hæc vij. Prin-  
cipum decora schemata: quorum 39 ad pe-  
des inscripta nomina, propria cuiusque lau-  
de, seu munere, hac plane ratione: Michael  
victoriosus, Gabriel nuntius, Raphael me-

dicus, Vriel fortis socius, Ichudiel remune-  
rator, Barachiel adiutor, Sealiel Orator, ce-  
terum vbi inuenta picture species eximia  
per urbem vulgata, adiri templum, frequen-  
tarique coepit. ac populus modo in vij. cœ-  
li Principes, sed urbis pceres excitati exornâ-  
dæ, ditandæq; ædi, cui iā tū augescēs in dies  
ciuii pietas SS. vij. Angelorū nomen fecit. Hector Pi-  
gnatello, Montis Leonis eo tempore Comiti tribuerim, qui p-  
ximo ab inuenta imagine anno, Prorege in  
Siciliā venit; is enim (40) ædē instaurauit, or-  
natuitq; & auctoritate cū nominis, tū mune-  
ris sui, è Senatu Panormitano, ac plerisq; è  
parma Nobilitate ciuib; sodalitiū, q; Impe-  
ratorum dictū est; Angelorū vij. Principi-  
bus instituit. cumq; etiā patrocinij, pro Imperat.  
Carolo V. volente, lubenteq; suscep-  
pit, q; retulit in acta Notarius Iacobus Pa-  
mula, anno Christi 1523. Nonis Martij, ad-  
scripti sodales Imp. Carolus V. atq; ipsius  
nomine Hector Pignatellus, Comes Montis  
Leonis, Sicilia Prorex, Petrus à Monteaper-  
to Prætor, Io: Antonius Bisignanus, Chri-  
stophorus Gastronius, Thomas Gualbius,  
Nicolaus Ant: ab Autami Christo, Vincen-  
tius Bononijs, Antonius de Terminis Baro  
Betrribaidæ, Panormitani Senatore: Stepha-  
nus Bononijs Ciuitatis Syndicus, Antonius  
Santapacius, Nicolaus Antonius Affidus,  
Antonius Montaltus Regij Fisci Patronus.  
Antonius Bononijs, Hieronymus Caprona  
aliq; cōplures. Verum enimvero intellige-  
bant nobilissimi viri Imperatoris ipsius ca-  
put, urbiq; & Regnorum regimen in fide  
esse, & clientela Angelorum Principiū, quos  
Deus ad id muneric destinasset, vniuersaq;  
naturæ intermedios Rectores esse voulisset.  
Imperatoris igitur auspicijs & quā omnino  
fore iudicarunt, eorum benevolentiam, insti-  
tuta sodalitate, mereri; quorū ope, ac patro-  
cinio, tutum esset Imperatori, tū pace, tum  
bello, Panormitanā urbē, atq; adeo Siciliā  
vniuersam, bene feliciterq; moderari. neq;  
etiā Prorex satisfecisse ratus, anno a Chri-  
sti exortu 1527. trecentas, vt Siculi nume-  
rant, vncias in sacrum templi ministerium  
tradi iussit, cuius ipse sibi dominium, & ele-  
ctionem Rectoris, de consensu Panormitani  
Archiepiscopi, referuauit. Rectori Sacerdo-  
tes tres adiunxit socios, & præterea Clericū;  
lege hæc, vt ad aram maximam Regii Sacel-  
li, in singulos quosq; dies, bina sacra faceret  
alterū Deiparæ Marie, Angelorū Reginæ, al-  
terū vij. Angelorū Principibus, relata res est  
in acta à Ioanne Marchesio, anno 1527 xij.  
Kal. Octobris, quo etiā die, Hector Prorex  
Antonium Ducam Rectorum constituit.

Duobus post annis, Angelorū summi Du-  
ces cum militarem Virginum aciem sub eo-  
rum vexilla conscriptam vellent, sodalium  
animos permouere, vt Collegiū Virginum  
instituti D. Francisci de Paula, Angelorū cō-  
iunctum templo ædificadū decreuerint. ita-  
que procurationē sacræ ædis, atq; Impera-  
toriz dotis à Blasco Branciforti, Camerata  
Dño, & Hieronymo Caprona, Ord. Minim.  
Procuratoribus, susceptam voluerunt.

Hector Pi-  
gnatello ædis  
Angel inita  
uror, &  
Auctor so-  
dalitij Imp.  
40

Virg. cōsens  
biūm instru-  
itur sub tu-  
tela septem  
Angelorū

Prorex vero Pignatellus templum renuntiavit Actis Notarij Petri Zuppelli anno 1529. Nonis Maii, antiquo solum iure saecorum duorum renouato. mox Procuratores initium extruetado cœnobio fecere, breuique constructum IX, Virgines habuere. haud factum sine Dei Maximi nutu, ut quot in cœlo Angelorum ordines, tot essent in eorum æde Virginet, quæ Principes viam ceteris sternenter, perinde ac si earum numeri chorus diuinarum mentium redditus vellet, quos in occinendis Deo laudibus simularentur; eodemque certum variis insigne Ordinis patrocinium sibi promoverentur. ex Virgines cum in cœnobio essent D. Ioannis Baptiste, cui vulgo nomen à Religione factum est, peculiari tamen afflatus muninis, aggressæ seuerioris virtutis institutu, nouis arctioribusque se septis addixere, eodie quo D. Martyri, ac Virgini Catharinæ, diuinum sponsi thalamum ingredienti, cœlum plausit. Virginum vero, quæ nomi cœnobii fundamenta posuere, nomina sunt, Elisabetta, Martha, Francisca, Brigida, Dignamerita, Nympha, Cornelia, Dorothea, Martha altera; quæ arum exemplo permulte pertractæ, ad eadem septa, & austerae virtutis rationem conuolarunt, aucto earum dotibus cœnobii censu. itaque facile Virginibus fuit, nouum, ac magnificientius templo proprio sumptu exædificare, quod Patronis suis VII. Principibus Angelis dicatum, & anno 1612. 4. Non. Aprilis, patefactum est; occlusa æde, ex qua peculiaris in VII. Angelos pietas originem cœpit; ne eorum imperij dignitas minui fortasse parua Regia videretur, non unquam tamen ab honoribus, festoque Principum cultu, Panormi cœfatum est. etenim vel ab ipsa imaginis inuictione, & in templo, festus dies (qui dies est à natali Christi resurgentis octauus) & anniversaria sacra D. Michaeli, ceterisq; Principibus Angelis instituta, sollemnique pompa celebrantur. proprium vero sacram SS. VII. Angelorum compostrerat olim Antonius Duca, primus templi Rector, Officium vero Octavianus Praconius Archiepiscopus Panormitanus. quæ omissa, post Breuiarij, ac Missalis Romani castigationem à Pio V. Pontifice Maximo iussam.

Hoc loco viros duos, apprime pios, & de Angelis benemerentes præterire, nefas duxerim; qui singularem erga VII. Angelos Principes pietatem in populorum, ac Principum animis singulariter inseruere. Thomas Bellorusus alter est, cuius Panormitanus, alter Antonius Duca, Sacerdos Cephalœdensis. ille à puero Romam profectus, cum literis operam ea in vrbe nauasset, beneque profecisset, a secretis Petri S. R. E. Cardinalis Rhegini fuit. qui ab Alexandro VI. Pontifice Maximo legatus in Vngariam, ob bellum à Turcis indictum, missus, eo etiam secum Thomam Bellorusum traxit. tribus post annis discedens ex Vngaria legatus, illum muneri suo Vicariū, & Rectorem ecclesie Vesprimiensis creauit, ubi Bellorusus templum maximum re-

fecit, ornauitque. D. Michaeli dicatum, istum Patrono suo. X. annos eo munere perfundis, Romanum redit, duosque post annos Panormum. hic Vicarius Generalis, ac vires gerens a Francisco Archiepiscopo Panormitano S. R. E. Cardinali Surrentino renuntiatus est. quo tempore SS. VII. Angelorum tabulam reperit, eorumque cultum pro sua religione prouexit. sedenim cum Panormum Carolus V. Imperator adueniasset, anno 1535. Bellorusus occasione hanc esse ratu egregiam, propagandæ in Angelorum Duces pietatis, effigiem SS. VII. Angelorum ad vetustam tabulam conformauit, subscriptisque precationibus, vnicuique Angelorum accommodatis, Augusto Carolo cum hac epistola donauit. Cum summas Opifex, ex immata sua sapientia, mundi regimen distribuerit Summis VII. Angelis, ante thronum suum adstantibus, ut eorum duxa subuehantur electi Dei ad hereditatem æternæ salutis, conueniens est, ut Imperator terrestris agnoscat hos mundi Rectores & primarios Principes apud Imperatorem celestem: cum quibus tua Auguissima celsitudine habet commune ministerium recte gubernandi, idemque desiderium dirigendi omnes gentes in viam salutis. propterea ijs Principes hactenus faverunt, ac semper favebunt inuictissimæ Majestati tuæ. accipere igitur, Domine Imperator, eorum divina nomina, imaginesque admirabiles, cum quibusdam insignibus arcanorum mysteriorum plenis; nec non breues, piasque preces, quibus, has altissimos Principes inuocet, ac veneretur Imperatoria Majestas tua. ut ipsa quotidie pro sanctis expeditionibus suis non desinat implorare Angelorum auxilium; quo freta, fidentius nostræ religionis hostes aggrediatur, & de illis gloriose triumphet. quod efficacius, qui pretioso suo sanguine fidem sanctam fundauit, abundantiusque, quam optamus, concedere dignetur, qui vivit, & regnat in secula. atque hac epistola Bellorusi, at vero preces, quas imaginibus adscriptis, illæ plane eadem sunt, quas in lucem edidit Antonius Duca, qui amplificando Angelorum cultu, in Sicilia socias Belloruso fuit, & auctor illum ipsum Romam inuehendi, quod peculiari sane numinis intentamento, & ope perfecit.

Hic postulat res, ut ea persequar, que vis eximia pietate, in Angelorum cultu late propagando, tulit, fecitque. ergo sub annu Christi 1530. Antonius Duca Romanum contredit, ut auctoritate Pontificis Maximi in vrbe, arce principe religionis nostræ, templum VII. Principibus Angelis, quod opera sua, tandem factum est in Diocletiani thermis, dicaretur: ut Romanum deuenit, de hac ipsa tabula VII. Angelorum, Panormi recens reperta, Antonium S. R. E. Cardinalem à Monte certiores fecit. mox coloribus expressam, ut cum Imp. Carolo V. Bellorusus ficerat, eidem dono dedit. enim vero huiusmodi confilij, inuentæ SS. Angelorum tabulæ coloribus exprimendæ, subscriptis pijs prectionibus, itaque in eos propa-

que pro amplificando se prem Angel. cultu Antonius Duca fecit.

VII. Angel. studiosiss. Thoma. Bel- lorosus, & Antonius Duca.

propagandæ pietatis princeps, & auctor Thomas Bellorus fuit. at vero Antonius Cardinalis vel ex ipso depictæ imaginis cōspectu commotus, Hieronymo Macabzo, qui deinde Episcopus Castrensis creatus est, imperavit, vt Antonio Duca significaret, gratum sibi vehementer fore, si peculiare sacram VII. hisce orbis terræ Principibus conscriberet. quod in annum 1532. incidit. cum vero haud multo post, summus Pontifex Antonium Cardinalem legatum Romæ suum dixisset; scriptum is ab Antonio Duca sacrum Magistro Dionysio, è Scruorum familia, cognoscendum comisit. probatoq; iussit, vt in sacello suo SS. Angelis eō fieret. at Cardinali de Monte per id temporis vitæ functo, Antonius Duca Romæ constitut, apud zdem Virginis Lauretanæ, quo loco a Bartholomæo Salucio, qui Montis Regalis in principatu Pedemontano Episcopus deinde fuit, non raro excitabatur, vt aliquid, Angelorum VII. Principibus omnino dignum, aggredieretur. at Duca, id operis nō esse suarum virium respondebat. attamen Angelorum suorum dignitati Deum aliquando prouisurum, etenim existimare se, eo candelabro, quod ex solido auro fusum VII. illuſtre luminibus iussit Deus, inter cetera, templum VII. SS. Angelorum præmonstrasse. quemadmodum vero candelabrum illud Hierosolymis, addicte Deo gen. tis olim Metropoli, in admiratione fuit; ita in urbe Roma, quæ Christiani orbis est caput, futurum, vt magnificum templum in honorem VII. Angelorum edificaretur: vt que lucernas 7. Aaron, sumus inter Iudeos Sacerdos, candelabro imposuit; ita VII. Angelorum imagines, quos lucernæ VII. prætulere, non nisi à summo Christianæ Ecclesiæ Sacerdote sublatum iri. hæc ab Antonio Duca, non sine aliqua præfensione numinis dicebantur. At vero is ne consilium Salucij paruifacere videretur, maxime contendit, vt ijsdem in ædibus Lauretanæ Virginis, facellum sibi daretur. id vij. Angelorum imaginibus insignitus ac pro suo in eos studio, mercedem ipse statuit, cubiculi nimisrum ædificationem in hospitium curatoris facelli. Ad hoc pollicitus, heredem testamento scripturum se idem facellum, sed veritus illius sodalitatis Arcæ præfectus, ne procedente tempore, ex eo daretur occasio qua Lauretana ea ædes è sodalium manibus eriperetur, oblatam ab Antonio condicionem respuit. isque multo animi dolore repulsa tult: quem auxit nuntius de lite necio qua, germano fratri illata, in urbe Parma. ob eam cauſam statuit, diuinam opem acerrimo ieiunio exorare, D. Catharinam precatus, Patronam suam, vt Deum sibi fortasse iratum, propitiaret, eiusque litis molestia eximeret.

Postea quam duodecim lunæ dies pane, & aqua tolerauit, ieiunij, precumque suarū eximium fructum coepit. vij. idus Septembris (annus Christi erat 1541.) sub Aurora ortum, cum minus de Angelis cogitaret Antonius, surgeretque è strato, rem diuinā

facturus, sibi visus est, in area esse Thermarum Diocletiani, media in porta constitutus, videreque splendidissimam lucem ex imo Thermarum solo, niue candidiore, & crystalli instar pellucido salientem, atque in altum longe promicantem, qua illi prospectus in penitiora Thermarum aperiebatur. audire etiam visus, illud templum esse vij. spirituum, ante Deum adstantium, vt vero ad se Duca rediit, præ stupore, lætitiaeque, vix consistere pedibus poterat. sed iam inde animo præsensit, planeque intellexit, Thermas Diocletianas vij. Principibus Angelis, destinatione Dei, consecratum iri. igitur eo visu firmatus, supplices libellos Paulo III. Pontifici Maximo dedit, quibus, Diocletiani Thermas in Angelorum templum verti, petebat. at reiectus est. hand tamen ex eo Antonius animo concidit, sed ad Margaritam Austriam Farnesiam, Imp. Caroli V. filiam literas scripsit, orans, Paulum è Farnesia familia Pontificem electeret vt potestatem ficeret, aræ in Thermis confluendæ Virginis Mariæ, Angelorum Reginæ: expurgatoque loco veteris idolorum superstitionis, sordidumque, Martyrum labore, ag fudoribus, qui æternum illud ædificium struxerant, frui liceret. præterea Serenissimam Principem, piamque feminam rogabat, vt Alexandro S. R. E. Cardinali Farnesio negotium commendaret. consequente anno 1542. libellum addidit Cardinali Farnesio: duos in annos responsum opperienti, nec demum ex eo spei quidquam affulxit. quare Italiam peragrare statuit, aliqua in urbe, locisque, zdem vij. Angelorum, aramue, aut imaginem pernavigaturus. sed enim Venetiis Beatissimam Virginem rep. r̄, expressam opere musivo, medium inter vij. Angelos; descriptamque eius effigiem, Romam regreslus, detulit; maiore animi ardore rem, a qua sepius irrito conatu ceciderat, aggressurus. inceptis igitur flagrantius insistens, strenueque persecutus, feliciter perfecit, dum Christiani orbis reginæ penes Iulium III. Pontificem esset, qui Paulo III. demortuo successerat. anno illius pontificatus I. Christi 1550. jv. idus Augusti, deprecante libellis Antonio, negotium omne Philippo Archinto, urbis Vicario demandatum est. is auctore Pontifice Maximo, decreuit, vt Antonio Duca potestas esset D. Virginis, & vij. Angelis templum ex Diocletiani Thermis conformandi; procreationemque eius operis sodalitas SS. Trinitatis susciperet. v. post latum decretum die, Episcopus Sebastianus Thermas S. Mariæ Angelorum, & Martyrum dedicauit, binæ aræ illic positz, in quibus rite Deo Maximo quotidie sacrificabatur. Menses fere tres eo in templo cum sacrificium Sacerdotes fecissent, quorumdam facinorum hominum improbitate factum est, vt quod occæptum esset feliciter, minus procederet. ij enim, instinctore Demone, ingressi in templum, aras euertunt, Sacerdotes vi proturbant. sed fitore Deo, sacrilegii pœnas luctunt.

Iam

Iam vero cum nulla Antonio spes esset ararum restituendarum, alio viro in eam eretus est. anno 1555. xvij. Kal. Ianuarii, Duc⁹ sacrificanti certiore numinis afflato significatum est, Thermas Diocletianas vij. Angelis ante Deum adstantibus, decreto cœli, dicatum iri. sed libellis Pontifici Paulo IV. Iulij III. successor i datus, protracta res est, ob accensas belli flamas, eius pontificatu, & morte irritis precibus, restincta spes. at Duc⁹ pietas, & constans animus demum peruit, etenim postea quam Pius IV. anno 1560. Pontifex Maximus creatus est, acciri ad se Antonium Ducam iubet. is Pontificem de visis edocet, quæ Deus ea super re dedisset, quantumque laborum tot annos ipse vorasset, propagando cultu Principum vij. Angelorum: audit⁹ Pontifex excitatus, eiusmodi munus maxime pium ipse suscepit. mox Michaeli Angelo Bonarot⁹, nobili architecto, negotium dat, ut templi formam in Diocletiani Thermae describeret. cuius primum lapide Pius IV. Pontifex iecit. translataque ad curam templi Carthusiana familia ex cœnobio S. Crucis in Hierusalem, excitata ara in templi medio, aulæis pontificis conuenientia, praesentibus S. R. E. Cardinalibus, vniuersaque Curia, & populo Romano, Thermas D. Mariz, omnibusque Angelis, & Martyribus, à quibus exstructa olim moles, Pontifex sollemni preicatione, ac sacrificio, Nonis Au-

gusti, anno 1561. consecravit templum, ut dicatum est, stationem, & titulum Cardinale n⁹ Pontifex constituit. morte extinctus, exornare, ut statuerat, haud quivit. certum Antonius Duca senio confectus, viso templo D. Mariz, Dei Genitrici, Angelisque sacro, quod maxime concupuerat, immensisque laboribus exstruendum curuerat, latus excessit e vita. ultimoque pietatis argumento erga Deiparam Virginem, Angelosque, in eodem templo humati voluit, primusque ad gradus aræ maximæ conditus est. Hæc dixisse collubitum, ne laude sua Antonium Ducam, pietate in Diuos Angelos maxime insignem fraudare videret, sed historiam, quam supra memorauimus, dedicationemque Thermarum paucissimis verbis indicat, atque attestatur Epitaphi⁹ sepulchro eius inscriptum, quod æternæ Antonij memorie damus, & hocce est.

Antonij de Duca, Siculi. Presbyteri Cephalœdensis, qui has Diocletiani themas ante annos fere XX. Virginis Angelorum, ut exstat, templum fore prædictit, hic ossa quiescunt.

Vixit annos LXXIII. menses xv. dies xv, obiit XXX. Octobris 1564.

Vide Animadvers. fol. 92.

## APPENDIX



Agenus de ijs dictum est, quos tamquam suos iam diu Sicilia sacro & publico cultu venerata est; modo hic paucis appendam aliquorum ex antiquioribus memoriam, quos ob insignem pietatem commendatos reperio; quamuis nullus, quod certo sciam, ab Ecclesia cultus iis sit publice exhibitus; neque enim illos omnino præterire decuit, ne suis virtuti honos desit; sed eos tantum proferam, quos commendant Acta Sanctorum, quæ iam edidi, vel antiqui scriptores earumdem rerum vel temporum, de quibus eadem Acta pertractant: reliquæ vero, & quidem multo plures in alteram operis partem reijcio.

BENEDICTA, PAVLINA, NEOPHYTVS DIACONVS, EPAPHRODITVS PRESBYTER merito laudantur in actis S. Pancratii, earumque res gestas paucis collegimus in ea, quam edidimus vitam S. Pancratij, nec aliiquid addendum se offert.

PUBLIUS, ET DOMITIVS Leontini in Decij Imp. persecutione extortes profide fuere. & Publius in montem, qui Leontinos inter & mare interiacet, fugiens, templum ibi statuit Sanctæ Dei Genitrici Ma-

riæ iuxta flumen Affiam.

EVROPIA item Leontina S. Euthalij mater, insigni præfulget laude pietatis. illa è profluvio sanguinis per miraculum exempta, ad fidem Christi adduxit, confirmavitque Euthalam filiam, & omnia fortunæ bona ac diuitias in ecclesiæ, & Christi amore pauperes contulit.

AGATHO Monasterij, cui Triginta nomen erat, in Agtigentinis finibus præfatus eximie laudatur in vita SS. Peregrini, & Libertini. egregia vir religione dicitur, sacrisque literis eruditus: vespere Deo gratias agens, cibum capiebat, quem innocenter labore suo comparasset; sanctissimum virum nemo pietate antecebat in decantanda Doi laude, cum in ecclesiæ conuenissent monachi: septé annos in asceterio habuit summa animi hilaritate, in proximos caritate, sauitate sermonis, morumque ac vita disciplina per Siciliam vniuersam celebrabantur.

CAPITONEM Episcopum Siculum in hanc appendicem idcirco inserere volui, quod insignem fidei zelum in eo, turbidis temporibus, agnoscam. ille sane contra Arium scripsit cū egregia laudis testimonio, quod Magnus Athanasius exhibit, dum cum adnumerat inter eximios fidei propagatores, & cum Osio, Siluestro, Iulio,

T.I. F.76.

in Actis SS. Alphij, &c.

T.I. F.23.

Anno 330

T.I. F.10.

in Actis SS.  
Alphij, &c.  
Ann. 253.

Orat. Co.  
Arianes co  
lumn. 6.

Lib. 4.c. 1.

Lib. 6.c. 12.

Et in epift.  
ad solitaria  
vitam agen-  
tes.

Ann. 45. I.

Inter epift.  
S. Leonis.

Liberio, Meletio, Basilio, alijs illius cui Athletis componit. Ad eius etiam pietatem & laudem pertinere arbitror, quod ipsius ex exemplo Siculi omnes Episcopi duobus Provincialibus Conciliis, intra quadraginta fere annos, fidem Catholicam contra Arianam herefim propugnarint. probarunt enim Nicenum concilium in sua Synodo, ut meminit idem Athanasius, initio eius epistolæ quam ad Venerabiles in Africa Episcopos scripsit. Cum item Eustathius Sebastianus Theophilus, & Siluanus, legati Lampasæna Synodi, seu Conciliabuli SemiArianorum per simulationem Nicenæ fidei, libellum Liberio Pontifici tradidissent, & communicatorias literas exorassent, Roma in Siciliam venere; hic coram Synodo Siciliensu Episcoporum formulæ Nicenæ fidei, vt Socrates scribit, professi sunt; ideoque literas ab ijs Episcopis impetrarunt ad orientis Antistites, quæ in concilio Tyanensi, quod à Catholicis coactum est, vt auctor est Sozomenus, perleæ sunt. Conuenerunt etiæ Sicilienses Episcopi in Sardicense Cœcilium ad oppugnandas Arianorum Reliquias, & suo etiam calculo Athanasij Magni innocentiam ac fidem comprobarunt, ut scribit idem Athanasius apologia secunda contra Arianos. atque hæc omnia ut Siciliensem Episcoporum laus est, ita in Capitórem Episcopum (cuius sedes ignota nobis est) magnam partem redundare necesse est; cuius nimis doctrina in veritate Fidei initio confirmatos fuisse nō ambigimus.

PASCHASINVS Lilybæ Episcopus Chalcedonensi Concilio pro duabus Christi naturis aduersus nefarios Eutychem & Dioscorum hereticos præsedidit, fatis vero ad eius doctrinæ & sanctitatis laudem est quod S Leo Magnus Pontifex Maximus idoneum existimat, cui vices suas in tanto Cœcilio delegarit. Viri etiam eruditioem commendat eiusdem S. Leonis Papæ consultatio de Paschatis die, de quo vetus in Asia Ecclesiæ controværia erat. respondit ille per epistolam, ubi ex Theophili cyclo, & Hebræorum calculo legitimum Paschatis diem, miraculo etiam consignatum, probat. Virtutem demum eiusdem coronauit Vandala seruitus, à quibus, ut ipse ait, captiuitate amarissima premebatur; nec alia se offert eius ratio, quam quod Arianæ eorum impietati obfiteret.

MARTYRES plurimos in Sicilia fuisse lego penes Isidorum sub initium sui de Vandalis Historiæ, ubi hæc de Genserico habet, [Carthaginem peruidit, Siciliam deprendatur, Panormum obsedit, Arianam pestilentiam per totam Africam intromittit, Sacerdotes Ecclesiæ expellit, MARTYRES plurimos efficit. Jeorundem meminit Victor Vicensis lib. 3. de persecut. Vandala. consonat Idacius Lemicensis Episcopus in sua Continuatione ad Chronicam S. Hieronymi, Romæ in lucem edita anno 1615. apud Iannem Paulum Profilium; nam ad Olympiadem 304. hæc scripsit Gensericus Siciliam deprendatur, Panor-

mum diu obfedit, qui dannati à Catholicis Episcopis Maximiani, apud Siciliam Ariano-norum Ducus, aduersus Catholicos præcipitatur instinctu, ut eos quoquo pacto in impietatem cogeret Arianam; nonnullis declinantibus, aliquanti durantes in Gatholica fide consumauere Martyrium. ] fauet eidem narrationi Rodericus Toletanus Antistes, qui vixit anno 1243., ille enim in historia Ostrogothorum cap. 13. de eodem Vandalorum transitu ait [ Verum quia nec sacrilegijs, nec cæribus hominum poterat satiari, Africa conculcata in Siciliam huiusgauit, ut eam pari extermiaio laceraret & direptionibus iam peractis, obfedit Panormum, eius insula Regiam Civitatem. ] faciunt etiam hæc ad coniecturam de Sancto Oliuæ Virg. & Mart. Panormitanæ tempore, ut in animaduersionibus ad eius vitam attigimus.

EVDOCIA, seu ut alij legunt EVDIA post viginti duos afflictionum, & monasticæ disciplinæ annos pie deceffit in Romano cœnobio S. Cæcilie. hac puella olim vsi perdi homines per calumniam stupri notam S. Gregorio Agrigentinorum Episcopo impegerunt. eam mox Daemoni nefarii sceleris instigator & vindicta inuasit, ac male discerpit coram Exarcho, & omnibus qui in iudicio aderant, cum de eo stupro, præter fas, & legitimum morem agebatur; ac diu etiam idem carnifex torsiit. post tres ferme annos, pulso ab ea demone Gregorij eiusdem precibus ad Deum fusis coram Pontifice; ibi illa technas flagitiorum hominum, abiecta simulatione, aperuit, & veniam sibi supplex cum lacrymis exposcens, in cœnobium intrudi voluit, ut animi maculas elueret; quod mentis propositum ad mortis usque tempus per plures, ut dixi, annos constanter pieque retinuit.

MONACHI quamplures ex alia S. Benedicti familia, quibus plerique alii ex Fidelibus adiuncti, cum Christi fidem eiurare piissime detrectarent, crudelissime trucidati sunt: hos vero in duas secerno classes; cum enim à Mamucha Archipirata S. Piacidus, Eutychius, Victorinus, Flavia soror, aliquique triginta tres Monachi, ex eadem familia eneci pro fide fuisserunt, cum alijs Christi fidelibus, ut retulimus in loco, S. Benedicti auctoritate altera Monachorum colonia Messanam transmissa est ad eversum cœnobium restaurandum, Saraceni vero magna rursus nauium classe post direptas Syracusas, ad B. Placidi monasterium, ut ait Petrus Diaconus: *Monachos vero quotquot ibidem inuenierunt diuersis suppliejs affegos letbo dederunt.* idque anno Christi 670 circiter contigisse videtur. Sed iam tertio reparatum cœnobium tertio Saracei inuidunt, ut idem Petrus Diaconus refert, Ioanne Octavo Pontifice, Ludouico Caroli filio Imperatore, Leone Cassinensis Abbatte, Kalendis Augusti, cui etiam Ignatius Pragensis in vita S. Bertharij consonat: quāuis in certi anni designatione non conueulant. *Iam vero quis dignus referre valeat,* ait

In actis S.  
Greg. Epis.  
Agrig. T. 1.  
F. 188.  
Ann. 364.

In actis S.  
Placidi M.  
T. 1. F. 172.

In Fragm.  
histor. Petri  
Diaconi.  
T. 1. F. 181.

Vide nosk.  
Animadu.  
ibid.

ait Petrus, *quanti tanc Cassinenfum Monachorum in Sicilia habitantium ab illis, diuersis paenarum generibus extincti sunt.* ac paulo post; *Cum Monasteriam ingressi fuissent, monachos aggrediuntur, illosque Christum negare, & nefandam religionem venerari compellunt; quod dum contemnerent, omnes in eodem loco, una cum monachis Cassinenibus, qui illuc ab Abbe suo directi fuerant, Saracenorum gladiis occisi sunt.*

In vita S. Zo  
simi.  
T. I. f. 226.

PETRVS Syracusarum Episcopus post Santos Maximianum & Ioannem, & ante S. Zosimum, ei ecclesiarum praefuit, is vero in vita S. Zosimi olim scripta Sanctus vocatur; nec dignitatis, sed personae encomium is titulus ibi praesertim se fert.

In nostris  
Animaduer  
sionibus.  
T. I. f. 154

GEORGIVS Episcopus Syracusanus in M. S. Codice eius ecclesiarum dicitur. *Didicisse Constantinopoli; ac Troparia, que in Nativitate Christi canuntur, & in Epiphania fecisse. occisus autem est in loco, qui vocatur Maram, & sepultus est in Ecclesia S. Anastasia de olio.* Subdubito autem natus a Saracenis occisus sit, cum Syracusas diripuerunt, & odio in Christi fidem acti, religionis nostrae capita & neruos maxime detinere, ac dissoluere conati sunt, ut paulo ante dixi; & plane ad viri laudem facit ea occisionis memoria, & sepultura, in illo vita Breuiario.

T. 2. fol. 36.

HIPPOLYTVM Siciliæ Episcopum fama sanctitatis celeberrimum fuisse, non apud Christianos modo, sed penes Saracenos etiam, ex historia legationis à Luitprandi Cremonensi Episcopo obita, cognovimus. eius fragmentum attulimus tomo secundo, & rem perpendimus in nostris Animaduerisionibus.

SOPHRONIVS Syracusarum Episcopus, THEODOSIVS Monachus, PATRITIVS, NICETAS Tharsensis, IOANNES Patrianus, insigni pietatis commendatione recensentur in ea epistola de Syracusarum excidio, quam scripsit idem Theodosius ad

Leonem Archidiaconum. eam hic subiecte visum est, tum quod eorum, quos memorani sola meminerit, tum quod Historia Sicula illustranda non parum prodeesse possit; quare si cum gratianimi significacione eam exceperint illi, quibus ipsam primus communicavi, idem ab aliis spero.

Et quidem Sophronius coram Magno Amera se Christi Sacerdotem, cumque Christum coelitus datum, ac per Prophetas a Deo promissum ad hominum salutem, publice constanterque professus est; idcirco retrusus in carcere ille est, in odium, ut videtur, nostra Fidei. De eodem restatur idem Theodosius, dum ad altare diuinum placaret Numen, ibique oraret, votorum compotem factum, atque ab experientia Mirificum comprobatum fuisse: quia verba viri sanctitatem, & miracula redolent.

Theodosius vero ipse suas columnas erat, quæ videntur etiam in odium fidei, cui ille maxime se inferire monachismo profitebatur.

Patrius vocatur Beatissimus; & quamvis caput ei a Barbaris abscissum fuisse videri possit ob constatem obsessæ urbis pro-pugnationem; commendat tamen Theodosius viri integratem, qui, proditione Patriæ, saluti suæ consulere noluit; addit præterea eum, cum ad bene beateque moriendum virtutis sibi praesidia comparasset, ea ceteris communicasse optimis ad immortalitatem cohortationibus.

Nicetas Tharsensis, egregius militi Dux, Mahometem maledictis proscindebat acer rimis; eaque videtur causa, cur in eum præcipue debacchatus sit Barbarorum furor. thorace ad pubem decorticarunt hominem; & cor ipsum a pectore auulum dentibus mandere, ac pedibus, lapidibusque protegere per summam barbariem sunt ausi.

Ioannem Patrianum Beatum appellat Theodosius; neque id nomine alinnde, quam ab egregia viri virtute profectum videtur. subiecto iam epistolam.

## EPISTOLA

Anno Chr.  
880.

## THEODOSII MONACHI

### DE EXCIDIO SYRACVSARVM.

**F**ORVM, & quæ nobis euenierunt, vir diuinissime, singula persecui velle, sane diurnius, opportuniusque temporis spatium postulare videtur; breviorque epistola est, quam ut totam rerum gestarum seriem complectatur. contra vero penitus hæc silere, communemque doloris sensum, quem ex his coepit totus fer-

me terrarum orbis, (facile enim mihi persuadeo, condoluisse nobis eos, apud quos vel solum Syracusarum nomen deuenérat) valde stupentis animi, morboque indolentiz apprime laborantis, futurum fuisse existimau. de qua re prophetarum quidam tamen ex ore Dei, sic est locutus. male illos accepti flagris, nec tamen doluerunt. At si quocumque modo narrationem harum rerum instituam, bene utrisque consultum erit.

erit. mihi quoque aliquam afferit consolationem oratio, qua memoribus illis relevatum iri confido, quibus 3 nunc male dis-  
cretior. quippe sic natura comparatū est,  
vt ea, quæ nobis molestiz sunt, si sermone  
vulgaueris, animi leueat ægritudinem. tibi  
vero merces minime fluxa hinc accedit, si  
compatiendo lacrymis narrationem pro-  
sequaris. in 4 hostium tandem potestatem  
deuenimus, capti demum fuiimus, ò Vir di-  
uinis honoribus perfundit; nec 5 sane pe-  
iora sunt Hierosolymæ expertæ, cum cape-  
rentur, nec Samaria, prior Hierosolymis,  
expugnata. talem passi sumus direptionem,  
quam nō 6 Insula Chetim vñquam agno-  
verit: non regiones barbaricæ, non vrbes  
quæcumque in medium afferri possent. Eius-  
modi fuit hoc excidium, vt eodem die, qui-  
bus antea propugnatum erat, arcus, & pha-  
retras contriverit, arma, gladium, & bellū  
deiecerit, strenuos quoque cum viro, tum  
etiam mulieres debilitauerit, propugnato-  
resque gigantes, (sic enim 7 magnanimos  
illos appellauerim, qui egregie operam suā  
præstiterunt, qui & famem antea tolerare,  
& labores quoque subire, & vulneribus  
confici prope infinitis, pro Christi amore,  
non dubitarunt, & post captam vrbem gla-  
dijs contrucidati sunt) hostium violentiz  
cedere coegerit. Tandem in hostium ma-  
nus incidimus, cum antea diu, ac sèpius fu-  
isset ad muros propugnatum, cum etiam na-  
turali prælio horrendum sanc spectaculum,  
ipsisque intuentum oculis conternationē  
ingenerans (conternatur enim aspectus re-  
turn atrocitate, quæ sèpe illi obijciantur)  
fuerit multoties decertatum. victi fuiimus  
post multas nocturno tempore factas ob-  
sidiones, & hostiles insidias; post admiratas 9  
murus machinas, quibus totum fere diem  
tundebantur; post grauem illam in nostra  
propugnacula lapidum coniectorum pro-  
cellam; post illas vrbium vastatrices testi-  
dines, muresque subterraneos, quos vocant,  
nihil enim eorum quæ ad Vrbis expugna-  
tionem censemantur idonea; intentatum re-  
liquerunt ijs, quibus obsidenda vrbis cura  
incumbebat. quibus cum iam pridem vrbis  
potiundæ cupiditas animos inflammasset,  
summa animorum contentionē decertabat  
quo quisque pacto ceteris præstaret, nouas  
in singulos dies machinas excoigitando, qui-  
bus vrbis capi, diripiique facilius posset. quā-  
quam ab hisce Deus altissima sui consilia ra-  
tione, admirabili nos quodam modo prote-  
xit. quid vero necesse est more tragico eu-  
lantem latius persequi, quantam, & qualē  
in nos malorum congeriem. inuherere sum-  
mo studio conati sunt hostes? quid indictū  
infectumque reliquerunt, quod ad timorem  
incutendum ijs, qui detinebantur obsecsti,  
animosq, conterrando, facere visum esset.

Tempus adnaonet, vt ad ea, quæ intus  
gerebantur, orationem conuertamus, deq;  
ijs excursionem aliqua dicamus. foris vastabat  
gladius, & intus panor, vt peruetusto illo  
oraculo Moysen res nostras vaticinatum es-  
se plane assuerarim. cum enimque ac a-

populo Israelis, in Deum antea nobis pec-  
catum esset, eundem, quem olim ille, diui-  
nae iracundia calicem potauimus. capti fu-  
imus, poste aquam ferdida quæq; rerum ege-  
state compulsi in os congesimus. quin &  
ad liberorum etiam comediones (reū ne-  
fariam, & silentio prætereundam) processi-  
mus; cum antea nec ab humanae carnis esa  
(heu quam horrendum spectaculū) abhor-  
tuimus, sed quis hæc pro dignitate, tragicē  
deplorauerit? non à corijs, bubulisque pel-  
libus abstinuimus, non ab alijs quibuscum-  
que rebus, quæ fame enectis quidquam so-  
latij afferre posse credereantur. ne offibis  
quidem aratis parcentes iniucundam nobis  
cœnam apparabamus. nouum profecto, &  
ab omni mortalium usū abhorrens alimēti  
genus: Etenim Syracusanorum complures  
(quid homines non cogit fames importu-  
na) quadrupedum ossa molere primum, tū  
aqua per pauxillo conspergere, quamuis ab-  
unde nobis aquas ad hos usū Arethusæ 9  
fons suppeditaret; atque hoc inuento famē  
sedare miserrimi homines cogebantur. iam  
enim tritici modius centum, & quinquagin-  
ta nummis aureis venalis erat. pistores vero  
pluris veadebant, quippe ducentis aureis.  
Vnde fiebat, vt duarum vñciarum panis, rē  
miram, nummo aureo vendereantur. addes  
quod trecentis aureis, & eo amplius iumentum  
quomodo umque edule venum ibat.  
& quinque supra decem, quandoque etiam  
viginti constabat equinum caput. A sinuæ  
carnes etiam in delicijs habitæ. iam vero  
domesticarum auium defecerat genus. Oleū  
autem, & salientorum cuiuscumque ge-  
neris obsonia, vel ea, quæ, vt ait Gregorius  
Theologus pauperum esse cibus solent, iam  
erant absumpta; Cælei, leguminum, & pi-  
scium tuis omnino nullus. iam enim vnius,  
10 atque alterius portus, quibus interiacet  
Syracusæ, per vim hostes potiti fuerant; cum  
11 antea arcis, quæ, 12 brachiola diceban-  
tur, & ab ingressu portuum hostes arcebant  
solo funditus adæquassent. illud vero longe  
molestissimum accidit, nam scuissima peitis  
pro dolor, famem subsecuta est. morbus èt  
tetanus, à neruorum contractione sic dictus,  
quosdam diuexabat: quibusdam autem  
apoplexia dimidiā partem corporis are-  
faciebat, alios repentina mori cogebat. nec  
defuere, qui eodem morbi genere cor-  
repti, aut corporis dimidiū mouere  
tantum poterant, aut omnino omni mo-  
uendi corporis facultate destituebantur.  
Alij, instar vtrium, inflato corpore, hor-  
rendum sui spectaculum intuentum oculis  
exhibebant, quoque mors illis su-  
perueniens (nam hæc quoque diuino im-  
perio parebat, atque ex huius præscrip-  
to nonnihil retardabatur) ægre tandem  
miseros gratissimis doloribus liberabat.  
Enimvero ijs, quæ iam à nobis memo-  
rata sunt, per multa alia adiungi possent,  
quæ longiore indigerent oratione, quam  
ea, quæ ab homine in custodiā da-  
to proficiisci potest. Quid enim aliud

potero, quam res tam grandes paucis perstringere, ac tenuare, qui in carcere inclusus, ne horam quidem habeo patet otio? denissima carceris caligo, quæ ob oculos versatur, aspectum hæbetat, atq; obtundit; tumultus eorum, qui simul in eadem asseruantur custodia, mentem agitant, atque perturbant.

Turris, quæ ad maiorem portam in dextero vrbis angulo erat exstructa, catapultarum vi, quibus hostes saxa prægrandia iaculabantur, concussa primum, mox ex parte cecidit, ab huius turris excidio, quinq. post diebus, murus propugnaculi, qui fuerat ante turri coniunctus, eodem catapultarum impetu disruptus est. quo facto magnus timor in obsecrorum animos iniectus; hostiū tamen impressionem sustinebant egregij illi viri, valdeq. strenui sub auspicijs beatissimi 13 ducis Patricij, summaq. contentioni huius obsecundi conabantur, supra quā oratione explicari possit. dies viginti, totidemque noctes, vbi murus corruerat contra eos, qui aditum ex illa parte tētabant, egregie strenueq. depugnabant, animi ingenitā nobilitatem præ se declarabant, insignem quoq. laudem esse ducebant, pro tuenda vrbe vulnera toto corpore excipere. Iam vero siqñis ad illud vrbis propugnaculum se contulisset, quod Aduersum, vulgi sermone dici consueuerat, permultos ibi viros poterat intueri miris, diuersisq. modis mutilatos erant qui eō ossos oculos haberent, his quidem nares truncæ; his vero aures cernebantur amputatae, alijs palpebrae, alijs maxillaæ ex telorum, & sagittarum iactibus sanguine rubescabant, quibusdam frons, & cor etiam ipsum modis varijs vulnerabantur. venter alijs, alijs pectus acceptis vulneribus scabebat: atque vt compendio dicam, non aliqua tantum, sed omni ex parte laborabat. hostes enim totis copiis vrbem obsidebant, erantque numero superiores adeo, vt centū ex illis, quod vix assequitur fidem, cum uno ē nostris manus consererent, gloriaque non vulgari antagonistas augerent, egregiæ virtutis factò periculo. Equide n Athletarum studium appellabam, quoties eo loci ventitarem, in quo fortiter, præclareque agentes, magnam sibi ex præclare geltis gloriam comparabant, cum vero flagitiorum nostrorum numerus usque adeo excreuit, vt diuinctum in nos diuinę vltionis gladium, inebraret; die prima post vigesimam mensis Maij, quarta vero ab eo die, quo murus corruit, ciuitas in hostium potestate redacta est. Modum autem, quo fuit expugnata, operæ præmium erit dicere. fuit enim horroris plenus, cum enim Dei severa in nos animaduersio, eorum, qui fortiter hostibus resistebant, strenuissimum quemque huc atque illuc dissipasset, & inclytum Patricium, cum eius commilitonibus, ad corpora procuranda, à mœnibus in domos proprias auocasset, barbarorum animos impulit, vt ad fatalem illam Turrim, de qua superius, obsidionem integrarent, machinis illis adhibitis, quæ ad lapidum pro-

iectum usui erant. tali enim ludicro parricidz illi vrbem inuidentes sese oblectabant, nec sane difficulti negotio grassabantur paucis admodum militibus custodientibus partem illam, propterea quod opportunum illud pugnandi tempus cines non extimabant; securique pugnatores alia omnia, quam ad propugnacula se conferre meditabantur. Dum igitur hostes in vrbem lapi des, horrendum in modum, coniebant, totumque illius ambitum complebant, scala quædam lignea, per quam propugnatoribus erat peruia semidiruta Turris, effringitur. quo facto, rumor ingens exortus est, quem cum audiisset Patricius continuo surexit impransus ē mensa, pro scala valde sollicitus animi.

Iam vero Barbari simul illam disruptam persenserunt, (quippe cum prope ipsam lapidum projectio contigisset) muro, magna cū alacritate, propinquant. cumque non nisi paucos in Turris præsidio positos conspicati essent, hos fortiter ibi repugnantes co

14

Secuta omnia cedès

trucidarunt, inter quos erat etiam Beatus Ioannes Patrianus. quo facto libere in illam condescendunt, eaque demum potiti sunt. Hinc vero deinceps, in morem fluminis, per totam vrbem diffusi, in illorum conspectu volitabant, qui ad repugnandum adhuc congregabantur. Ac primum ijs, qui ad Seruitoris ædis vestibulum contra eos aciem instruebant ad unum trucidatis, magno impulsu valvas aperirent. templumq. subeunte strictis ensibus, crebro anhelitu ignem nari bus, oculisq. spirantes. Tum vero omnis 14 etas eodem temporis momento in acie gladij corruit. Principes, & omnes iudices terræ (quod in Psalmis canere solemus) iuuenes, & virgines, senes cum iunioribus, manasticam professi, tum matrimonio copulati, sacerdotes, & populus, seruus, & liber, quique in lectis multo iam tempore valetinari, decumbebant. Nam ne his quidem par cere, Deus bone, carnifices illi didicerunt, animus enim humani sanguinis sitiens eorum mortibus, qui primo iratis occurserunt, minime satiantur. erat igitur tum videre, vt diuini Sophonia verbis utar, diē illum, diem calamitatis, & miseriae, diem angustie, & ruinæ, diem tenebrarum, & caliginis. Post hæc autem (quid enim pluribus oportet singula eorum percensere, quæ primarijs Et parti vrbis viris eueneret, præsertim cum auribus ceps Dux ipsis, ne dum animis horrorem incutiant? cum viris 70 inclytus Patricius, qui sese in arcem quādam receperat, postridie una cum septuaginta viris viuis capitur, atque octauo ab vrbis expugnata die, capitali supplicio plectitur. quod quideam adeo excuso, forte que animo pertulit, vt nihil humile, nihil sua constantia indignum admiserit, ne leue quidem timiditatis alicuius argumentum monstrauerit. nec mirum, quando antea nullo pacto adduci potuit, vt vrbis præditionem salutis propria causam faceret; præsertim cum permultos haberet huius consilij non probatores tantum, verum, si voluisse, etiam administratores.

illæ

13  
Ciues strenue hostem propulsant.

Turris secundum tamen expugnata.

ille vero maluit cum honestate mortem opere, ut eorum, qui cum ipso erant, saluti prospiceret; atq. vnum pro multis ad Christi imitatione caput obijcere periculo, (quam quam hoc homicidarum animos ad cōmiserationem nequitam flexit) quam aliqd nobilitate sua indignum mente complecti. cuius animi magnitudo, atq. ad subeundum supplicium alacritas ipsi 15 quoque Busz, Amerz Chagebis filio, qui mortis auctor fuit, magnz admirationi fuere. Verum ipse ad bene, beateq. moriendum hinc sibi talia præsidia comparauerat, propterea quod omne belli tempus in mortis contemplatione transfergerat, eisq. qui secum obfessi erat viam, quæ dicit ad immortalitatē optimis cohortationibus commōstrauerat. Vnde per hęc piecatis officia excessum vitz minime habuit formidandum. quibus enim assidue p̄meditatione cautum est, ne impunitum peccatum habeant ad hęc extrema subeunda, hisce non iniucunda erit, hinc ad cœlum, cum contigerit, transmigratio. Ceterum Barbari in illos etiam, quos cum Patrio ceperant, (erant autem omnes hi Syracusis honestissimo loco nati) cum quibusdam alijs captiuis, extra urbem duos, & in orbem dispositos uno impetu inuadunt agrestium canum in morem, & hos quidem lapidibus, hos vero baculis, alios hastis, quas per manibus habebant, quosdam, etiā quibuscumque, quæ se fortuito obtulissent, instrumentis, crudelissime insectantes, mordabant. & adhuc animis immanissime saudientes horum corpora ambustione absurmebant.

Nicetas qui  
maledicēta  
iecerat in  
Mahometū,  
vitius deci  
tatu⁹.

Nec vero silentio præteribo qualia barbaræ crudelitatis exempla in Nicetam exercuerint. erat hic Tarsensis genere, atq. in re militari apprimē eruditus, & strenuus, qui oppugnationis tempore i mpium 16 Mahometem, apud eam nationem prophetatum eminentissimum habitum, maledictis complicitibus quotidie proscindebat. hunc ab interficiendorum numero seuocatum, humi reclinantes supinum, (tuam, Deus, clementiam imploro) à thorace pectoris ad pubē usque viuum decorticarunt, effusa vero perfectionata viscera contis dilaniabant. adhęc sor ipsum, manibus auulsum ab homine adhuc spirante, plusquam inmaniter dentibus mandebant primum, postea ad terrā allisum, petiunque lapidibus, tum demum exsaturati reliquerunt, verum de his alias.

Ego vero, qui iam iterum cum Episcopo in gratiam redieram, atque in Episcopij templo, vna cum ipso, statim precibus, hora sexta, operam dabam, Turrim à Barbaris expugnatam auribus cepi, cum ad finē eantic ventum esset. quo nuntio non medicris fuit audientium animis paor iniectus. Etenim quidni timendum nobis esset, in crueltas hostium manus mox certissime incurseris? animum tamen quoquo modo recipientes, dum adhuc hostes ante prospectum templi in deprædando essent occupati, nudi ac verecundi, quippe detrahebant omnibus alijs indumentis, præter illa, que ex

Tom. 2.

corio confecta gestabamus, ad altare ædis maxime cum duobus alijs clericis perfugi mus. consueverat ad hatic aram beatissimus 17 Pater Deum iratum conciliare, opemque ipsius pro suis filijs implorare, ac voti compo fieri; qua in re illum experientia mirificum 18 sapissime comprobauit.

quamquam id temporis arcane diuinorum iudiciorum consilio preces eius reiecte fuerant.

cum ergo in his essemus periculis constituti, alter ab altero, si quid peccatum es

set, veniam petebamus. ac vicissim donabamus.

Deo vero gratia agebantur, quod ista nos perpeti decreuisset, iam vero dum

Episcopus 19 Angelo tutelari suam Ecclesiam commendaret, en adiunct extem

pio hostes districtis gladijs, sanguineque

perfusis, qui per totam ædem vagantes

alias alio deflectebat, quorum unus à cir

cumfusa multitudine digressus sacrum alta

re adit, ibique nos inter sedem, & aram

laticantes offendit, comprehenditque, ni

hil tamen barbarum in nos est molitus, né

pe Deo cor ipsius quadam tenus permulca

te; nihil iracundum sonuit, aut minax,

vultu ad terrorem composto, quamuis

esset enī nudato armatus, qui sumbat

adhuc calidum sanguinem, atque distilla

bat. is in Episcopum intuitus, ab illo

20 Græce percontatus est, quisnam es

remque, ut erat edocitus, vbi nam

inquit, sunt Ecclesiæ sacra vasa? cum aut

cognouisset de loco, educit e sacro templo

Episcopum scorsim ab omni turbatione, ac

que tumultu, nosque cum ipso tamquam

agnos post pastorem sequentes. cumque

in facellum, vbi reposita sacra vasa asser

uabantur, nostro ducta peruenisset, in eo

nos inclusos detinet, eodemque satagit,

vti maiores natū barbaræ nationis quam

primum conueniant. quo facto, de nobis

apud ipsos narrationem instituit Sem

noen; id enim nominis tum illi inditum,

quæ claris ortum esse parentibus, poste

comperimus. causatione permoti, di

cam melius, Deo ad bonum exitum om

nia perducente, bene animati hostes in nos

esse coperunt. eodemque die sacra depræ

dati (erant autem hęc omnia perfecti ope

ris, quinque millia librarum ponderis) cap

tiuos nos egredi ex vrbe fecerunt, dolore,

vt omittam cetera, vehementi confessos,

atque ad Ameram, qui in veteri maiore

Ecclesia considerat, traduxerunt. Hic au

tem in vna earuia, quæ ibi reperiebantur

cameræ, conclusos reliquit, illic omnipo

dis incommodis affici corpusculum fuit ne

cesse. nam & graui odore locus repletus est

eo scilicet qui ex naturalibus excrementis

exoritur, vermbi etiam qui solent indide

ingenerari, & scatere, nec non & muribus

confacto ibi degentibus, tum pedicularum

examine, & cimicū, & pulicū propemodū

exercitibus inhorruit. vt vero nox facta

est, tenebris obruti sumus, sub tactu ferme ex

dentibus, fumo etiā, qui forte externe siebat

opplerat dom', qui & respirationē miseria in

terclusit, & mutuos aspect' maxima ex parte

17

18

19

Episc. Ang.  
tutelari Ec-  
clesiam co-  
mendat.

Episcop⁹, &  
Theodosij in  
fordidā ca-  
menam con-  
iectu⁹.

M m a nobis

21

nobis admittit in haec ipse camera cum sa-  
cerdotiis Arabitice, & altero e clericis fratribus  
costituti fuisse. nam 21 qui reliquias  
runt urbis excidio; vna omnes contradicati  
sunt. dies ibi triginta complexisse; prop-  
tefæ quod ad Syracusanæ 22. munitiores  
demolendæ id tempore voluerunt insump-  
tum. per idem spatiū ea, quæ intra mu-  
torum ambitum continebantur, incendijs  
absumpta. capta vero præda spolia tot fuc-  
re, tanta que pregi, et eius sublevata ratio  
millies milie nummum expensarunt.

22

Inde Panor-  
mum abdu-  
cti.

24

Non multo post iter Panormum versus  
egressi. quod sex diem interiuero perfec-  
erimus, vecti iumentis ferendis osteribus na-  
tis. abduxerunt vero nos immites, efficiq,  
23 æthiopes. tandem diurnis & libubus. no-  
turnisque frigoribus duxerunt, die septimo  
cum interdiu noctuque iter facere non pos-  
set desistum, celeberrimam. 24 ciuibusque  
frequentem urbem Panorum ingressi fu-  
mus. obuiam nobis urbem ingredientibus  
à popularibus proditum, qui ob latitudinem ef-  
fusi opinia coacinebant, dumque prædas  
in urbem victores importare siderent, pa-  
nem, saltisque acclamatio nibus excipiebat.

25

26

27

28

29

30

31

Ad Aue-  
sticam  
Siciliam si-  
stuntur.

32

33

34

Interrogat.  
Episc. con-  
ficitur, esse  
Chri-  
Sacerdotem.

ad eadē struere, atque habitare occi-  
perunt. adeo ut permixtas 16 adiacen-  
tes urbes posuerint, primariis, 27 si quis  
vellet, ad oppugnandum, & repugnandum  
non impares. cum igitur, ut dācere instituit  
nequissima 28 urbesterum omnium potire-  
tur, Contarchum 29 (imperio) nomen. ab  
eis) sui nōminis celebritate, utiquam di-  
gnum putauit, donec nos sub iugis miti-  
feret. Quin & se facturum sibi promittit, &  
confiniat, ut ab sibi longe positos, atque  
adeo ipsius 30 imperatricis urbis viros in-  
fiam redigat potestatem. His ita se haben-  
tibus post diem quintum ad 31 maiorem  
Arietam introducunt, is autem ad solarium  
superbe 32 in solio considens valde sibi ex-  
tyramica potestate placebat, & quasi 33  
mantile nobis, ipsique medium, suspensum  
utriusq; aspectibus obuersabatur, sicut p-  
iscoopi ministri. tum ille per 34 interprete  
teres, inquit, nostratem orandi modum  
minime, inquit sapientissimus præsul, is ve-  
ro cuius rei gratias respondebat Episcopus, ap-  
sumimus ego Sacerdos Christi sum, Christi  
que seruorum mylagogas, de quo prophetae  
& iusti olim vaticinati sunt. Non sunt,  
inquit, Ameras, apud vos reuera prophetæ  
sunt vero nomine; non enim ab illis abalic-  
natus esses ob tuas doctrinas, neque à recta  
deflexis, in circuitu enim impij ambulant,  
quid enim prophetam nostrum blasphem-  
atis impietatis vos? minime nos prophetas  
blasphemamus, excipit Episcopus, ptop-

terea quod non in prophetas inveni, sed p-  
ipsis loqui, magnificeque sentire, coadi-  
cavimus. humoresque qui apud vos colitur igno-  
remus. His responsis aconitus, exemplo  
nos in carcere retrudi iubet, duci inced-  
bamus, unde vobis placet, in popularium  
conspicu. Christianorum permulti subse-  
quebantur, de nostra miseria non obscurè  
eiulante, nec non patet, sed etiam homines  
speculandi studijs exercitijs nos circumspicie-  
rant, inquirerantque, quisnam esset cele-  
berrimus, sic hic Archiepiscopus. hunc  
ad modum populum euasus, tandem in  
despoterium coniunctum, id autem lacus  
est, quatuor supra decem gradibus depre-  
sum habens pavimentum. adeo ut illi ostio-  
lum pro fenestra esset, tenetque hic nitus, &  
palpabiles, lumina tantum lucerne, vel in-  
terdiu, aliquæ ex parte collustrat, neu-  
quam in isto carcere luciferante coram exo-  
cientem fas est aspicere, nec dum radios  
emittentem corpusculum hic astius calori-  
bus percussum, (astas emitterat) & coha-  
bitantium halitu torridum, præterea ciui-  
ces, & pediculi, & pulicū examina, & cere-  
raque hinc bestiolis similia, per tenebricu-  
sum hoc pavimentum, misellam hominem  
stigmatiam reddunt. sunt & eodem in car-  
cere conclusi, promiscueque nobiscum ha-  
rum miseriarum mercaturam facientes. At-  
thiopes, Tarsenses, Arabes, Hebrei, Lo-  
gobardi, cum Christiani nostrates è diuersis  
locis profecti, in quæ erat quoque San-  
Gilli us Militensis Episcopus, duabus com-  
pedibus pedes obitritas. Tum vero Pon-  
tifices alter alterum complexi, sanctoq; oscula-  
to exosculati, paululum ob ea, quæ sibi cue-  
nerant, sunt collacrymati. mox Domino  
eodem de re gratias agentes ex nostra phi-  
losophia de promptis rationibus doloris sen-  
titi reprobabant.

Dum in his versaremur, execrabilis ille  
dies stati apud hosce sacrificij recurrerit, quo  
die memoriam facere iacitac sacri illius  
quod olim Abraham fecerat, quando datus  
cribrem, p rationis particeps victimam, Deo  
immolavit. Hugo per insciuam pœna no-  
minant, nec abs rediencie indigitant, non  
enim ab Aegypto in terram promissionis  
est ille transitus, iuxta veterem Paschatis  
nominatur, neque ex hac terra in ca-  
lestern oram; aut ex vita ad vitam, ut Chri-  
stiana fides hoc vocabulo vti nos docet; sed  
ex vita ad mortem, & ex hoc corporeo in-  
teritus, & sub sensu cadente ad sempiternū  
illum; & ad id quod numquam fine sit car-  
tyram incendum. in hac diei celebitate,  
(o dementiam singularem) Archiepiscopi  
comburendi cepere consilium, sanctissimam  
que Christi Pontificem, malis Demonibus  
hostiis offerendi. quidam enim ex ijs, qui  
populo præterant, os habens patenti sepul-  
cro ad æque spirans. æquum est, inquit, ad  
circumstantes conuersus, o ciues, in hunc  
Christianorum Antikitem manus inticeret,  
pro nontra incolumentate, tum quo festiuus  
ac si vix quam alias celebre nobis Paschatis  
festiva agamus, sic enim prospere nobis res

Mahomet  
vero asper-  
nantur.

# Appendix

35

nostras cœsiuras, & incrementa meliora caputas esse confido. Hæc ille. Verum hanc audientes senes quidam, canitio iuxta ac prior, togaque honestissimi ad populum habiti, eo consilio factum improbarunt; non enim hoc sas esse dicebant, satis putabant at illius diei celebritatem cohœstantiam insigne per uigilium egisse, excidium putato Syracusianæ urbis. Taque in hunc modum malii consiliarij in Aulicopis pum, & invos concitati, opitulante, & pro nobis pugnante Deo, funestum consilium dissipatum est hanc ex illo id hunc usque diem persistit. Et cum multis detenti mortemque ipsam, quæ semper nobis captiuis imminet, quodque postolantes, tuus ergo dilectum duxi, & venerabile tu. Theodosij factis viisque memor, Deum placauerat, propitiu[m]que reuicto[x] postros h[oc]ce negotiis componat, stat, atque compescat, ut stramque captiuitatem conuertat, sicut torrens in austro, iuxta proprietam regem, Propter pacem tuam. Amen.

In Actis S.  
Eliæ.  
T. 2. F. 68.  
Ann. 903.

**D**ANIEL Tauromenij, honesto loco natu[m] ad monachiam vitam adscendens, ab illa scindere secundandum dedit in monte Peloponnesum, cum sua vita Duravit, malorum Baracenis Tauromenio impudentia, ut epi ab illiarum prouisa decessans, tamen autem essent ambo in Sparta filibus, & in SS. Constanti & Damiani templo diuinis precibus vacarent, ingrediens se in aulam, quod est regione facte zetis et foci. Daniel ubique totam noctem informans cum Deo agens, euigilans, militans vero adolescentis virtus demonum predidit, quare illum nihil eiusmodi suspicentes aggrediantur, & malis modis vexantur, affuetumque hancsi pene exanimavereriq[ue] iacentem Elias mane reperit ad alterum nec se se[m]e] minus male habitum dicitur, animos adolescenti addidit contra hostium impetus, recitataque oratione Dominica vites reddidit, atque erexit, cum et confiteatur aliud non restaret, nisi lucida in hameris flagellationis vestigia, denique de monachis trophæum. In Calabriâ cum Eustochio Daniel in Aulinas deuotus, sicut asceticam vitam continua pietatis officiis obiens, plerisque salutis æternæ adiutum patefecit. Psalterij libram idem affectans ne innanterat, cumque Eliæ sibi gratulatus & plaudens ostendit aris, ut illum in Regnum propriu[m] proieceret, edixit sami uniusq[ue] ipsi defensio, ut non possit in illis illis locis, quæ sunt p[ro]p[ri]e. Eliorū A. 1171. anno 1171. quod

827

mum enim quicumque fluxæ rei amor prepedit, pe ad æterna subuolat, paret illico Daniel; sed mox, cum sex passuum millibus processissent, redire iussus codicem ab aquis, illæsum recuperat, insigni duplicitis obedientiæ fructus nam liber non inde factus, nisi ad diuina esse potuit, & mersis in lacu, ut caducæ rei affectus. Tandem bonus senex Elias Danielis quem ut sibi morigerum, & piissimum hominem uice diligebat, iam iam moriturus suum corpus eius fidei credidit, ut in Aulina transforret, quo erat plenusq[ue] dilectibus in p[re]latis uogatu[n] nec plura de Danielis p[ro]i exortationibus sanctoque, ut pat est credere, vix fine cognoscere datup est.

**E**LLA S. Viralis. Abbatis disciplinas ac nepos in eius disciplina in eremo fuit plur[us] annos, ut exiguos sub tanto vita spiritu[is] & digno p[ro]tegente scisse memorat, quare Beati titulo condecoratur.

**C**ATARINA S. Lucae Abbatis soror quoque genitie filios ANTONIUM & GLORIOSUM THEODORVM, cum iam illius auctoritate & Sigilia Armentum ad fratrem monastigum habitum sibi ac filiis imponerent, ipsa ergo sum plerisque Virginibus honestissimam in aude Deserte Virginis virginis initiat, infiliis vero in S. Lucae conobio degabant; atque Antonius, cum esset conobij Oeconomus, adeo ut uirabilis uir fuerit, ut ex parte alijs ad amicandum ab eodem sanctissimo uiro Lucas proponeretur, ac magno illi Ancorio immixtus fuisse etederetur. Theodosius vero dicitur à vita illius scriptore synchomo, Adser Angelus, & Gloriosissimus.

Lucas primus Archimandrita, qui mire sanctitas fuisse dicitur, a B. Bartholomeo Abbatore occitus est suo Calabro Monasterio cum duodecim alijs praestribus a p[ro]i smachis, Regij S. Salvatoris conobij, & Rogerio exstructi primus Abbas institutus est, & cum alijs plerosque Abbes monasteriorum sibi subiectorum haberet, ut ita dicam, suffraganeos, iam tum Archimandrisa græco vocabulo dictus est. Eum Rogerius Rex in diplomate fundationis vocat, Honestissimum Monachum, Virum sapientem in diuinis rebus, & valde probum, & iuuentute in eis educatum, atque à tenetis virginibus vitam monasticam securum, & in ea præ multis alijs præstantem, maximeque circa diuinoru[m] monasteriorum constitutionem pericillissimum eius laudes inuinit Epitaphium sepulcro adscriptum, quod in nostris Animaduersionibus tam. 2. fol. 57. attulimus. obiit 27. Februario anno 1175.

**F**RANCISCÆ animus, cu[m] è corpore excessit, visus est B. Eustochio eius germanæ sorori in cœlum deferti, cuius laudes in illius vita leges,

In Actis S.  
Vitalis Abba-  
cis.  
T. 2. F. 87.  
Ann. 990.

In Actis S.  
Lucæ.  
T. 2. F. 92.  
Ann. 950.

In vita Bea-  
ti Barthol.  
T. 2. f. 143.

In vita Bea-  
te Eustoch.  
T. 2. f. 163.

VITA

Anno Chr.  
circa annis  
350.

# VITA ANTONII DE NOTO AVCTORE ANTONIO DVCA PRESB.

AD ANTONIVM DE MONTE EPISC.  
Portuensem S. R. E. Cardinalem.



ERLEGENTI mihi, insu tuo, Pater amplissime, multa ab Antonio Alio pie, ac luculenter in lucem edita Sandorum Martyrum certamina, cuiusdam Antonij de Noto, in Africæ urbe Tuneto passi, minime tacenda martyrij corona in mentem venit, quod eam nostris temporibus iam evenit, memoratu dignum existimai, ac quemadmodum accipi ab Antonio Alamanno, ciue Cephalœdensi, viro optimo, qui per xv. fere annos, multa etiam ipse acerbissima tulerat; monumentis literarum mandare. & si vero facundissimi Alij, Episcopi Vulterrani, lucubrations ita tibi animam, auresque demulserint, ut sermo meus iniucundissimus sit futurus; attamen humanitate tua fretus, opera pretium duxi, breuiter, fideliterque cruciatum huius martyris, seriem eius potius diminueras, quam arbitratu meo aliquid adiungens, commemorare.

*Anton. apieratis in Afr. abducitur.*

Igitur Antonium, sicut accepimus, cognovento de Noto, piratz, qui assiduis incursionibus oram Siculam vastabat, incautum vi capiunt: verberibus cæsum in vincula coniuncti, maximisque strumis, ac metu mortis, ut Christi fidem abiuret, perterritent. cum vero immotum iuuenis animum, firmumque ad tormenta conspicerent, libertatem, opesque, ac pulcherrimas puerulas & captiuas, & iuueni promittentes, ad nequissimam eorum superstitionem pelli- ciant. postquam igitur Christi fidem execratus, aliquamdiu barbaram linguam, corruptosque, ac peruersos gentis mores edocet, Maurorum more, Maragbitus factus est, in quo manete, impiauit Mahometis sectam ceteris præferebat legibus, vitaque profitebatur, omni se flagitiorum cœno defodans. quare Mahometis cultores, animatum salutem laxis ad vitia habenis prædicantem, diligebant; vestesque per urbem incedentes deosculantes, veluti beatum, &

Miragbitus  
creatur.

alterum Mahometem obseruabant, cum per annos XL. vitam miserabilem, ut lutulentus sus, duxisset; tandem secum animo reputans, omnes, qui de terra orti sunt, in terræ conuerti debere, animum ex spuriis pororum haris ad corrum erexit.

Ad cor itaque conuersus, verbis huiusmodi se contumenter verberabat. miserum me, qui ob bona fluxa, atque caduca Christum Dei filium abnegau. miserum me, qui ob perditissimam superstitionem, vitijs omnibus conflatam, veram religionem, quæ ducit ad vitam perpetuam deservi. quid demum utilitatis ex tot peccatis, quæ admisi reperio? nisi palam, eadem in urbe, in qua christianam pietatem abiuraui, impiæ sectam detestatus fvero, profecto interij morte sempiterna. igitur præteriorum criminum pertulsi, positis vultibus, quarum Mauris usus est, ad Carthaginem Antistitem, qui forte tam Carthagine, civitate olim nobilissima, morabatur, se confert: In Ecclesiæ illum precibus obsecrans, ut in Ecclesia finum ad penitentiam reciperet: Antistes pius, vero, qui Tuneti Antonium viderat, expertusque erat infernum hostem Christianæ rei, veritus ne dehuderetur, unius noctis spatium petit, ut cum christianis viris de re consularet. qua diligenter inter eos examinata, venie locum Antonio dare decernunt. is postero die, quippe qui tota nocte Christi fuerat precatus, ne Antistes à christianorū se castu excluderet, confessum ad templum euolat. Antistitis responso latet, sed proculpis suis in corde ciuilans, eas cum dolore confessus, sacratissimam Eucharistiam accepit. tandem ab Episcopo, atque à sacerdotibus satis ad martyrium firmatus, Tunetum redit.

Hic Antonio ciues, ut antea assurgens ille vero tali honore se se indignum esse dicitabat, atque à se ut impuros canes, quam plurimis conuicijs repellebat. sed qui primus totius urbis nequissimum nouerant, non poterant non satis admirari. illum alij ebrui asserere: alij miracula facere. Antonio id ipsum

Ad finitum  
redit.

In Ecclesiæ  
finum reci-  
piuntur.

ad Regem  
defecit.

ipsum pernegante, se hominum omnium deterrium esse, dicente, perplurimi indignabantur. tum demum rumor, ac tanta totius urbis perturbatio ad Regem, in arce residentem a ciuiis defecit. instantes, ni dicto cito offendiculum huiusmodi extirpari ex urbe procuret, eorum legem funditus interituram. Rex vero à Christiana fide abducatur, quam interfecit malebat: sibi ad se iubet: multa, quae in eum beneficia contulerat, exprobrat. plura daturum promittit. & cuinam mea regia interdiu, noctuque liberius, quam tibi patuit? quid unquam posculisti à me, quod astatum tibi concessum non exoraueris? non ne vides, in qua pericula me Regem amicissimum coniicias? non vides totam pene urbem hoc facinore commotam? si Christi religionem abnegare renuis, & Mahometis legem proficeri, eripere à morte nullo modo possum. Antonius respondit: et si, ô Rex, in eodem cæno, in quo versaris, diu me volutauerim, attamen Christum Deum verum, Deique veri filium, ex Maria semper Virgine natum, rursus abnegare, nec tuis proprias volo, nec inflagitorum poenam meoram, mortem fugio; paratus sum digno scelera mea suppicio expiare. ubi Rex infraicti animi virum, & in Christi pietate constantem videt, in carcerem tenebris, situque horrendum trudi iubet. qui vel eius visendi, vel confirmandi causa eo veniebant, singulis noctibus fulgorem cælitus delaplum ac suavitatem odoris admirabantur. sed Antonium delatos à Barbaris cibos penitus recusantem, & in assiduas preces insistentem cernebant.

Demum Rex cum illum erga Christum pietate in dies flagrantiores fieri animaduerteret, atque à sententia deducere nulla ratione posset, duobus litoribus strictos gladios præ ferentibus, hac lege jugulandum tradidit, nisi blasphemie in Mahometem illatae poeniteret. precibus igitur quo usque ad locum cædis extra moenia, perueniret, frustra iactis, Antonium manus, & oculos in cœlum eratos habentem, mortemque alacriter pro veritate subeuntem, barbari jugulauere. gatæ eius sanguinis, quibus interfecit est solum, multas per noctes, ut faces, ab eo collucere vide sunt. Mendico cuiusdam Christiano, membris invalido, ac vehementer aduersa valetudine laboranti,

Antonius per quietem vias est, monuitque vt membra sua liniret terra crux eius conspersa. quo facto ille sanus statim factus est. exinde Barbaro cuiusdam, quo cum emendare victimæ solebat, obuius, deque salute eius percontanti, & in pristinam valetudinem restitui cupienti, respondit, si in Iesum Christum Deum, Deique verum filium, toto corde credideris, salutaremque aquam baptismatis suscepseris, insuper Antonij sanguine consecrata terra corpus illeueris, sanus haud dubie fies. impleuit hæc Barba- rus, sanitatemque adeptus est, non diu tamen retinuit. nam paucos intra dies, assiduis Maurorum terroribus, supplicium mortis comaminantium, crebrisque increpati- nibus, quod Mahometis legem reliquerat baptismatis gratiam execratus, corporis & animæ sanitatem amisit: pristinamque ad debilitatem membrorum, usq; iemendandi victimæ, iusto Dei iudicio, redactus est.

Iam vero postquam infensi Barbari Antonium jugulauere, per humeros de furca suspensum lapidibus impetebant, sed his ne quaquam attingebant. imo potius se ipsis percutiebant. quare indignati, ac præ furore cœci, frementesque in pyram ardensem coniiciunt. sed igni ne pilus quidem in piloso corpore crematus est. deinde in profundum puteum deturbant, iniectaque super terra ad summum usque replet, ne Christiani raperent. negotiatores vero Ligures, urbis vigilibus quæ precibus, quæ pretio redemptis, Antonij corpus inde extraxerunt; conditumque arca lignea, in secreto facello, per aliquot menses collocantes, super illud diuina sacrificia celebrari curarunt. denique per viros fidos, Antonij Alemaniai, optimi viri humeris felicissimum Christi Martyrem ad nauem delatum, Gequam Liguriaz Caput, transmiserunt. hac ratione Antonius de Noto peccatorum

veniam martyrio meruit, breviq;  
cruciatus mortis, vita sem-  
piterna facultatem  
consecutus est

Idibus Ia-  
nuarij.  
fit laus, & gloria Do-  
mino nostro Ie-  
su Christo,  
Amen.



MORS

# M O R S

## FR. IVNIPERI SICVLI

### Ex Ordine Minorum S. Francisci.

Anno Chr.  
circiter an  
nū 1554.

De eo agunt  
Marcus Vlys  
Siponensis in  
Chron. S.  
Franc. & Bo  
sius de signis  
Ecclesiaz.




VNIPERVS, in Sicilia natus, vir simplex fuit, ac Religiosam in Provincia Neapolitana vensem induit, domestici muneribus obeundis, à moderatoribus suis Hie rosolyma missus est, ad cœnobium Montis Sionis, officinæ aromatariaæ, ac valetudinario præfectorus: cum vero loci custos ut eius opera, aliquibus de causis, nollet, vehementer ex eo molestus, reditum in Italiam destinavit, sed opportunitatem opperiens, colligendis Reliquijs operam dabant, ex locis illis, quæ Christus Dominus vestigijs suis, & sanguine consecraret. Interea euenit, ut Christianus quidam ex Iacobitis, qui fidem metu mortis exuerat, cù acriter, ob patratum facinus, incusaretur à ceteris Christianis, monereturque, ut Christi religionem resumeret, ac saluti prospiceret sua, exsequi statuit, superstitionem perditissimi Mahometis palam abjurando. igitur magna animi constantia, coram præsidibus iudiciorum Mahometanorum sedet, Turcisque, qui Hierosolymis erant, impij Mahometis cultum eiurans, Christianumque se esse professus, & in Iesum Christum credere, cæsus, crematusque est.

Huius viri beata cæde creditur Juniperus diuinos arimo ignes concepisse, atque ad martyrium vehementer exarsisse. nam ad Martyris rogum præfectorus, ossium eius fragmina collegit, quæ loco reliquiarum veneraretur. quod fortasse ab eo factum, ut talia agere comprehensus, idem mortis genus, pro Christi fide, subiret. sed id temporis hac spe frustratus est. haud multis interie-

dis diebus, Dominico quodam die, cunctianitor esset, clam domesticis omnibus, ad Mahometanum fanum pergit, qui vero adstantes erant, adeo fidenter introeuntem contuentes, rati ad eorum sectam transfigere velle, super hoc ipsum rogant. qui Christianum se esse respondit, neque unquam Christi fidem deserturum. ubi Turci audieruere, verberibus male acceptum, minisque è fano eiecerunt. sed eam adem reperente, pugnis primum, ac fuste multant; deinceps invenientur coram iudicibus exhibent, ut quod eorum fanum ingredi, legemque execrari ausus esset, de more puniretur. iudices optionem Junipero permittunt, feligeret utrum vellet, seu Christi fidem abnegare, seu morte multari, at Dei seruus manas, quæ intendebantur, irridens; Christianum le esse, & cultorem Domini Iesu Christi, rursum firmat, addito, Mahometem, cuiusque sectatores omnes eternis inferorum supplicijs damnatos esse. tum iudex ad Turcarum clamores, vocesque poenas aduersus contemptorem Mahometis exposcentium, stricte in caput ferro percussum interficit. Barbari corpus igni cremauerere. ita vero Juniperus desiderata laurea coronatus ad Dominum euolauit

VII. Kal. Martij, cui laus sit, & gloria in omnes æternitates. De eo agunt Marcus Vlys Siponensis in Chronico S. Francisci, Bosius de signis Ecclesiaz, aliquique.



ORI-

**ORIGINES**  
**ILLVSTRIVM ÆDIVM**  
**S A N C T I S S I M A E**  
**DEIPARAE MARIAE**  
**A V C T O R E**  
**OCTAVIO CAIETANO**  
**SOCIETATIS IESV.**



**DEIPARAE VIRGINIS CVLTVS IN SICILIA**

Antiquissimus æque, ac celeberrimus.

Cen. 3.



AM inde à mundi incunabulis receperat in se Deus, per Virginem conterendum esse serpens caput, id est idolatriæ, cui fane oraculo cōsentanea scribit D. Cyrillus, ita

D. Guill. ho.  
26. oonta  
Nestor.

Ric. Vic.  
in cant. c. 26  
Rup. lib. 1.  
in cant.

Deiparam alloquens. Per te Trinitas sanctificatur; per te crux pretiosa dicitur, & adoratur in toto Orbe terrarum: per te exultat cælum, latantur Angeli, fugantur Damones, & homo ipse ad cælum revocatur: omnis creatura idolorum errore detensa, conuersa est ad notitiam veritatis, & fideles homines ad sanctum Baptisma perueniunt, atque in toto Orbe terrarum constructa sunt ecclesiæ, & quorum omnium Deipara fuisse causa dicitur, non modo partu Iesu Christi, qui tot bonorum nobis auctor exitit; sed precibus ad Deum suis, quibus hominum salutem, & ab idolatria conuersio nem impetravit: omnium salutis de ea Riccardus ait, desiderauit, quæsivit, & obtinuit; imo & salus omnium per ipsam facta est Rupertus item Abbas verba illa canticorum explicans posuerunt me custodem in vineis, id est in Gentibus, subdit, que non quidem erant, sed ex mea custodia factæ sunt vineæ Domini. ac rursum ita loquentem Deiparam inducit, pro una vinea, que debuit esse moæ, sanguis meus, caro mea, multas vineas acquisiui, multas Ecclesiæ in Gentibus dilataui; qua omnes custodiæ meam habent; & habere desiderant, de meis meritis præsumentes, de in-

Tom. 2.

tercessionibus meis confidentes, & proibus modi custodias clamantes ad me iugiter quod singulari priuilegio videtur Dei mater à Filio consecrata dum is in cruce penderet, in qua dum è latere suo Christus Dominus Ecclesiam pareret, Maria Virgo Ioanni tradita mater, simul à Filio constituta est mater omnium, qui cum in tenebris infidelitatis tunc versarentur, lucem eius fidei, ope matris recepturi erant. itaque D. Iustinus Martyr Mariam appellat, secundam Euam quod Eua, prima mater, peccato nos genuit, Maria prætix, & fidei iure etiam à D. Augustino dicitur, Mater Gentium; & à D. Ioanne Damasceno, omnium Orbis Ecclesiæ Mater.

Quod igitur Sancti Patres vniuersim de Maria Virgine prædican, nemo dubitatebit speciatim de Sicula Ecclesia accipiendū etiam esse, eius ope Siciliam factam esse Domini vineam; illam esse Ecclesiarum Siciliæ matrem; ab illa Siculos, excisa idolatria, Christianæ fidei progenitos, cuius rei testem esse velim tum initia Christianæ religionis apud nos; tum ab illis initijs deductus, & perpetuus Deipara cultus, & amor in Sicilia. quare optimo iure factum arbitror, ut plerasque Deipara sacras ædes ex ethnicorum templorum columnis, epitylijs, & marmoribus maiores nostri exstruxerint, ut ipsam intelligeremus falsorum Deorum vietricem, ab iisdem opima tulisse spolia. itaque Messanensis ædes maxima constructa est columnis, quæ fuerant Neptunij templi in Peloro Promontorio. summa ædes Catanae est columnis marmoreis veterū Thermarum; Metropolitana templo Panormitana, & Montere galense, aliaque Virginis dicata ex antiquorum templorum ruinis

Inst. dial. cxi  
Tryphoh.  
Aug. serm.  
35. de SS.  
S. Damasc.  
orat. 2. deB.  
M. dormit.

Nn nis

nis plurima desumperunt ornamenta, & veluti deuidæ idolatriæ trophæa. repetit quæso animo, quibus tandem machinis ad profligandum è Sicilia dæmonum cultum vsi sint Christianæ pietatis Duces, qui pri-  
mi in illam irruperunt.

D. Petrus Apostolorum Princeps Antio-  
chia in Siciliam transmisit Marcianum & Pa-  
cratium sanctissimos viros, & plane dignos  
Episcopos, quibus Sicula Provincia, ad Chri-  
sti Ecclesiam, & fidem adiungenda, deman-  
daretur, uterque vero, uti summa in Dei-  
param pietate prædictus erat, ita illius pa-  
trociuio vius propagandæ fidei nauabar  
operam.

D. Marcianus Syracusarum Episcopus  
Virginis Sanctissimæ imaginem secum tulit,  
cuius specie diuinum iusse amorem fouveret,  
& indigenarum animis cælestes ignes ad  
Christum euolantes ingereret. illa, tamquæ  
cælesti fulmine, idolorum simulacra dei-  
cere; illa, veluti firmissimo clypeo, à sty-  
giorum monstrorum rabie ac impetu se su-  
nosque tueri; illa, uti ancipiti gladio, ab ener-  
giunenis, insessisque domibus larvas, ac tre-  
pidantia spectra in fugam vertere; illa, non  
secus ac diuino medicamine, cæcis, mutis,  
claudis, paralyticis, alijsque morborum vi-  
afflictis, visum, loquelam, integrasque vires  
impertiri consueuerat. Eam effigiem in an-  
tris collocauit, quæ Pelopia quondam, nunc  
vero ab ædæ superstructa D. Ioannis Apost.  
dicuntur, ad inferiorem Acradinæ partem,  
ibi Marcianus docebat, ibi baptisterium sta-  
tuit, & sacris operabatur sub tutela Sanctissi-  
mæ Dei Genitricis, ut quos Christo genu-  
isset filios, pietatis lacte in magnam matræ  
enutrit. in eo subterraneo templo etiam  
num plures conspicuntur Virginis icones;  
sed incertum an earum aliqua, ad huius  
de qua loquimur, similitudinem conforma-  
ta fuerit.

D. Pancratius Tauromenitanus Antistes  
dum puer adhuc esset Hierosolymam addu-  
ctus a parentibus, Christum Dominum in  
mortali carne ibi degentem vidit; nec dubi-  
tandum videtur, quin etiam Sanctissimam  
eius genitricem inuiserit; minus ergo miran-  
dum, si spem opemque in Deipara collo-  
carit, eiusque patrocinium sibi suisque vo-  
luerit esse præsidium inexpugnabile. Tauro-  
menij templum Virginis Sanctissimæ statuit  
& sacrâ illius effigiem, ad enascentem fidei  
segetem educandam, proposuit, mira sunt  
qua per eam imaginem perpetrauit, & quoc  
per eam ad Christi religionem allegerit, cu  
ferox tyrannus, cum maxima furentium  
militum manu Tauromenium expugnat-  
rus, ad moenia accessisset, trepidantibus  
omnibus, ac de urbis deditione cogitanti-  
bus, Pancratius pro mœnibus Deiparae ima-  
ginem ostentans, & victoriæ inclamans,  
tenebras primum in hostium mentes inic-  
cit, ut se inuicem plurimi gladiis contruci-  
darint. mox Christianæ pietatis fulgorem  
immisit, cum cælestiū vim animaduerteret.  
quantus hic Virgini triumphus, quantus  
amor, ac religio.

An à D. Pancratio, an aliunde Taurôme  
nitani non manu factam Deiparae imaginem  
habuerint; incertum est; id tamen certum  
eos coluisse antiquissimo in templo eiusmo-  
di imaginem, ex eo generè, quas olim Gra-  
ci non manufactas appellarent, quod non  
ab humano pennicillo depictæ essent, sed  
vel ab Angelis, vel diuinitus prodierint;  
quamvis non ignorem extypis eamdem non  
manufactæ imaginis nomoclaturam è proto-  
typo deductam, fuisse non raro data; &  
qua de re doce, ut solet, Iacobus Grecus  
in opusculo de non manufactis imagini-  
bus multis differit, locuples vero testis tum  
imaginis, tum pietatis, qua à Tauromenian-  
itanis colebatur, est Theophanes Episco-  
pus Tauromenitanus, cum ait, [cum vero  
intueror populam meum tanta cum religio-  
ne ad sacrum templum, in quo non manu-  
facta lôge Purissimæ Domina nostre Im-  
ago collocata est, quasi factio agmine concur-  
rentem, gaudet & laetor.

Huc etiam spectat, quod ethnicismi re-  
liquias alicubi diu retentas eiusdem Virgi-  
nis religio extirparit. in monte Eryce ædes  
maxima eo consilio ad occidentem exædi-  
ficata est, ut ab eo celeberrimo Veneris Ery-  
cinae templo ad Orientem ibi constituto  
retraherentur illi, quibus adhuc adblan-  
diebatur antiquissimi illius prostibuli  
potius, quam templi, superstitione. fama  
vero edicit, abolendis superstitionis qui-  
busdam ritibus, qui adhuc ex gentilitate  
pullulabant, Pontificem ad Erycinos mi-  
ssisse pulcherrimum è marmore simulacrum  
D. Virginis Genitricis, brachijs diuinum  
infantein complexæ, quod in de maxima  
colitur, eique à Stella nomen, qua in fronte  
supra pallium incisa habet, ut Erycinis  
è Diuinæ Matris vertice felicior lux affuge-  
ret. Sed in Enna celeberrimum erat Cereris  
templum, cuius vestigia extant extrema  
in rupe ad Orientem; illic dein exstructum  
est templum Deiparae, at perdurabat apud  
Ennenses reliquia veteris superstitionis, In-  
signia Vrbis adhuc erat Ceres cum spicis,  
antiqui eius templi semidiruti noxiis aspe-  
ctus sollicitabat, festi dies Cereris mense Iu-  
lio, cum fruges maturescunt, peragebatur.  
Sed Virginis pietate hæc profligata sunt,  
quare Ennensis Clerus Magistratusque de-  
lendæ Cereris superstitioni ad Deiparae pa-  
trocinium accurrit. festum diem D. Virgi-  
nis Visitationi ineunte Julio instituit cele-  
berrimum, supplicationes ad illam decre-  
uit, quibus effigies Virginis ad ipsius ædæ  
à Portu Salvo dederetur; ac demum S.  
Mariæ Imago in Vrbis insignibus consti-  
tuta, ita feriarum Cereris superstitione pro  
Sandissimæ Virginis patrocinio penitus  
obliterata est.

Aucto Christianorum numero cultus etiā  
in Deiparam auctus, ac sacrarum illi ædium  
numeris, celeberrima fuit, quam Syracusis  
à Belisario nobili ac prædiuite viro extruc-  
tam, anno Christi CC. ab Euxio consecra-  
tam almae Dei genitrici legimus.

Porro anno CCXXXVII. ad fluvium  
Assiam

Hon. de tr  
figur. Dñ

Encor. Seq  
racus.

Ex vita San  
di Metaph

Affiam haud procul à Leontinis Publius vir apprime pius, opibusque præpollens Virginis templum erexit, quò ipse confugit Maximini furorē declinaturus. A Thecla etiam, pietate, ac nobilitate illustri, templum ibi Virginis positum haud sine cælestium impulsu, annum circiter CCLXII, ibidem in vrbe media idolorum sanum in magnæ matris templum commutatum. Hinc quid in certis vrbibus factura fuerit, quando monumenta tot cladibus consumpta, non superfluat, coniecturam capere facile poterimus. multæ enim celeberrimæ, ornatissimæque Basiliæ S. Virginis in Sicilia extitere; quapropter Nilus Monachus in vita S. Philareti græca manuscripta, quæ Messanæ in Biblio theca S. Saluatoris afferuatur, in eo præcipuam Siciliæ laudem reponit, quod multæ habuerit facella, & templo Sanctorum admirabili pulchritudine, & immensitate, interquæ augustiora Sanctæ Dei Genitricis nomen decorabantur. constat ex M.S. Vita S. Leonis Cataniensis Episcopi nobilissimum templum Virginis floruisse olim Catane anno circiter DCCXV. hæc enim ibi leges. quadam die cum ad Basilikam in honore B. & Gloriose Dei Genitricis Mariae constitutam, misarum celebratus solenia processisset Antistes, illuc Ciuitas tota festina conuenit; nam diei cultus solemnioris vngebat, & propter Virginis amorem sacratissimæ locus habebatur ille celeberrimus, & quo nullus esset in vrbe celebrior.

Augusta etiam fuit SS. Dei Genitricis Basilica, quam Theodosius II. Syracusam Episcopus anno ferme DCXC. construxit illi similem, quam Pulcheria Imperatrix condidit Constantinopoli. & ad Blanchernas dicta est. fuisse etiam celebre, annum circiter DLX. in Agrigentino suburbio templum Virginis pulcherrimum, cœnobiumq; sub eiusdem S. Matris nomine in vita S. Gregorij Agricentini habetur. Syracusam templum Virginis dicatum, ipsius Episcopi sedes refectum est à Zosimo Episcopo anno Christi fere DCXLV. sub Theodosio deinde Episcopo direptum est à Barbaris, atq; ex eius supellestili vasa argentea à Saracenis asportata, quinque millia argenti pondio fuisse traduntur.

Sed quis modus, si accuratius recensere velimus templo aut omnia, aut celebriora, quæ cultum Virginis Deiparae in Sicilia promouerunt. quæ enim in Sicilia vrbis, opidū, pagusue? imo quis ager, qui montes, quæ valles, nemora, lacus, flumina, in quibus nō reperias, aut sacras Deiparae ædes, aut positas saltem imagines, cultus, & patrocinij testes? iacent quidem plerique vrbes, nec de ijs quisquam iam diu curat; at Deiparae templo ibi adhuc sarta tecta seruantur ad cultum: ad verticem iacentis Camarinæ, ædes est B. Virginis, idibus Augusti, magno adiacentium populorum concursu celebrata: eademq; in ora Siciliæ littorali ad meridiem in opidi veteris iam diruti ruinis, q; nomen etiam amisit, D. Mariae templum visitur: intra sinum eversæ Segestæ, vnicum

Tom. 2.

fanum, prisci operis monumentum, quadratis ex lapidibus, testudinatum, & integrum. D. Mariae sacrum est, quo loco Triocala vrbis olim fuit, in edito colle prostrati Tynarij ad mare tyrrhenum; vbi olim Alefa vrbis ad Septentrionem, vbi Aluntium, ibi solum in sacris ædibus Virgo colitur.

Plurima sane templo Virginis excidit Saracenorum clades, quæ ducentis annis, eoque amplius Siciliam pestum dedit, quare in antra, secretaque loca, Virginis simulacra pīj Fidèles tum detulere; atque ex ijs creditur fuisse parvum Virginis simulacrum, q; eiusdem monitu, Lilybœi inuentum est in puto, vnde & nomen traxit S. Maria à Cassa. itidem tabula, in qua eiusdem Virginis depictus obitus, quæ in templo S. Maria à Gibilrossa prope Panormum depicta fuerat ex subterranea specu eruta est, supra quā templum, ante Barbarorum aduentum suis se traditur. Sed fidellum lacrymis, precibus que fatigata Mater Sanctissima, Rogerio Duce in libertatem Siciliæ vindicauit; quare tantæ Virginis nomen, & imagine in suo vexillo deferebat tunc Rogerius. inde beneficij memores Siculi innumera liberatrici Virgi templū excitarunt, quorum seu magnificētia, seu sacra supellex, siue etiam numerus spectetur, maximus Siciliæ erga Deiparam cultus arguetur. nam præcipuz, maximæque ædes Virginis dicatae sunt, vti Cathedrales Panormi, Messanæ, Syracusarum, Catane, Montis Regalis aliaque templo alijs in vrbibus, quorum numerum inire vix quispiam facile poterit. imo quidquid in honorem Dei Genitricis cederet, libenter Sicilia amplexa est, nec fere vspiam aliquod celebre fuit Virginis nomen, sub quo templum à Siculis non erigeretur. ita templum Virginis ad Blanchernas in Sicilia conditum, & S. Maria ab Itria, quibus nominibus à Polcheria Imperatrice duo templo, augustissima Constantinopoli construæ licet alterum Virginis Hodigitriæ, mutilata voce, Itria, appellatū sit. ita & Virginis latissimum templum factum est, vt erat in Hierusalem. & S. Maria de Bethlem, itidem S. Mariæ Maioris, quod Romæ visitur. nec Lauretana ædes in Sicilia neglecta est, nec Montis Serrati, & Guadalupe, quarum duæ postremæ in Hispania sunt. Demum SS. Virgo nomen ipsa nostrum, vt majoribus devincret beneficijs, suscepit, dictaque est Sicula sub qua nomenclatura Neapoli anno 1275 ædes Virginis exædificata est, quæ multis miraculis illustrior fuit anno MCCLXXV. cui has inscriptions adiectas lego. *D. Ladislao Rex, cum morbo Sciatica esset infectus, conuersus ad B. Virginem Siculam, liber evasit. & Diua Ioanna Soror Regis Ladislai qualibet hebdomada in die Sabbati eadem summa cum devotione visitabat; ab eademque singuli patientes sanis redibant.*

Sed cum nequeam plurima dona; quibus Siciliam auxit Deipara, recensere, nec tam omnia præterire liceat, nē ingrati animi notam subeam, id consilij placuit, vt Originem nonnullarum sacrarum ædium &

N n 2

ima-

imaginum Sanctissimæ Matri, quæ ab aliquo eiusdem beneficio, atque prodigio initium traxere, paucis explicarem. hac enim ratione complectar Virginem in Siciliam benevolentia argumenta, & communis simul Sicut pietatis in Virginem indicia, quibus maior in dies amor & fiducia erga munificentissimam Patronam merito innatur. Cum autem de Imaginibus Deipara-

per Diuum Marciatum, & Diuum Pantatum primis Ecclesiæ temporibus in Siciliâ inuenitis, tum de insigni simulacro Drepitanico iam dixerimus, nihil de ijs hic addendum. iuxta temporum ergo seriem de alijs dicam; non tamen de omnibus, quia maioris curæ & otij id esset, quam possum adhibere; sed de ijs, quas olim præcipuas ratus descripsi.

## DEI PARENTI IMAGO DIVINITVS PICTA, quæ colitur in valle viridi in Monte Aetna.



VM Orientis obtineret imperium Michael Paphlago, anno hum: sal: 1040. tumultuanti bus in Sicilia inter se barbaris Georgium Maniacem vitum strenuum ad liberandam Siciliam ducem cum classe misit; is vbi in Siciliam venit, cōiunctis contra eum Sarracenis, prius dissidentibus, p̄ em Barbarorum se viribus minime ratus, ab Salernitano principe Guaimaro, & Landulfo Capuano Duce suppetias petiit, a quibus nonnullæ Nortmannorum copiæ missæ Vvilleimi, & Roberti ductu: inter cæteros Landulfi milites, vir quidam ligur cui Dionysius nomen erat, proceræ admodum altitudinis, parisque corpori roboris aduenit, qui multas ediderat in prælijs barbarorum strages, & formidabilem hostibus se præbuerat. Deiuitis Sarracenis, cum Maniaces conscriptis de spoliorum diuisione legibus non steriles, magna inter eum, & Nortmannos duces exorta contentio, quare ægris animis abscessere. Dionysius cum nec Nortmannos sequi vellet, ne Geor- gio se adiungere, pessimum consilium coepit: antrum in ætna monte nactus supra vi- rentem vallem diroptis rupibus atq; anfra- cibus inuium, ibi sceleratam vitam degere statuit; itaque ad rapinas se vertit, in viatores impetum facere, bonis omniibus quo- cumque possit spoliare, semper humano san- guine infectas manus tenere; verum, ita sanctissimæ matris gloria fauente Deo, euenit, ut mense iunio Catanensis quidam Ægidius pius Virginis cultor, illac iter habiturus es- set, qui ab aliquibus monitus ne in crudeles Dionysii manus, si viterius progrederetur, incideret; respondit progredi omnino opor- tere, sati sibi in Virginis clientela aduersus quemlibet opis esse: nec hominem pia fe- fellit opinio, nam noctu in via a Dionysio stricto gladio appetitus, adhibitis illi fru- stra precibus, Deiparam tandem inuocat patronam suam; adfuit statim præsens illius auxilium. ecce enim repente vehementissi- mus terræmotus cohortus, & atra nox luce clarissima refulsi; ex qua vox ingens emis- sa ter Dionysij nomen inclamauit, attoni- tus ille, erecto brachio gladium tenente, ha- rebat, nec se poterat commouere, petiit ta- men trepida voce, quisnam esset, qui se vo- caret, quidue ab eo peteret; Virgo Deipara,

inquit, sum, quæ vt opem Aegidio meo fer- rem, tuisque e manibus eriperem, buc de- scendi; remitte iam easem, & liberum via- torem sinas; flexis tum genibus latro petita ab Aegidio venia, eum dimittit; quo profe- cto cum multis lacrymis precibusque Dio- nysius à virgine pacem exposceret, sanctissi- ma mater immensa luce circumfusa, magna- que Angelorum multitudine stipata clie- re se illi videndam obtulit, bonum habere animum iubet: spondet, si suo dicto obe- diens futurus esset, veniam illi a filio impe- traturam: promittit omnia, quamvis ardua interna iam vi commotus latro: tum illa- hæc præcipit, primum vt pessimam prioris vita rationem detestetur, deinde vt Eremitæ habitum capiat, sibi templum in eo loco fabricandum curet; petiit ab ea, & Diony- sius, vbi, & quo pacto in ea solitudine id construendum. i, magistratum, & clerum aduoca, infit Virgo, in hanc vallem com- muni pompa conueniant, & vbi gruum cor- rona visa fuerit, ibi nostra domus excitetur: nec aquarum penuriam metuas, sed quo in antro tot hominum effudisti sanguinem, meo inuocato nomine parum effodias, & fo- tem apertis ijs, qui biberint salutarem. factis iam quid facturus esset edocto Dionysio, Virgo Sanctissima inter celestes choros sub- limis abiit: ille protinus armis, vestibusque depositis eremiticum habitum ex lana sus- scipit, & ad mandata celestia obœunda opidum propin quius Acim petit: rem publice exponit, concurrunt omnes, fit solemnis supplicatio, ad virentem vallem tenditur: tria ferme passuum millia distabat ab Acis; vbi grues spectantibus omnibus apparuere, illico sacras preces flexis genibus incipiunt, cumque Sanctissimæ Mariæ nomen ter in- uocassent, aues veluti ratione prædictæ suis cantibus acclamarunt, ac deum in altum euolantes, ex oculis euanuerunt: nec minor fuit admiratio concurrentis populi, cum ad tertium ligonis istum ex arido antro fons perennis aquæ profiluit, ex qua varijs varijs affecti morbis bibentes conualtiere. his mi- raculis accensis animis inceptum Tempti opus, & urgente Dionysio sequenti anno perfectum est: at vero Sabbati nocte, que ultimam Augusti Dominicam præcedit, sa- cram Virginis diem, cum Dionysius in tem- plo esset, Virginum chorum conspexit, inter quas

quas unam pulcherrimam diademate coronatam cum filio in vlnis; quæ omnes ad pilam templi accesserunt, ac repente ex oculis sublatis illucescente die in eadem pila imago Virginis inuenta, Græca videbatur pictura: sedebat coruleo velamine, aureis notis distincto, cooperata Sanctissima Mater, dextra vlna filium tenens, erecta dextra benedicentem, sinistra manu gruem capit; tres aureas coronas duo Angeli imponebant. Templum hoc auctum magnifice, decoratumque a Frederico Rege, qui cum Ioanne Randazij duce illat iter faciens Virginem veneratus, a tribus Episcopis illud consecrandum curauit, cuius consecrationis cruces adhuc videntur; prædijs etiam illud munifice donauit, caputq[ue] omnium Acis Ecclesiastarum constituit, & cum multis alias Ecclesiæ, tum S. Ioannis ad nemus, S. Mariæ a Scalis, & S. Luciani templâ illi addixit. miru fuit quod in illa Templi ampliatione accidit, quippe cum id dilatare vellent, parato, in quo Deiparæ depictum erat simula-

crum promotendus erat; prius itaque tres tabellas ad illius Iconis formam depingendas curant, sed, mirum dictu, cum sero perfectæ essent, postero mane deletæ innenabantur. Res ipsius frustra tentata, machinis protrahere murum decernunt: restitit tamen ille, nec vi vlla proferri potuit, Virginis enim imperium, non humanum agnoscet robur. demum per speciem Damiano pastori fido clienti sanctissima Virgo apparuit, nuntiat tempus esse protrahendi partis, sine Iconis detrimento. Ergo dum hercana aptantur, & expediuntur funes, alia posteriori dexterâ impulsus paries, vitro, nullo duce ad alium se parietem adiunxit in dextera templi parte. vbi deinde vario lapide, & puro marmore magnificum extructum, summoque omnibus in honore est, & reuerentia; miraculorum verò seriem, si vellem hic apponere, infinitum plane opus possem confidere: ex monumentis ecclesie ab Episcopis Catanensibus confirmatis, & literis Vicarij Vallis Viridis hæc descripta sunt.

### IMAGO DEIPARÆ PLATIENSIS, quod vexillum prætulit inclitus Comes Rogerius ad uersum impios Saracenos.



**L**E VICTIS feliciter Sarracenis qui Siciliam graui seruitute presserant, vexillum illud, in quo Virginis erat Icon, non minus Christianis augustum, quam barbaris formidabile, quo Comes Rogerius hostes debellauerat in nona Platiensi Colonia situm fuit, habitique illi homines, ut par erat, usque ad Guillermi cogitatione mali tempora; tum enim cœli ardore in Regem orta, cum inter alios platiensi ex viris primarijs Platiensibus & Villelmo descivissent, (qua coniuratione Panormi in catcerem ille cōiectus est,) grauis deinde Platiam calamitas opprescit; ubi enim è catceris latebris in regium ille splendorem restitutus est, gratiiter saevit in perduelles, adeo ut coloniam illam solo aquari iussit. at vero viri nobiles illi, quod euenit, meruentes, fuga sibi consulendum rati, sanctissimum vexillum, ne quid in cœco furore caporet detrimenti, subterraneo in loco abdiderunt: quibus subinde extinctis, vexilli etiam notitia extincta est. data deinde facultate reliquis ciuibus, qui nullam perduellionis noxam contraxerant arcis in proximo colle excitanda subeodem Platiæ nomine, multos annos summo studio, ac diligentia frustra perquisitum vexillum, donec sanctissima Matri visum est ad suorum Clientium incolumentatem thesaurum abditum aperire. nam post 180 annos, quo tempore sub terra delituerat vexillum, anno salutis 1345, cum validissima pestilentia laboraret Sicilia, Deipara Virgo tot, tantisque ærumnas tulerata, per quietem Sacerdoti vitæ in

tegerrimæ sese obtulit: indicat vbi locorum expeditum tandem vexillam asseruetur, nec dubiam facit spem illud eratum, veluti celeste iubar, omnes calamitatum tenebras disiecturum. tam latè nuntio magistratui, cletoque delato, solemnis institutur supplicatio; ad antiquam coloniam omnes summa cum alacritate concurrunt: ibi autem sub una ex pilis diruta iam veteris ædis sacram Iconem, quæ in tela erat tabulæ compacta; inueniunt integrum; etenim nec tam longi temporis diutunitas, nec tertæ humor villa infecerat macula effigiem immaculatæ Virginis, sed potius venerabunda ipsa humus gestiebat tantum thesaurum in suo sinu conservare. tam clari miraculi celebitate excitate gentes concurrent omnes ad collum, hymnos, laudesque Deiparæ concinnet, conceptam animi spei, ac ligatione vultu ac deuotione præ se ferre. poitea illata in urbe, celebri pompa, multisque collucentibus ignibus veneranda sanctissima Matri imago, quæ ipso oris aspectu pecciferam lucem propellere videbatur; statim vero penit s peccientia compressa est, cives beneficijs aliquam referre gratiam cupientes magnificum Templum in altiore collis, qui celebatur, parte Virginis & Patronæ suæ fabricatunt. iterum deinde anno 1479. difusa per vniuersam Siciliam contagio, quæ Ruffini pestis dicta fuit, cum etiam Platiam peruersisset, ciuitas ad Patronam accurrat cuius commota precibus Clementiæ mater, illam secundo peccatoris tate liberavit, cuius rei perulgata fama auxit misericordiam in Virginem cum propinquarum yrbium, pagorumque, tum

tum etiam remotarum; adeo ut quamplurimi in summis difficultatibus præfertim in pluviis penuria ad hanc Virginem concur-

rerint. ex monumentis Ecclesiaz Platensis,  
& M. S. Cod.

Anno Chr.  
1171.

## SANCTISSIMA IMAGO VIRGINIS à Victoria Panormi.



VM olim duo illi heroes, quibus Sicilia libertatem suam accep-tam refert inter se non minus sanguinis vinculo, quam præ-clare gestorum copia coniuncti, Panorum obsiderent, ab occasu Robertus, Rogerias vero à meridie, Sanctissimæ Deiparæ nomen, opemque implorarunt; exauditas preces euentus statim comprobauit, nam eodem tempore in urbem ingressi sunt Robertus porta ferrea, & Rogerius angusta, cui nunc à Victoria nomen est. firmaque fama circumfertur Rogerio se videndam obtulisse exercitum Reginam, quæ vexillum manu præferens animos faciebat, aditumque in urbem præstabat: in

A. T. D. G. P.

eo loco templum edificatum est, & imago Sanctissimæ Deiparæ vexillum manu gestatis in beneficij mémoriam cum hac Inscriptione.

Porta hæc, in quam Rogerius invadimus Siciliæ Comes irrumpens, aditum exercitiū christiano ad urbem hanc Panorum ab indigna Sarracenorum servitute emancipandam venienti patefecit, Victoria cognomento, ab eo deuiditorum hostium summo cum honore ob insignem reportatam victoriam Deiparæ Virginis cultui, victoris eiusdem Principis, ardenti, ac pio desiderio consecrata est. Quindili mensē Dom. Incarnationis Anno M. LXXI.

Anno Chr. Diua Virgo, cui nomen Rauenofæ, quæ Comitis Rogerij militibus, dum siti, & Sarracenorum copijs vrgentur, aquam diuinitus, & victoriam de hoste concescit.



VO tempore Comes Rogerius Siciliam innictissimis armis à Sarracenorum iugo eripere conabatur, id traditur euenisce, quod pictum adhuc visitur in templo S. Mariæ Rauenofæ. prope Gelensem agrum mons est, qui Sarracenus mons etiā nū appellatur: in eo vrbis olim eodem nomine dicta à Sarracenis tenebatur. oppugnabat eam acriter Rogerius dura obſidione; fertur autem euenisce, vt præ aquarum penuria vniuersus exercitus grauiter laboraret, quapropter ad Deiparæ opem conuersus Pius Rogerius eam enix, precatus est, vt siti vexatis copijs benigna opitularetur? Audijt Clementia mater Comitis preces, quare precanti illi se obtulit; solatur, animos addit, locum prope ipsius tabernaculum indicat, vbi paullulum effossa terra, aquæ fons erupturus erat, cumulatq; hæc omnia nouis beneficijs, nam ego rotri tri Rogerij Comitis sanitatem reddidit, et Virgo prædixerat, aquæ fons: relectus

vatus optatis lymphis exercitus: captum, expugnatumque opidum: Sarraceni aut pulsi, aut trucidati; Comes vero Rogerius in illius beneficij monumentum perpetuum, templum Sanctissimæ Virgini erexit. hæc omnia traditio, rumorque communis testatur, præterea etiam pictura, nam in eadem Virginis æde hæc omnia, quæ diximus depicta, & ne temporis iniurijs

delerentur, refecta sunt. Vt;

nam clariora monumenta

extarent, vt sigillatim

quidquid euene-

rit, distin-

ctus

cognosceremus. ex literis

Prioris Cenobij S. Ma-

rie Rauenofæ,



DIVI

## DIVA VIRGO IN CASTELLO TYNDARITANO.

**N**obilissima olim Ciuitas Tyndaritana, quæ à Messenijs supra collem Tyrreno mari circumfluum, constructa fuit, nunc iam omnino di- ruta iacet; tantum iuxta antiquam arcem templum extat, in quo antiquissimum Virginis simulacrum ex marmore, magna, ut par est, colitur obseruan- tia, summusque illi post Drepanitanam Virginem habitus honor, cum ab acculis, tū à remotis populis; ad quam vel ex exteris nationibus multi peregrinatione suscep- tis concurrunt. hæc effigies admirabilis, admirabili etiam modo eō dicitur peruenisse. Fama est per manus posteris tradita olim ( nihil de tempore liquet ) cum nauigium quo sanctissimum simulacrum adueheba- tur Siciliam circumlegeret, sub ipso Tyndaritano monte constitisse, cumque ultra progrederi neutquam posset, & iam fauenti- bus ventis ab alia regi virtute, clare appa- reret; nautæ impellente animos cælesti Nu- minne, statuam Virginis è nauigio depen- nūt & ad proximum templum in colle collocāt; qua in re contigit, ut quo in loco primum effigies constituta fuit, ibi illius vestigium imprimetur, quod quidem in marmorea tabella vnius palni adhuc ibi asseruatur, reique memoriam seruat; at vero nauis

deposito Virginei simulaci onere reuersis- que nautis felicissimo cursu portum tenuit, tantum videlicet Regina omnium hanc sibi expetebat sedem, tantam ex sua Sicilia vo- luptatem capiebat, vt in ea, etiam cum vi- præter rerum, ac naturæ ordinem habitare quodammodo vellet, & ibi maxime coli ab omnibus, vbi tanta Idololatriæ supersticio prius floruerat.

Primum in templi latere sita fuit statua, deinde cum maiores nostri honoratiorem deberi locum Sanctissimæ Matri viderent, facillum fabricarunt, magnumque fama est in ea translatione miraculum fuisse. nam cu[m] in nouum facillum translata esset ves- pere, mane in prima sede, vbi primum fuit posita, inueniebatur; quod vbi non semel vi- sum est, mirum in modum aucta loci reli- gio. quare solemni supplicatione iterata translatio, mirum sane prodigium, vbi ea pompa in nouo facello collocata fuit Vir- ginis statua, non amplius ex eo loco mota, ibique beneficia omnibus elargitur, vt tab- bellæ miraculorum in templo appensæ fidē faciunt. Festus illius dies quot annis cele- bratur sexto Idus septemb. quo tempore ad maiorem celebritatem habentur nundinæ, magnusq; mortalium numerus ad eum ve- nerandum confluit, ex iuratis testibus auc- toritate Episcopi Pactensis.

## EFFIGIES VIRGINIS DREPANITANÆ ac Luce nuncupata.

Anno Chr.  
1218

**N**tiquissima fuit in Sicilia Imago Virginis à Luce di- cta, & prima huius nominis quam reperi, Drepani fuit, nam ut ex anno supra Virgi- nis caput adscripto patet, à 1211. originem duxit. Per multos annos hæc Imago ex interiori parte portæ urbis mansit, veluti illius tutela, à qua etiam Por- ta Deipara dicta fuit, colebatur pio cultu, & ante illius aspectum lampades accende- bantur. Cum vero ad urbis munitionem portam illam dejcere necesse fuerit, Imago illa ( quo fuerit tempore non liquet) ad templum Sanctissimæ Virginis à porta ap- pellata, quod prope eamdem portam erat, translata fuit; ibique noua prodigia edere, nouaque effundere beneficia coepit. Nihil habuimus certi de primo miraculo, tantum retulit P. Nicolaus Galluzzus Cappellanus, & deuexa ætate, se ab antiquo sene accepisse: Illam Zonem cuidam Hispano oculorū vsum dedisse. Crevit Virginis miraculis Drepanitanorum pietas, adeoque anno 1603. sanxit Senatus in ampliorem locum illam transferre iuncta solemnī, atque uniuersali supplicatione die Sanctis Apostolis Pe- tro, & Paulo dicato: ab ipsis iuratis Patri- bus Sanctissima Virgo delata fuit in Aedem

D. Iuliani, vbi nunc est. Cum per vias, tum in templo, vbi illuc peruentum est, elargi- ta est sua munera immaculata Deipara, nec adhuc à miraculis perpetrandis desistit. Depicta est Imago in tabula mediocris sta- turæ, maiorisque est pietatis, quam pulchritudinis. Rubram obtinet vestem, & cceru- leum pallium, diuinam prolem sustinet dex- tro brachio, & sinistra manu mammam, præbet latanti puellulo, qui tantum album indusum habet, & sinistra manu accentuata facem tenet, in Virginis diademate hæc in- scripta reperiuntur verba. S. Maria Nova Lucis. Causa cura luce appellatur neuti- quam illa est, quam sibi nonnulli suaserent, quod cœco lucem oculorum dederit, prius enim eodem etiam nomine dicebatur, vt ex inscriptione patet, sed potius quod

Diuinus Puer manu candelam

præfert, sine quod ad illud

Ester Virginis figuræ

alkudatur. Nova

luc oriri

vix

est ei. ex Ecclesiæ

monumentis.



IMA-

Anno Chr.  
1294IMAGO DEIPARAE VIRGINIS A D. ANGELO  
Panormum illata.

NNO salutis 1219. cum immi-  
neret Alexandriæ Barbarorum  
dænastatio, erat in ea vrbe in  
D. Ioannis Baptiste templo  
Sanctissimæ Deiparæ imagi-  
cula; quam Tecla Virgine magni Apostoli  
Pauli discipula instante, miro dæotionis af-  
fectu, S. Lucas depinxerat, ibique cum alijs  
Sanctorum Reliquijs celebatur. degebat  
jisdem temporibus S. Angelus in Orientis  
eremo hanc inde procul, in qua precibus,  
& afflictionibus corporis se exercebat: huic  
igitur Christus Dominus Maternæ gloriae  
consulens cum magno Angelorum comita-  
tu apparuit; eum Siciliam petere iubet, vt  
ibi suum euangelium prædicaret, Martyrij  
coronam, quam in ea insula parauerat, ac-  
ceptum iret; præcipit vero vt prius Roma-  
no Pontifici sacras reliquias deferret, quas  
Athanasius Alexandrinus Patriarcha tra-  
deret, cum Sanctissimæ Genitricis imagine  
His acceptis mandatis Angelus Alexan-  
driam relicta eremo contendit, ad Athana-  
sium sese confert, cui Annuntiatæ Virginis  
solemni die, dum post matutinas horas pre-  
ces Deo fundit in D. Ioannis Baptiste tem-  
plo, ipse Christi prodromus Ioannes af-  
finit mandatus vti B. Angelo, B. Virginis  
Iconem, Hieremij caput, brachium Sanctæ  
Catharinæ V. M., suum crus, cum illo San-

di Gregorii traderet in Italiam asportan-  
da, priusquam barbarorum furor cuerteret  
Alexandriam: paruit Athanasius, & cum  
Angelo collonus, cælestes opes ei tradi-  
dit quibus acceptis D. Angelus Româ adjicit  
ad Pontificem Maximum expositaque lega-  
tionis suæ causa, saeras res dedit. Ibi forte  
versabatur Fridericus Claramonte B. Atha-  
nasij Patriarchæ, quem supra diximus, fra-  
ter Panormitanus uterque erat) & apud  
Pontificem gratiosus, à quo ex ijs reliquijs  
Sacram Virginis Iconem obtinuit, & ipsi B.  
Angelo proficisci Panormum dedit, vt  
eo deferret. Vbi nunc inter preciosissima  
quæque Panormitanæ Ecclesiæ asservatur,  
magna cum reverentia, deferturque publi-  
ce in solemnibus supplicationibus. Porro id  
quod diximus multis testibus, & argumen-  
tis comprobatum, repositumque in actis  
publicis ab Illusterrimo D. Didaco Archie-  
piscopo Panormitano anno 1597. De ea  
D. Thomas Belloruscus, & D. Ioan. Bapt.  
la Rosa Canonicus Panormitanus in vita S.  
Angeli Martyris cap. 12. 20. 30. ex ea quæ  
scripsit Enoch Patriarcha Hieropolis Cele-  
berimæ Virginis Drepanitanæ simulacru.  
Historiam aduentus celeberrimi huius si-  
mulacri inseruimus in tomum secundum de-  
Vitis Sanctorum.

Anno Chr.  
1294AEDES B. VIRGINIS MESSANENSIS IN MONTE  
alto volatu columba è cœlo delapsæ designata.

Essanæ in eo colle, cui Cappa-  
rina nomen ad eam urbis  
partem, quæ occasum spec-  
tat ex aduerso antiquæ arcis  
Orionis, nunc Magistrifone  
corrupta voce appellata, edi-  
cula erat D. Angelo Gabrieli dicata, in ea  
duo religiosi viri collectitia stipe pauperem  
austeramque vita degebat; horum alteri,  
qui Nicolaus appellabatur, D. Virgo Maria  
per quietem visa præcipit, vt prima luce  
Mellanensem Magistratum adiret, suoque  
nomine diceret, se eum collem amare, ibi-  
que habitare velle, proinde templum sibi  
edificarent sub nomine S. Mariæ ab alto.  
Experrectus Nicolaus visa noctis proximæ  
secum recolere aggressus, vana somnia cre-  
didit, atque inania mentis phantasmatæ,  
quate nulla illis fide habita ad Magistratus  
ire neglexit, sequente vero nocte rursus B.  
Virgo subirato vultu se obtulit, increpuitq.  
quod sua iussa exequi contempisset, com-  
minatur etiam, si rursus monita paruifaciat  
magno illi statuum. Tum ille, ecquænam  
inquit, mihi pauperi apud magnos viros fi-  
des vero? die infit, Virgo, hac afferre signa  
poscentibus, vt certi sint me hic ad futurâ

fauturamque huic colli, sub meridiem nitidam  
columbam e cœlo deuolaturam, quæ tantum spatij volatu suo circum scribet  
quantam templi amplitudinem volo; Nicolaus, vt illuxit, non iam vt prius rem inanem  
tatus, subito ad iuratos patres accurrit, quid-  
quid sanctissima Virgo fuerit loqua, & de  
templo, & de futuro columba aduentu enarrat.  
Magistratus de communis consilio ad  
montem condita hora concidunt, con-  
fluit etiam promiscua multitudo ciuium,  
quæ tantæ expectationis fama excita fuerat.  
Nec sanc expectatio frustrata est; nam dum  
ibi commorantur, ecce tibi meridiano tem-  
pore delapsa columba, vt dictu fuerat, area  
Virginis Templo describit, & veluti Domini  
iussa exequuta, rursus transvolat in subli-  
me: Magistratus Columba sequutus ductum  
& ipse Templi circuitum designauere: Post  
tantæ rei euentum, Nicolaus ad arcem Ma-  
tagrifonem contendit, vt Reginæ Constan-  
tiaz aperiret omnia; dum vero quæ euene-  
rant mira coram exposuit, quedam ex puel-  
lis regijs incredula, Constantiaz suasit, ne Ni-  
colai verbis fidem haberet, quippe qui nar-  
randis identidem miraculis itipem sibi pau-  
perum more, quereret. Mirum dictu non  
ea im-

ea impunè proloqueta, nam utrumque puella brachium vehementi dolore corruptum exarauit, adeò ut à clamoribus se abstinere non potuerit. Tum Nicolaus spem facit, si iam suo docta exemplo crederet, quæ fuerant à se exposita, conualituram respondit puella, verissime credo quidquid de Sanctissima Virgine dixisti, & repente credenti prisina sanitas, B. Matri benignitate, fuit restituta. Mox apertis fundamentis Regia Constantia, cum magno regio comitatu, cunctis proprijs manib[us] ad Reginæ exemplum lapides comportantibus, Cappariæ montem concendit, primumque ipsamet, quem tulerat in fundamenta lapideum iecit; subinde reliqua hominum ac mulierum multitudo, sua quisque faxa coniecit, tantusque fuit omnium ardor, ut breui templum confectum fuerit. Extat hæc historia in eodem templo in tabella descripta à Matthœo Ru-

bino Messanensi Notario Regio, quem à sua matre, atque aucta eam accepisse testatur, quæ sane foemina columba descendens prodigio interfuerit. Iam vero Virginem Sanctissimam cultricem fuisse, & custodē illius collis, quod dicam plane ostendet; etenim cum Robertus Rex Messanam ob sideret, ex mœnibus ante templum in eo co[n]gre[dit] Virgo Deipara se visendam hostibus obtulit vexillum manu extollentem, quo sane visu illi perterriti profugere, at Magistratus tanti beneficij memoriam anniversaria celebritate ad id. Idus Sept. multis per urbem ignibus, facibusq[ue] celebrandam decrevit: lapsu temporis Virginum collegium adiunctorum, quæ dies, noctesque Virginis laudes canerent, eisque cultum pie casteque curarent ex tabella in templo de scripta retulit hoc miraculum Joseph Bonfilius in sua Messana lib. 3.

Anno Chr.

1524

## INGENS MIRACULUM D. VIRGINIS, Panormitanæ a Portu Saluo, erpta clavis a naufragio, Maria Duce.

**N**ON procul ab æde Virginis à Catena, Templum aliud est etiam Sanctissimæ Deiparæ dicatum sub nomine D. Matris à Portusaluo, quod Siculas Triremes ab vndis eripuerunt, & ad portum deduxerint integras. idque ita traditur cuenisse. Cum nostræ Triremes Africæ maritimam oram populatæ feliciter in Siciliam reuertentur, tam atrox coorta tempestas, vt paullatim magis, magisque ventis, vndisque vesanientibus, ad ultimum discrimen adduxerint vniuersam classem; desperabant iam omnes salutem, & mortem in horas penè vndis obruti expectabant. Dux clas, cum nullam, nec in arte, nec virtute humana spem salutis videret reliquam ad Sanctissimæ Dei Genitricis Matrem cœlestium donorum thesaurum confugit. Nec morata est prepotens omnium Regina, sed suam illico opem tulit. quippè non suo tantum iussu tranquillare turbatum pelagus vo-

luit, sed ipsamet videndam se prebuit ex Regiæ triremis specula, quæ aurea circumambigita luce tenebras, nubesque pellat; quienerunt repente rabiosi venti, consedit mare, & ita pacatis omnibus secundum immittit. ventum de thesauris suis: non tamen prius ex ea, quam diximus specula pedem extulit quam naues omnes incolumes ad Panormitanum portum deduxerit, ibique tandem euauit. Dux ob acceptum beneficium Virginis se obnoxium vident, non vexillum modo Virginis dedicat, sed eam eo pacto depingendam curat, quo à se villa fuerat ad triremis malum, & ad eam monumentum, sub antiquo arcum prope portum: semper deinde nautica gens eo confluxit prodigio commota; editisq[ue] etiam miraculis à Deipara, audacia deuotio omnium, templum Sanctissimæ Matris erectum, quod ab erectis triremibus à Portusaluo nuncupatum fuit, & nunc integrum visitur. ex monumentis eius Ecclesiaz.

## D. VIRGO PANORMTANA A QVA MATRI filioque Succursum, Daemonio cum fuste abacto.

Anno Chr.

1306



VIT Panormi in æde sacra D. August. cui etiam cœnobium adiunctum est sub eiusdem D. August. disciplina, antiqua effigies B. Virg. cui deinde à Succurso nomen inditum ab eo, quod hic adscribam. Iracunda erat mulier, quæ sui simillimum filium perpererat, quæ cum sepius bili percita in filio inuheretur, cacodemonem identidem, ut eum sibi arriperet, aduocabat. quadam die Tom. a.

dum stygium hosti vehementius inuocata retinovit pessimus illi mos fuerat, adfuit tartarea larua obtorto vncino, vt puerum, quæ mater dabat, auferret; ubi rem mulier quod furore stimulata dixerat, ad factum cessisse videt, exanimata horribili visu exclamat, Tuam Opem Deipara: ad hæc B. virgo humanam impotestiam miserata, præses ibi visa est cum fuste, vt fœdum hostem uerberibus abigeret; pure verò ut cœlestem Matrem vidit exanimis ad eam accedit. Oo currit

currit, extremamque vestem prehendit, nec multo post evanuit B. Virgo expulsa iam Dæmon: forte deinde mulier S. Aug. templum ingressa, Virginis, quam viderat agnouit effigiem, remque publice, ut cœnerat, enarravit: hinc deinde factum est, ut in huiusmodi Imagine B. Virginis, Iæua Demon appingeretur, qui fuste depellitur à Sæcissima Matre: dextra verò puer, qui dum ad Virginem accurrerit, eius patrocinio protegitur.

Verum huius nominis origo non hinc, sed antea ab alio miraculo fuisse traditur exorta; postquam enim summus Pontifex Benedictus XI. ex D. Domini familia canidum habitum aufere voluit religioni, Frater quidam Theologus, & illustris con-

cionator Nicolaus Brunus Prior S. Augustin in vrbe Panormitana, cum vexaretur latens dolore sèpius Sanctissimæ Dei parentis Iconi, quæ in sacello sub titulo D. Martini sita erat, se commendabat, vt si bisi succurreret. Euenit autem quadam nocte, ut ea ipsa, quam venerabatur, Virgo Deipara, adfuerit illi, & in somnis sanitatem restituit, & præcepit, vt quando à se tam enixe succursum petierat, sub eo nomine ab alijs inuocandam curaret; evanuit species, & ille sanitatem accepta rem pro cōcione pluribus ut par erat, enarravit, magna populi frequentia; quare subsecuta deinde passim miracula Illustrissimus Senatus Panormitanus, idemque Frater Nicolaus diligentissime prescripsere.

### SACRA IMAGO DEI GENITRICIS A SCALIS, Messianam insigni miraculo aduecta.

Anno Chr.  
1320.

**R**EGE Siciliæ Friderico, secundis ventis nauigium appulit Messanam ex Palestina regionibus, in quo sacra Virginis Imago in tabula de picta seruabatur, sive à nautis clam subrepta, sive in aliquam urbem destinata; verum simul atque mercatores res suas Messanæ, ut collibitum fuit, transgeree, sublatis anchoris vela omnia ventis explicant; sed en tibi perinde ac mille funibus reuinceretur nauis, immobilis in modum scopuli hærebatur; nautæ rei nouitatem attorriti, ut omnia experientur, tristemes adhibent, si quomodo possint remigij impulsu nauem protrahere; sed quid umquam conetur humana vis contra Virginis nutus loco moueri nauigium nulla ratione potuit. Nauarchus, ceterique omnes, qui nauti vebabantur commoti prodigio in eam cogitationem venerunt, ut arbitrarentur Virginis Effigiem, quam ferebant, Messanam neutiquam velle relinquere, sed eam sibi sedem deligere, ibiq. commorari gratiam esse: quare cum necessitate coacti, tum religione impulsi, ne Virginis obsisterent, rem aperiunt præstuti, & ille Regis, & iam per urbem, & miraculi, & illius causæ sparso rumore, ad litus solemní pompa proceditur, extructoque ad id ponte ad portam, quam Regalem appellant, qui nauis altitudinem exæquaret, pictam Virginis tabulam magna cum reverentia deferunt; hymnis, laudibusq. Deiparæ ora maritima personante, ubi verò natus sacro, quo premebatur pondere, levata fuit, illico progreedi visa est. nouum priori additum prodigium, namq. alia Virginis effigies, quo primum in loco prope litus sita fuit, ibi adeò fixa stetit, ut magna viadhibitæ, ac si esset ænea, moueri nullo pacto potu erit, cumque super ea re, consilium haberetur ab anti stite, Rege, ac proceribus, decretum de communis senten-

tia fuit, ut quemadmodum olim Philistæ de Arca Domini fecerunt, ita prodigiosa tabula in plaustrum poneretur, reliquæ sine duce bobus, quocumque ducerent, sequerentur; igitur exornato pretiosis vestibus plaustrum sacra effigies co-locata, bobusque ultra progradientibus, leuis iam effecta tabula per torrentis alueum, qui est ad imos colles (vulgo Sanritius dicuntur) conuicta est: ibi templum erat Virginis sacrum sub nomine S. Marie à valle, cinq. cœnobium adiunctum sacrarum virginum sub D. Benedicti disciplina; quod cum peruenissent boves, tixis pedibus, lætosque emittentes mugitus significare videbantur cum esse locum quem Præpotens Dei Filius Dilecta Mater preparauerat. igitur ab anti stite cum Clero summo gaudio, plaustrumque populi, in illa æde sita fuit sacra tabula, deinde verò ædes non amplius sub nomine S. Marie à valle, sed Sanctissimæ Deiparæ à Scalæ, propterea quod in prodigiosa, quam diximus, Icone Scalæ apicæ erant ad latus, perinde quasi significanter veras cœlorum Scalas Sanctissimam esse Dei Genitricem; ubi apud omnes in magno cultu habita est, & pro se quisque dona misit acceptatum gratiarum insignia, nam Cypri Regina ad hoc cœnobium de Scalæ multæ, quæ voverat munera amplissima misit: Francorum itidem Regina ob accepta beneficia à Deipara Virgine articulam Sanctorum Reliquis plenam dono dedit, in qua inter alias ex veste, quam tulerait S. Clara, inerat particula, & S. Marie ab Angelis icuncula, quam S. Patriarcha Frânciscus in pectore quondam gestasse fertur. hæc capsula semper clausa seruabatur, nisi cum Litanie Sanctorum decantarentur, quibus absolutis à se ipsa claudebatur. nec inter Christianas tantum Reginas hæc Sanctissima Icona culta est, sed etiam ab ipsa Turcarum imperatrice donata fuit pretiosissima culcitra ex auro in accepti beneficij mempo-

mémoriā; tātum etiam apud barbāras  
geates, & infideles Virginis dextera valuit.  
Iam verò hēc, quā diximus ab Archiepisco  
po Panormitano Octauio Preconi scripta

funt, & in officio de eadem Virgine compi-  
lata anno 1565. & ex eo Ioseph Bonfilius  
in Messana lib. 4.

Anno Chr.  
1390.

## CELEBRE CATENARVM MIRACULVM, Vnde D. Virginī Panormitanæ cognomentum, in cuius primum æde, ac nomine patratum est.



**V**M Siciliæ regimen Martinus  
administraret; tres capitis dā-  
nati fuerant, & iam à Satelli-  
tio ad furcas ducebantur, quæ  
non procul ab ora maritima  
in amplissima platea, etiam  
adhuc extant, cum Virgo Deipara siue il-  
lorum innocentia commota, seu peculiari  
erga eos pietate miserata, qui patibulo erāt  
proximi, suo potenti nutu imbriferis nubi-  
bus cœlum obduxit; quare ingens coorta  
pluia fulguribus, tonitrusque horribilis,  
cum quisq; ex satellitibus perquireret quō  
confugeret, impedimento fuit quo minus  
illi supplicio fuerint affecti, nam omnes pro  
pinquū facillum almæ Virginis, cui tūc no-  
men erat. S. Maria à portu, propterea quod  
ad dexteram portus partem sitū erat, sube-  
unt; eo noxij introduci ex ipsomet pīssi-  
mæ matris facello spem cœpere mortis eui-  
tandæ; itaque, dum ingruit quam maxime  
pluia, fundendis illi precibus operam tra-  
dunt; necesse fuit ob nimiam procellæ vim,  
& quod reliqua diei fuerat, & sequentem  
noctem ibi degere; quare multiplicata cu-  
stodia, additæque misericordiæ catenæ; sed quæ  
vinquam vincula obstant. Deiparæ dexteræ;  
adfuit magnæ matris auxilium noctu, & dū  
fusi custodes somnum capiunt, miseri illi  
catenis onustante cælestem Reginam pro-  
strati, lacrymis, precibusque ex corde fusis  
pacem Virginis exposcunt, & libertatem à  
vinculis; ecce autem intempera nocte sine  
villo strepitu sponte catenæ omnes cecide-  
re, eodemque ipso temporis momento  
aperta ianua facelli, & vox videbantur à  
sacra Imagine emitte: abite iam liberi,  
nec in posterum timeatis, etenim an-  
nuit meis precibus filius, quem in vlnis  
gesto, & vos è vinculis exemit; liberi  
illi euadunt; non latebras, aut latibula  
petentes, sed palam Virginis beneficium  
testaturi per urbem incedunt; experre-  
ti sub Solis ortum custodes vbi relic-  
tas tantum catenas, apertæque fores con-  
spiciunt, rerum ignari, quæ euenerant  
ad perquirendos noxios erumpunt; capti

tursus iam liberi rei ad præsidem ducun-  
tur, qui ordine vt ope Virginis libera-  
ti fuissent intrepidi enarrant: rei omnes  
admiratione commoti, Martino Regi  
omnia deferunt. Interea vulgata per vr-  
bem miraculi fama, nouo erga Virginem  
ardore succensus populus ad Deiparæ  
ædiculam concitat, multique mortales  
affecti morbis sani ope Virginis domum  
rediere; ipse Rex cum coniuge ad sacram  
Iconem pergunt, reosque omni suppli-  
cio absoluunt. Commutatum deinde  
nomen sacra Imagini, & ab exemptis  
via culis, Diua Virgo à Catena, nun-  
cupata. Nouum constructum templum  
eximia illis temporibus architectura quod  
adhuc integrum visitur multis Porphyre-  
ticis colugnis nobile, nec unquam de-  
stitut suas omnibus opes elargiri Beata  
Virgo: vnde institutum mansit, vt sup-  
plications ad impetrandam pluiam ad  
hoc templum concurrent. multæ præterea  
per vniuersam Siciliam ædes construc-  
tæ eiusdem Virginis à Catena nomi-  
nate. Huius rei quotannis xv. Kal.

Septébris dies festus age-  
batur, extatq; in Vir-  
ginis facello mi-  
raculi pictr

ra  
cum hoc Epigrām:  
mate.

Cum malæ tres furrin Martini tempore  
Regis  
Produti ad furcas, grandine & imbre  
pluit.  
Misit in bane Maris portas tunc Virginis  
admodum  
Damnatos vindic: labitur inde dies.  
Nocte rogant Maria Nomen: cecidere  
catena,  
Atque separatis omnibus, ade means.  
Liberat bœs veri rex conscientis; unde catena  
Virginis hoc templo non sine laude  
notant.

Anno Chr.  
1482.

## IMAGO VIRGINIS PANORMITANÆ, Quæ ab impio homine per furorem vulnerata co- lore oris immutato statim expalluit,



**P**ANORMI sacra est ædes D. Agathæ Virginis, & Martyris, appellata à villa, quod eo loco S. Agathæ villam fuisse fama est; ea in æde imago erat Virginis Genitricis Divinum Infantem gestantis. Anno autem salutis 1482. vir quidam aleæ apprime deditus, cum nescio quam pecuniam ludens disipasset, templum ingressus ira inflamatus, furensque impium pugionem in imaginem contorsit, & Sanctissimæ Matri Diuinique Filij ora per sumnum scelus vulnere rauit. Illico utriusque vultus immutati, & qui purpurei ante fuerant coloris, expalluerent; homo vero sacrilegas è templo exire, quamquam maxime eniteretur, mirum, potuit suo scelere, atque utrifice Numinis ira scelesti conatu obstantibus. Tandem igitur cōprehēsus extremo suppicio summa omnium approbatione damnatur, mīrum fuit prodigium, quod accidit in ea re: nam dum ad furcas abstraheretur, ex pariete ipsius templi ianuæ opposito, lapis vitro exiluit, ad quem sceleratus ille collo in laqueum implicito suspensus est, inde plura

sequuta miracula populi accursu ad imaginis venerationem, opemque implorandam, visitur adhuc ista pugione imago eodem in templo, manentque in utriusque ore vultus, ac pallor, & iuxta imaginem appensus pugio; præterea lapis, qui diuinitus profiliuit, adhuc extat, vt ceteris reticentibus lapides ipsi de pariete clament, & admirandam, iustamque Dei iram aduersū impios in viciscenda matris iniuria contentur. Res litteris mandata fuit in tabella in ipsius S. Agathæ templo, quam hic subscribam narratiouem.

Inquisitore R.P. Petro Ranzano Ordinis Prædicatorum Episcopo Lucetino 1482. Quidam temerarius lusor ira, incensus D. Matrem & Deum Filium cum pugione percussit. Qui statim ex rubeo colore miraculose pallidi effecti sunt, & sacrilegas ipse nunquam abiit potuit, donec suspensus in lapide in fronte posito vitam finiuit. Exinde sequuta miracula, testibus constat fide dignis.

Anno Chr.  
1500.

## DIVA VIRGO SYRACVSANA à Miraculis, liberata Vrbe à pestilentia.

**S**I VICO, cui, Cordaria, nomē, inter emporium, & plateam, templum est Syracusis Sanctissimæ Virginis à Miraculis, quod à Syracusano populo magna grassante pestilentia constructum est anno 1500. quo tempore eo in loco, ubi templum in præsentia visitatur, horreum fuit, ad cuius latus imago Virginis in pariete depicta erat; cum granus igitur pestis urbem premeret quidam fœda lue correptus magno animi ardore, & concepta in opere Virginis spe, ad illam accessit, fusisque precibus illico sanitati restitutus; vulgata miraculi fama tam calamitosis temporibus, vniuersus eō populus confluxit, ubi quam plurimi à Præpotenti Deiparæ dextera precibus votisque sollicitata, liberati sunt à pestifera contagione, quibus commoti omnes beneficijs pro se quisque, in grati animi argumentum, eam large donabant, itaque breui tanta coacta pecunia vis est, vt nō modo ad templi areā coemendam, extruendumque ipsum templum saxe quadrato, & marmoreis postibus sufficerit; verū etiam ad annuam pecunia sumمام comparandam, qua & ornari sacra ædes, & sacerdos sub Beneficiati

titulo cum ædituo ali possent. Templum vero à miraculorum multitudine accepto nomine, dictum fuit à miraculis, quæ tum ipso initio, tum porro semper edidit piissima mater, vt varij morbi, cladesque in tabellis appictæ indicant. Vetus Virginis icon, quæ prima effectit miracula in templi pariete ad vicum verso adhuc est sub parvo fastigato tecto, sculptili opera elaborato; intus in templo Virginis est simulacrum cum Sanctissima Prole in vlnis, in quod pia populi deuotio nunc translata est, eiusque dies festus 14. Kal. Maij magno omnium concursu celebratur. Iam vero quo tempore hæc imago cœlestia dona cœpit laborantibus ciuibus effundere, altera icidem Virginis Icon in vico ad S. Jacobi parœciam suas opes elargita est, ubi templum erecta sub S. Mariæ Pietatis titulo, quod anno 1501. ab Antistite Dalmacio de Capituli sententia cum æde S. Mariæ à miraculis cōiunctum fuit, vt ex illius priuilegio in membra edito, quod subscriptere optimum duxi, vt pijs erga Virginem fieret satis.

Dalmacius Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Syracusanus; Nec non & Sanctissimæ in Christo patris, & domini nostri Domini Alexandri prouidentia Papz VI.

Ref.

Refrendarius; Vniuersis, & singulis Christi fidelibus præsens nostrum priuilegium quoquis loco, & tempore leditum salutem in eo, qui est omnium vera salus, & Redemptio. Collachrymante Syracusano populo incredibili pestilentia laborante, Pissima Virgo Mater Dei Dilectissimo Iesu Christo Filio suo pectus, & vbera monstrauit: diuinaque operante clementia, Ipsius imago Virginis, & Matris situata, & depicta in Cordaria iam dictæ Ciuitatis sub titulo *delli Miracoli*, ad pedes eiusdem deuote comparentibus, quavis infirmitate, & languore detentis, & præcipue ipso pestifero morbo compressis innumeranda, ac manifesta misericordia sua miracula demonstrauit. Sani quidem penitus effecti sunt, qui paulo ante in mortis articulo laborabat. Multiplicatis proinde fidelium precibus, multiplicata sunt etiam ipsius Virginis, & Matris suffragia, diffusiorque omnipotentis Dei gratia visa est. Quippe & altera ipsius Virginis matris imago in S. Jacobi vice depicta sub titulo *della Pietate*, amplissima languidis praesidia miro modo contribuit. Et quia inconueniens erat, ut illustres illi parietes, in quibus ipsius Sacratissimæ Matris, & Virginis imagines insignes erat humanis essent vterius visibus deputati, communis ciuium omnium voto, numine diuino instituti, intemerato ipsius nomini dedicati sunt, factique Basilicæ. Et ne deuotio populi in plures partes in posterum diuisa frigesceret, & cessantibus aliquando suffragijs, eleemosynisque alterum locorum ipsorum destituerent, sicuti vni Virginis vterque de-

patatus est locus; ita etiam vnis suffragijs, ac commoditatibus seruiretur, habito tractatu in capitulo, ac perpenfa causa, cognitione habita, omnibus respectibus mature circumspetis, pro feruicio omnipotentis Dei, & honore ipsius Virginis Matris valde congruum visum est, Basilicam in dicto vico S. Jacobi sub titulo *della pietate* vniare, & aggregare, ac adiungere Basiliæ Cordarie, prout diffusius ipsius declaratio-ne capitulo olim facta continetur: Nos verò attendentes tam laudabilem conclusio-nem Capituli, & deliberationem, Autoritate, qua fungimur, & omni potestate qua possumus, approbamus, laudamus, & confirmamus, & ad vberiorem cautelam, & maiorem firmatatem vnius aggregamus, & addicimus ac dictam Basilicam *della pietate* grangiam facimus basilicæ sub titulo *delli miracoli*. Itaque Deuoti Confratres, qui sunt, & pro tempore erunt dictæ Ecclesiæ Cordariae vtrique loco de sacerdotibus cappellani, Oratoribus necessitatibus occur-rentibus, reparationibus, & fabricationibus valeant, & debeant prouidere in honore, & gloria Omnipotentis Dei, & exalta-tione gloriosi nominis Virginis, & Matris Iesu Christi Domini, & Redemptoris nostri. in cuius rei testimonium præsens priuilegium exinde fieri fecimus nostræ manus subscriptione munitum, & nostri communis Episcopalis sigilli impressione robora-tum. Datum Syracusis in nostro Episcopali Palatio, Die decimo mensis Martij quarta Indict. Anno Domini 1504, Dalmacius Episcopus,

Anno Chr.  
1504

## DOMVM ZONÆ ARGENTEÆ, QVA PVELLA PANORMITANA à Sanctissima Deipara præcincta est.



ANORMI Virgo quædā erat erga Virginem apprime pia, que adeo mēbris omnibus ægra erat, ut ne moderi quidē posset, annos decem, & septē: quare omnibus, & amicis, & propinquis molesta erat; summa tamen ipsa patientia ferebat omnia, & quando toto corpore non posset, saltē lingua, & assidus laudabat canticis, & identidem inuocabat, quodam igitur die sub Auroram apparuit illi Virgo Deipara, & ab ea exprefa facta petijt, quidnā à se toties auxilium imploraret; respondit ad hæc mulier, nihil aliud Dominæ, nisi vt tibi toto corde seruia: illico liberalissima Dei Genitrix Zonam argenteam, qua cingebatur, soluit & illi tradidit, monuitque nusquam illam solutum iri, nisi in templo, in quo si similis esset effigies orto sole per summam omnium admirationem surrexit ægota, remque parentibus enarravit. Igitur per totam urbem perrexit, vt omnia inuiseret templo, tādem D. Ang. templum ingressa Virginis imagi-

nem, quam diximus similem viæ Deipara animaduertit, ad rei miraculum conuocata à Priore religiosa familia, petijt ab eo mulier vti fratres omnes conuocaret; respōdit ille, præter eos quos in templo videret, neminem esse præter ægrotum, qui à lecto surgere vigintiquatuor ipsos annos nequam quam potuit: is tamen accitus, siue potius allatus (Cataldus illi nomen erat, Virginis multum deuotus) visa muliere gauisus est, motisque manibus ad Zonam qua diuinatus præcinta illa fuerat, illico eam soluit, & vterque sanus euasit. Ob tam insigne miraculum Virginis grates actæ, pulsatæ campanæ hymnus *Te Deum laudamus* decantatus. ex antiqua Cœnobij, populi que Panormitani traditione, & pietate in Virg. Mariam cuius in templo miraculi memoria extat.

MEMO.

Anno Chr. MEMORIA DEI MATRIS LILYBOETANÆ A CAVA  
1518



ANNO 1518. quo tempore  
Prorex Pignatellus Siculam  
Prouinciam administrabat  
13. Kal. Febr. inuenta fuit Sæ  
Giffimæ Virginis effigi es Li-  
lybæsi. Ea quam dicemus, ra-  
tione. Quidam cui, Nardus Xauinus nomine,  
vxoris post mortem, eremiticam vitam am-  
plexus tandem D. Augustini familie nomine  
dedit, in eaque iam Sacerdos religiosam  
exigebat vitam; huic igitur per quietem  
oblata sepius Gloriosa omnium Regina di-  
xit, ut saxum illud perfringeret, in quo Dei  
paræ statuam inuenturus esset; hic cum Cō-  
cionatore re communicata, qui per quadra  
genaria ieiunia verba faciebat ad populum  
impulit hominé, ut ad indagandum Thesau-  
rum populum concitaret. Paruit ille moni-  
tis, magnamque in omnium pectora spem  
suscitauit fore, ut si saxum illud discindere-  
tur eximiæ inuenientur opes; Nec surdas  
cohortationibus populus aures præbuit, sed  
solidam cautem demoliri cœpit, & post  
quattuor annos ad eum locum peruenit  
est, vbi nunc lacellum est D. Augustini, quod  
sane id temporis saxum erat: & quia illius  
operis impensis soluendis non erat cœno-  
bium D. Augustini ob paupertatem, neces-  
se erat, ut res tam pia populo commen-  
daretur singulis anniuersariis quadragena-  
rii ieiunij concionibus: quare post annos  
quattuor abeunte inde, quem diximus, con-  
cionatore, alius, qui aduenit Melitensis non  
destitit plura opus apud populum promo-  
vere, magnum consequuturos Thesaurum.

pollicitus. Iam vero vbi ad puteum quer-  
dam peruererunt, cum percutatis marmo-  
reum Virginis Matris simulacrum repere-  
re. Vnius palmi statura erat, basis parvula  
sub pedes, vestis aureis notis distincta, pue-  
rum in vlnis gestabat, qui manibus pectus,  
ac ceruicem Sanctissimæ Matris contrecta-  
bat, eamque diuinis ocellis intuebatur. Cō-  
sequitus iam ex diuturnis laboribus tantos  
fructus, vniuersus populus difficile dictu est  
quanta deuotione, quantisque lacrymis ad  
venerandam Virginem concurrerit; ipsa  
verò sua dona large omnius impertieba-  
tur. Multi mortales tum varijs curati mor-  
bis, restituti aurium vñus, aperta muta ab  
ipso ortu nonnullorum ora, omnino tot  
fuere prodigia, ut ex vniuersa regione illa  
(Vallis Mazarenis dicitur) infirmi omnes  
confluerint ad recipienda a liberali Virgi-  
nis dextra celestia mugera. Auxit miri fice  
omnium in Virginem pietatem, ipsius Pro-  
regis sanitas, ope huius Sanctissimi simula-  
cri restituta. Cum enim ille diu hernia labo-  
rasset, vbi huic Virgini vñuit, morbus omni-  
nis excessit. & ipse in beneficij monumentu  
Campanam maximam dono misit, aliaque  
quam plurima. Quo anno abditum fuerit  
hoc Virginis stemma, incertum est. nullum  
tamen dubium esse videtur, quin sub Sar-  
racenorum iugo oppressa Sicilia, id factum  
fuerit, quo tempore Christiani sacras effi-  
gies in Cryptis collocabant, vbi veluti in-  
tuto essent à barbarorum manibus, ibique  
quo possent cultu eos colerent. Hæc acce-  
pimus à senioribus fide dignis.

Anno Chr.  
1500 IN RACCVIA OPIDO, Aedes Virginis  
Lauretanæ, defuncti hominis visu, monituque constructa.



RICA annum Domini 1500.  
vt constans fama est, Aedes  
Lauretanæ Virginis fabricata  
fuit in Racchia Opido defun-  
cti hominis monitu. Quippe  
cum Ioannellus Lambruntus huius opidi Stra-  
tegus obiisse diem, sine morbo, seu ut fa-  
ma percrebuit, à latronibus, ad quos com-  
prehendendos cum armata manu exierat,  
occisus, humatusque iam esset, post aliquod  
tempus intempesta nocte ad cuiusdam ani-  
ci ianuam pulsandam accessit, rogauitque,  
ut ad se veniret, sibi eo conuento o. us esse,  
& proin prope domum eum expectare; sur-  
rexit ille, cumque foris neminem coaspiceret  
ad proximam plateam accessit, vbi su-  
per trabem sedentem Lambrunum reperit  
qui eum comiter compellans, vt magnâ à se  
iniret gratiam, rogauit. Hæsit ille, Quid  
hoc, inquit, nonne tu Lambrunus, qui iam  
occisus, & sepulchro conditus? Is, respon-  
dit ille, certe sum, sed nullus te commoueat  
horror, quia me quocumque pergam sequaz.

ris intrepidus. Paruit ille, magno licet hor-  
rore perfusus, & amici umbram comitatus  
ad quædam locum peruenit, vbi Lambrunus  
templi aream descripsit, quod in Sanctissimæ  
Lauretanæ Virginis honorem eni-  
xe ab eo postulabat, ut ædificaretur. addi-  
dit etiam, vbi certum spatium effoderit, Sa-  
cro sanctum Crucis signum ex ligno inuen-  
turum, proinde haud graue esset ad paren-  
tem suum, cognatosque adire, eisque expo-  
nere quam ipse templum illud expeteret  
Lauretanæ Matris. Quod ad impensas at-  
tinet, domum suam tenderet, ibi in arca  
conditum thoracem repertum iri, in quo  
aurei scutati centum asseruabantur, illi pe-  
cuniæ fabricæ suppeditaturi; si quod vero  
decesset, rogabat, ut propinquorum Opes  
id explerent; his visis expletis euauit. At  
amicus per summam formidinem, horrore-  
que transacta nocte, vbi primum illuxit pa-  
trem, cognatosque illius aduocat, rem ena-  
rat, & futura veritatis argumenta; illi quâ-  
uis parvam haberent dictis fidem, tamen à  
per-

petquendo in arca thorace non destitere,  
& inuenta in eo peculia iam excitati, descripto templo locum effodiendum locarunt, in quo ut prae dictum fuerat, inuenta crux lignea, quæ diu in ipso templo permanxit; pulla iam ob secundum indicium, omni dubitatione, Sacram ædem extruxere Laurentianæ Virgini, quæ in cultu semper est habita. & quotannis festo illius Clerus vniuersus

solemni pompa eam adit, ibique rem diuinam solemniter facit. In ea verò tabula colitur, in qua Sanctissima Mater depicta affidens, ab Angelis sub tentata, ac si veheretur, Diuinum Filium supra genua tenet, suoque aspectu omnium intruentum oculos, animumque reficit. ex antiqua, quæ adhuc viget, maiorum traditione.

Anno Chr.  
1512.

## DIVA VIRGO PANORMITANA, cui Nomen imperlatæ.



ATTHÆVS Vvilelmi Regis Vicecancellarius Virginum Monasterium sub nomine B. Mariz condidit, cui adhac nomen Cancellarij ab auctore Monasterij manet. huic enim dono dedit B. Virginis effigiem Græco more puerum tenentis in tabula depictam gemmis, & vñionibus decoratam; super Sanctæ Matris, & diuinæ Filij capita argenteæ coronæ plusquam quinque libras graves, quæ mille & quingentas ferme vñiones impactas habebant; in Corona Virginis leptem lardi, lapides, & vñiones octo miræ magnitudinis erant: pueri corona fardios sexdecim, totidemque eximias vñiones habebat, vnde nomen Iconi Siculo vocabulo impositum, *Imperata*: porro Ferdinand Rege, eiusque in Sicilia vicesgerente Vgone Moncada, mulier cupiditate impulsa cum illis vñionibus adieceret anum, oculosque, per summum scelus admotis ad

Iconem manibus, vñionem rapuit ex grandioribus ex Corona, pressoque pugno iam secura terti excesserat; per vias igitur letæ vbi furtum inspicere voluit, palmarum neutiquam potuit explicare, cælesti vi compressis digitis; nec conatus vñlus quicquam proficiebat: scelere itaque animaduerso, mulier gemebunda ad templum, vnde vñionem eriperat, reuertitur, vt furtum restitueret, & pacem expolceret à Deipara, scelus confessia. quare ædem sacram ingressa multis vocibus, clamoribusque sanctimoniales, multosque alios exciuit, & coram omnibus novam fatetur, veniaque tandem à Virgine impetrata manum aperuit, & iterum vñjo Coronæ impæta, hinc etiam aliud ortum Iconi cognomen crediderim D. Maria Ausdientia. Res accidit Dominica 2. post octauam Dominicæ Resurrectionis, eodemque die eius memoriam à senioribus acceptam celebrant Sacre Virgines.

Anno Chr.  
1520.

## MAGNUM MIRACULUM PANORMI in æde D. Mariæ, cognomento Nouæ, à Deipara patratum.



LIM, vbi nunc D. Mariz Nouæ templum est, prope parrociam S. Iacobi, Xenodochium erat; semidiruto n. antiquo templo ob vetustatem, & ædes pauperum erat, ac peregrinorum diuersorum, hic itaque cum peregrinus quidam inter reliquam pauperum multitudinem qñmum frigus igne vellet propellere, collectis lignorum frustis, quæ forte ibi erant, ignem succendit: & cum cuique in tempestate perfrigida ignis calor placeret, dum ligna pro se quisque vndique quereret quidam in tabulam luto infestam, qñc put ei erat operculum manum iniecit, arreproque ferro eam disindere aggreditur; sed quamvis multis ictibus ille contenderet, ne assulam quidem euellit; cumque vertere tabulam tentaret, si quid ex alia parte proficeretur, à terra attolare nullo pacto valuit: re animaduersa cum

esset, vt erat, aliquid in ea diuini latere existimantes absterio luto, Virginis inesse effigie animaduertunt, atque in genua pronoluti repertum thesaurum adorant. mane ad Panormitanum antititem accurrunt, rem appetiunt: ille prodigo commotus, vt debitz reuerentia deferretur scon Deipara Virginis decentem in locum, cum Clero eò aduenit, suisque manibus abtersam supra aræ constitut; vbi deinde fidelium confluentibus eleemosynis, ob peculiarem conceptæ erga Virginem devotionem, templum edificatum est; in quo deinde cura Hector Pignatellus Prorex Sicilie literas de felici Rerum maritimaru[m] euentu legeret, nomen Templo dedit D. Mariz Nouæ ob letum nuntium, qui voce Sicula (Noua) dicitur, hodieq. illudetiam nomen sacra ædes confusat:

DIVA

Anno Chr.  
1500

**DIVA VIRGO CATANENSIS, CVI NOMEN**  
**à Dachala, captiuum hominem Constantinopoli**  
**Catanam momento transuehit solatio matris,**  
**pro filij libertate Reginam miseri.**  
**cordis deprecantis.**



VIT Cataz mulier, cui Benigna nomen, quæ Sacra adi Sancta Mariæ à Dachala ministrabat pro sua in virginem pietate: hæc iam filium (Desiderius vocabatur) captiuum apud Turcas habebat, eiusque recipiendi desiderio angebatur. cum autem, ut mos erat, vesperilampada accenderet, quæ propter Virginis aram pendebat, naturali infilium simul, & pio erga Sanctissimam Matrem atque impulsu flexis genibus magno animi ardore, ait, se quidem priusquam è viuis decessisset natum incolunem, reducemque visuram. Vix ea, cum parua suæ domus ianuam pulsari percipit; accurrit, referat oltium: ecce autem præter spem omnem filium Tureico indutum ornamento ibi astantem reperit; cernit attonita obuolutum tela barbarico more caput, talarē vestem discolore inuolucro præcinctam, dextra poculum, sinistra vrceum tenentem; tum filius ad matris pedes sese abiecit, nomine compellans, & post dulces amplexus, en inquit mater, modo in domini mei (Bas sa voce barbara dicebatur) domo Constantinopoli versabar, cui dum cananti ministram vt vides hoc poculo, de repente ante tuos pedes hic me video. Sanctissimæ Virginis Deiparæ (respondit mater) id acceptum referendum, illi agedæ gratia immortales, cuius commiseratione nihil iam dubij est, quoniam tu hac mirabiliter, repentinaque libertate perfruaris. Iude templum ingredi gratias liberatrici Virgini peregere. tum re per viciniam vulgata accurrere omnes gratularique, & Virginis efferte præsentem opem. adfuit etiam illius templi præfectus miraculi teitis. poculum vero, & aliud vasculum, cum inuolucro diu in templo asseruata, & deinde cum eadem ferme poculi forma in turibulum mutata adhuc extant tantæ rei monumentum: Perscriptum etiam fuit id miraculum iusfu Catanensis Episcopi; visiturque in tabella Diuæ Virginis depictum ipso in templo.

Huius miraculi veritatem comprobat, quod cuidam honesto viro accidit: Detinebatur Panormi carceri inclusus vir quidam (ignoratur nomen) ex nescio quo Sicilia opido capitali crimine pene condicetus, quippe qui tormentis adhibitis à Fisco, rem omnem confessus fuerit: is igitur suo capitii valde metuens, supradictæ Imagini Beatæ Virginis vovit recenti mira cu lo, quod inaudierat, impulsus, si morte imminentem

euaderet, capturum sibi in matrimonium pauperem puellam sine dote. Voto edito vir nobilis ex aula regia illum conuenit, ait se à Prorege obtinuisse ob sua merita, ut quem vellet ex vincis liberaret, cui Iesus aduersarius non obstareret, quare cum illi id præstitum promisisset Virgine potius quam humana industria rem compellente paucos post dies miser ille liber eusavit. Tanti beneficij satis memor Catanam recta contendit gratiam aucturus Virginis ibi cum puellam 12 annos natam offendisset (Gratia nomen illi inditum) rogauit, ne grauaretur sibi ædem Virginis à Dachala commostrare; quo facilime à puella impetrato, petiit etiam vt æditum accenseret, cui pinguis eleemosynam afferebat. Ad hoc, paupercula, respondit ædem illam sub Canonorum tutela esse, proprium vero æditum non habere, sed matrem suam annos aliquot illi administrasse, sed paucos ante dies letali morbo correptam hoc sibi mandasse. Ut vides, mea gnata, in summa inopia mortalior, neque quidquam quod tibi relinquam mihi inesse cognoscis.

Vnum moneo, & hereditatis loco relinquo, Templum hoc incole, & quod potes ministerio tuo officium Sanctissimæ Matri omnium Reginæ exhibe; confido enim fore, vt te illa Clementia Mater sospitet, & vt filium illius paupercula repente ex duræ seruitutis vinculis exemit, sic te ab omnibus huius vitæ laqueis, miserijsque erepturas sit. Et ipsa (inquit puella) materni præcepti me nor hic sum, & Sanctissimæ Deiparæ seruo. Commotus his verbis hospes facile intellexit eam sibi sine dote pauperem duendam vxorem, prot Virgi- ni pollicitus fuerat, aduocati- que itatim tantæ rei teiti- bus, eam vxorem ce- pit, & ad patrios focos secū addu- xit rebus omnibus instruc- tam.

D. VIR-

DIVA VIRGO IN OPIDO SANCTI ANGELI  
piratas ethnico oram infestantes fulgore admirabi-  
li perterritos effugauit.

1544



APTA an. Dom. MDXLIV. li-  
para ab Ariadeno Barbarossa  
Turcarum pirata, ad eam Sicili-  
z oram populandam appulit,  
qua opido S. Angeli proxima  
est, & iam nonnullis vastatis pagis, ad prae-  
dictum Opidum properabant; erat non pro-  
cul ab illo Virginis templum, cui nomen fe-  
cerant S. Maria à Viridario; ad quod cum  
peruenissent, en tibi ex Deiparæ Imagine  
magnum iubar emicuit, celestique vi adeò  
illorum perstrinxit oculos, vt referre gradū  
coacti fuerint. ferunt alij illam splendoris  
copiam per olea arborem transisse, & for-  
men illi quod adhuc visitur fecisse ad eum  
modum, quo nos stellas depingimus. Fuga-  
tis ea uce barbaris confluxere opidani om-

nes ad liberatricem Virginem, eiusque Ima-  
ginem, sudore manantem, sive ut alij auto-  
res sunt, sanguineo sndo respersam inue-  
nere; tantaque fuit Diuini liquoris copia, vt  
in calice reposuerint. Accedit id. ix. Kal. Ma-  
ias, quo die huius prodigijs, beneficijque me-  
moria celebratur, & annis prioribus sole-  
nis pompa ad illud templum pergebat. An-  
norum decursu torrens templo proximus  
regionem, ubi illud erat, vastauit, quare opidi-  
ani memores acceptæ gratiæ ad aliam tor-  
rentis partem nouum ædificauere, extat ta-  
men vetus illa Imago Virginis, qua cum in  
pariete depicta sit, ob illius magnitudinem  
haud facile transferri potuit in nouam Ae-  
dem. ex monumentis Ecclesiarum.

1553



ACRA ædes, in qua Parochus  
est SS. Dominæ, qua consola-  
tionis, a solatio, quod inde va-  
rijs vexati cladibus excipiunt,  
vulgo dicitur in uico a taber-  
nulis, sicula, voce de le Botteghelle nuncu-  
pato, hanc Originem habuit. Degebant Ther-  
mis Himerensibus ad prædictum vicum Cos-  
mas de Agra Aromatarius, hic pietate in SS.  
Dei Genetricem impulsus tamquam suæ do-  
mus tutamen, in pharmacijs pariete, Deiparæ  
Iconem depingendam curauit, festisque  
illi diebus, & singulis sabbatis lampadem suc-  
cendebat. Contigit autem, vt mulier, cui Do-  
minica Russæ nomen, filium pepererit, cuius  
coxendices tibiæque molles, & ex carneis  
pene ossibus erant, adeo vt collo sibi met-  
tæpe imponeret, ram facile incuruari, ac re-  
flecti poterant; consueverat pia mater lam-  
padis, quam diximus, oleo membra tam in-  
firma nati quotidie oblinere, Virgini maxi-  
mopere confidens, vt filij sanitatem sibi im-  
pertiret. Iam puer ad duodecimum annum  
peruenerat, nec vestigia vel firmare potu-

rat: en igitur nocte quadam, cum sero filiū  
de more vnxisset mater, sequenti mane puer  
ope Virginis incolunis, membris omnibus  
adeo firmis surrexit, perinde ac si nihil um-  
quam passus fuisset. Tam illustri vulgato mi-  
raculo aucta in Virginem deuotio, aucta mi-  
raeula: breviique affluentibus vndique ele-  
emosinis templum ædificari cæptum eo ipso  
die anno 1553. XII. Kal. Iulias, Anno vero  
1591. paries ex luto in quo erat Venerabili-  
lis Imago Deiparæ, ad Plateam versus, ad in-  
teriorum templi partem summo labore con-  
uersus est. Qua in re mirum sane fuit, quod  
accidit. Cum enim aptatis machinis funis,  
ex quo pars parietis cum Sacra Imagine iā  
octo pedes erecta, pèdebat, inspectante ma-  
gna populi multitudine strangeretur, in pri-  
stinium locum rediit integra effigies, quam-  
uis vt diximus exluto paries confectus esset;  
quod merito pro magno ab omnibus mira-  
culo habitum fuit. Festus dies v. agitur xix.  
Kal. Febr. ex uiris fide dignis, & litteris D.  
Francisci Nugnez V.I.D.

D. VIRGO PANORMITANA APPELLATA  
á miraculis.



NNO salutis nostræ 1543. vi.  
Id. Mai, qui dies fuit eo anno  
secundus mēnsis Maij Domini-  
cus, quo nundinæ in Sanctissimæ  
Virginis, & Martyris Chri-  
stinae urbis Panormitanæ Patronæ aper-  
Tom. 2.

riuntur; & duas totas habentur hebdo-  
modas, Imago Sanctissimæ Virginis, qua  
in pariete ad plateam maritimam de-  
picta multis, & singularibus prodigijs initia-  
tum tecit; Nam cum egenus quidam ægro-  
tus cō redactus esset, vt ob grauem herni-

Pp

am viscera e corpore promanarent, summisque affligeretur doloribus, ad hanc, quā diximus Deiparā Imaginem, qua potuit ratione perrexit; ibique dum multis cum lacrymis opem Virginis implorat, somno corripitur, post breue quietis spatium expereetus, omnino sanus surrexit, perinde ac nihil unquam fuisse passus; quare omnibus incedens lætijis per vias exclamabat se ope Virginis sanatum. ea statim diuulgata fama, quod notus omnibus ille esset ob gravis morbi deformitatem, quam plurimi vindique accurrere ad Imaginem venerandam. Placuit Virgini populi pietas, itaque quam plurimis dona impertivit, breui enim multi attractis pedibus, manibusque, quam plures muti, alijsque laborantes morbis sani prorsus euasere, illam Iconem venerati; quare adeo eleemosinæ excrevere, vt templum quod hodie extat, erectum fuerit, & ob miraculorum copiam Sanissima Virgo a Miraculis dicta fuerit effigies. Primus in fundamentis iactus est lapis ab ipso Proge D. Ioanne Vega, satis inclito suis virtutibus

tibus principe. Iam vero non multo post, cum Templi parietes dealbandi essent, tabellæ miraculorum omnes ablæ sunt, quæ innumeræ parietes omnes tegebant, nec iniuria maiorum, deinde restitute; Extat tamen memoria memorabilis quod in illius templi ædificatione accidit, cum enim quidam Templi fabricam impedire conaretur quod prospicuum, liberumque aerem auferret suis ædibus, cumque die quadam cum fabris, & Architectis altercaretur, quod murum extollti nequaquam vellet, en tibi oblonga muri pars eius stabuli concidit, & equum, & mancipium sua ruina oppressit; suo damno edocitus ille, & culpatum fassus ad Virginis le abiecit pedes, exposcens veniam nec modo fabris non obstat, sed sua pecunia adiuvit, quod sane templum hodierna die SS. Christi corpore diues magno cultu habetur, cum omnes ibi Ecclesiasticæ cantiones missarum, & vesperarum, ceterique sacri Ritus per totum annum obeantur, eius dies festus agitur VI. Idus Maij. Rem habuimus ex traditione.

## DIVA VIRGO ALCAMENSIS MEMORANDO miraculo in uepreto inuenta.

1544



VCENTOS ferme passus sub Alcamo ad Aquilonem, arcus, (quem cubam vocant) foueam, contegebat; ex ea tenuis aqua rivulus emanabat, qui per vespes, dumosq; defluens in subiectam vallem torrenti se commiscebatur; in illius arcus pariete veteres Alcamenses Virginis SS. Iconem depinxerunt, vt locum illum, & manantes latices tutaretur; Temporis deinde diuturnitate, vt saepe numero in rebus publicis videmus, parua Sacra Virginis ratio haberi cæpta, & in dies crescentibus vndeque arboribus, dumisque sensim fontem contexere, adeo vt nullus illius usus, nulla cognitio, sed deserta ibi omnia spinis, vepribusq; horrida, accessum humanis plantis omnino negabant. At ille omnium arbiter, cui Angelici assistunt Chori diutius suz SS. Genitricis Imaginem ibi delitescere in obscuro ferre non potuit, debitoque honore, quem omnes quotquot ad fontem accessissent, exhibuerunt, tam diu carere: Quare perhibent aliquoties venustum puerum, ex ijs vepribus, quæ Iconem obtexerant, emicuisse, & repente visum evanescere, siue ille ex celestibus ministris fuerit, siue ille ipse, qui de Virginis collo pendebat, & suis, & præpotentis Dei filius. Verum cum nec tanto prodigo mentes hominum mouerentur ad indagandum quidnam ibi occlyderetur, ipsæ cautes ad viciscendam Virginis

iniuriam presto fuere. Nam anno Domini 1544. XI. Kal. Iulias cum de more ad torrentis locum (vallonem vulgo nuncupant) pauperes, & honestæ feminæ descendissent, ibique vestes abluerent profluente aqua, ex imminente rupe paruos calculos vident ad se deuolui, nec cessante lapillorum pluuiâ, in iuuenibus otiosis idacum ratæ, eos incrementant, minanturque: Desistunt ad eorum clamores parumper calculi; mox vero grandiora saxa deuoluta, quorum impetu ex illis duæ in aquam deiecta nullo tamén accepto, aut dolore, aut damno. Ad ea perterrita feminæ latrones ibi latitare arbitratae, se in fugam vertunt, aduersus latrones implorantes opem, & se a latronibus male habitas vociferantur. Res breui vulgata ad extirpandam latronum pestem populum universum excitauit. Hisce rebus commotus magistratus indicit omnibus, vt ad comprehendendos fures, syluanque concidendam exeant. Dum ergo conuenit populus, interrogatae feminæ num quem illorum, qui saxa iacerent, vidissent, respondent illæ neminem præter mulierem candenti amictu indutam addunt etia in mirum, quod tunc non animaduersum, nichil se doloris, aut detrimenti ab illis istibus recepisse, quin cum laetum quædam habuisset brachium, istud lapidis sanguine fuisse redditum. Opus aggressi iam, dum quidquid erat siluz demoliri nituntur, ad iugum, vnde saxa deiecta fuerant cum ferramentis peruenere; ibi dum a latronibus fibemetuentes vndeque intenti circumspicunt om-

omnia; en tibi præter omnem expectationem Imaginem Virginis Deiparæ filium amplexantis, in Cuba pariete inuenient, celestique repente capi dulcedine, in genua pronoluti, lati vocibus conclamant; proprius deinde Iconem intuiti, sudore madentem depræhendunt, quo vñcti varijs morbis ægroti liberati sunt; mirum quot hominum fuerit concursus, qui eo confluxerint ob asidua, maximaque miracula; quisque pro se lapillo, puluerem, vicinasque plantas certam capiebat, quæ res ad varijs laborantes morbis admotæ sanitatem pristinam resti-

